R.P. ALEXANDRI DE HALES PRIMI INTER MINORES DOCTORIS, ... ERUDITISSIMI...

Alexander : Halensis, Jean : de La Haye, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

37
6 G
16

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P.

ALEXANDRI HALLENSIS,

DOCTORIS

IRREFRAGABILIS,

ERVDITISSIMI COMMENTARII

IN

APOCALYPSIM.

Angelicum docuit doctorem, Seraphicumque
Ergo Spiritibus doctior Angelicis

R. P. ALEXANDRI

DE HALÉS

PRIMI INTER MINORES DOCTORIS,

DICTI IRREFRAGABILIS,

SANCTORVM, SERAPHICI BONAVENTVRÆ,
ET ANGELICI THOMÆ, PRÆCEPTORIS.

Eruditissimi Commentarij, nusquam impressi,
in Apocalypsim Sancti Ioannis.

Quibus Synopses, annotatiunculæ, indices locupletissimi,
& vita Auctoris, accesserunt.

Operâ & labore R.P. IOANNIS DE LA HAYE Paris. Concionatoris Regij, Lectoris Iubilati, & in regno Galliæ Minorum Procuratoris Generalis.



PARISIIS,
Sumptibus ANTONII BERTIER, viâ
Iacobæâ, sub signo Fortunæ.

M. DC. XLVII.

Cum Priuilegio Regis, & Approbatione Doctorum.

B

A

RELIGIOSISSIMO ATQVE R. ADMODVM

PATRI DIDACO

CHRISTIANI A CONSILIIS,

ET A CONFESSIONIBVS SERENISSIMÆ

DVCISSÆ AVRELIANENSIS, S. O. Æ.

VERE' *locutus eſt Clemens Alexandrinus de mentis partubus, animique fœtibus, nempé, quòd* filij quidem corporum, animæ autem liberi, ſunt ſcripta: *vix lucem ſentit recens natus infans, multis iniuriis exponitur, & ideo quaſi præſagiens ſuam infœlicitatem, eam ſuo vagitu teſtatur, & lachrymis: neceditus in lucem liber, ab iniuriis immunis, imo nec aliquando à calumniis: notatur, irridetur, illuditur, damnatur, & ſi lachrymas non effundit, quia caret oculis, elicit tamen dolorem, atque triſtitiam à ſuo auctore & parente. Vix quis filium genuit, cùm curis premitur, angoribus afficitur, imo à doloribus non eſt alienus: nonne liber cum editur, ſollicitudine atque anxietatibus, genitoris mentem inuoluit? nonne & dolorem non leuem infert, ſi contingat calamorum acuminibus pungi & linguarum aculeis infeſtari? Quis liber harum auguſtiarum expers, non ſolum qui mentis propriæ genuinus fœtus, ſed qui etiam alienæ partus? Qui quaſi adoptatus, quia patre orbatus, qui poſſet eum ab iniuriis vindicare, à moleſtiis ſubducere, majora diſcrimina experitur: quia paterna viſcera non ſentit, curam non experitur. Quid? An tantis periculis expoſitum, & quaſi neglectum Alexandri Halenſis fœtum aliorum iaculis appetendum relinquemus? An omnibus premendum,* Clem. Alexand. l. 1. Strom.

proſcindendum, notandum, damnandum, pietate deſtituti feremus? Nequaquam, ſed quantum poterit fieri. quamuis alienum liberum, ab omni diſcrimine ſurripiemus: miſericordia enim deſtitutus; qui alienæ prolis neglectæ, ſi poteſt, curam non ſuſcipit.

Quomodo quæſo, Deus ſe habet cum infante recens nato? Nonne eum ſub Angeli tutelam & cuſtodiam reponit, vt ei contra occultas fraudes, & aperta pericula opem ferat, ſitque eius velut nutritius, dux, defenſor, & protector? Sollicitandus ergo, & huic quaſi expoſito libro, & libero tutelaris Angelicus cuſtos ſub cuius patrocinio, per omnem mundi plagam inoffenſo decurrat pede, & ab omnibus periculis, quæ ei ab inuidis animis parari poſſent, abducatur. Sed quis huic muneri opportunior ac magis idoneus quam qui ipſiuſmet libri, quaſi parens extitit, & qui ſe ei quaſi in cuſtodem Angelum obtulit?

Nullum alium præter te (Religioſiſs. & admod. R. Pater) *requirit tutelarem Angelum, ad tui ſolius patrocinij ſinum currit, tuæ cuſtodiæ ſe totum committit, adſtitiſti enim dum quaſi formaretur, cum tua ſollicitudine, ad manus meas peruenit vt typis mandaretur, ſed iuuaſti vt totus tuarum eleemoſinarum beneficio deſcriberetur, aliàs præ indigentia, lucis aura non frueretur, ſed tenebris, quaſi embrio, inuolutus adhuc iaceret.*

Sed congenita tibi animi modeſtia, & innata humilitas Angelum vocari renuit; renuat! ſed veritati nihil ſubtrahi debet: Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem
Malac. 2. requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt, *inquit Malachias: En vt* ſacerdos *cuſtodiens ſcientiam* (*eſt enim os ſacerdotis arca quædam ſalutaris, vnde ſibi quiſque depromat neceſſaria, quæ ibi Deus ad communem cuiuſque vtilitatem, & inſtructionem recondidit, quocirca auctor imp.* Sicut, *inquit*, ſtomachus accipiens cibum, coquit, ſic & ſacerdotes accipiunt ſcientiam ſermonis per ſcripturam à Deo, & excoquunt in ſe, id eſt, tractantes & meditantes apud ſe, vniuerſo populo ſubminiſtrant) *& à cuius ore lex* Dei *requiritur, Angelus* Domini *exercituum, vel*

vt 70. Domini omnipotentis eſt? Nam vt optimè D. *Hyer.* Angelus, id eſt, nuntius, ſacerdos Dei veriſſimè dicitur, quia Dei & hominum ſequeſter eſt, eiuſque ad populum nuntiat voluntatem, & idcirco in ſacerdotis pectore, rationale eſt, & in rationali doctrina & veritas ponitur: *vt diſcamus ſacerdotem doctum eſſe debere & præconem dominicæ veritatis. Aurea ſententia S. Greg. Naz. Apol. I non eſt prætermittenda, qui de ſacerdote ſermonem habens ait;* Cum Angelorum claſſe atque ordine eſt, cum Archangelis Deum celebrat, ad ſupernum altare ſacrificia tranſmittit, ſimulque cum Chriſto fungitur ſacerdotio, figmentum inſtaurat, imaginemque creatori ſiſtit, & ſupernum mundo opificem agit, & vt quod majus eſt dicam, Deus eſt, alioſque Deos efficit. *En vt ſacerdos Dei, Angelus! & cur non ita diceretur? nam nonne Angelus nuntius eſt Dei ad homines, & viciſſim vota populi refert ad Deum? Sic ſacerdos tam legatus populi ad Deum, quam Dei ad populum, puta inter vtrumque internuncius, mediator: nonne Angelus Deo miniſtrat,* ſic ſacerdos Dei omnipotentis eſt Angelus, *inquit Iſidorus Peluſ. lib.* 1. *Epiſt.* 313. Deo enim cum pauore & metu miniſtrat. *Sed nonne Angelorum tria ſunt munia, purgare, illuminare, & perficere, vt ait D. Dionyſ. de cæl. hiér? Eadem ſunt etiam ſacerdotis: quocirca noſter Seraphicus Patriarcha attendens ſacerdotum dignitatem, dicebat: ſi hinc occurreret mihi ſacerdos, illinc Angelus, relicto Angelo, occurrerem ad ſacerdotem, eius manus oſculaer, & ab eo benedictionem poſtularem.*

S. Hieron.

S. Grego. Naz.

Iſidor. Peluſ.

Patere ergo (Religioſiſſime) *te dici, te nominari huius libri & liberi Angelum tutelarem, quis enim te hunc mereri titulum refragabitur? Nam labia tua cuſtodiunt omnem ſcientiam, ſed præcipue Sanctorum, ſed Dei qui in te hanc recondidit ad cuiuſque vtilitatem & inſtructionem: nonne lex requiritur ex ore tuo? Ignaros enim inſtruis, ineruditos doces, & vt ait D. Chryſoſ.* In te doctrina eſt duplex, vt tuis verbis facta conueniant, atque ſcientiæ reſpondeant, in nullis ſis minor, qui cunctis es potior, chariſmatibus ſplendeas, fulgeas officiis,

S. Chriſ. hom. de eo qui incidit in latrones

cum auctoritate humilis, cum humilitate sublimis, nec ideo fis melior, quia major, sed ideo major, quia melior, multiplices populos, & eos docendo, meliores facias, *quia ex ore tuo lex Dei requiritur.*

Si Angelus Dei nuntius est, sane tu Dei & hominum sequester, & quasi medius inter vtrumque, à Deo venientia beneficia ad nos deferens, & hominem ad Deum reducens. Mitto Angelorum veritatem, sinceritatem, puritatem, virtutem & zelum, quorum es perfectissimus imitator: sed si Angelorum tria sunt munia, purgare, illuminare & perficere, immunda aliorum purgas, purgationis vix indigus: illuminas, aliorum lumen: quæ imperfecta perficis, exemplar perfectionis, perfectorumque norma. Si etiam Angelorum opus est laudare Deum, *teste* D. *Basilio, tu iugiter astas* Deo *in eum intentam habens mentis aciem, & licet grauissimis negotiis in communem omnium vtilitatem attentus, non tamen distractus, totus* Dei *laudibus deditus.*

D. Basil in Psal. 2.

In tuis ergo manibus (*Angelis enim suis mandauit* Deus, *vt suis quasi manibus custodiant hominem, ne forte ad lapidem offendant pedem*) *partum Alexandri* Halensis *pono, custodiæ tuæ liberum & librum committo, nolo vt alius quasi nascenti fœtui opem ferat, tui curâ istius libri adolescet infantia; magnam partem in eo habes: tuum ergo est ab aliorum aculeis custodire, à discriminibus linguarum defendere, & ab omnibus inuidorum periculis, si quæ occurrerent, eximere: omnem metum, omnem ponam sollicitudinem, si tanti auctoris commentarios tibi in tutelam traditos, gratanter excipias. Hos offero in singularem animi mei gratitudinis, erga V. R. admodum paternitatem, tesseram & monumentum. Vale Nestoreos visurus annos.*

V. R. adm. P.

ADDICTISSIMVS Fr. IOANNES DE LA HAYE.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

CVM meditarer Apocalypſim B. Ioannis Euangeliſtæ Commentarijs tum litteralibus, tum conceptualibus donare, omnes auctores, qui de hac materia ſcripſerant, nec non lucubrationes aliquas in hanc reuelationem ediderant, conquirendos ſtatui, vt verum quoad fieri poſſet, perlectis tot authoribus, sẽſum eruerem. Labore ergo non exiguo plures etiam nondum typis excuſos obtinui, ſed præ omnibus alijs vnicum Alexandrum Hallenſem, qui eruditiſſima hanc Apocalypſim expoſitione illuſtrauerat, ſummo habendi deſiderio tenebar. Non ignorabam Reuerendos Patres Antuerpianos inſtituti noſtri Seraphici, illum tamquam inęſtimabilem theſaurum, in ſua celebri Bibliotheca, in pretio habere, non facilè hoc miſero bellorum tempore, mihi communicandum: nihilominus fauore, & ſingulari beneuolentia R. admodum P. Didaci Chriſtiani à Conſilijs & Confeſſionibus Excellentiſſimæ Duciſſæ Aurelianenſis, manuſcriptum Codicem noſtri Hallenſis in Apocalypſim conſequutus ſum; ſed ad manus meas non peruenit, niſi abſolutis iam duobus voluminibus Commentariorum meorum in Prophetiam Ioannis: & cùm tertium reſtaret typis excudendum, vt tanti Doctoris ſenſum in difficillimis compertum haberem, totum à principio vſque ad finem, ſumma cum attentione non ſemel, ſed iterum euolui, & perlegi.

Sed cùm reconditam eius eruditionem, ſententiarum profunditatem, verborum energiam, in difficultatibus enodandis maximam claritatem, non ſolum attendiſſem, ſed cum admiratione ſuſcepiſſem, typis excudendum decreui, ne tantum theſaurum publicæ vtilitati, & Ordinis noſtri ſplendori viderer inuidere.

Nullus in dubium poteſt reuocare, hos in Apocalypſim Commentarios & calamo noſtri Doctoris Irrefragabilis conſcriptos, eiúſque fœtum genuinum, licèt vſque ad hæc tempora, poſt quadringentos annos lucem non viderint, ſed obuoluti ſilentio delituerint: niſi etiam & quæ aliorum ſunt opera indubitata, nouiter reperta, irreuerenter & temerè rejicienda velimus. Nonne Commentaria illa in Epiſtolas Pauli, quæ Anſelmo Cantuarienſi tribuuntur, prodierunt in lucem quadringentis quinquaginta annis abillius obitu? ideone reſpuenda? anne feremus iudicium de tot tantiſque operibus, quæ ſucceſſiuis editionibus facta ſunt iuris communis, in Bibliotheca veterum Patrum, vt nullum genuinum adſcripti auctoris eſſe dicatur? Verùm licèt in aliquibus qui luci reſtituuntur, poſſet aliqua irrepere ſuſpitio, an ſit legitimus eorum fœtus: tamen nullo ſcrupulo in noſtri admittendis Doctoris Irrefragabilis lucubrationibus in Apocalypſim teneri debes, præſertim cùm ipſa verba ſpiritum & eruditionem Alexandri de Hales redoleant, ipſum eſſe illarum auctorem, ratio ſuadeat, ſtylus doceat, confirmet veritas.

Teſtes omni exceptione maiores profero, noſtrum Hallenſem in Apoca-

lypsim Commentarios edidisse, Ioannem Pitseum in lib. de scriptoribus Anglicis ad annum 1245. qui sic ait: Alexander Hallensis, siue de Hales, vir omnium humanarum & diuinarum scientiarum præsidijs instructissimus, Philosophorum & Theologorum sui temporis vix cuiquam secundus, plures scripsit Commentarios, in Moysis Pentateuchum, Iosue, &c. in Apocalypsim Sancti Ioannis librum vnum. Henricum Vvillotium in Athenis orthodoxorum Franciscani instituti: Alexander Halensis, qui hoc sibi apud peritissimos quosque conciliauit insigne, vt Doctor Irrefragabilis, & Doctor Doctorum, & fons vitæ censeretur & appellaretur, pauca ex quàm plurimis illius monumenta retulisse, ne opus in immensum excrescat, satis erit: nam singula commemorare proprij indicis est, vtrumque Testamentum varijs hinc inde annotationibus, velut stellulis illustrauit, opus nomine indito, Postilla super tota Biblia, in Pentateuchum Moysi, & in Apocalypsim commentationem.

Dices te in hoc cum alijs consentire, Halensem Commentarios in Apocalypsim edidisse, sed adhuc dubitandi locum esse, an sint iidem, qui nunc sub nomine illius excusi, luce fruuntur: sed ne in hoc scrupulus vrgeat mentem, facilè amouebo. Quid ait quæso Henricus Vvillotius? scripsit in Apocalypsim cómentationem, quam M S. vidi in Bibliotheca Antuerpiana Patrum Minorú. Sed hic idem liber ad me iussu Reuerendissimi admodum Patris Marchantij super Belgium & Germaniam Commissarij Generalis, missus est, tabulis ligneis coopertus corio contritis, carie & tineis præ vetustate ex parte corrosis, membranis papyraceis conscriptus, literis lectu difficillimis, tum propter innumeras breuiaturas, tum propter orthographiæ menda plurima. In huius libri cooperimento, hæc verba habentur, Alexandri de Hales in Apocalypsim, cum hac nota D. & in priori libri columna, liber Conuentus Fratrum Minorum Antuerpiæ, minoribus litteris; deinde maioribus: Incipit expositio Magistri Alexandri de Hales, Doctoris irrefragabilis super Apocalypsim Beati Ioannis Apostoli. An ergo vt nullus dubitationi locus relinquitur, quin hi quos tibi, lector beneuole, Commentarios offero, sint nostri Doctoris irrefragabilis, à cuius encomijs dicendis supersedeo, in vita illius inferius scripta recensendis.

Nihilominus religioni ducerem silentio obuoluere in hoc difficillimo opere, nec non obscurissimo, de quo sic Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. 7. hist. c. 23. Apocalypsim non intelligo, & quæ in ea scripta sunt, excedunt humanæ auditionis modum. Et Richard. Vict. in priori Prologo, ait se in hoc libro medullam mysteriorum attingere non valere, & aliqua circa superficiem solum carpere: piaculum, inquam, ducerem, si quid circa argumentum huius libri, quod quidem excellentissimum est, & præstantissimum, teste S. Dionysio Areopagita lib. de Eccles. Hierar. cap. 3. p. 3. arcanam illam ac mysticam omnino visionem dilecti discipuli diuináq; Domini Iesu Theologiam, eis, qui dij fieri merentur, exponit, eosque per mysteria sacra sustollit, atque conformat, quid senserit noster Alensis non aperuerim: vult ergo in ea contineri omnes euentus insigniores, quos Ecclesia per singulas ætates erat habitura, sed præcipuè circa vltima illius tempora sub Antichristo, & post illius interitum: plura tamen mysticè, allegoricè, anagogicè summa cum eruditione explicat, & si de tota Apocalypsi dixit Hieronym. in ea tot mysteria esse, quot verba: sine adulatione proferre possumus, nullam lineam in Commentarijs nostri Doctoris irrefragabilis viduam esse, & destitutam singulari doctrina, nihil

enim non ſolidum, nihil non vtile, nihil ad ædificationem, nihil ad mores optimè componendos non conducens, in eis reperire eſt: & licèt plura ſint ſcitu digniſſima ſparſim in alijs Apocalypſeos interpretibus, in noſtro collectiuè vnita reperiuntur.

Antequam autem Apocalypſim Commentario illuſtraret, præfixit prologum Pictauiéſis Epiſcopi Gilberti, quem, ſecundum antiquorum interpretum conſuetudinem, expoſitione erudita donauit. Quis autem fuerit hic Gilbertus diſces à Sixto Senenſi, qui lib. quarto Bibl. Sanctæ, ſic dè eo ſcripſit: Fuit Epiſcopus Pictauienſis, natione Gallus, cognométo Porretanus, vir in omni eruditionis genere, tam Græcè quam Latinè doctus, auctor operis ſex Principiorum, quod ad Ariſtotelis Categoriarum ſupplementum, Latino & Græco ſermone circumfertur, ingenij acris, ac vehementis, ſed ob inuſitatam vocum nouitatem obſcurus eloquio, & ob id in quibuſdam hæreſeos notatus (addit Poſſeuinus in ſuo apparatu ſacro; Gilbertus ſummi Pontificis ſententiam reuerenter excipiens, Archidiaconis ſuis in gratiam receptis cum ordinis integritate, & honoris plenitudine, ad ſuam Diœceſim reuertitur:) in Concilio Remenſi ſub Eugenio quarto renunciauit errori. Scripſit autem in diuinas Scripturas multa & erudita opuſcula, &c.

Verùm quid præſtiterim, vt hic theſaurus abſconditus ab omnibus poſſideretur, vt omnium eruditiſſimus in Apocalypſim Commentarius præ manibus haberetur, & vt celeberrimi Doctoris lux non ſub modio maneret, ſed ſuper candelabrum radiaret; ſubijcere non grauabor: In primis mendoſa multa quâ potui diligentia emendaui, hiantia pleraque impleui & iunxi, ſenſum imperfectum perfeci, cuilibet capiti argumentum præfixi, ordine ſuo quemlibet verſum ſtatui, poſtillis, & marginibus illuſtraui, omnes auctoritates ſacræ Scripturæ, quæ cuius eſſent ſilentium obuoluebat, in integrum reſtitui; locupletiſſimos indices ſemper deſideratos dedi, quorum primus eſt ille ampliſſimus locorum ſacræ Scripturæ, in quibus enucleandis totus eſt Alexander Halenſis, ita vt ferè nullum in Sanctis codicibus intactum relinquat; ſecundus omnium rerum notabilium totius operis, & ſanè copioſiſſimus; denique vitam auctoris cum eius elogijs ſubieci, quidquid autem addiderim, aut quomodocumque emendauerim, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ iudicio & cenſuræ libentiſſimè ſubjicio.

VITA
R. P. ALEXANDRI HALENSIS DOCTORIS IRREFRAGABILIS.

CAPVT PRIMVM.

De ortu & patria Alexandri.

EA est illustrium virorum conditio, vt ne vnam quidem patriam viui, quæ eos amplexetur, inueniant, multas mortui, eo quòd viuos inuidia persequatur, auaritia deserat, vel eorum paupertas viles reddat, & abiectos; mortuos ista cupiat ob gloriam, hæc cum morientibus pereat, illa tandem aliquando beatos efficiat. Fortè tenebris obuolutus iacebat noster Halensis cùm viueret, quoad patriæ illius ignorantiam à multis. Sed cùm è viuis excessit, sicut pro Homero septem vrbes Græciæ decertasse perhibentur, sic pro nostro Theologorũ Principe, non vrbes, non oppida, sed regna, sed integræ decertant prouinciæ. Scotia enim sibi alumnum vendicat, referente Theodoro Petreo in catalogo Sanctorum Patrum, aliorumque scriptorum tam Græcorum, quàm Latinorum, qui literarum suarum monumentis integro quatuordecim Sanctorũ decursu Ecclesiam Romanam Catholicam illustrarunt. Ait enim ad annum 1240. Alexander Halesius ex Scotia, sed quo fundamento sulciatur non aperit.

Theodor. Petreus.

Sed tota refragatur Anglia, tanti viri non patiens iacturam: nullus enim præter Theodorum, ipsi vnquam eripere tentauit. Domesticos Anglos testes huius veritatis, tamquam suspectos. missos facio, externos prouoco. Ioannem Trithemium, Bartholomæum Pisanum, Sixtum Senensem, Cardinalem Bellarminum, Henricum Sedulium, Rodulphum Tosiniacensem, Alphonsum Ciaconium, & alios (vt videre est in eius Elogijs,) qui communi sententiâ, eum ex Anglia oriundum proclamant.

Vita R. P. Alexandri de Hales.

Nomen ei in ſacro Baptiſmate impoſitum, qualis futurus eſſet quaſi prædicens, Alexander enim nuncupatur, qui in magnum euaſurus eſſet, non ob debellatas prouincias, ſed quia ob doctrinæ eminentiam, nulli foret ſecundus, ſic enim in Panegyrico carmine, quidam de eo cecinit.

Magnus Alexander, cui mens perſancta fuiſſet,
Et deuota diu, & relligioſa Deo.
Primus in articulos, diuina volumina duxit.
Artis & in morem' rettulit acta ſenum.

Et eruditus Pater Caualli in quodam Epigrammate eum Alexandro magno aſſimilat, imò majorem prædicat.

Magnus Alexander vano cognomine dictus,
Nam vincens alios, ſe tamen haud domuit.
Anglus Alexander verum cognomen adeptus,
Innumeros docuit, profuit atque ſibi.

Deinde concludit.

Eſt meritò magnus, ſit licet ipſe Minor.

Cognomen adeptus eſt *de Hales*, an à parentibus, vel ab vrbe, vel ab alio loco, id conſequutus fuerit, nondum ſatis compertum eſt; licèt enim è nobili proſapia originem traxerit, ſicut de eo quidam poëta.

Non gazæ meminit, nec auorum rura licetur.

tamen quam appellationem ſortiti fuerint parentes, prorſus ignoramus, aliis contendentibus, ita dictum Hales, ex oppido Hallenſi, quod eſt in inſula Britanniæ, aliis autem aſſerentibus ita cognominatum ab Hales Monaſterio Comitatus Claudioceſtrenſis, vbi aliquando in ſtudiis humanioribus fuit educatus. Pitſeus de ſcrip. Ang. Lucas vua ad annum 1222.

Quo autem anno à Seruatoris ortu venerit Alexander in communis vitæ auram, perſpicuum & exploratum minimè habetur, nam licèt è viuis exceſſerit anno Domini 1245. ſed quo vitæ ſuæ, poſteritati non eſt conſignatum, & ideo quonam anno, tantum ſidus orbi affulſerit, adhuc ſub iudice lis eſt.

CAPVT SECVNDVM.

De prima educatione Alexandri, tum in humanioribus, tum in Philoſophicis diſciplinis.

IN Monaſterio de Hales Comitatus Claudioceſtrenſis, piis moribus egregiè inſtructus, ibidem vſque ad iuuentutem humanioribus litteris operam dedit, in quibus ex condiſcipulis nullum parem habuit: ſic enim de eo Pitſeus: Vir euaſit omnium ſcientiarum humanarum præſidiis inſtructiſſimus, ſed adeo capax ingenium non impleuerant humaniores litteræ, ad majores addiſcendas toto affectu anhelat, Philoſophiæ totum ſe dicauit, quam Caſſiodorus eſſe artem artium, & diſciplinam diſciplinarum proclamat: nam quoad Logicam ſpectat, quis eam non appellabit clauem omnibus aliarum ſcientiarum ianuis recludendis aptiſſimam? Eam cumulatè paucis verbis laudauero, ſi verba D. Auguſtini huc attulero, Dialectica docet docere, hæc docet ediſcere, in hac ſeipſa ratio demonſtrat atq; aperit quæ ſit, quæ Lib. de ord. c. 13.

velit, quæ valeat, ſcit ſcire, ſola ſcientes facere non ſolum vult, ſed etiam poteſt. Quid autem de Phyſica dicemus? Ea eſt quæ dum naturæ effectus & cauſas, corporumque varias affectiones, incrementa & corruptiones rimatur, cui ſe non tantùm commodet, ſed impendat. Quid enim maius quàm noſſe naturam? Nec habet huius materiæ tractatio quidquam pulchrius, cùm multa habeat futura vſui, quàm quod magnificentia ſui hominem detinet, nec mercede, ſed miraculo colitur: magni ſanè animi eſt rerum latebras dimouere, nec contentum eius exteriori conſpectu introſpicere, & in Dei ſecreta deſcendere.

Quid autem de Metaphyſica proloquemur? Eſt humanæ ſapientiæ apex, omnium doctrinarum finis, ſol omnium diſciplinarum, Philoſophici epuli ferculum lautiſſimum. Principium & cauſa, inquit Clemens Alex. 1. Strom. & regula humanæ beatitudinis, diuinarum præſtantiſſimarúmque rerum cognitio. De cuius dignitate, vtilitate, ac ſuauitate, ſi plura deſideras, adeundus tibi eſt Theophilus Raynaudus, in prologo Theologiæ naturalis.

Qualis autem Philoſophus fuerit noſter Hallenſis, dicat Pitſeus, acutus ingenio, ſolidus iudicio, Philoſophorum ſui temporis vix vnquam ſecundus, recenſeat Epitaphium eius

Clauditur hoc ſaxo famam ſortitus abundè
Gloria Doctorum, decus & flos Philoſophorum.

In catal. ſcrip. Teſtetur Trithemius, [vir in ſęculari Philoſophia, nulli ſuo tempore ſecundus.] Verum cur teſtes principatus ſui ſuper omnes in Philoſophia teſtes in'medium adducimus? Nonne præ manibus habemus commentarios eius eruditiſſimos in Metaphyſicam Ariſtotelis, quos cùm luci dediſſet Propertius Reſta. ſic in prologo de eis ſermonem habet, [Tanti pendenda ſunt huius viri volumina, vt omnes quot quot ex Latinis ſcriptoribus poſt ipſum in huiuſce Ariſtotelis Metaphyſicæ enodatione laborarunt, ſanctus præcipuè Doctor, ex Alexandri fonte hauſerunt, vt ex plurium commentariis elici foret: iam diu ſaucia Metaphyſicorum lilia ita obtenebrata iacuerant, vt ex Auerno ſuperas euaſiſſe ad auras leuius fuiſſet, quàm Stagiritæ ſenſata munuſcula intelligi poſſent: ſed ecce Deus, qui tandem huius viri altiùs intellectum euexit. Res ergo non ampliùs atra caligine merſas inquirimus, non obnubilata conſpicimus, non in Metaphyſicis trepidandum eſt: intrepidum enim, ac conſtantem in tam vaſti, tamque tumentis pelagi fluctibus nauitam habemus, quo duce ſecuri, & ab omni perturbatione ſemoti, portum ſubire poſſimus.] Et in limine eorumdem commentariorum, [Lucidiſſima expoſitio Alexandri de Hales in duodecim Metaphyſicæ libros, quæ maximâ tanti viri iniuriâ in tenebris iacuit, nunc optata luce, & debito candore donata eſt, ita vt ingenium Peripateticum, inſignémque Auerroiſtam, nuper ſe nactos crediderint bœni Philoſophantes, faciléque deprehenderint, quid in exponendis eiſdem Ariſtotelis Metaphyſicis, ex propria officina addiderit D. Thomas Aquinas, tum demum, vnde Ioannes dictus Scotus, Logicæ, vel Philoſophiæ ſubtiliores conceptus deprompſerit.]

Propet. Reſta.

Nonne etiam ſummum Philoſophum fuiſſe conuincit eruditiſſimus commentarius in Libros de Anima, in quo ſubtiliſſimè de eius eſſentia, proprietatibus, & affectibus diſputat, ita vt nihil de ea intactum relinquat, nihil difficile, quod non aperiat, nihil nodoſum, quod non diſſoluat?

Vita R.P. Alexandri de Hales.

CAPVT TERTIVM.

De eius scientia, tum in iure ciuili, tum in iure canonico.

NON ignorabat noster Halensis Iurisconsultos, iustitiæ Sacerdotes appellari, tutores orbis, rerumpublicarum genios, quorum domus sunt oracula ciuitatum: Sellæ è quibus interpretantur ius, & consultoribus respondent, sunt veluti solia, vnde dominantur hominum communitatibus; tripodes, vnde fundunt responsa veriora oraculis Apollineis: aræ, ad quas confugitur, tanquam ad implorandum opem & auxilium; asyla, vnde præsidium petunt clientes; Pharus, vnde porrigitur lux consilij in fluctibus, & iactatione litium. Theodoricus Rex per Cassiodorum lib. 1. Epis. 12. scripsit ad hæc verba Eugenio Iurisconsulto; Esto innocentiæ templum, temperantiæ sacrarium, ara iustitiæ: absit à iudiciariis mentibus aliquid prophanum, pio Principi sub quodam sacerdotio seruiatur.] Haud dubio quoque leges sunt maximũ vitę subsidiũ, anima ciuitatis: vt enim exanime corpus procumbit sine anima, similiter si leges absint, non cõsistit respublica. Supremam hanc & sacrosanctam legum majestatem testantur Imperatoriæ istæ voces, l. digna vox l. de legibus: digna vox majestate regnantis, legibus alligatum se profiteri, & reuera majus est imperio, submittere legibus principatum, & hæc decet tantæ majestatis seruare leges quibus solutus esse videtur; nihil magis est proprium imperij quàm legibus viuere. Solutus quidem est legibus Princeps, quoad vim coactiuam, vt loquuntur, quis enim inuitum & reluctantem adiget? verùm vt quisque moderatissimus est, & optimus, ex legum præscripto vitæ suæ rationem componit. Quam legum vtilitatem attendens noster Alexander Iurisprudentiæ ita operam nauauit, legibus addiscendis ita se accinxit, vt teste Sedulio, Iurisconsultus sapientissimus euaserit. Monumenta suæ in Iurisprudentia eruditionis posteritati reliquit, cùm eruditissimum volumen de legibus edidit. Cassiodor

Sed ne aberrarent humanæ leges à diuinis & Ecclesiasticis, consultissimum duxit, nosse quoque ius Ecclesiasticum. Sanè nulli verè Iurisconsulti dicendi sunt, nisi vtrumque intelligant; Iurisprudentia enim rectè ab Vlpiano definitur rerum diuinarum & humanarum notitia. Et hæc est causa, cur apud ipsos Ethnicos nobiles, Iurisconsulti, & pares essent in vtraque facultate. Coniunctionem hanc iuris diuini & humani attingit D. Augustinus inquiens, Omnium legum est inanis censura, nisi diuinæ legis imaginem gerat: Apostolicarum ergo constitutionum, Canonum, Conciliorum, Decretorum, Epistolarum Romanorum Pontificum, codicum, siue corporis, quibus omnibus Ecclesiæ iura continentur, cognitio omnes quidem, sed præsertim Sacerdotum ordinem decet, atque etiam ciuilis Iuris Antistites, qui vtinam penitus inscriberent suis mẽtibus, quod in Concilio Chalcedonensi ab ipsis Imperatoribus Christiano spiritu pronuntiatum est, vbique cessent quęcumque Imperatorum pragmatica, quæ in detrimentum Canonum facta essent, in quibuscumque prouinciis. Huic ergo iuri Canonico addiscendo, totus incubuit, & ita insignis in eo euasit, vt præter plurima, quæ ius illius spectant à se edita, etiam quod difficillimum est, vtriusque iuris concordiam composuit. In vita D. Bonn. c 8

Vita R.P. Alexandri de Hales

CAPVT QVARTVM.

De eius profectu in Gallias addiscendæ Theologiæ gratia.

SAnè sicut paucis peregrinari profuit ad excutienda vitia, & ad acquirendas virtutes, ac plerumque cessit ista iactatio in interitum, imò inconstantiam mentis sæpè lacessiuit, leuiorémque reddidit, sicut nihil solet esse deterius ægro, quàm concuti, ita admodum rarus est, qui sapientiam rerum omnium maximam in itinere collegerit, nulla enim ars loco discitur: nihilominus nequaquam improbauerim iuuenem boni iudicij, aliquot annos extra patriam suam commorari, moribus & linguis aliarum gentium addiscendis, & detergendæ vili & ineptæ simplicitati: quæ ferè congenita esse consueuit ijs, qui à natali solo numquam excussere pedem: sic sua commẽdatione non caret Leo Philosophus Imperator, qui scientiarum rudimentis à Michaële Pscello instructus, cumulatioris eruditionis desiderio incensus, plurima Monasteria obijt, reconditos in ijs libros sagaciter perueſtigans, qua diligentia summam doctrinam adeptus est. Ipsi similis noster Halensis, qui natali solo relicto, non curiositatis ergo, sed addiscendæ Theologiæ gratia, in Galliam profectus est, & Parisiensem Academiam omnium celeberrimam adiuit, in qua quantùm profectus in diuinis litteris fecerit, non est cur recenseam, cùm omnium Theologorum Princeps, Doctor Doctorum, & fons vitæ nominetur.

Scholas ergo Parisijs frequentauit, nec à laboribus ludi litterarij, & exercitijs scholasticis cessauit, donec supremam in Theologia lauream est assecutus. In illa etiam dignitate constitutus, otiosus esse noluit, Theologalem enim Cathedram Regius Professor obtinuit, & quæ didicerat, alios docuit, idque tanta cum sua laude, & discipulorum vtilitate, vt omnibus esset admirationi, hinc de eo cecinit Poëta,

Ergo freta emensus, & vastos æquoris amnes,
Se totum ad studium Parisiense tulit.
Quo vel Socraticos, vel summos quosque Platones,
Ingenio facilè dexteriore preit.
Inde polum & cælos, & quæ super astra geruntur,
Rimatus, didicit abdita fata Dei,
Sic tandem & meritis, & digna laude probatus,
Doctrinæ & verbi fit sator, atque pater:

Et alius:

Clauditur hoc saxo famam sortitus abundè,
Gloria Doctorum.

Henricus Vvillotius de eo sic loquitur: Hic re & nomine magnus Alexander, cùm in alma Parisiensi Vniuersitate primas inter Theologos, nemine reclamante, semper obtinuisset, & Theologiæ quam aliqui fundatiuam, alij Scholasticam, alij disputatiuam, tortis scholæ vocabulis nuncupant (indignabundi spinosam, ferream, & inaccessibilem dicunt) prima fundamenta iecisset, illámque tandem suis numeris absoluisset, hoc sibi apud peritissimos quosque conciliauit insigne, vt Doctor Irrefragabilis, & Doctor Doctorum, & fons vitæ appellaretur.

Ad

Vita R.P. Alexandri de Hales.

Ad Alexandrum docentem cateruatim ex toto orbe aduentabant discipuli, ita vt viginti millia ab auctoribus recenseantur; nec mirum, pene enim ex omni angulo confluebant, qui eo Magistro & duce vterentur, & abditissima Theologiæ arcana, quæ diuino eloquio promebat, profundius excerperent, & diligentius custodirent, nec solis Scholasticis disciplinis addictus, etiam eruditissimos in sacram Scripturam edidit commentarios, quos inferius recensebo.

CAPVT QVINTVM.

De eius vocatione ad institutum Franciscanum.

IAM grandæuus noster Alexander, celeberrimusque Theologiæ Doctor, nihilominus non attenta ætate, contemptis honoribus huius sæculi, nihil ducens facultates terrenas, pauperculi, necdum adeo celebris instituti, nempe Franciscani, voluit se duris illius legibus subijcere, habitumque illius vilissimum suscipere. Sed quid tantum hominem mouerit, vt tanto spreto gradu, & sui æstimatione, fieret S. Francisci pauperrimus alumnus, non conueniunt auctores, referam tamen, & quod probabilius tibi videbitur, amplecti poteris.

S. Antoninus, Pitseus Marcus Vlissiponen & alij, sic referunt solemnis in celeberrimo viro mutationis rationem: erga Beatissimam Virginem Mariam tantam concepit deuotionem, vt statuerit, aut etiam vouerit, nihil denegare, quod eius interposito nomine peteretur. Id scitum à fœmina quadam, dictum item Cisterciensibus, vt propter hanc fidem datam peterent, sui vellet fieri instituti, illis accedentibus ad Magistri ædes, vt rem hanc sibi summè honorificam, ob Virginis Mariæ reuerentiam postularent, magna irrepsit obliuio, vt nihilminus meminerint, quam huius. Mulier iudicans suam præmonitionem & consilium ob contemptum reiectum; Prædicatores adijt, vt suo magno lucro, & honori quod Cistercienses neglexerunt, efficerent. Illi verò læti abeuntes, communem Magistrum salutarunt, & de rebus seriis alloquentes, vt vrbanè, & quæsita opportunitate commodius suam petitionem subjungerent, rem distulerunt in colloquij finem, ne præpropere, & nimis inconsulto, ex abrupto viderentur rem grauissimam proponere: at superuenit quidam ex minoritis, qui etiam panem mendicabat, & quod illi multa præuia consideratione explicare statuerant, hic ex abrupto, cœlitùs motus rogauit: Reuerende, inquit, Magister, magnum & celebre apud omnes pietatis & Doctrinæ nomen obtinuisti, & res sæculi tibi satis secundæ: porrò obsecro te per amorem B. Mariæ Virginis, vt seriò & impensè consideres, vtrum ad æternitatis fœlicitatem consultius tibi sit sæcularem vitam agere, an Christi crucem in pauperculo hoc nostro instituto perferre. Obstupuerunt Prædicatores ad præreptam sibi de tanto homine lucrando occasionem, & Magister quidem imo condidit, & fouit pectore verba, tamquam sibi dicta per Dei nuntium, & protinus cogitauit de mutando vitę genere, & assumendo Franciscano. Ita rem obtigisse, inquit noster Lucas Vuadingus. Non penitus inficiar, nec durius repellam, quod alij piè conscribunt, noui enim vias Domini

Cit. in El. Pit. Marc. Vlis. 2. p. chr. min. lib 1. c. 12. P odulp. Ioffin.

Luc. vuad. t 1. Annal. ad an. 1221

Obt. reg. min. 15. mirabiles, nec cogitationes eius esse sicut cogitationes nostras, sed quam non ineptam stulte iudicamus vocandi rationem, diuinæ prouidentiæ esse peropportunam; *Domini est salus*, & quibus vult medijs impertit; vocat vndique ad pœnitentiam, vocat beneficijs creaturæ, vocat impertiendo tempus viuendi, vocat per lectorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellú correptionis, vocat per misericordiam consolationis. Qui per se ipsum vnico verbo potuit piscatores ad Apostolatum, at habere poterat, & per humilem nuntium Magistros ad religionem conuocare, mittit quotidie seruos suos ad plateas, ad vicos, & exitus viarum, vt ad cænam magnam inuitent, imo vt compellant intrare liberrima, sed & potentissima vocatione: ex his potuit esse ostiarius ille monachus mendicus, vt quò humilior legatus, eo solemnior conuersio, & potentior appareret virtus mittentis.

Leand. Albert. in vit Iordan. Saxon. Nicolaus Harpsidius opinatur allectum Halensem, vt hoc vitæ genus subiret exemplo conterranei sui Ioannis Ægydij viri Eminentissimi Oxonienſis, & Parisien. Theologię Professoris, qui hoc ipso anno, cum tertia generalis Synodus Patrum Dominicanorú Parisiis celebraretur, concionemque ad Clerum Ioannes haberet, in qua vehementibus inductionibus, & persuasionibus vtebatur, quibus homines ad spontaneam rerum abdicationem, & iudiuulsum Christi seruitium, atque obsequium pelliceret, ecce in media concióne, è suggestu descendens, veterique exuta, Dominicani instituti vestem induit, moxque ad absoluendam concionem, ad suggestum redijt. Non inefficax sanè, nec tepidum hoc exemplum, vt eiusdem patriæ & studij virum ad similem frugalioris vitæ ineundæ rationem Halensem induceret; vt sicut ille apud Prædicatores, hic inter minores, & sibi consuleret Sancti instituti methodo, & illis proficeret excellentia Doctrinæ. Præuias fortasse dispositiones adeo celebris Ioannis conuersio, & frequens potensque interna vocatio induxerunt, vt ad vocem huius Fraterculi inuitántis, non fuerit quod amplius cogitaret, sed quod ille verbo proponebat, hic statim in potentis auxilij facto compleret.

Anno ergo Dominí 12. Religionis autem Seraphic, anno 13. sub Helia ministro Generali, in viuis adhuc existente Beatissimo Patriarcha nostro Francisco, Parisijs in Conuentu Minorum innumera hominum multitudine concurrente, cum omnium admiratione, militiæ Franciscanæ adscribitur, & illius viliſſimo habitu induitur.

CAPVT SEXTVM.

De tentatione graui vt habitum adhuc nouitius dimitteret.

MEritò monet Eccles. c. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in tristitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem, Deus enim tentabit te, vt tentauit Abraham. Tentat Diabolus, tentat caro, tentat mundus, tentant denique omnia, quæ facta sunt in muscipulam insipientium, & licet hoc etiam verum sit de iam perfectis in religione, quibus & propriæ non desunt tentationes, vt latentis superbiæ, inanisque gloriæ, curiositatis: consolationum in oratione, & reuelationum, laborum supra vires, temeritatis in iudicando facta, dictaque, & cogitationes aliorum increpando

nimiæ libertatis, immiſericordiæ in fratres delinquentes, ariditatis & deſolationis internæ, & ex Dei permiſſione vitiorum omnium, vel etiam fœdæ libidinis, ita vt propter illos in lib. Eccleſ. cap. 34. dictum cenſeam, qui non eſt tentatus, quid ſcis? quod apertius conſtanter Gregorius Papa, eis quoque dicens, quos nouimus viros fuiſſe virtutum, tentationes atque certamina non defuere vitiorum. Hinc eſt enim, quòd ad conſolationem noſtram prædicator egregius de ſe quædam talia prodere dignatur, dicens: video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis; ad ima quippe pertrahit caro, ne extollat ſpiritus: & ad alta ſuſtollit ſpiritus, ne proſternat caro: ſpiritus leuat, ne iaceamus in infimis: caro aggrauat, ne extollamur ex ſummis; ſi non ſubleuante ſpiritu nos caro tentaret, peſſectione proculdubio tentationis ſuæ in ima dejiceret: rursùm, ſi non tētante carne ad ſumma nos ſpiritus ſubleuaret, in ſuperbiæ caſu ipſa nos peius ſubleuatione proſterneret, ſed ſit certo moderamine vt dū vnuſquiſque ſanctorū iam quidem interiùs ad ſumma rapitur, ſed adhuc tentatur exteriùs: ne deſperationis lapſum, nec elationis incurrat, quoniam nec tentatio exterior culpam perficit: quia interior intentio ſurſum trahit; nec rurſum interior intentio in ſuperbiam eleuat, quia exterior tentatio humiliat dum grauat: ſicque magno ordine cognoſcimus in interiori profectu quid accipimus, in exteriori defectu, quid ſumus, [& omnino illud vniuerſaliter pro indubitato habendum, quod ab eodem Gregorio Papa aſſeritur, lux ad veſperam ducitur, quia lucem rectitudinis vmbra ſequitur tentationis. S. Greg.

Licèt veriſſimum hæc verba Eccleſ. fili accedens ad ſeruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem, dicta etiam veteranis in religione, omnes enim qui piè viuere volunt in Chriſto, perſecutionem patiuntur, inquit Paulus: nomine autem perſecutionis intelligit etiam D. Auguſt. tentationes, quibus probantur etiam perfectiores. Sic enim ait, non enim modo, quia Diabolus per Reges non ſæuit, ideo non Chriſtiani perſequutionem patiuntur; ſi mortuus eſt Diabolus, mortuæ ſunt perſecutiones, ſi autem aduerſarius ille noſter viuit, vnde non tentationes ſuggerit? vnde non ſæuit? &c. tamen præcipuè ad incipientes, tyrones & nouitios facta eſt hæc adhortatio: hos enim pluribus tentationibus concutit, ſæculi, cognatorumque memoriæ, ſegnitiei, vel nimij feruoris, ſcrupulorum, deſperationis perſeuerandi, & hanc in regulari tyrocinio ſenſit noſter Alenſis, propter quam de regreſſu ad ſæculum, exuto paupere habitu cogitabat, ſed vt narrat noſter Lucas Vvadingus, ita fluctuanti abſens corpore Franciſcus apparuit in ſpiritu, finxitque ſe ponderoſam & grauem crucem ligneam portantem, cacumen procliui montis aſcenſurum, ſuamque opem obtuliſſe: indignanter & ſtomachabundus Franciſcus hominem repulit, ſubiungens; recede miſelle, nòn audes, nec vales leuem, & portatu difficiliorem crucem, ex anno reſectam geſtare, & ligneam portabis hanc oneroſam? viſione hâc vir prudens ſapientior effectus, facilè illa tentamenta profligauit, nec alia circa hanc materiam deinceps admiſit. 2. Ad Timoth. 3. S. Aug. Pſal. 124.

Vita R. P. Alexandri de Hales.

CAPVT SEPTIMVM.

De vitæ & morum eius insigni probitate.

BEati ergo nostri Francisci religionem amplexus, vsque adeo sua doctrina ac studio eam illustrauit, vt illo primum tempore, in Conuentu Franciscano Parisijs publicæ scholæ fuerint apertæ, ad quas omnium ordinum, omniumque magnorum hominum concursus factus est maximus: eius præcipuos inferiùs discipulos recensebo.

Verùm cùm non ignoraret illam scientiam inutilem, imo pluries noxiam, quæ à proba vita abiungitur, & à charitate longiùs abest, [sermo enim, inquit S. Theophilus Alexand. contra Origenist. epist. 3. Pasch. & ratio, & scientia, & fides, absque opere, cassa sunt, & instabilia, & vt aliquid propter eos, qui Dialecticis artibus instituti sunt, ex illa doctrina videamur adsumere, quomodo si verbum nomini coniungamus, perfectus sensus perficitur, verbumque si solùm fuerit, aut nomen sine verbo, nihil est omninò quod dicitur, sic scientia absque opere, & opus sine fide infirma sunt, & caduca, & contrario scientia operi, copulata, perfectæ virtutis indicium,] necessarius ergo doctrinæ operisque boni nexus: nullum sensum Dei auribus efficit scientia, & sermo probis loquentis moribus destitutus. Hæc eadem est Hæbreorum censio, apud quos istud prouerbium circumfertur, doctrina sine opere non est: lignum scientiæ in paradiso, vitæ ligno proximum erat, ne cognitio distaret à vita, sed proximæ sibi inuicem essent: huc flectere possumus quod habet S. Iustinus Martyr in Epis. ad Diognetum de Christianis, in hæc verba, ad hæc ligna spectans: [neque, inquit, vita sine cognitione, nec cognitio tuta, sine vera vita est, ideo in propinquo vtrumque plantatum fuit, quam facultatem cum perspexisset Apostolus, reprehendens cognitionem quæ sine veritate mandati in vita exercetur, dicit, scientia inflat, charitas autem ædificat,] plerique, tamen quibus maior doctrinæ, quam probæ vitæ cura est, has arbores ab inuicem separant.

S. Theophilus.

S. Iustin.

Non sic noster Alensis, qui scientiæ eminentiâm cum vita, & morum insigni probitate coniunxit: hinc rectè, S. Theodulphus carmine, de sacræ Scripturæ laude cecinit,

Non solùm vt doctus, sed vt sis iustus, amato.

Illustrauit quidem Alexander Seraphicam Religionem, doctrina singulari, sed pietate insigni eam condecorauit: sic enim de eo Rodulphus Tossinias. Venerabilis vir, spretis huius vitæ illecebris, eam sapiętiam adeptus est, quam Græci τῶν πλωαχίαν σοφίαν appellant, vnde se ad religionem, tamquam ad tutissimum portum huius tempestosæ vitæ, atque ad salutare tutamen recepit, omnes suis ornatissimis moribus, & vita nitida ad se amandum alliciebat, & ad orationis affectum, paupertatis studium, & obedientiæ promptitudinem, ardentius hortabatur, sciebat enim quod tumens Philosophia non attingit simplicitatem, quæ est in Christo Iesu: numquam religionis nostræ tyrunculi, qui hæsitarent ac labarent in sancta conuersatione ad ipsum deducti, ab eo, nisi firmi & roborati discesserunt, & in sancto proposito consolidati, rumores vani, & sermones coram eo citò dirimebantur, nullum inane verbum ab eo effluebat, vt pote qui interiorem lucem haberet, qua hominum perfectorum corda mẽ-

teſque in hac labili vita illuſtrantur, quemadmodum exteriores oculi hac luce delectantur.]

Tantæ morum probitatis, & vitæ ſanctitatis fuit vt plures non dubitarint eum in Catalogo beatorum Ordinis noſtri recenſere. Gonzaga enim Epiſcopus Mantuanus ſic de eo ſcribit 1. p. tit. de Seraphici Ordinis beatis: beatus Alexander de Hales conſummatus Theologus Pariſijs tumulatus. Vener. P. Arturus Monaſterienſ. in ſuo erudito Martyrologio Franciſ. decimo tertio Kalendas Octobris, ſic ait, Pariſijs B. Alexandri Halenſis Confeſſoris, atque Doctoris eximij, qui mira eruditione, ac vitæ ſanctitate in Eccleſia Dei refulſit. R. P. Gohierius Doctor Pariſienſis Prouinciæ Turoniæ Minorũ Prouincialis, in ſuo de doctrina Nouitiorum Manuali, circa finem, cum agit de Conuentus Minoritani Pariſienſis moderatoribus, ſic ſcribit. In hoc conuentu floruerunt imprimis Beatus Alexander Halenſis, S. Bonauentura, &c.

CAPVT OCTAVVM.

De maxima Alexandri in Deiparam pietate, & pro immaculata eius conceptione erudita Apologia.

NVlli dubium poteſt eſſe, quin noſter Alexander ardentiſſima deuotionis flamma erga Deiparam incenſus deflagrauerit, adeo vt melliſluus ille ignis præcordia Alexandri exurens, omnes illius cogitatus, affectus, & actiones vindicauerit, ac ita ſui iuris effecerit vt pro Mariæ deuotione, atque exaltatione, nihil non moliretur, numquam ſegnis & tepidus, ſemper gnauus ignitus, & inconcuſſus miles, & ſanè dignus qui à Deo præeligeretur Dux præcipuus militiæ deſudantis pro Deiparæ aſſertione à næuo originalis peccati. Semper igitur Virginis præconia medullis cordis, & vocis officio perſoluebat, adeo vt videatur illud S. Amadæi Laudunenſis Epiſcopi iugiter verſaſſe ex Hom. 2. de Iuſtificatione & Ornatu Mariæ, [intendamus gloriæ eius, & ingreſſi abyſſum tanti luminis, ſplendorem rutilum ſemitarum illius dilatato corde, inenarrabili percurramus lętitia dicentes cum Salomone, viæ eius, viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ, Prouerb. 3. quod ſi dicente eodem Propheta, iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem, quis lucem & ſplendorem ſemitarum eius, eloqui ſufficeret? harum enim proceſſus, & incrementa viarum partim explicare conabimur, vt in gradibus ſuis glorioſa dignoſcatur, & per ſingulos gradus ſuos pronuntietur.]

S. Amadæus. *Prouerb. 3.* *ibid.*

Intendens igitur Alexander Marianæ exaltationi, & abyſſum tanti luminis ingreſſus, rutilumque omnium viarum Virginis meditans ſplendorem, eam in cunctis vitæ gradibus, & momentis glorioſam, numquam communi contagio fœdatam, cunctas vias eius pulchras, omnes ſemitas æſtimauit pacificas; atqui quomodo omnes viæ Virginis pulchræ, & pacificæ ſemitæ extitiſſent, ſi in primo momento, à Diabolo debellata renuntietur, quæ draconis caput in primo exorientis vitæ radio, triumphans attriuerit? Vt ergo pietatem ſuam, & quam de Mariano candore conceperat ſententiam, toti orbi celebrem perpetuis monumentis conteſtaretur Halenſis, eruditum illum compoſuit librum, quo probat B. Virginem Mariam conceptam ſine peccato originali.

Vita R. P. Alexandri de Hales.

Non detraho laudi noſtri ſubtiliſſimi Doctoris, de quo ſic Ioannes Salazar ex S. Ieſu familia quondam deſignatus Archiepiſcopus Charcarum, in Regno Peruntino, in ſuo laudatiſſimo opere de Conceptione Virginis cap. 13. & cap. 42. quod ſubtiliſſimus Doctor quemadmodum omnibus Theologis immaculatæ Conceptionis propugnandæ auctor extitit; ita etiam nihil prætermiſit, quod in hac re ad maiorem gloriam Virginis facere poſſet, Ioannes Duns Scotus, præcipuus, & maximus puræ Conceptionis vindex, qui tantam huic doctrinæ ſua authoritate fidem comparauit, quantum nullus alius ante vel poſt ipſum.

Non inquam Scoti detraho laudi, ſi dixerim propugnandæ Immaculatæ Conceptionis omnibus Theologis auctorem non fuiſſe, ſiquidem, & Theologus erat Halenſis, imò Theologorum Princeps, & ipſi auctor non fuit defendendæ Immaculatæ Conceptionis, imò dicere poſſumus Alexandrum Scoto auctorem fuiſſe vt eam defenderet, ſiquidem ante Doctorem ſubtilem iam pro Deiparæ puriſſima Conceptione ſcripſerat Alexander.

Præcipua laus primis alicuius veritatis auctoribus debetur, quis ante Alexandrum Hallenſem ex profeſſo Librum prodefenſione immaculatæ Conceptionis poſteritati conſignauit? priuilegia Reginæ vniuerſorum tum plurima, tum eximia alij pij & docti viri prouexere, at Hallenſis quam admiranda: Hieronimus Marianæ carnis virginitatem ab homine non violatam docuit. Alexanedr animæ Virginitatem non contaminatam à Diabolo: Auguſtinus, corpus Virgineum à putredine præſeruatum aſſerit; Alexander à culpa putredinis: Cyrillus Mariam Dei matrem, Alexander gratia Dei Filiam ex Deo natam tutatur: Bernardus ab omni proprio immunem peccato, Hallenſis etiam à Protoplaſti culpa innoxiam fuiſſe tuetur.

S. Idelphonſus Toletanorum Archipræſul, eo quod perpetuam Mariæ Virginitatem propugnauit, & Eluidianam Hæreſim apud Hiſpanos excreſcentem, & graſſantem coërcuit, & eliminauit, non ſolum ſacram veſtem qua in ſacrificiis vteretur, à Deipara ſibi apparente obtinuit, ſed eximio illo præconio cœleſti condecoratus extitit, quando reſerato repente Sarchophago glorioſæ Virginis & Martyris Leocadiæ, videntibus cunctis & audientibus, qui Receſuinthum Hiſpaniarum Regem comitabantur, è ſepulchro Leocadię prodiit, & Idelphonſi merita, de Deipara commendans exclamauit, ô Idelphonſe per te viuit Domina mea, quæ cœli culmina tenet, vitam Mariæ Idelphonſo deberi prædicans, & iure quidem, quia Idelphonſo obſtricta erat honoris & puritatis Mariæ, apud Hiſpanos redintegratio, quam Leocadia Deiparæ vitam æſtimauit, honor enim & fama vita eſt generoſæ mentis, quæ in occiduum mortis declinat, dum deturpatur & labaſcit.

Cum hæc ita ſint, quibus encomiis dignus renuntiari debet Alexander, qui non ſolùm illibatam corporis integritatem, ſed præcellentiorem in Maria immaculatę mentis propugnauit candorem; renitentibus forte iam & aſſerentibus ex aduerſo Marianæ conceptionis noxam, & miſeram illius pro primo vitæ inſtanri ſubiugo Satanæ captiuitatem primariis & Doctiſſimis viris? Deinde ſi Deipara Idelphonſum veſte induens cœleſti, ita clementer affata eſt, accipe veſtem de theſauris filij mei, theſauris enim filij condecorari meruit, qui matris integritatem vindicauit: non dubito quin ma-

ximum ſupernorum chariſmatum cumulum ſibi theſauriſauerit Alexander, matrem miſericordiæ à nota noxij conceptus liberans, iuxta illud, Eccleſ. 3. ſicut qui theſauriſat, ita & qui honorificat matrem ſuam. Si ergo per Idelfonſum vixit Maria, per Alexandrum reuixit.

Verùm, nonne enituit ſumma in Virginem eius deuotio, & inſignis pietas, qui ſanctam hanc conſuetudinem habuerit, vt nunquam aliquid concedere renuerit, quod nomine beatiſſimę Virginis Mariæ ab eo peteretur? imo & in argumentum erga Deiparam inſignis ſuæ deuotionis, Mariale magnum de laudibus eius & feſtiuitatibus, libris ſex diſtinctum compoſuit, cuius initium, Mariæ præcellentiſſimæ matris, &c.

CAPVT NONVM.

De precipuis Alexandri Halenſis auditoribus & diſcipulis.

PAnum propoſitionis menſam extra velum collocatam, non intra, obſeruat Moyſes c. 26. Exod. quid quæſo hoc denotatur, niſi ſapientiæ doctrinæque menſam nulli eſſe inuidè negandam, nulli ſubducenda ſcientiæ fercula? Probè Bruno lib. de Allegor. Menſa, inquit, ponitur extra velum, Bruno. quia ſcientia ſacri eloquij nulli inuidioſè abſcondenda,] leginus Reges aliquot velis atque cortinis circumtectos, cùm menſæ aſſiderent, ne ab omnibus viderentur: in ſapientiæ menſa, magis regium eſt nihil tegere, obuelare, ſed omnibus exponere, quæ ànobis Deo exhibita, & ſcire datum eſt: doctrina enim ad modum fontis effluere debet, non vt pecunia ſacculo claudi, & ſilentio, tamquam ſigillo muniri: obſerua inhibitum Apoſtolis, ne ſecum ſacculos deferrent, ſic enim ad eos Chriſtus Luc. 10. Nolite portare ſacculum. *Luc. 10.* cur id inhibuit? an vt omnium terrenarũ rerum curam ab eorum animis aboleret, & tantum animas quærerent? verè, ſed aliud fortaſſe tacitè innuit, ne ſcilicet Dei dona, quæ ad aliorum vtilitatem dantur hominibus, vt maximè ſcientia, alijs ſordidè claudantur & obſignentur. Saccculi vſus hic reijciendus, nihil claudi, nihil obſignari à ſacro Doctore debet, communia omnia ſint; quæ gratis accepit, gratis diſtribuat. Huc flecto B. Auguſtini verba qui huic cenſui S. Auguſt. ſubſignans, ſerm. 43. de Sanctis, ait, quid eſt, ſacculo pecunia clauſa? id eſt, occulta ſapientia, quid eſt, nolite portare ſacculum? nolite fieri ſapientes penes voſmetipſos, accipite Spiritum ſanctum, fons in te debet eſſe, non ſacculus, vbi erogatur, non vbi includitur.

Viuus igitur ſapientiæ fons ſiſti numquam debet, ſed ſemper fluere, & in decliues diſcentium mentes deriuare, alioquin, niſi ſemper excurrat & defluat, putreſcet ad modum ſtagnantis aquæ, & immotæ, communicatus vero augeſcit magis, & purior fit. Hinc rectè Hildebert. Turonenſ. Epiſc. epiſt. Hildebert. 1. Scientia, inquit, diſtributa ſuſcipit incrementum, & auarum dedignata poſſeſſorem, niſi publicetur, elabitur.] Ne claudat igitur eruditus riuos doctrinæ ſuæ, ſed iuxta Salomonem, deriuentur fontes eius foras.

Nonne noſter Alexander fons vitæ nominatur? vnde quidam de eo:

Norma modernorum, fons veri, lux aliorum:

Non ergo clauſit doctrinæ ſuæ riuos, quin in plures excurreret, vel pluribus communicaret, aliàs non fons vitæ cenſeretur, cum fons numquam ſiſtat,

ſed ſemper fluat, ad modum igitur perennis fontis ſe habuit, imò & ad inſtar Solis, qui non auarus luminis ſui, radios in omnes ſpargit & diffundit: ſic Alexander generoſâ ſcientiarum poſſeſſione diues, & virtutis ſolis æmulus diſcipulos allexit ex omni orbis climate, quos optimis diſciplinis adeo imbuendos ſtuduit, vt in auditorum monumentis etiam glorioſè perennet, ſicut & Sol in proceris & fœcundis à ſe procreatis arboribus. Inter alios autem, quos fouit ignitis ſapientiæ luminibus, & penitentioris Theologiæ deliniuit vnguentis, nominatiſſima fuerunt illa duo ſplendida Eccleſiæ Catholicæ lumina, videlicet ſanctus Bonauentura S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & S. Thomas de Aquino: ſed quia etiam in manifeſtiſſimis aliqui cęcutire videntur, quaſi in dedecus ſanctiſſimi Inſtituti Dominicani cederet, ſi Thomas Alexandrum Hallenſem pręceptorem habuerit, ideo totis viribus contendunt gloriam hanc eripere Alexandro: ſed vt hoc euidentiſſimum fiat, & nullus deinceps id poſſit in dubium reuocare, rationes, tùm auctoritates pro hac veritate, in ſequenti capite in medium adducemus.

CAPVT DECIMVM.

Quòd Angelicus Thomas fuerit diſcipulus Alexandri Hallenſis.

NEſcio quid opprobrij ſecum ferat (hęc verba, & ſubſequentia ſunt noſtri Minoritici Baronii, nempe Lucæ Vuadingi, 1. tom. ann. ad annum 1245.) Si D. Thomas Alexandri Hallenſis diſcipulus fuerit, cum ipſi aduerſarij fateantur non infuſam duntaxat à Deo, ſed in ſcholis, & ſub præceptoris diſciplina ſcientiam ab alijs ſtudiosè diſcendo hauſiſſe, qui Phyſicam, naturalemque ſcientiã (teſte Leandro Alberto) ex Petri Hibernij fontibus hauſit, indignè forte, & pręter decorem, primum ſui ſęculi Doctorem Alexandrum audiuiſſet Theologum, aut eandem cum S. Bonauentura ſcholam ſubiiſſet? prima illa ſanctitatis, & mutuæ charitatis plena tempora, haud quaquam ad pręſentis æui inſolidam leuitatem, & faſtum ſunt reducenda, ſicut nec Sanctorum virtutem & integritatem ex noſtra infirmitate metiri, aut conjicere licèt, cùm nullum aliundè ſuppetat argumentum adſtruendi, aut deſtruendi quod proponitur. Thomam Alenſis auditorem conſtituunt auctor firmamenti triũ Ord. Sedulius in not. ad caput 3. vitæ S. Patris noſtri Franciſci; Rodulphus lib. 3. Vvillot. in Athenis, verb. Alexander. Marcus, 2. p. lib. 1. c. 13. Gonzaga de ſcriptoribus Religionis: Bellar. de ſcriptor. Poſſeuinus in apparatu, Petrus Galerinus Protonotarius Apoſtolicus in vita S. Bonauenturæ cap. 8. Franciſcus, Franciſcus in initio ſummæ Alenſis, Ioannes Pitſeus de ſcriptoribus, Nicolaus Harpsfeldius in Hiſt. Anglic. ſec. 13. cap. 11. Fr. Abrahamus Bzouius ad annum 1250. nu. 11. Idem conſtat ex monumentis Pariſienſibus, nam ſuſpenſæ ad eius memoriam ab antiquo tabellæ hoc inter reliqua inſcribitur Diſtichon,

Quo duce præmonitus, in prælia diuus Aquinas
Quotquot & vſque legis fortiùs arma gerunt.

Hoc ipſum pręfert eiuſdem Doctoris imago quędam vetuſtate exæſa, ad introitum capituli Conu. Pariſienſ. depicta, in qua D. Bonau. & S. Thomas docentis

docentis Magistri verba excipiunt. Ego Doctori Angelico nihil in hoc derogatum esse video, si iam senem iuuenis audiuit; quem senex præ reliquis assumpsit imitandum; & sequendum: hæc de eo Ioannis Gersonis verba subiungo, in quadam sua epistola laudantis doctrinam S. Bonauenturæ: audet, inquit & allegat. (Bonauentura scilicet) ad confirmationem doctrinæ suæ Parisienses articulos, quos per Guillelmum Parisiensem de consilio, & assensu magistrorum omnium, dicit fuisse damnatos, & excommunicatos, viuente tunc, & cõsentiente fratre Alexandro de Hales, cuius doctrina quantæ sit vbertatis, dici satis nequit, de qua fertur respondisse, S. Thomas, dum inquireretur ab eo, quis esset optimus modus studendi Theologiæ, respondit, exercere se in vno Doctore præcipuè: dum vltra peteretur, quis esset talis Doctor: Alexander de Hales. Testor, inquit Gerson, mẽ ita legisse pridem, in tractatu quodam de visione beata contra Ioannem 22. testantur scripta eiusdem sancti Thomæ maxime secunda secundæ, quam intimum sibi fecerat, & familiarem illum, quem laudabat Doctorem Alexandrum, intelligit Gerson summam virtutum scriptam ab Halensi familiarem potissimum fuisse S. Thomæ, vt quam verbotenus plene secunda secundæ huius insertam excepit: nam quod Bellarminus de scriptor. adnotauit Obser. 3. ad opera D. Thomæ, quod magna pars 1. 2. & 2. 2. inueniantur ijsdem verbis in prima & tertia lib. speculi moralis Vincentij, id omnino verum est, sed ea Vincentius ex Alensi transcripsit, qui antiquior fuit: porro compilator fuit Vincentius, vt in Prologo idem de se sic testatur c. 4. cum hoc opus meum, supple speculum, simpliciter non sit, sed illorum ex quorum dictis fere totum illud contexui, nam ex meo ingenio pauca, & quasi nulla addidi, ipsorum igitur est authoritate, meum autem, sola partium ordinatione: cap. 7. & 8. se procedere ait vbique per modum exceptoris non authoris, & c. 3. plura excerpsisse, & abbreuiasse testatur ob aliorum studiorum impedimenta, per amanuenses, mutuauit ergo illa superiùs expressa ex Alensi, qui primus eadem scripsit, quod hac ratione confirmo.

Nam ex Prologo à cap. 15. vsque ad 20. seriem operis in quatuor partes distribuit, quarum tertia est speculum morale: scripsit ergo ante doctrinale, & & naturale: hoc primum locum inter reliqua tenet, scriptum autem est anno Domini 1250. vt ipse author lib. 30. cap. 102. his verbis fatetur: ecce, inquit, tempora ætatis sextæ vsque ad annum præsentem summatim, perstringendo auxiliante Deo descripsimus, qui est annus ab Incarnatione Domini 1250. Hæc Vincentius, si ergo prima pars speculi quinque post mortem Alensis annis perfecta est, quid dicendum de tertia parte in qua eadem quam scripsit Alensis, doctrina exprimitur? vtique posterius editam esse omnes fatebuntur, sed dices fortè Vincentium transcripsisse ex S. Thoma: demus hoc; sed Alensis ex S. Thoma assumere non potuit, vt qui mortuus est antequam cathredam conscenderit Thomas, aut vllas eiusmodi lucubrationes ediderit; quod ipsum de Vincentio asserit veritas, Obijt enim anno 1256. S. Thomas 1274. & summam in fine vitæ hic edidit, quam proinde imperfectam reliquit. Fortasse quispiam negabit speculum morale esse Vincentij, sed quo id fundamento? legatur prologus totius operis, in quo speculum morale præmittitur iuxta eandem distributionem, argumentum, seu materiam, & stylum, quo exscriptum est, proculdubio scrupulus quicumque deponetur: vel ergo totum speculum non est Vincentij, vel certè speculum morale eum vindicat auctorem, vnius

BIBLIOTECA NAZ. ROMA V. E. ORLANDO

porro eiusdemque ingenij partus est, nihilque in vlla parte totius operis tractatur, quòd iam in prologo non est promissum; demas auctuarium seu continuationem speculi Historialis, ab anno 1244. deinceps vsque in finem anni 1294. quod si quis opinionem præferre vellet rationi, dicat speculum morale alicuius esse posterioris & Vincentio & Thoma authoribus; nihil saluat, nec huic accrescit quod alteri subripitur, quia summa virtutum Alensis esse constat, vtroque antiquioris, estque ipsius authoris fide supplementum 3. partis, iuxta ea quæ promisit de virtutibus eadem 3. p. q. 26. quæst. 61. & 68. & nullibi nisi in summa virtutũ exhibentur, cuius auctor continuationẽ & ordinem eius ad 3. partem primis verbis sic exprimit: habito ergo sermone, inquit, de gratia gratum faciente, & gratis data consequenter dicendum est de virtute.

Hæc præter stylũ, & consuetudinẽ extorsit cuiusdã iunioris importuna altercatio, qui velut crassum errorem à Scotistis fama vulgatũ fingit, [pio, inquit, sed irrito conatu, vt minus â nostro Aquinate in Theologicis minoritæ abirẽt] vim cõiecturæ non capio, nõne magis est recedere ab ipso Magistro, quã à discipulo? recedere Scotistæ ab ipso Alexandro nihil minus animũ induxerũt, quã ob eius reuerentiã adhęrere Thomæ obstantibus ratione, & auctoritate: sed qui zelum cõtrariæ doctrinæ Scotistis inesse diceret, in D. Th. schola non mereretur fidem: quid etiam magnopere ambiendũ, aut comminiscendũ erat in hoc Schotistis, si luce clarius, & sine controuersia datur quod potissimũ est D. Thomam Alensis sectatorem esse, quantumuis non fuerit, auditor. Longè porro glorioſius est est maturum ætate & scientia studiosum nanciſci imitatorem, quam in scholis docere iuuenem: deinde non soli, in ea sententia sunt Scotistæ, aut Franciscani, sed alij viri grauissimi, quorum iudicio, & industriæ nihil minus congruit, quam crassus error, vel assentatio. Cæterùm his rationibus crassum hunc errorem impingit prædictus author; quòd cum Thomas destinatus sit Parisios, vix annum vnum superuixerit Alexander, quod paulo post missus sit idem sanctus Coloniam, vt sub Alberto Magno audiret Philosophiam, & Theologiam, quasi inde inferret non fuisse tum idoneum Theologiæ, quam docebat Alexander. ac tandem tertiò, non defuisse Parisijs sui ordinis insignes Doctores quos domi audiret: quomodo ergo potuit esse Alexandri discipulus? verùm hæc momento carent, nam & Parisios studiorum gratiâ missum fuisse præclarum iuuenem, non est ambigendum; nec ita mature inde profectus, sed postquam in curiam accersitus, oblatam Cassinensis Monasterij administrationem renuit, & clam curia dilapsus, aufugit primum Coloniam, vt author est Cantipratanus, qui tum vixit, & Thomam cognouit, potuit ergo Alexandrum audiuisse, quamdiu Parisijs degit illo superstite, nec refert si diu, si parũ, modo in scholis dicendi studio Alexãdrum conueniens audiuit.

Minùs vrget quod secũdo loco adducitur; nam scriptores vitæ S. Th. asserũt D. Th. liberalibus disciplinis & naturali Philosophia primo instructũ fuisse, quã nomen sodalitio Dominicano inscripserit: idoneus ergo fuit Theologiæ antequã Parisios venit, quod etiã Patres Prædicatores tũ domesticis non carerent Theologis, in cõfesso nobis est; ea tamen Alensis fama, & auctoritas fuit in alma vniuersitate Parisiensi, antequã Monachatũ indueret, vt omnes certatim ad eũ cõfluxerint, nec quisquã sibi indignũ iudicauerit, ab eo discere; illam opinionẽ nõ minuit assumptũ institutũ, sed auxit attrahente primũ scientiã, nunc autem simul pietate & scientiâ: non videtur ergo hisce rationibus quidpiam opinione dignum confici, quanto minùs recepta grauium virorum sententia, crassi

erroris conuinci, quam non conuellunt inanes coniecturæ nisi aliud ex tabulis & monumentis adhibeatur testimonium.]

Non me latet Cardinalem Bellarminum scribentem virum doctissimum Hallensem Sanctorum Bonauenturæ, & Thomæ Aquinatis Præceptorem, rejici à Iansenio in reprehensionibus in appendice, scribente: nec Cardinalis Bellarminus audiendus est, qui secutus minoritas Alensem S. Thomæ Præceptorem scripsit: deberet & addere, nec Bzouius Dominicanus idem asserens, nec Posseuinus, S. I. nec Petrus Galesinus Protonotarius Apostolicus in vita S. Bonauenturæ, nec Ioannes Pitseus Decanus Liuerduni, nec Nicolaus Harpsfeldius Archidiaconus Cantuariensis nec Connimbricenses lib. 1. de Generat. audiendi sunt, qui idem affirmant.

Sed non debebat Cardinalis hic tam excellentis doctrinæ, iudicij, pietatis, famæ, & existimationis, optimeque meritus de republica Christiana, & litteraria rejici, eo quod sequutus Minores, Halensem S. Thomæ Præceptorem appellat, nam hac ratione neque tantus Cardinalis audiendus esset, sed rejiciendus, cum celebrat opera scriptoresque Dominicanos ipsos sequutus.

CAPVT VNDECIMVM.

Vtrum D. Thomas plura excerpserit ex summa Præceptoris sui Halensis, & in suam transtulerit.

DIuum Thomam fuisse sanctum illustrem, magnumque ac præcellentem Doctorem haud inficior nec dubito, neque negari aut in dubium verti potest: tamen cum Nazarius in Opusculo de scriptis S. Thomæ asserat quòd vbicumque sententiam seu dictum affert alicuius Doctoris, nomen etiam prodat auctoris, ex quo desumptum est: sed non audiendus Nazarius, nam plura desumpsit S. Thomas ex nostro Halensi, in quibus tamen non indicat illius nomen, nec circumscribit, quod tamen velim dictum pace tanti Doctoris, cuius omnes debent sanctitatem venerari, laudare fœcundissimum calamum, omnigenamque scientiam, cuius ab omnibus suspici, & amari debet fama: sed tamen veritas, quæ antiquior est nobis Platone, & Nazario. S. Aquinatis ergo fama, in hoc non minuetur aut lædetur, cũ notum viris litteratis plurimos & excellentes Philosophos, Poëtas, Theologos, imo & sanctos Patres, ab alijs non pauca desumpsisse, nec tamen id eis vitio tribuatur, aut dedecori.

Ab veritatis semita me non aberrasse ostendent nonnulla, quæ per aliquos & per me excerpta, in medium adducam, quæ sanctus Doctor ex Præceptore suo desumpsit.

S. Thomas, in prima parte, quæst. 31. art. 1. maximam partem mutuatur à 3. q. 2. Halensis, cuius titulus, an Trinitas D. cognoscit possit lumine naturæ & à 4. art. excerpsit nonnullos locos sacræ Scripturæ.

Quæst. 12. art. 11. vtrum anima in hac vita possit videre Deum per essentiam, duo prima argumenta cum citationibus, & interpretationibus sacræ Scripturæ, ni fallit memoria, sunt penè ad verbum mutuata.

S. Thomas q. 3. art. 1. excerpsit è membr. 1. q. 44. argumentum licèt variatum, erutum è Boëtiana definitione vnius, ad probandum non esse numerum in diuinis.

Vita R. P. Alexandri de Hales.

De æqualitate diuinarum perſonarum nonnihil excerpſit S. Tho. ſi rectè memini, è quæſt. 47. memb. 4. an vna perſona æqualis ſit duabus, vel toti Trinitati.

Et qu. 46. memb. an mediatè vel immediatè procedat Spiritus ſanctus à Patre, & in ſubſequenti memb. ac reſol. cum generatio filij ſit per modum naturæ, proceſſio verò Spiritus ſancti per modum voluntatis, ſcilicet ordine naturæ; prior eſt natura quàm voluntas, ita generatio illius prior eſt proceſſione huius; facilè quid mutuatur S. Tho. Henricus Gaud.

In qu. 14. an diuina eſſentia compatiatur ſecum pluralitatem idæarum; Alexander citat non paucas lineas S. Auguſtini de Idæis; quas etiam citat S. Tho. de ijſdem Idæis agens.

In art. 2. qu. 1. vbi D. Tho. quærit vtrum ſacra doctrina ſit ſcientia, inueniuntur primum, & ſecundum argumentum, & reſolutio art. petita ex D. Auguſt. lib. 14. de Trinit. cap. 1. provt habentur in memb. 1. ſummæ Alex. Halenſis.

In art. 10. q. 1. vbi S. Tho. quærit, vtrum S. Scriptura ſub vna littera habeat plures ſenſus, leguntur ſecundùm, & tertium argumentum cum reſponſionibus; prout inueniuntur in art. 4. ſummæ Halenſis.

In art. 4. q. 2. vbi D. Tho. quærit, vtrum Deus ſit, nonnulla inueniuntur in corpore articuli, quæ Alexander Halenſis continet quoad ſenſum in memb. 1. ſupradictæ dubitationis; vtrum Deus ſit.

In art. 1. q. 7. D. Th. proponit dubitationem vtrum Deus ſit infinitus, & ibi affert primum, ſecundum, & tertium argumentum cum reſolutione dubitationis petita à D. Damaſceno lib. 1. fidei ortodoxæ, quæ omnia hauſit ex Halenſi memb. 1. q. 7. an diuina eſſentia ſit infinita.

In art. 7. q. 12. primum, & ſecundum argumentum D. Tho. cum illis quæ notantur in corpore, inueniuntur in Halenſi, in memb. 1. q. 7. an diuina eſſentia ſit incomprehenſibilis, &c.

In art. 6. q. 12. fundamentum doctrinæ D. Thomæ habetur in ſenſu in Halenſi, memb. 2. q. 7.

In art. 3. q. 8. primum argumentum D. Th. reſolutio dubitationis cum auctoritate D. Gregorij, & fundamentum doctrinæ habentur in Halenſi memb. 5. quæſt. 10.

In art. 1. q. 10. ſecundum, tertium, & quartum argumentũ D. Th. cum definitione æternitatis Boëtij Seuerini leguntur in Halenſi memb. 3. qu. 12.

In art. 1. q. 11. ſecundum argumentum, reſolutio dubitationis cum auctoritate Dionyſij de diu. nom. & doctrina corporis, qu. D. Th. habetur in Halenſi memb. 2. q. 13. an vnum, ens, verum, & bonum, idem ſint.

In 1. 2. p. D. Th. p. 83. art. 2. tertium argumentum habetur in Halenſ.

2. p. q. 72. m. 2. art. 1 an liberum arbitrium potentia, vel habitus ſit.

In 1. p. q. 53. art. 1. D. Th. oppoſitio 3. eſt eadem quæ habetur in Halenſi part. 2. q. 33. m. 1. an Angelus localiter moueatur.

In q. 54. art. 1. p. 1. D. Th. primum, & ſecundum argumentum in contrarium idem quaſi dicunt, quod dicit primum argumentum Halenſis p. 2. q. 21. memb. 1. an potentia Angeli idem ſit ſecundum ſubſtantiam cum ſua eſſentia.

In q. ſuprad. art. 3. D. Th. ſecundum argumentum in contrarium cum reſponſione de ſimplicitate Angelorum, hac ex parte correſpondet tertio argumento in contrarium Halenſis ſuprad. q. 21. memb. 1.

In suprad. q. 54. art. 3. D. Th. resolutio habetur eadem cum 2. resolut. argumento Halensis, loco supra cit. vbi vterque dicit supercœlestia in tria diuidi; substantiam sc. virtutem, & operationem.

In dicta q. a. 4. D. Th. septimum argumentum, quoad maiorem, nempe idem cum primo argumento, quòd Angelus habeat potentiam receptiuam, quod habetur in Halensi, p. 2. q. 22. memb. 3. an sicut in hominibus est intellectus agens, & possibilis, ita & in Angelis sit.

In loco cit. D. Th. resolutio est quasi eadem cum prima resolutionis probatione Halensi, in qua dicit, intellectum possibilem in nobis esse in comparatione ad phantasmata, non item in Angelis.

In dicta q. 54. a. 2. D. Th. omnia tria argumenta in contrarium sunt eadem quoad substantiam, & aliqualiter quoad verba, cum ijs quæ habentur in Halensi p. 2. q. 22. memb. 1. an in Angelis sit potentia intellectiua tantùm, vel etiam sensitiua.

In q. 58. a. 6. D. Th. primum argumentum in contrarium & resolutio dicunt idem quod dicit primum argumentum in cont. responsio ad idem Halensis p. 2. q. 23. memb. 1. an cognitio Angelorum matutina, vel vespertina dicenda sit.

In suprad. q. 58. a. 7. D. Th. primum argumentum in contrarium idem dicit quod dicit secundum in cont. Halensis p. 2. q. 23. memb. 5. an cognitio quâ Angeli verbum cognoscunt, matutina vel vespertina dici debeat.

In q. 60. a. 3. p. 1. D. Th. primum, & secundum argumentum in cont. sunt eadem in sensu cum primis duobus, quæ habentur in Halensi 2. p. q. 30. memb. 1. a. 2. parag. 1. an Angelus diligatur à se naturali dilectione.

In dicta q. 60. a. 4. D. Th. resolutio legitur in primo pro resol. argumento, Halensis 9. memb. & a. suprà cit. §. 3. an Angelus diligat alium Angelum dilectione naturali, sicut se.

In suprad. q. a. 5. D. Th. secundum argumentum habet similitudinem cum primo in cont. Halensi; rursum tertium D. Thom. in cont. est idem cum secundo Halensis, resolutio D. Thom. eadem in sensu cum 2. pro resolut argumento, in locis supra vt §. 2. an Angelus naturali dilectione magis Deum, quam se diligat.

In suprad. q. 60. a. 2. D. Th. primum argumentum videtur idem cum primo in cont. Halensis p. 2. q. 31. memb. 1. an dilectio electiua, vel rationalis in Angelis sit, vbi vterque adfert, quòd electio sequatur consilium.

In q. 64. a. 3. p. 1. D. Thom. primum argumentum in contrarium videtur partim in 2. in cont. Halensis a. 3. partim in primo pro resol. argumento eiusdem a. 1. an in dæmonibus gaudium aliquod sit, p. 2. q. 100. memb. 4.

In D. q. 64. a. 3. D. Thom. secundum argumentum partim habetur in primo in cont. Halens. a. 3. partim in cont. eiusdem a. 4. an Dæmones pœnam quam sustinent, timeant.

In q. 100. a. 2. p. 1. D. Th. resolutio habetur de verbo ad verbum in Halens. 2. p. q. 86. memb. 1. a. 3. an iidem eodem statu geniti hæredes fuissent paternæ iustitiæ confirmatæ.

In loco dicto S. Thom. 3. & quartum in cont. eadem sunt cum primo & secundo in cont. Halensis loco supra cit.

In suprad. q. 100. a. 1. D. T. resolutio habetur in Halensi. 2. p. q. 89.

memb. 1. a. 1. an geniti in ſtatu innocentiæ hæredes fuiſſent originalis iuſtitiæ, Item in q. dicta S. Thom. tertium argumentum in cont. reperit in Halenſis loco cit.

In q. 101. a. 1. p. 1. D. Th. ſubſtantia & citatio 2. argumenti in cont. legitur in Halenſ. 2. p. q. 89. memb. 2. an geniti in primo ſtatu perfecti in ſcientia generarentur.

In dicta q. a. 2. D. Th. primum argumentum in contr. pro parte correſpondet 1. m. cont. argumento Halenſ. q. & mem. cit.

In q. 102. a. 2. p. 1. D. Th. reſolutio colligitur ex definitione paradiſi, quam Halenſis ex Damaſc. adfert m. 2. p. q. 84. mem. 2. an paradiſus terreſtris conueniens locus fuerit habitationi primorum parentum.

In q. 97. a. 2. p. 1. D. Th. primum & quartum argumentum colliguntur ex Halenſi, 2. p. q. 86. mem. 2. an Adam in eodem innocentiæ ſtatu paſſibilis fuerit ſecundum corpus ab extrinſeco.

In q. 98. art. 2. p. 1. D. Th. ſecunda reſolutio habetur in Halenſi, 2. p. q. 98. mem. 1. an Adam, & Eua in ſtatu innocentiæ coiſſent.

In q. 94. a. 1. p. 1. D. Th. ſecundum argumentum in cont. reperitur in Halenſi q. 92. p. 2. memb. 2. a. 1. an Adam cognouerit Deum in ſpecie, ſiue facie ad faciem.

In q. 94. a. 4. p. 1. D. Th. ſecundum & quartum in contr. leguntur in Halenſi 2. p. q. 92. memb. 2. art. 4. an Adam in ſtatu innocentiæ circa creaturam rerum cognitionem decipi, falliuè potuiſſet?

In loco ſupra cit. D. Th. reſolutio habetur de verbo ad verbum in Halenſi loco cit.

In q. 96. art. 4. p. 1. D. Th. primum argumentum in cont. habetur expreſſè in Halenſi in 2. p. q. 93. memb. 1. Adam ſi ſtetiſſet, an a ſe deſcendentibus, & ita ſucceſſiuè vnus alteri dominatus fuiſſet?

In dicta q. 96 a. 1. p. 1. D. Th. primum & ſecundum argumentum in contr. ſicut etiam ſenſus reſolut. S. Th. habentur in Halenſi ſuprà q. 95. memb. 2. an Adam animantibus brutis dominabatur.

In dicta q. a. 1. D. Th. ſecundum argumentum, in contr. aliqualiter colligitur ex Halenſi q. 93. memb 2. item 3. D. Th. in contr. in Halenſi dicta q. memb. 3. an & creaturis inſenſatis dominabatur dominareturue Adam.

In q. 79. a. 12. 1. p. D. Th. media primi, & ſecundi argumenti in contr. ſunt eadem cum argumentis, quæ habentur in Halenſi 2. p. q. 73. m. 1. an ſyndereſis potentia, vel habitus ſit?

In q. 95. a. 1. p. 1. D. Th. 6. argumentum in contr. habetur in Halenſi, q. 90. p. 2. m. 1. a. 1. licet in Halenſi qui contrarium ſentit in ea materia, ſcilicet vtrum primus homo fuerit creatus in gratuitis, aut naturalibus, pro reſolutione, in S. Thoma verò in contr. ponatur.

In p. 1. q. 91. art 1. vtrum corpus primi hominis ſit de limo terræ, idem dicit in ſenſu tam in calce corporis quàm in reſponſione ad vltimum argumentum cum Halenſi p. 2. q 77. 1. m. 1. a. 2. in medio a. 2. in medio præcipuè reſolutionis.

Ibidem q. 93. a. 2. & 3. vtrum mulier debuerit fieri ex viro, & vtrum debuerit formari de coſta viri, multa dicit, quæ penè ad verbum concordant cum dictis ab Alex. dicta p. q. 85 m. 2. & 3.

In q. 1. a. 1. 3. p. D. Th. in corpore omne quasi dicit quod habetur in Halensi 3. p. q. 2. m. 11. an si natura humana per peccatum lapsa non esset, adhuc fuisset ratio, & conuenientia ad Incarnationem.

In q. 3. a. . ibidem S. Th. omnia tria argumenta in contr. quoad maiorem partem sunt in Alensi, 3. p. q. 1. m. 5. a. 1. an sicut filio, sic Patri & Spiritui sancto incarnari conueniat.

In q. 6. ar. 1. ibidem D. Th. primum & tertium argumentum in contr. cum resolutione (id est sed contra) habentur in Halensi, q. 3. m. 5. an corpus assumptum sit mediante anima.

In 3. p. q. 60. a. 1. D. Th. habetur idem quod dicit Alensis in resolutione 4. p. q. 60. m. 1.

In dicta parte q. 60. a. 2. D. Th. 2. arg. & 3. argumentum cum resolut. habentur in Halensi dicta p. q. 1. m. 1. in q. 70. a. 3. D. Th. totus ar. est idem cum Alensi, q. 4. m. 6. a. 3. in diuin. q. 70. a. 4. D. Th. legitur quod habetur in responsione ad argument. & resol. Alens. q. cit. a. 4. in q. 62. a. 1. D. Th. resol.

Sed contra est eadem cum responsione prima Alensi qu. 5. mem. 3. a. 5. §. 2. m. q. 65. a. 1. D. Th. in corpore legitur resolutio Halens. q. 5. m. 7. a. 2. m. q. 30. a. 3. D. Tho. in corpore videtur resol. Halens. q. 60. m. 4. q. 39. a. 2. D. Th. habet easdem rationes adductas ab Alensi in resol. q. 6. m. 6. art. 1. m. q. 71. a. 3. D. Th. dicit idem sicut etiam in resp. ad 3. cum resol. Alens. qu. 7. m. 1. m. q. 71. art. 4. D. Tho. quasi totus ar. concordat. cum Alens. q. 7. m. 1. a. 4. in q. 66. a. 6. D. Th. legitur resol. data ab Alensi, in q. 8. m. 3. a. 4. in dicta qu. art. 1. D. Thomas dicit idem cum Alensi, ibidem m. 6. a. 1. in q. 68. art. 12. D. Th. totus quasi articulus est idem cum Alensi ibidem §. 3. in art. 2. m. 6. qu. 6. p. 4. Alensis eodem loco Augustini ex tract. 4. & 5. in Ioannem in tit. resolutio, atque sit in corpore ar. 4. qu. 38. p. 3. S. Thomæ.

Argumentum 1. art. 3. q. 38. S. Tho. & in m. 4. q. 6. Alensis, & responsio ad illud non valdè dissimilis, licet in S. Thoma fusior, & Bedæ authoritate firmatior.

In a. 5. q. 39. S. Th. in corpore ex causis cur aperti sint cœli, ea etiam affertur, quæ habetur in a. 3. m. 6. q. 6. Halensis.

Arg. 1. a. 2. q. 38. S. Th. est etiam in memb. 8. q. 6. Halensis.

Arg. 2. a. 5. q. 38. S. Th. est in a. 2. m. 9. q. 6. Halensis ibidem est probatio conclusionis quæst. 7. Halensis est valdè similis, quæst. 71. 3. p. S. Tho. quoad ordinem.

Fundamentum art. 3. q. 71. S. Th. est in ar. 2. m. 2. qu. 7. Halensis.

Locus Rabbani in art. 3. corpore, est etiam in Halensis art. 6. m. 2. q. 7. resolutione.

Responsio ad 1. in a. 1. q. 66. S. Th. est aliqualiter in responsione ad penultimam obiectionem in m. 1. q. 8. Halensis, & paulo superiùs.

Ex resolutione §. 2. a. 4. q. 8. Halensis sunt aliqua in art. 8. quæst. 66. D. Thom. 2. p.

Locus Isidori qui est in art. 2. quæst. 67. S. Thom. est in art. 1. m. 6. qu. 8. Alens.

Locus Augustini in a. 11. S. Thom. quæst. 68. est etiam in a. 1. §. 2. m. 7. quæst. 8. Alens.

Articulus 12. q. 68. D. Th. congruit cum doctrina §. 3. ar. 2. in 3. q. 8. Halensis.

ratio cur baptiſmus in aqua parabili, Chriſma in oleo attingitur, & à D. Th. in a. 2. q. 72. & ab Alenſi in a. 1. in 2. q. 9.

In q. 70. a. 3. p. 3. D. Th. argumentum cum citationibus in reſponſione ad idem legitur in Alenſi. 4. p. q. 4. m. 6. a. 4.

In q. 62. a. 1. p. 3. D. Th. arg. habetur in Alenſi ibi contra ſacramenta corporalia ſunt 4. p. q. 5. m. 3. a. 5.

In q. 65. a. 1. p. 3. D. Th. 2. & 5. argumentũ habentur in Alenſi q. 3. m. 7. a. 2.

In qu. 66. a. 6. D. Th. legitur reſolutio data ab Alenſi in. q. 8. m. 3. a. 4.

In d. qu. a. 8. D. Th. totus quaſi art. eſt idem cum Alenſi q. 8. m. 3. art. §. 2.

In q. 67. a. 11. D. Th. dicit idem cum Alenſ. ibid. m. 6. art. 1.

In q. 68. art. 12. D. Th. totus quaſi art. eſt idem cum Alenſi ibidem §. 3.

In q. 66. a. 6. D. Th. in reſponſ. ad 2. legitur reſol. Alenſis, in q. 8. m. 6. a. 7.

In q. 65. a. 4. in cap. D. Th. habetur reſol. Alenſis q. 8. m. 8. a. 5. §. 3.

In titulo libri Alexandri de Hales Doctoris Irrefragabilis in 12. Ariſt. Met. lib. dilucidiſſima expoſitio hæc verba habentur inter alia, faciléque deprehenderint, quid in exponendis eiſdem Ariſt. Metaphyſicis ex propria officina addiderit D. Th. Aquinas, tum demum vnde Ioannes Duns Scotus, vel Logicæ, vel Philoſophiæ ſubtiliores conceptus deprompſerit.

Antonius Tepius nobilis Hiſtoricus Benedictinus in Chron. quam Hiſpanicè loquentem inlatium vertit, hac in particula nuperrimè ſcriptor, ſatis apertè de Aquinate carpente ex Alenſi ſcribit.

Doctori Angelico S. Th. nihil honoris deperit (nemo enim Doctus naſcitur) quod plurimum profecerit ſumma, & ſcriptis Magiſtri Alexandri Halenſis; ſumma enim dexteritas, & prudentia eſt alienis laboribus in ſuum profectum vti poſſe, addendo vel mutando aliquid in his, & ſibimet ipſos appropriando,

Propertius teſta, tanti enim pendenda huius ſunt viri volumina, vt omnes quot quot ex Latinis ſcriptoribus, poſt ipſum, in huiuſcè Ariſtotelis Metaphyſica enodatione laborarunt, ſanctus præcipuè Doctor, ex Alexandri fonte èx hauſerunt, vt ex complurium Commentarijs elici foret, Alexandri mehercule alâ nihil celerius, nihil vibrantius, nihil denique fœlicius eſſe videtur ſtudioſis.

Idem in Ep. nuncupata Card. M. Ant. Columnæ ſcribens de opere Halenſis. Huius viri fulgida virtus, quæ nullis non prodeſſe poteſt, quum omnium Commentaria, quot quot poſt ipſum hunc extruere laborem, excerpta; & ſi licet ſint ſuprepta, cum itaque tam inclitum huius Alex. prædic. opus &c.

CAPVT DVODECIMVM.

De Ioanne Rupella Alexandri Halenſis Diſcipulo.

IOannes de Rupella Aquitanicus, ſecundus in ordine Minorum Doctor Pariſienſis, & Diſcipulus Alexandri, qui Dei voluntate intellexit, viſione nequaquam imaginaria, circa ſuũ auditorem ad gradum ſcholaſticum prouehendum, cum enim ob præclara ſua merita in Academiam Pariſienſem facultas Theologorum ei obtuliſſet, vt pro ſua electione & prudentia, vnum ſui ordinis in Baccalaureum inſtituiſſet: atque ille in Eccleſiam deſcendiſſet, oratio-

nem

tionem præmissurus: ne in electione erraſſet, vidit in quodam Eccleſiæ ſacello, fratrem quendam orantem, magna luce vndique circumfuſum, dum in tanto ſplendore poſitum diſcernere non poteſt quis eſſet, ad fores expectauit exeuntem, comperitque fuiſſe Ioannem de Rupella, prouinciæ Aquitaniæ, ſuumque auditorem, qui magnos fecit in Theologia progreſſus, inter doctiſſimos pariſienſium connumeratus, cœleſti hoc ſigno monitus, Cancellario vniuerſitatis obtulit laureandum, qui poſtea factus Magiſter, maximus euaſit prædicator, religioſitate, ſcientia, & diſcretione clariſſimus, tantaque vi ingenij præditus, vt priorum magiſtrorum ſubtilitati adijciens prædicationis, & lecturæ facultatem, modos traderet exquiſitos.

Ob tantæ eruditionis indicia grauiſſimis conſultationibus interfuiſſe ſcribit cum primarijs Theologis B. Thomas Cantipratanus lib. 1. de apibus c. 19. n. 5 ſic autem ait, volo vt quicumque hæc legerit, ſciat me ab incarnatione Domini 1238 fuiſſe Pariſiis, vbi venerabilis Guillelmus Pariſienſis Epiſcopus, qui in Theologia iam rexerat, conuocationem fecit omnium Magiſtrorum, in capitulo fratrum Prædicatorum. Popoſitâ ergo quæſtione de pluralitate beneficiorum, ſolerti, & valde longa diſputatione probatum eſt, duo beneficia, dummodo valeret vnum quindecim libras Pariſienſes, teneri cum ſalute animæ non poſſe; hoc determinauit prædictus Epiſcopus; hoc frater Hugo ordinis Prædicatorum, poſtmodùm Romanæ curiæ Cardinalis, &c. Frater Ioannes de Rupella, Ordinis Fratrum Minorum, & alij quamplures Magiſtri Theologiæ determinauerunt in Scholis proprijs ſucceſſiue.] Hæc ille.

Conſtat ipſum etiam vna cum tribus eruditiſſimis, nempe cum ſuo præceptore Hallenſi, Roberto de Baſtia, & Richardo deſtinatum fuiſſe Regulæ Minorum interpretandæ, ex mandato capituli Prouincialis Montispeſulani, habita cum Fratre Gaufredo de Byria Cuſtode Pariſienſi collatione, quæ regula vulgo ſub appellatione quatuor Magiſtrorum circumfertur, inter reliquas eius formulæ tam Pontificum, quam Doctorum declarationes, eam tranſmiſerunt ad comitia generalia Bononiæ celebrata (vt veriùs iudico; inquit Vuadingus) ex ipſa auctorum Epiſtola, ad miniſtrum & capitulum generale directa, quæ præfationis loco apponitur, quæ talis eſt

---

REVERENDO IN CHRISTO PATRI FR. N. ORdinis Minorum Fratrum Generali Miniſtro, cateriſque aeffinitoribus in capitulo congregatis, Fr. Gaufridus Cuſtos Pariſienſis, Fr. Alexander de Hales, Fr. Ioannes de Rupella, Fr. Robertus de Baſtia, & Fr. Richardus, (ſeu vt habet M. S. Rigaudus,) reuerentiam debitam, & deuotam.

IVdicio examinationis, & diſcretionis veſtræ referimus, ea quæ Domino docente, circa intellectum regulæ iuxta paupertatis noſtræ modulum percepimus, ſecundum iniunctam nobis obedientiam in prouinciali capitulo, iuxta hoc quod in precedenti capitulo deffinitorum fuerat ordinatum, nouam autem expoſitionem, vel gloſaturam circa regulam non aſtruimus, ſicut à quibuſdam intentionis puræ damnatoribus, & zelum ſuum in animarum periculum ſuarum, & fratrum ſcandalum peruertentibus,

prædicatur, imo ſimpliciter & purè intellectum ipſius regulæ, qui omnes nos ligat, & cuius ignorantia nullum excuſat, non ex noſtro ſenſu, ſed ex ipſa regula extrahentes, ſecundum iniunctam nobis obedientiam iudicio veſtro dirigimus iudicandum; veſtræ ſententiæ, pluſquam noſtro ſenſui, in his & aliis innitentes interpretationem, ſi alicubi neceſſaria fuerit, ſedi Apoſtolicæ reſeruantes.

Cathedræ magiſtræ regendæ ceſſit anno 1253. noſter Ioannes de Rupella, quem virum in diuinis ſcripturis Trithemius nominat eruditum, & in Philoſophia Ariſtotelica magnifice doctum, eo autem cedente, cura hæc omnium conſenſu, & gaudentibus animis delata eſt ad S. Bonauenturam, vſque adeo tunc, non ſanctimonię ſolum, ſed doctrinæ ſplendore prælucentem, vt præclare de eo teſtatus ſit Gerſonius, neſcio ſi vmquam talem doctorem ſicut Bonauenturam habuerit ſtudium Pariſienſe.

Noſter autem Rupellenſis plura ingenij ſui monimenta poſteritati conſignauit, nam ſcripſit ſummam de anima, quæ extat in Bibliotecha S. Victoris Pariſ. 1. 14. & ll. 14.

Super Apocalypſim.
Item opus prolixum & egregium in Matthæum,
Volumen magnum in omnes Pauli Epiſtolas.
Summam virtutum & vitiorum. lib. 1.
Super ſententias librum vnum,
Item ſermones dominicales.

Anno autem 1271. deſijt eſſe in humanis, iacet autem Rupellæ, ait Picquetus, in Catalogo virorum illuſtrium Ordinis Minorum.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Vtrum Guillelmus Vuaro & Ioannes Duns Scotus Doctor ſubtilis fuerint diſcipuli Alexandri Hallenſis.

NIcolaus Harpfeldius in Hiſt. Anglic. ad ſæculum 13. c. 11. recenſet inter diſcipulos Alexandri, Guillelmum Vuaro, vel Guarro, de quo ſic ſcribit Petrus Rodulph. in Hiſt. Seraph. lib. 3. Frater Guillelmus. Oena corrupto vocabulo Vuarro, conſuetâ tranſalphinarum appellationum in Italia deprauatione, cognomen accepit ab eiuſdem nominis oppido, quod viginti millibus paſſuum diſtat à Londino, tantâ floruit ingenii præſtantia, vt doctoris titulo honeſtatus, primum oxonij in Anglia, deinde Pariſijs Scholaſticæ lectioni præfuerit, in Philoſophia Ariſtotelica more Theologorum eius temporis, longo ſtudio euaſit peritiſſimus, inter diſcipulos quos tunc habuit frequentiſſimos Ioannem Scotum eruditiſſimum produxit diſputatorem, inter quindecim illos doctores, quorum nomina & cognomina in circuitu ſepulchri Ioannis Scoti, in ære inciſa ſunt, in antiquiore conuentu Minorum Coloniæ Agrippinæ, ſic ſcriptum legitur, Magiſter Guillelmus Varro Præceptor Scoti. Erat autem Varro, inquit Pitſeus, in Ariſtotelica & multò magis Chriſtiana Philoſophia longo ſtudio, & aſſiduâ exercitatione doctiſſimus, & propter eruditionis ſoliditatem, fundatus doctor cognominatus erat, hunc Ioannes Picus Mirandulanus in Heptaplo ſuo mirificè commendat & laudat, ſed eruditioris in-

dices, & ingenij sui in medium proferamus lucubrationes.

In Magistrum sententiarum libros quatuor, quorum initium, quoniam teste Beato Augustino.

Lecturas Theologiæ, Librum vnum.
Quodlibeticas quæstiones, Librum vnum.
Questiones ordinarias, Librum vnum.
Commentariorum in Aristotelem Libros plures.

Sed dubium potest esse, quomodo auditor & discipulus Alexandri Halensis censebitur, cum solum anno 1270. floruerit; Alexander autem è viuis excesserit anno 1245. sed in hoc nulla ratio dubitandi interuenit, si quidem extra controuersiam est Ioannem de Rupella fuisse Hallensis discipulum, & tamen adhuc in viuis degebat anno 1270. cur ergo similiter non asseremus idem de Guillelmo Varrone, cum vterque esset fere contemporaneus, & pro nobis stet testimonium Harsfeldij id asserentis?

Aduerte autem ex Matthæo Ferchio in vita Scoti, & erudito P. Idelphonso Brisseno in apparatu Historico eiusdē vitæ, hunc Guillelmum Binomium fuisse dictum enim etiam Ioannem, & ita consopitur lis, quæ versabatur inter auctores, quorum aliqui asserebant Magistrum Scoti fuisse Ioannem, alij Guillelmum, sed cum idem Guillelmus vocaretur etiam Ioannes, hinc est quod omnis cessat controuersia.

Major est difficultas, vtrum etiam noster Doctor subtilis fuerit discipulus Alexandri, nam Trithemius in Libro de Scriptoribus Eccles. id expresse asserit, cuius auctoritas decepit Sixtum Senensem in sua Bibliotheca, in Ioanne Scoto: at Trithemius, sicut in his quæ ad Colonienses euentus attinent, cæterorum Scriptorum fidem exuperat, cum Colonienſem Historiam contexat, tamquam acuratus illarum antiquitatum vestigator, & monimentorum quibus veritas secernitur, oculatus spectator, at non itaversatus in annalibus nostri ordinis, & ita nihil mirum, quod errorem hunc ebiberit. Trithemio, & Sixto Senensi adhæsit Bzouius forte ea ratione consilij ductus, vt Scotum vetustiorem reddens, extinctionem illius ad annum millesimum biscentesimum nonagesimum quartum, retrotrahere posset, sicque nutare & fluctuare posset totius Scoticæ Historiæ fides, inuersa annorum serie.

Sed quidquid sit de intentione existimantium Doctorem subtilem Alexandri auditorem extitisse, illud omnino indubitatum esse debet: quod Scotus Halensis tempora & annos non attigerit, cum obierit Alexander anno 1245. vt tradunt omnes Chronologi, sed rem ex Ferchio strenuo Historico describo, quem transcripserunt Dermicius Thadæi in nitela Franciscanæ religionis, & Vuadingus ad annum 1304. ita igitur habet in lib. 2. Apol. marg. 21.

De Ioannis Scoti Præceptore cum Bzouio lis est, cum Bzouius Alexandrum Hallensem, Antonius Possevinus Guillelmum Varronis fuisse notat, non Alexandrum, afferam ergo in eam rem aliquot coniecturas, si namque Aristoteles & Scotus comparentur, cum Stagirites agens annum decimum septimum, Socratem auditurus accesserit demus Ioannem Scotum citius, hoc est quindecim annos natum Alexandrum adiisse, ab eoque artem quamuis per triennium audiuisse, tum ab obitu Alexandri anno 1245. vsque ad Dunsianum anno 1308. sexaginta tres enumeremus, quibus collectis sequetur Scotum octogesimum primum annum attigisse, cum ex aduerso iuuenis obiisse tradatur,

aut ſecundum Andream Theuet in lib. de imaginibus & viris virorum illuſtrium cum eſſet annorum trium & quadraginta, aut iuxta carmina ſepulchro appenſa, & à Petro Rodulphio relata, poſt annum ætatis 33. nam tempora Chriſti triginta & tria communiter numerantur: recole verſus,

Tempora poſt Chriſti, propria dulcedine lethum
Venit atrox, raptim carcere compoſito.

Inſuper Alexander Halenſis (Bzouio quoque ad annum 1250. aſſertore) duos diſcipulos clariſſimos habuit, Beatos Thomam & Bonauenturam. Bonauentura vero in 2. diſt. 23. q. vltima indicat tunc, (cum ſcriberet) ſuum Præceptorem fuiſſe defunctum. Itaque Scotus in 1. diſt. 26. q. 1. citat S. Bonauenturam nomine Doctoris antiqui, integra periodo ex eius primo ſentent. diſt. 25. q. 1. numero 10. deſcripta, non ergo Scotus condiſcipulus illius fuit, quem doctorem antiquum appellauit, dicamus ergo Doctorem ſubtilem, nequaquam fuiſſe diſcipulum Doctoris irrefragabilis.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Vtrum Ioannes Gerſo, & Stephanus Brulifer fuerint diſcipuli Alexandri Halenſis, & aliqui illius auditores recenſentur.

HOc dubium mouetur propter teſtimonium Henrici Sedulii, in vita S. Bonauenturæ cap. 8. ſic ſcribentis. Alexander vſque adeo ſua doctrinâ, pietate, ac ſtudio ſingulari religionem illuſtrauit, vt illo primo tempore in conuentu Franciſcano Pariſienſi, publicæ Scholæ fuerint apertæ, ad quas omniũ ordinum, omniumque magnorum hominum concurſus factus ſit maximus, in iis Ioannes Gerſo, Stephanus Brulifer, & is qui auctor eſt fundamenti trium ordinum, ac Doctor vere Angelicus Thomas. Itaque videtur ſecundum opinionem huius auctoris, quòd ſicut S. Thomas Alexandrum Præceptorem habuerit, ſic & Ioannes Gerſo, Stephanus Brulifer, & qui eſt auctor fundamenti trium ordinum, eumdem ſortiti fuerint: ſed veritati nequaquam conſentaneum eſt, nam licet celeberrimus fuerit Doctor, imo & Cancellarius Pariſienſis Ioannes Gerſo, & quod in plurimis difficile cognoſci poſſit, vtra fuerit major in eo pietas, an eruditio, nihilominus nequaquam potuit attingere tempora Alexandri, qui floruit anno 1222. & è viuis exceſſit an. 1245. Gerſon autem animam diuinæ bonitati reddidit anno ab Incarnatione Domini 1419. ſimiliter nec Brulifer audire potuit Alexandrum, nam Gerſone Iunior, cum enim eſſet Doctor Pariſienſis, & maximæ eruditionis, vt teſtantur eius opera, nempè liber de ſanctiſſima Trinitate; reportata in Sent. Tractatus de paupertate Chriſti, & Apoſtolorum, &c. obijt in cœnobio Bernonis Prouinciæ Britanniæ Minoriticæ, cuius erat alumnus, anno 1483. nec auctor firmamenti trium ordinum à S. Franciſco inſtitutorum ſub diſcipulatu Halenſis ſtuduit, nam etiam Ioanne Gerſone & Brulifero iunior.

Quid ergo dicemus de Sedulio, de quo Henricus Vuillotius, quod ordini Minoritico & æquitatis, & Doctrinæ ornamento ſemper præluxit? ſi ergo adeo Doctus, quomodo aſſerere videtur, citatos Doctores fuiſſe Alexandri diſcipulos? Dicendum, quod ſi attente legatur, non tam id aſſerere vide-

bitur, quam quòd in Conuentu Franciſcano Pariſienſi, Theologiæ operam dederint, ſub quibus autem præceptoribus, non affirmat.

Apud omnes in confeſſo eſt Robertum de Baſtia, Gaufredum de Bria, cuſtodem Pariſienſem non inferioris nominis Doctoris, fuiſſe diſcipulos eius, alios plures ſatis inſignes obuoluo ſilentio.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Recenſentur libri quos ſcripſit Alexander Halenſis.

IVſſu Innocentij quarti, totius Theologiæ ſcholaſticæ ſummam, in illam ferè, quæ nunc eſt formam, atque methodum, omnium primus reduxit, & in quatuor volumina optimâ diſpoſitione & methodo, & ſingulari iudicio pulchrè diſpoſuit: porro hoc opus eiuſdem Pontificis authoritate ſic commendatum, non multo poſt tempore, ordinante Alexandro quarto ſummo Pontifice à ſeptuaginta ſelectiſſimis Theologis examinatum, approbatum, omnibuſque academijs docendum & diſcendum propoſitum eſt, & ab ipſo ſummo Pontifice diplomate confirmatum.

In prima parte huius inſignis operis, agit de cognitione vnitatis, & Trinitatis diuinæ: in ſecunda de productione creaturarum, præſertim rationabilium, & de earum lapſu, peccatis, & pœnis; in tertia de Chriſti Incarnatione, cóuerſatione, Paſſione, & Reſurrectione, de lege, & gratia, de virtutibus. In quarta denique de Sacramentorum Eccleſiaſticorum inſtitutione, & potiſſimum de officio Miſſæ: pluries hæc inſignis ſumma Theologiæ prælo mandata eſt, & tandem anno 1622. Coloniæ Agrippinæ ſumptibus Ioannis Gymnici excuſſa eſt, hoc autem de ea ſumma redditur teſtimonium in principio huius poſterioris eruditionis, quod quidquid in ſacris Biblijs, in ſanctorum Patrum ſcriptis, Philoſophorumque monumentis, aut abditi, aut reconditi erat, vnâ hac ſummâ, ſicut eruditè, ita piè per quæſtiones & reſponſiones, longè exaratum, explicatumque eſt, vt facilè deprehendere ſit poſteriores omnes Theologos, ex hoc, vti fonte, cuncta ſparſim exhauſiſſe.

Scripſit in Moyſis Pentateuchum: *auctor libri qui firmamenta trium ordinum B. Franciſci dicitur. Poſſeuin. Pitſeus. Villot.*

In Ioſue. }
In Libros Iudicum, } *ita citati Auctores.*
In Libros Regum. }

In Pſalmos extant Venetijs anno 1546. & ibidem apud Gregorium de Gregorijs, anno 1416. qui falſo Hugoni à ſancto Theodorico adſcribuntur.

In Iſaiam. }
In Ieremiam. } *Pitſeus, Boſtonus, Burienſis.*
In Danielem. }
In Ezechielem. }

Annotationes in 12. Prophetas librum vnum, *Pitſeus, Villot.*

In Euangelia libros quatuor, *de duobus in Lucam, & Marcum, ſic Poſſeuinus, mihi dum viueret Cardinalis Sarnanus oſtendit quatuor tomos manuſcriptos eiuſdem Alexandri Halenſis, in Marcum, & in D. Lucam, in omnes D. Pauli epiſt. quos optabat in lucem emittit.*

Vita R.P. Alexandri de Hales.

In omnes D. Pauli Epistolas, *quæ partim inquit, Pitseus, extant Oxonij in Bibliotheca publica, & quas omnes se vidisse testatur Possevinus.*

In Apocalypsim librum vnum, *Pitseus, Vvillot. autem sic de eo ait, scripsit in Apocalipsim commentationem, quam manuscriptam vidi in Bibliotheca Antuerpiana* PP. *Franciscanorum, & hi sunt Commentarii, quos ad me Reuerendus admodum Pater Marchantius per Germaniam & Belgium Commissarius Generalis, mittendos curauit, & qui labore & mea diligentia typis excusi sunt.*

Concordiam vtriusque testamenti. *Pitseus.*

Lecturas Bibliorum. *Pitseus. Possevin.*

In Iob librum vnum, cuius initium, dicitur in Psalmo. *Pitseus.*

In Epistolam ad Romanos, lib. 1. annuntiabo tibi quod expressum est. *Pit.*

Vtrumque testamentum, variis hinc inde annotationibus, velut stellulis illustrauit operi nomine indito, postilla super tota Biblia, *Possevinus. Auctor firmamenti opus laboriosum, & nimis prolixum. Sixtus Senens.*

De mysterijs Ecclesiæ librum, Anglia quo tandem tua tendit? *Pitseus.*

Summam resolutionum, librum vnum, quod opus Prosper Vrbinas in compendium redegit.

In libros quatuor sententiarum, qui Lugduni 1515. typis subiecti prodierunt, *ita Possevinus*, addit Pitseus manuscriptos esse oxonij, in collegio nouo Cantabrigiæ in Collegio S. Petri, & obseruatione dignissimum, ipsum Halensem fuisse primum, qui in magistrum sententiarum Petrum Lombardum scripserit.

Summam de virtutibus, Possevinus in lucem prodijt: an. 1509.

Destructorium vitiorum, præfert autem hunc titulum, Alexandri Angli. Theologi vetustissimi, summa, seu destructorium vitiorum, hic liber excussus Venetijs à Damiano Zenario an. 1582.

Opus insigne de Sacramento Pœnitentiæ, *Vvil. Pits.*

Compendium Theologiæ in sex libros diuisum, *Vvill. Pits.*

Repetitiones lectionum, lib. 1. *Vvil.*

Lecturam sententiarum, libros quatuor, *Pitseus.*

Mariale magnum libris sex dictinctum, cuius initium, Mariæ præcellentissimæ matris. *Vvillot. Pitseus.*

Tractatum insignem, quo probat B. Virginem Mariam conceptam sine peccato originali. *Vvillotius, Pitseus.*

Sermonum ad populum librum vnum, *Pitseus.*

Item exposuit multas auctoritates sacræ Scripturæ, quas se vidisse M. S. Louanij in Bibliotheca PP. Franciscanorum testatur, *Vvillotius.*

De negligentia librum vnum, *Pitseus.*

De legibus librum vnum, *Pitseus.*

Concordiam vtriusque iuris, *Pitseus.*

Declarationem regulæ, *Auctor firmamenti, Vvading.*

Quæstionum de anima librum vnum, *dicit Pitseus esse M. S. Cantabrigiæ in Collegio S. Petri. Vvillotius.*

In Methaphysicam Aristotelis libros 12. qui Venetijs in lucem prodierunt anno 1572. apud Simonem Galignauum. in principio autem huius editionis hæc verba habentur: post plura tempora, quibus non absque maxima tanti viri (nempe Alexandri Halensis) iniuria in tenebris iacuit, hæc dilucidissima expositio in Metaphysicam, nunc tandem summa ope operave R. M. Propertij

Restæ à Talleacotio Franciscani conuentualis, & optata luce, & debito candore donata est, ita vt ingenuum Peripateticum, insignemque Auerroistam nuper se nactos crediderint boni philosophantes, facileque deprehenderint quid in exponendis eisdem Aristotelis Metaphysicis, ex propria officina addiderit D. Thomas Aquinas, tum demum, vnde Ioannes Duns Scotus, vel Logicæ, vel Philosophiæ subtiliores conceptus deprompserit.

Scio Nazarium in Opusculo de scriptis S. Thomæ nolle admittere hanc expositionem Metaphysices esse Alexandri de Hales, sed cur potiùs ei fides adhibebitur, quam Propertio, & Henrico Vvillotio? verum est ipsum fateri tãto Doctore non indignam continere eruditionem, illud opus quod vult esse Alexandri de Alexandria Ordinis nostri.

Scripsit etiam librum vnum de factis Machumeti, *Pitseus, Vvillotius.*

De verbis exoticis librum vnum, cuius principium; in exordio huius libelli ista sunt, *Pitseus.*

Dictionarij difficilium vocabulorum librum vnum, cuius initium, cespitat in Phalaris Appus. *Pitseus.*

Vitæ S. Thomæ Cantuarienſis librum vnum, *Pitseus, Vvillotius.*

Vitæ Richardi Regis librum vnum, *Pitseus, Vvillotius.*

Addit Pitseus plura alia composuisse, quæ sanè magno rei litterariæ damno aut delitescunt, aut perierunt.

CAPVT VLTIMVM.

De morte Alexandri, & fama eius posthuma.

POst multos exantlatos labores, post plurima virtutum insignia, post tot monumenta ingenij, & eruditionis suæ posteritati relicta, vitæ sanctitate celebris, non solum de religione nostra, sed de vniuersitate Parisiensi, imo de vniuersa Ecclesia optimè meritus, Sacramentis instructus, cum omnium mœrore inter dulcissima cum Christo colloquia, plenùs dierum obdormiuit in Domino Doctor Irrefragabilis, anno ab Incarnatione Saluatoris 1245. die vigesima Octobris; sepultus autem 11. Kalendas Nouembris (non autem Septembris vt falso apud quosdam reperitur) in Ecclesia magni conuentus Parisiensis ordinis nostri Seraphici, ex aduerso Crucifixi erecto monumento, in quo insculptæ ipsius effigies, quidam hoc epitaphium subiunxit quod saxo incisum erat.

Gloria Doctorum, decus,, & flos Philosophorum,
Auctor scriptorum vir Alexander variorum,
Norma modernorum, fons veri, lux aliorum,
Inclytus Anglorum, Archileuita, sed horum,
Spretor cunctorum, fratrum collega Minorum
Factus egenorum, sit primus Doctor eorum.

In tabella quoque muro appensa adscripti sunt hi versus, quorum commemoratio omnibus ideo iucunda erit, quòd illius ortum, vitam, magisterium, religionis ingressum, studia, beatum denique finem comprehendat, eos de facili lector ad legem carminis reuocabit, nam fidem historiæ colimus.

Vita R. P. Alexandri de Hales.

Quid tibi maiorum repetis monumenta per orbem?
Patris Alexandri gesta viator, habe.
Hic placito superum, prognatus gente Britanna,
Protinus à puero flexit ad astra gradum.
Non Gaza meminit, nec auorum rura licetur,
Pectore in eximio sola Minerua sedet.
Ergo freta emensus, & vastos aquoris amnes,
Se totum ad studium Parisiense tulit
Quo vel Socraticos, vel summos quoque Platones
Ingenio facilè dexteriore præit,
Inde solum & cælos, & quæ super astra geruntur
Rimatus, didicit abdita fata Dei.
Sic tandem, & meritis, & digna laude probatus,
Doctrinæ, & verbi fit sator, atque pater.
Ast vbi Theologi pugnax sententia venit,
Acciperet minor signa magisterij,
(Nullus enim sacri Doctoris signa ferentem,
Ex grege Franciſci viderat orbis adhuc.)
Magnus Alexander, cui mens persancta fuisset,
Ac deuota diu, & religiosa Deo:
Ipse ego (mox inquit) certamina litis iniquæ
Compescam, non erit cui suus obstet amor.
It vir, & induitur palla vilente Minorum:
Quique magister erat, fit pius, ecce Minor.
Nos quid obstet, dixit, humilem gestare togellam,
Qui pariter gerimus nomen onusque patris?
Quid contra impediat sublimi in nomine mentem
Chordigeros fratres continuisse piam?
Discipulos Christi, quibus est lustrare popellos,
Quis ferat ignaros, iussa docere Dei?
Non tumet irrigua cœlesti flumine virtus,
Nec sese extollit, cui Deus auctor adest.
Mens humilis, purgata dolo, conserua deorum,
Nec famâ augescit, nec iacet, ima colens,
Nec iam primum post hæc Doctor fraterculus ibo,
Veste sub hac minimus, parta trophæa gerens
Dixerat, hinc patuit Franciſci semper alumnus,
Laurea Doctorum, qui, tot vt astra micant.
Tum demum ex superis captum geminare talentum,
Ne torperet iners, prouidus instituit.
At schola sacrorum, quia nil satis ordine norat,
(Cuncta quidem incertis sparsa fuere locis)
Hic prudens opifex, multa celeberrimus arte,
Compage, & neruis consolidauit opus.
Primus in articulos diuina volumina duxit:
Artis & in morem retulit acta senum.

Quo

Elogia R. P. Alexandri de Hales.

Quo duce præmonitus in prælia Diuus Aquinas,
Quotquot & vsque legis fortius arma gerunt.
Nec quisquam aduenier, quamuis ars crescat in horas;
Tam mente integra qui senis orsa latret.
Hauriet hinc potius veluti de fonte liquorem:
Et tamquam exemplar præferet vsque virûm.
Hæc breuibus dixi: quæ cætera multa supersunt,
Non vacat vt noris, qui citus ire velis.
Clauditur hoc saxo famam sortitus abunde
Doctor Alexander iunctus in axe Deo.
Si quis honos meritis, si qui virtute coluntur,
Hunc animo præfer, hunc venerare patrem.
Ne sorde & culpa pigritere per otia desses,
Nanciscì studio, quæ Minor iste refert.

ELOGIA.

ALEXANDRI HALENSIS
DOCTORIS IRREFRAGABILIS.

S. Bonauentura S. R. E. C. in 2. Sentent. Dist. 23. q. vlt. in fine.

HIC vnus est de decem articulis reprobatis ab vniuersitate Magistrorum tempore Episcopi Guillelmi, Odonis Cancellarij, & Fr. Alexandri de Hales, Patris & Magistri mei.

S. Thomas ex testimonio Ioan. Gersonis Cancell. Parisiens. in Epist. Panegy. ignitæ D. Bonnauenturæ Doctrinæ.

SAnctus Thomas dum inquireretur, quis esset optimus modus studendi Theologiam, respondit; exercere se in vno doctore præcipuè: dum vltro peteretur quis esset talis doctor, ait, Alexander de Hales: Testor, inquit citatus Gerson, me ita legisse pridem in tractatu quodam de visione beatifica contra Ioannem 22. testantur scripta eiusdem S. Thomæ, maxime secunda secundæ, quàm intimum sibi fecerat, & familiarem illum, quem laudabat Alexandrum de Hales Doctorem.

Ioannes Trithemius Spanhemensis in Catalogo scriptorum Eccles.

ALexander de Hales, natione Anglus, Ordinis Minorum, Præceptor Eustachij Cardinalis: vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in sæculari Philosophia nulli suo tempore secundus: ingenio subtilis, & clarus elo-

Elogia R.P. Alexandri de Hales.

quio, cum esset Doctor Sacrarum literarum in Gymnasio Parisiensi; vt cœlestis Philosophiæ verus efficeretur discipulus, ordinem pauperum Christi intrauit, quem sua eruditione & sanctitate mirabiliter illustrauit: scripsit, iubente Innocentio Papa quarto, insigne opus, quatuor voluminibus partitum, multa vtilia complectens; quod prænotauit, summa Theologiæ; quod incipit; Quoniam sicut dicit Boëtius &c. declarationem quoque regulæ Minorum edidit, quæ incipit; Reuerendo in Christo, &c. Cætera eius non vidi: dicitur autem quòd tam vetus, quàm nouum testamentum, ex magna parte postillauerit, & de concordia iuris diuini & humani multa subtiliter disseruerit; aliaque composuerit, quæ ad manus nostras non venerunt. Claruit sub Federico anno Domini 1240.

Bartholomeus de Pisis in libro conformitatum vitæ B. Francisci ad vitam Christi, libro primo, fructu octauo, & nono.

ALexander de Hales, natione Anglus, magno tempore Parisiis legit: Fecit summam maximam in Theologia, in quatuor partes diuidendo, & quia primus scripsit, mirum est in ipsa summa, non solum de profunditate & magnitudine suę scientiæ, sed & de inuentione tot dubiorum, & titulorum quæstionum; propter quod fons vitæ Parisiis est vocatus, hic etiam Magister quasi totam sacram Scripturam postillauit, opus eius in Theologia approbatum est, bulla Dom. Alexandri 4. & septuaginta magistrorum Parisiensium sententia.

Ex libro, qui firmamenta trium ordinum B. Francisci inscribitur, parte 1. tractatu de viris illustribus Franciscanæ Religionis.

ALexander de Hales, qui inter cæteros Doctores, Doctor Doctorum à quibusdam dicitur; ab aliis fons vitæ, vel generalius, Doctor irrefragabilis appellatur, D. Bonauenturæ quondam Præceptor, iuris vtriusque Doctor, & sacræ paginæ sufficientissimus professor; Scripsit super totam bibliam, nihil tam veteris, quam noui Testamenti dimittens indiscussum: opus certè prolixum nimis & laboriosum, scripsit etiam ex mandato Domini Papæ Innocentij Summam Theologiæ valde prolixam, & in quatuor partes distinctam, quam & bulla approbauit, quæ adhuc in conuentu fratrum Minorum Parisiis seruatur, scripsit etiam primus inter omnes Doctores suprà Magistrum sententiarum ad literam scriptum egregium.

Sixtus Senensis libro 4. Bibliothecæ Sanctæ

ALexander ex oppido Halensi, quod in insula Britanniæ est, Franciscanæ religionis professor, D. Bonauenturæ Cardinalis Præceptor, in Gymnasio Parisiorum publicus Theologiæ Doctor, in Scholasticis artibus, & in cognitione diuinarum scientiarum tantum nominis & gloriæ consecutus, vt ab eruditissimis sui temporis fons vitæ appellari meruerit; præter illam nobilem Theologiæ summam, quam iubente Innocentio Pontifice, eius nominis quarto, conscripsit: vtrumque sacrum Testamentum variis hinc inde

annotationibus veluti ſtellulis illuſtrauit, quod opus ipſe poſtillam ſuper totam bibliam inſcripſit, claruit ſub Friderico 2. an. Dom. 1240.

Cardinalis Bellarmin de ſcriptoribus Eccleſ. ad annum 1245.

ALexander Halenſis natione Anglus, ordinis S. Franciſci, vir Doctiſſimus, & Sanctorum Bonauenturæ & Thomæ Aquinatis Præceptor, ſcripſit iuſſu Innocentij Papæ quarti ſummam Theologicam, egregiam & copioſiſſimam &c.

S. Antonius 3. p. tract. 24. c. 8. §. 1.

ALexander de Hales, intrauit religionem S. Franciſci ſub Helia generali Miniſtro exiſtente; hic inſignis Doctor habebatur Pariſiis, & famoſus per orbem.

Beneuenuſtus Timolenſis in ſexta mundi ætate.

ALexander de Hales Pariſienſium irrefragabilis & præcipuus Doctor, & ipſe hæc tempora reddidit clariſſima, qui in vltimo vitæ ſuæ ob eximiam cum Dei ſapientiam, ac præcipuam eius deuotionem quam ad beatiſſimam Virginem habebat. Minorum habitum ſuſcipere voluit: qui cum eſſet acuratiſſime doctus, fons vitæ appellari promeruit.

Iacobus Bergomenſis in ſupplem. Chronic. lib. 13. an. 1252.

ALexander de Hales pariſienſium irrefragabilis & præcipuus Doctor, & ipſe hæc tempora clariſſima reddidit, qui in vltimo vitæ ſuæ exitu ob eximiam apientiam & præcipuam, deuotionem Minorum Ordinis habitum ſuſcipere voluit, qui cum eſſet acuratiſſimè doctus, ex mandato Innocentij Papæ in Theologia ſummam admodum copioſiſſimam & celeberrimam compoſuit.

Platina de vitis Pontificum in vita Innocentij 4.

HIus Pontificis tempore & mandato, Alexander de Hales Ordinis Minorum Frater, qui iam grandis natu religionem ingreſſus fuerat, ſummam in Theologiam admodum copioſam ſcripſit.

Gilbertus Genebrardus lib. 4. Chronic ad annum 1240.

ALexander Haleſius, S. Bonauentura Franciſcani, & Theologiæ præſertim Scholaſticę doctiſſimi interpretes.

Elogia R.P. Alexandri de Hales.

Ioannes Gerson Cancell. Parisiensis in Epist. Panegyrica mellisiua & ignita D. Bonauenturæ Doctrina.

Alexander de Hales; quantæ vbertatis sit eius doctrina dici satis nequit.

Franciscus Gonzaga Generalis Ordinis nostri seraph. Episcop. Sicilienſis, deinde Mantuanus, 1. p. Chronicon. in c. de scriptoribus. illustr. Ordin.

FRater Alexander de Hales ex oppido Hallensi, B. Bonauenturæ Cardinalis præceptor, edidit iussu Innocentij 4, summam in 4. partes diuisam, & articulos; quem scribendi modum nullus attigerat: eumdem imitatus est D. Thomas Doctor Angelicus eius auditor, vna cum D. Bonauentura, cum quo maximo amore, & sanctitate fuerat coniunctus, &c.

Et in titulo de Beatis Seraphici Ordinis: Beatus Alexander de Hales, consummatus Theologus, parisijs tumulatus.

Antonius Possevinus Societatis Iesu in apparatu sacro.

Alexander Halensis, quem abs se non lectum, neque visum Henricus de Gaudauo Galensem, alij de Hales vocant, Sanctorum Thomæ & Bonauenturæ præceptor, ex oppido Halensi, quod est in Anglia, Ordinis Minorum, Innocentij 4. iussu totius Theologiæ summam conscripsit, ea methodo, quam antea nemo vnquam attigerat, eam autem summam Alexand. 4. Pont. Diplomate, ac septuaginta virorum Ecclesiasticorum Syngraphis comprobauit, quam post alias editiones Franciscus Franciscus Senensis Venetijs excudit, recognitam, & quintuplici indice auctam: porro idem Halensis vtrumque Testamentum variis hinc inde annotationibus, velut stellulis illustrauit, operi nomine indito, postilla super tota Biblia, &c.

Fabianus Iustinian. lib. 2. de Scrip. S. lib. 2. p. 1. cap. 4.

INter selectiores Scholasticos nulli dubium, quin selectissimi sint Petrus Lombardus, Alexander Halensis, S. Bonauentura, Albertus Magnus, &c.

Henricus Sedulius in Historia Seraphica, in vita S. Bonauenturæ, c. 8.

IS erat Alexander Halensis homo Anglus, Iurisconsultus sapientissimus, Theologiæque scientiâ clarissimus: qui mirabiliter, vt annales loquuntur, beati Seraphici Francisci religionem amplexus; vsque adeo sua doctrinâ, pietate, ac studio singulari eam illustrauit, vt illius primùm tempore in conuentu Franciscano Parisijs, publicæ scholæ fuerint apertæ, ad quas omnium ordinum, omniumque magnorum hominum concursus factus sit maximus: In ijs Ioannes Gerso, Stephanus Bruliferus, & is, qui auctor est fundamenti trium ordinum, ac Doctor verè Angelicus Thomas Aquinas, tam præclaro autem

Elogia R. P. Alexandri de Hales.

Theologiæ Doctore se vsum esse aliquando scribit, ac profitetur, quâ testificatione manifestum perspicuè esse potest, ex præstantissimi magistri scholâ, tanquam ex bonarum artium officinâ, vnde summi viri prodierunt, se prodijsse: vt inde quis agnoscat, quòd & si præ humilitate, ac præ sancto pudore ipse tacitum reliquit, rectè tamen consequens est, eum tanti præceptoris fuisse discipulum, haud quaquam planè dissimilem: est enim illud tritum sermone Prouerbiorum, *optimi magistri optimus discipulus*. Si igitur magistri præstantia multum prçclaras eas Bonauenturæ progressiones adiuuit: certè etiam, non parum ille excitasse videtur, quem valdè dilexit, eiusdem magistri, aut certè eiusdem Parisiensis academiæ discipulus, beatus Thomas Aquinas.

Rodulphus Tossinianus Episc. lib. 3. hist. religionis Seraphicæ lib. 3. in principio.

ALexander Alensis ex oppido Alensi Britannus, D. Bonauenturæ Cardinalis prçceptor, qui in Parisiorum florentissimo Palladio parem non habuit; nam in peculari philosophia nulli suo tempore secundus, ingenio subtilis, eloquio clarus, in diuinis Scripturis eruditissimus fuit, cuius auditor fuit D. Thomas.

Ioannes Foderius Doctor Paris. lib. Historiæ & topographicæ narrat. Conuentuum, &c: Prouinciæ S. Bonauenturæ.

ALexander Anglus natione, vir ingenij subtilissimi, stupendæ doctrinæ, præcipuus in Vniuersitate Parisiensi in Theologia Professor, auditores innumeros non solum sæculares, sed & religiosos habuit.

Bzouius in Annalibus Eccles. ad annum 1252:

EAdem tempestate viuebat & florebat Alexander Halensis magnus sanctitate & doctrina, & ad annum 1250. num. 11. asserit habuisse duos clarissimos discipulos S. Bonauenturam & S. Thomam.

Hyeronim. Platus de bono statu religiosi lib. 2. cap. 32:

ANno ferme 1245. extitit Alexander ille Halensis, quo nemo illa ætate eruditior & huius auditor Bonauentura, tum plenus omni scientia, tum etiam dilucidus, & ad difficillima quæque explicanda aptissimus.

Nicolaus Harpsfeldius Archidiaconus Cantuar. in hist. Anglicanæ Ecclesiæ, in 13. sæculo cap. 11:

FRanciſci institutum primus ex Anglis, aut inter primos Alexander Halensis, quo tempore celeberrimus erat inter Parisienses Theologos ob summam Theologiæ, quam magno cum auditorum fructu perlegebat, Ioannis fortè exemplo prouocatus, amplexus est, cuius inter discipulos erant Thomas Aquinas, Bonauentura, Guillelmus Guarro. De singulari eius in rebus Theolo-

gicis cognitione non est quod plura addam, cùm eam abundè monumenta eius, quæ hodie visuntur prodant.

Iacob. Gualterus S. I. in tabula sua Chronog. saculo 13.

ALexander de Hales ordinis S. Francisci, SS. Bonauenturæ ac Thomæ Aquinatis, nec non Ioannis Scoti Magister: *sed in vita eius ostendimus nequaquam Ioannem Scotum fuisse Doctoris irrefragabilis auditorem.*

Alphonsius Ciaconius, pœnitentiarius Apostolicus in vita Romanorum Pontificum sub Pontificatu Innoc. IV.

FLoruit Innocentio IV. Pontifice Alexander de Hales Anglus, ordinis Minorũ qui iam grandis natu cũ esset Doctor Parisiensis, eam viuendi normam professus variâ eruditione, facundia, moribus plurimum luxit, auditorem habuit S. Bonauenturam; & summam Theologiæ admodum vberem iussu Papæ Innocentij scripsit; totam Bibliam glossauit, & de diuini humanique iuris concordia accurate disseruit.

Henricus Vvillotius in Athenis orthodoxorum sodalitij Franciscani litt. A.

IN describenda eruditione Alexandri Halensis Galatonis penicillum consequi me posse optarem, vt quemadmodum Æliano lib. 13. de varia hist. & Volaterano lib. 17. Antro. testibus, Homerum finxit euomentem; reliquos vero poëtas ea quæ ipse euomuisset haurientes, ita ego Halensem sua prosemi-nantem & posteros omnes ex vnica ipsius segete metétes figurarem; hoc enim nomine venit mihi maxime commendandus quod duos Principes scholasticos, æque doctos ac sanctos, Bonauenturam Seraphicum, & Thomam Angelicum scholis Theologicis peperit, qui ex ore dictantis, tanquam ex vastissimo oceano purioris doctrinæ aquas sorbentes tantâ copiâ redundarunt, vt quotquot calamum postea exercuerunt, ab altero horum hausisse videantur, & horum summistæ: hic re & nomine magnus Alexander, cùm in alma Parisiorum facultate primas inter Theologos nemine reclamante semper obtinuisset & Theologiæ prima fundamenta iecisset, illamque tandem suis numeris absoluisset, hoc sibi apud peritissimos quosque conciliauit insigne, vt Doctor Irrefragabilis, & Doctor Doctorum, & vitæ fons censeretur, & appellaretur, &c.

Ioannes Pitseus Doctor Theologus Liuerduni in Lotharing. Decanus de rebus Angl. histor. relationum ad ætatem 13. 1245.

ALexander Halensis vir euasit omnium humanarum & diuinarum scientiarum præsidijs instructissimus, acutus ingenio, facundus, eloquio, solidus iudicio, Philosophorum & Theologorum sui temporis vix vnquam secundus, theologalem in Parisiensi academia cathedram Regius Professor obtinuit, & quæ didicerat alios didicit, idque tanta cum laude sua, & discipulorum vtilitate, vt omnibus esset admirationi, cum singulari eruditione sanctimoniam etiam

vitæ ſemper coniunxit, & propter ſolidiſſima in omni genere doctrinæ fundamenta, & inuincibilem in ſuis ſententijs veritatem, fons vitæ, Doctor Doctorum, & irrefragabilis cognominatus, ſanè inter ordinis S. Franciſci præcipuos Doctores meritò numerari ſolet, vnde poſt Papas & Cardinales, primo loco ponitur inter quindecim illos Doctores, quorum nomina circa Scoti ſepulturam Coloniæ leguntur laminis æneis inſculpta ſic, magiſter Alexander de Hales inter alios viros clariſſimos qui ex eius ſcholis prodierunt, nominatiſſima fuerunt illa duo ſplendida Eccleſiæ lumina, videlicet S. Thomas de Aquino, & S. Bonauentura, poſtea S. R. E. Cardinalis: cùm eſſet per illam ætatem Theologorum facilè Princeps, eiuſque ſcripta in ſcholaſtica omnia planè quæ vſque ad id tempus edita fuerant, methodo & ordine, ſubtilitate etiam & ſoliditate multis gradibus ſuperarent: iuſſu Innocentij Papæ quarti totius Theologiæ ſcolaſticæ ſummam, in illam, quæ nunc eſt formam, atque methodum omnium primus reduxit, & in quatuor volumina optima diſpoſitione, & ſingulari iudicio pulchrè diſtribuit: porro hoc opus eiuſdem Pontificis auctoritate ſic commendatur, non multo poſt tempore ordinante Alexandro Papa quarto, à Septuaginta magnis Theologis examinatum, approbatum, omnibus academijs diſcendum, & docendum propoſitum eſt.

Propertius Reſta de Talleacotio Doctor Theologus Conuentualis.

TAnti pendenda ſunt huius viri volumina, vt omnes quotquot ex Latinis ſcriptoribus poſt ipſum in huiuſce Metaphyſicæ enodatione laborarunt ſanctus præcipuè Doctor, ex Alexandri fonte hauſerunt, vt ex complurium Commentarijs elici foret. Alexandri mehercule ala nihil celerius, nihil vibrantius, nihil denique fœliciùs eſſe videtur ſtudioſis, his etenim longè præſtantiori Minerua tendimus ad æthera pennis, hac vnicâ ſi tantùm contingimur ala nil vlterius expetendum eſt, hic ſi quidem Alexander ſi qui fuerant in ſacris Theologorum placitis, aduerſantium tribulos lucidiſſimo depulit ore, ita vt non ampliùs per diuina eorum dogmata ſerpere oporteat, vt antea veluti per incertam lunam ſub luce maligna iter in ſyluis fieret.

INCIPIT EXPOSITIO MAGISTRI ALEXANDRI DE HALES DOCTORIS IRREFRAGABILIS,

Super Apocalipsim Beati Ioannis Apostoli.

Et primò eiusdem in Prologum Gilberti explicatio.

PROLOGVS GILBERTI.

1. Tim. 3. Eccles. 2. OMnes qui piè volunt viuere in Christo, sicut ait Apostolus, persecutionem patientur, iuxta illud: Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Tentatio namque est vita hominis super terram. Ne autem fideles in his deficiant, consolatur eos Dominus atque confirmat dicens: Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi, & nolite timere pusillus grex. Propterea videns Deus pater tribulationes quas passura erat Ecclesia ab Apostolis fundata super petram Christum, vt minus timeantur, disposuit vna cum Filio & Spiritu sancto eas reuelare. Reuelauit autem tota Trinitas Christo secundum humanitatem: Christus vero Ioanni per Angelum: Ioannes Ecclesiæ: De qua reuelatione hunc librum composuit. Vnde & liber iste Apocalypsis dicitur: id est reuelatio: quia hîc continentur quæ Deus reuelauit Ioanni: & Ioannes Ecclesiæ, quanta scilicet Ecclesia passa sit in tempore primitiuo, & nunc patiatur: & in nouissimis temporibus Antichristi passura sit: quoniam tanta erit tribulatio, vt si fieri potest etiam moueantur electi; & quæ pro his, & nunc, & in futuro præmia sit susceptura: vt quos denuntiata supplicia terrent, promissa præmia lætificent. Ideo iste liber inter reliquas scripturas noui testamenti prophetiæ nomine censetur: quæ aliis excellentior est Prophetiis. Sicut enim nouum testamentum præstat veteri, Euangelium legi: ita hæc Prophetia Prophetijs veteris testamenti: quia de Christo & Ecclesia magna ex parte iam adimpleta sacramenta denuntiat. Vel etiam ideo, quia cum aliis vnifaria, isti trifaria data est Prophetia simul, scilicet de præterito, & præsenti, & futuro. Ad cuius confirmandam auctoritatem concurrit etiam auctoritas mittentis, deferentis, & accipientis. Mittentis, scilicet Trinitatis: & deferentis, Angeli: & accipientis, scilicet Ioannis.

Cũ autem Ioanni hæc in visione fuerint reuelata, & sint tria genera visionũ: sub quo genere contineatur videndũ est. Visio enim alia corporalis

ralis oculis: quando videlicet corporalibus oculis aliquid videmus. Alia ſpiritualis ſeu imaginaria, cum videlicet dormientes vel etiam vigilãtes imagines rerum cernimus: quibus aliquid aliud ſignificatur. Sicut vidit Pharao ſpicas: & Moyſes rubum ardere: ille dormiens, iſte vigilans. Alia intellectualis, quando videlicet Spiritu ſancto reuelante intellectu mentis veritatem myſteriorum ſicut eſt, capimus. Quomodo vidit Ioannes quæ in hoc libro referuntur. Non enim figuras tantum vidit ſpiritu: ſed & earum ſignificata mente intellexit. Vidit autem Ioannes & ſcripſit in Pathmos inſula relegatus in exiliũ, à Domitiano Principe impijſſimo. Hac eum ad ſcribendum compellente cauſa: quia dum exul teneretur à Domitiano in Pathmos inſula: in Eccleſijs quibus præerat multa pullulauerant, atque inoleuerant vitia, atque diuerſæ hæreſes. Erant enim quidam hæretici ibi dicentes, Chriſtum non fuiſſe ante Mariam, quia temporaliter de ea natus erat. Quos Ioannes in principio Euangelij ſui redarguit, dicens: In principio erat Verbum. Et in hoc libro cùm dicit, Alpha, & Omega, id eſt, principium & finis. Dicebant etiam quidam Eccleſiam pondere tribulationum ante finem ſæculi deſituram: & pro labore non præminm æternum ſuſcepturam. Horum ergo errores volens deſtruere Ioannes, oſtendit Chriſtum principium eſſe & finem; vnde Iſaïas: Ante me non eſt formatus Deus: & poſt me non erit. Et Eccleſiam per exercitium tribulationum non deſinere, ſed proficere: & pro his brauium æternum recipere, vel ſuſcipere. Scribit autem Ioannes ſeptem Eccleſijs Aſiæ, & earum ſeptem Epiſcopis de prædictis inſtruens: & per eam totam generalem Eccleſiam docens. Eſt itaque materia Ioannis in hoc opere, ſtatus ſpecialiter Aſianæ Eccleſiæ: nec non & totius, videlicet quæ in præſenti patiatur, & in futuro receptura ſit. Intentio vero eius eſt monere ad patientiam: quæ ſeruanda eſt, tum quia breuis labor: tum quia prẹmium magnũ. Modus tractandi talis: primò prẹmittit Prologum & ſalutationem: vbi reddit auditores benignos & attentos: quo prẹmiſſo accedit ad narrationem. Ante narrationem vero oſtendit Chriſtum eſſe ab æternoſine ptincipio & fine: inducens ipſum loquentem: Ego ſum Alpha, & Omega, id eſt principium & finis. Poſtea accedens ad narrationem diſtinguit ſeptem viſiones, quibus terminatis, iſte liber conſummatur. Prẹmittit autem Prologum, dicens: Apocalipſis Ieſu Chriſti, ſubauditur, hæc eſt; ſicut in alijs; Viſio Iſaiæ, hæc eſt; & Parabolæ Salomonis, hæ ſunt.

Iſai. 43.

R. P.
ALEXANDRI DE HALES
Expoſitio in Prologum Gilberti.

Prologum edidit Gilbertus in Apocalipſim quem antiqui interpretes expoſuerunt

REmittitur huic libro Prologus magiſtralis, in quo ferè omnia quæ dicemus prælibantur. Et diuiditur in quinque partes, in quarum prima tangitur triplex ſtatus Eccleſiæ, præſens, pręteritus, & futurus, quem Dominus Ieſus Chriſtus reuelauit Ioanni, Ioannes Epiſcopis, vt eos animaret ad patientiam, & tribulationem, quæ cito tranſeunt, & ad præmium perducunt æternum, Act. ſecundo, *Per multas tribulationes oportet omnes nos intrare in regnum cœlorum.*

Prologus in partes quinque diuiditur.

Act. 2.

In ſecunda parte, præſens opus à Prophetiæ commendatur eminẽtia, quæ præfertur alijs Prophetijs, propter authoritatem mittentis, deferentis, recipientis. Ex quibus auditores redduntur attenti & beneuoli: & hæc pars incipit ibi, *& ideo libet iſte inter reliquas Scripturas noui teſtamenti nomine Prophetiæ cenſetur: quia aliis excellentior Prophetiis.* In tertia, determinatur quo genere viſionis viderit iſta Ioannes, vtrum corporali, ſpirituali, vel intellectuali, ibi, *Cum autem hæc Ioanni in viſione fuerunt reuelata.* In quarta redditur ratio vbi, & qualiter, quando, & quomodo vidit iſtas viſiones, ibi; *vidit autem Ioannes, & ſcripſit in Pathmos inſula, in exilio, à Domitiano Principe impiiſsimo relegatus.* In quinta quaſi recapitulando breuiter, tangitur quæ materia, & quis modus agendi, & quis finis: *Scripſit autem Ioannes ſeptem Eccleſiis*, nempe Aſiaticis, has epiſtolas.

Tribulatio cur perstẽſit.

Cur hæc Prophetia aliis præponitur.

Dicit ergo, *Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto*, per puritatem conſcientiæ, vel vitæ innocentiam, ſicut dicit Apoſtolus, ſecundæ ad Corinthios capite tertio, *perſequutionem patientur*, mundo, carne, & dæmone diuerſa prælia mouentibus; ad multa incitantibus, iuxta id Eccleſiaſtici tertio: *Fili accedens ad ſeruitutem Dei*, cui ſeruire, & regnare eſt, *ſta in iuſtitia & timore*; & inuiolabiliter adhærendo: *& prepara animam tuam*, & voluntatem tuam; *ad tentationem* viriliter reſiſtendo, & vſque in finem fideliter perſeuerando, *Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit*: quia finis non niſi pugnâ conſequendus, & qui pugnat coronabitur. Sic ergo te debes præparare ad tentationem, quia *tentatio eſt vita hominis ſuper terram*, Iob primo; quaſi diceret, homo ad hoc poſitus eſt ſuper terram, vt tamquam miles ſtrenuus

2. Cor. 3.

A quibus perſequutionem patimur.

Eccleſ. c. 3.

Iob. 1.

& fortis sit in tentationibus, quia quandiu sumus in huius mundi constituti naufragio, varijs & continuis tentationum impulsibus agitamur, quapropter mors est calamitas presens potiùs dicenda quàm vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis, quid aliud est quam quædam prolixitas mortis? Gregorius in Homilijs: est enim tentatio vel tribulatio sustinenda, quia familiaritatis Dei ostẽsiua, culpæ præteritæ purgatiua, futuræ mortis præseruatiua, meriti augmentatiua, laboris consummatiua, ad finem fœlicissimum perductiua.

Tentationes & tribulationes vtilitates.

Notentur igitur octo rationes, quare Deus permittit hominem tentationibus approbari: Prima est humilitatis introductio ex sui cognitione, cum enim videt homo per se non posse resistere, seipsũ in conspectu Dei humiliat. Cognoscit igitur per tentationem, vtrum fortis an debilis sit, vt ex vtroque habeat causam, vnde efficiatur humilis; vnde Gregorius. Esse se magnum virum homo crederet si nullum defectum virium sentiret, sed diuina tentatione irruente, quantum contra insidias minimum veræ humilitatis sit necessarium ostẽdit. Secunda deuotionis exercitatio in feruenti oratione, quia tunc homo cogitur recurrere ad Domini protectionem, vnde Gregorius nono Moralium, cum se homo nihil esse considerat, discit in tribulatione, vt Deum deuotè quærat. Tertia est corporeæ virtutis augmentatio in formatione, vnde Isidorus libro tertio de summo bono: non ampliùs tentat electos diabolus, quàm permittit Dei voluntas, tentatio verò profectus sanctorum fuit. Quarta peccati punitio ex fomitis inclinatione, Hieronymus, post iustificationem peccatoris, remanet multiplex sequela peccati: & hoc habet locum præcisè in illis, qui nondum habent excitatos animos per pœnitentiam, quæ multùm sequelas istas attenuat & debilitat: vnde Gregorius nono Moralium: Sæpè hoc quod fletu interueniente deletum est, ad animum redit, & dejecta culpa, in antiquo crimine, pulsatione reperitur. Quinta ratio est cautelæ adhibitio in virtutum conseruatione; vnde Gregorius, tentatus à quo vires recipiat discit, sed quanta eas gloria seruat intelligit, sæpe enim quem tẽtatio superare non valuit, sua deteriùs securitas strauit, mater enim negligentiæ, non gloriæ, est securitas. Sexta est solicitudinis prouocatio in virtutum exercitatione; vnde Isidorus de summo bono. Vtile est seruo Dei post conuersionem tentari, quatenus à tentatione appetitus, sollicitantibus vitijs, separet animum ad virtutes. Septima castitatis accensio, ex optata miseratione, vnde quidam, si frequens incurrit tribulatio, & frequens ad Deum conuersio fiat, quia si sit adeo frequens & liberatio sequitur in me, & si fiat ferreum pectus, emolliri necesse est ad gratiam liberantis, quatenus homo Deum diligat, non propter se tantum, sed propter seipsum.] Octaua compassionis instructio ex comperta afflictione, sicut permisit Dominus Petrum in negatione non tantum tentari, sed etiam labi. De ista tentatione loquens Greg. sic dicit, Prius omnipotens Deus ostẽdit eum sibi, tamen præ cæteris præ-

S. Hier.

S. Greg.

Securitas mater negligentiæ.

S. Isid.

Aliàs charitatis.

posuit, vt ex infirmitate sua cognosceret, quam misericorditer alienam infirmitatem toleraret.] Sic igitur continuum est prælium, sed attende auxilium, & primò auxilium, & quo ad consolationem, & quo ad futurarum tribulationum informationem.

Vnde sequitur, *Ne autem fideles iis deficiant*, scilicet in impugnationibus, & tribulationibus; *consolatur eos Dominus, atque confirmat*, exhortationibus, atque promissionibus dicens; *Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi*, Matth. vltimo, & Psalmo, *Omnis consummationis vidi finem*; vobiscum sum tanquam suportator infirmorum, consolator afflictorum, consummator perfectorum, glorificator beatorum: & sequitur: *Et nolite timere pusillus grex, quia ego sum Pastor bonus, qui pono animam meam pro ouibus meis.*

Math. vlt.

Quomodo Christus est nobiscum.

Pastor animalia sua nutrit, erudit, & domesticat, materiali præsidio, & exteriori vestimento, pascit, sustentat corporali subsidio, custodit & defendit vero præsidio. Sic Christus humanum genus primò instruit documento salutaris instructionis, Eccles. decimo octauo; *Docet & erudit quasi pastor gregem suum*: secundò pascit cibo sacramentalis refectionis; tertio Regum, *Præcepi coruis vt pascant te*: tertiò defendit præsidio malorum defensionis vel protectionis, Ezechielis tertiò, *Sicut Pastor visitat gregem suum*: Grex est populus Christianus, qui dicitur habere simplicitatem innocentiæ in non lædendo, tractabilitatem patientiæ in sustinendo, fœcunditatem sanctimoniæ in fructificãdo; & talis grex non dicitur timere à canibus latrantibus, & morsibus viperinis.

Christus Pastor & qua de causa.

Eccles. 18.

3. Reg. 1.

Ezech. 3.

Sequitur, *propter quod videns Deus Pater tribulationes quas passura erat Ecclesia, & specialiter in nouissimis temporibus, ab Apostolis fundata super firmam petram*, id est, Christum, *& eorum imitatoribus*, primæ ad Corinthios: *Petra autem erat Christus*; *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, Matthæi decimo sexto; *Vt minùs timeant*, scilicet tribulationes.

1. Cor. 10. Matth. 16

Dispositi vnâ, id est, Pater *cum Filio, & Spiritu sancto, eas reuelare*, ad obuiandum periculis, & persequutionibus. Minùs enim iacula feriunt quæ prætuidentur, & nos tolerabiliùs mundi mala susci-pimus, si contra hæc prouidentiæ clypeo præmunimur. *Reuelauit autem tota Trinitas Christo secundum humanitatem*, tanquam mediatori, *Christus verò Ioanni per Angelum*, tamquam familiari; *Ioannes Ecclesiæ*, exponit tribulationem ex charitate feruentiori.

Minus iacula feriunt quæ prauidentur.

Sed oritur quæstio de hoc quod dictum, quod tota Trinitas reuelauit Christo secundum humanitatem, videtur falsum imo hæreticum, quia Christus homo omnia sciuit, ex quo verbum vnitum fuit cum carne humana? ad hoc respondetur, quod ideo dicitur tota Trinitas reuelare eam Christo homini, quia Christus hoc sciuit non à se, sed à Trinitate: sed eadem ratione potest dici quod Pater reuelauit Filio, & Filius Spiritui sancto, cùm vtrique omnia sua communicauerit? Dicendum quod non est simile, quia Filius & Spiritus sanctus omnia sciunt ex se, non à se, sed Christus homo non ex se, nec à se sciuit omnia, sed ex Trinitate: quia illi non

Quomodo Trinitas reuelauit Christo Apocalipsin.

per essentiam, sed per gratiam dedit omnem scientiam: sic ergo Ioannes reuelauit Ecclesijs.

De qua reuelatione, posita causa efficiente subnectit causam materialem, quæ est reuelatio tribulationum: Et circa hoc primò ponit materiam; secundò materiæ & libri eminentiam, & ideo liber iste de reuelatione dicitur: de quibus reuelationibus aggregatiuè hunc librum componit, ad expromendum memoriæ: vnde & liber iste Apocalypsis dicitur, id est reuelatio, quia hîc continetur, quod Deus reuelauit Ioanni, & Ioannes Ecclesiæ, *quanta scilicet passa sit primitiuo tempore*, scilicet plantationis suæ, per tyrannos, & principes, *& nunc* tempore in isto *patiatur*, per aliquos prauos prælatos & lupos rapaces; *Et in nouissimis temporibus Antichristi passura sit*, per falsos Prophetas, & fallaces nunc populum blanditijs demulcendo, nunc falsis miraculis seducendo. Et iste quadruplex modus secundum Ioachim, ipsum fidelem decipiendo, hæc fient tunc per vehementiam dolorum: *Nisi enim breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro.*

Quid Apocalypsis.

Hîc etiam continentur, *quæ pro bis & nunc, & in futuro præmia sit susceptura* scilicet Ecclesia, *quæ* & *nunc* gratiam, & in futuro gloriam, licèt enim præmittatur supplicium, superat tamen promissum brauium; *vt quos denunciata supplicia terrent, promissa præmia lætificent*, non enim condignæ sunt passiones huius temporis, ad præteritam culpam, quæ remittitur, nec ad præsentis consolationis gratiam, quæ admittitur, nec ad futuram gloriam quæ promittitur. Licèt ergo hîc oporteat multa mala pati, reperientur tamen ibi amplius, vbi longiturnitas non habet finem, nec claritas occasum, nec societas fastidium; ibi securitas erit determinata, ibi exultatio de societate, ibi glorificatio de perfecta veritate.

Secunda pars principalis, vbi præsens opus commendatur à Prophetiæ excellentia, quia sicut nouum testamentum præfertur veteri; sic hæc Prophetia omnes Prophetias excedit veteris testamenti: *quia de Christo & Ecclesia, magna ex parte iam adimpleta sacramenta denuntiat*: vt dicit Hyeronimus. *Iste ergo liber inter reliquos veteris testamenti, Prophetiæ nomine censetur, quia aliis est excellentior Prophetiis* (& declarat qualiter) *Sicut enim nouum testamentum præstat*, id est, præfertur, *veteri, Euangelium legi*, quia ibi de rebus veterascentibus, & terrenis. Hîc de rebus permanentibus & æternis, quia hîc gratiam, ibi onus insupportabile obseruantibus; Ita hæc Prophetia, præ alijs Prophetijs veteris testamenti, præfertur & præponitur, quia de Christo & Ecclesia magna ex parte iam adimpleta sacramenta denuntiat: & hæc est prima ratio.

Vel aliter, *quia cum aliis vniuersaria vnius temporis*, vel vno modo *isti tripharia*, id est, *tunc data est Prophetia simul scilicet de præterito, de præsenti, & futuro. Ad cuius authoritatem confirmandam accedit authoritas mittentis*, scilicet Trinitatis, *& deferentis*, scilicet Angeli, *& accipientis*, scilicet Ioannis, propter quod, hæc doctrina præ cæteris est authentica, & secura, quia ibi fit mentio de Angelo; & Angelici spiritus est purgare, illuminare, & perficere, quæ propriè debentur Prælatis Ecclesiæ.

Angelici Spiritus est purgare illuminare & perficere.

Ideo nomino nouem rationes quare

Quare dicitur Prælatus bonus est Angelus.

prælatus bonus dicitur Angelus. Primò ratione sanctitatis in continendo, Matth. vigesimo secundo; *In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei.* Matt. 22. Vnde Gregorius in Pasto. Nulla rector immunditia debet pollui, quia suscepit officium, vt in in alijs maculas tergat pollutionis; quia necesse est vt manus munda esse studeat, quæ diluere sordes curat. Secundò ratione scientiæ in cognoscendo, Malachiæ secundo; *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius: Angelus enim Domini exercituum est*; Malach. 2. tertiò ratione informationis in instruendo, Danielis tertio, *Dixit Angelus, ego veni vt doceam te.* Dani. 3 Vide Gregorium vbi suprà; neque enim speculatori sufficit, vt altè viuat, & eorum, quæ sibi sunt cómissa opera transcendat, nisi & loquendo assiduè auditores suos ad amorem cœlestis patriæ succendat, & pertrahat: quartò ratione meditationis in curando, sicut Tobias per Raphaëlem visum recepit, Tobiæ quarto. Tob. 4. Sic Prælatus corrigendo & sacra dispensando, populum disponendo, dicitur sauciatos sanare: quintò ratione prudentiæ in eligendo, & desiderando, non temporalia desideret, sed cœlestia, Tobiæ duodecimo. Nihil voluit recipere Raphaël; quòd est contra Prælatos multos nostri temporis, vt dicit Isidorus libro tertio de summo bono; *Aliqui superiores magis vtilitati propriæ student quam gregis sibi commissi.* Plerique sacerdotes suæ magis vtilitati quam gregi prodesse desiderant, nec vt prosint præsules esse desiderant, sed magis vt diuites fiant, & ab omnibus honorentur. Sexto ratione voluntatis in discernẽdo, Isaias, *Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus*, Isai. quod denotat sollicitudinem Prælatorum, quàm debent habere in subleuando animas à peccatis, ad Romanos primo; Rom. 1. *qui prodest in sollicitudine.* Septimò ratione officij in ministrando, ad Hebræos primo. *Omnes sunt administratorii Spiritus*: & ad Corinthios primo; Hebr. 1. Cor. 1. *Sic nos existimet homo vt ministros Christi, &c. Hic quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur.* Octauò ratione zeli in orando, quia Angeli orant pro hominibus, & hominum orationes offerunt coram Deo, Tobiæ secundò. Tob. 2. Dixit Angelus, *Ego obtuli orationem tuam Domino.* Et prælati pro peccatoribus orare debent, vnà peccatis soluantur. Nonò ratione deuotionis in contemplando, Matthæi octauo; Matth. 8. *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* Et prælatorum conuersatio semper debet esse in cœlis, ad Ephesios tertio. Ephes. 3.

Sed oritur hîc quæstio, quia videtur quod hæc Prophetia non sit cæteris excellentior, vt habet dicta littera, quia Hyeronimus dicit super Prologum Danielis, nullus Propheta tam apertè scribit de Christo sicut Daniel. Idem Hyeronimus super Isaiam; Non tam Propheta quam Euangelista dicendus; quia ita de Christo loquutus, vt magis narrare præterita, quam futura videatur. In Prologo etiam super Psalterium dicitur Dauid eximius Prophetarum; item super Genesim, Moyses omnibus Prophetis præstantior est. Super Matthæum, Helias appellatur maximus Prophetarum. Responsio; quilibet istorum potest esse eximius, & præstantior diuersis respectibus; Helias quoad vitæ austeritatem, & liberalem increpationem: Dauid quoad regiam dignitatem & mentis humilitatem & promissionem Christi nascituri de ipso; quia de fructu ventris tui ponam super sedem tuã. Isaias quoad gentium vocationem, & Christi incarnationem, Daniel quoad determinationem temporis incarnationis, & passionis Christi; Moyses, quoad

Quomodo vnus Propheta alijs excellitur.

Dei familiaritatem, & præceptorum certam promulgationem. Ioannes vero quoad visionum profunditatem, Prophetiæ multiplicitatem, & necessitatem, sicut immediatè dictum est, propter mittentis, deferentis, & suscipientis authoritatem: & sic finitur obiectio.

Ioannis Prophetia alijs excellentior.

Cum autem Ioanni hæc in visione fuerunt reuelata, & tria sunt genera visionum, sub quo genere contineatur visionum, videndum est. Postquam ostensum est quæ sit præsentis operis materia, & istius Prophetiæ præfulgentia & eminétia, hîc tertiò videndum quâ visione Ioannes viderit hæc mysteria. Vnde primò mouet magister suam quæstionem; secũdò dat solutionem, propter quòd dicit, *Cum autem*, scilicet, *hæc*, scilicet, cœlestia secreta Ioanni, *In visione fuerunt reuelata*, inspiratione diuina, *Et tria sunt genera visionum, sciendum quo genere visionum contineatur.* Dicendum videlicet ne in æquiuoco procedatur, quia immediatè dixerat, quod triplex est visio, ideo diuidit & explanat de qualibet per exemplum, dicens, *Visio alia corporalis, quando scilicet, videmus aliquid corporalibus oculis.* Nostra enim cognitio à sensu incipit; nihil enim est in intellectu, quod priùs non fuerit in sensu: & prima visio præ cæteris præmittitur, tamquam omnium primaria, quæ est quando visu aliquid intuemur corporaliter, visus enim plures differentias rerum ostendit quàm aliquis sensus particularis secundùm Philosophum. *Alia spiritualis vel imaginaria, cum scilicet dormientes, vel vigilantes cernimus imagines*, vel species *rerum*, quibus aliquid aliud significatur: *sicut vidit Pharao spicas*, scilicet dormiendo; & *Moyses* ardentem vigilando rubum: visio Moysi pro tanto potest dici imaginaria, quia sicut dormiens vtitur imaginibus rerum pro ipsis rebus, ita videbatur Moysi, quod erat ignis, sed erat solùm similitudo: sicut de columna ignis & columba, & linguis igneis, *alia intellectualis, quando Spiritu sancto reuelante, intuitu mentis, veritatem mysteriorum intelligit, sicut est, capimus*, quo modo vidit Ioannes in hoc libro, non enim figuras tantùm spiritu vidit, sed & significata eorum mente intellexit, & sensum mysticum figurarum, & hoc Spiritu sancto reuelante sibi veritatem reuelatam in diuinitate.

Qa visione vidit Ioannes quæ in Apocal ps habentur.

Notandum quod hîc fit mentio de Spiritu sancto, quia aliquando appellatur Spiritus veritatis, sicut ipsemet Ioannes capite 4. quia per ipsum est veritas reuelata, declarata, & testificata, scilicet per ineffabilitatem oraculorum, per virtuositatem miraculorum, per authoritatem consiliorum, per stabilitatem assertionum, per veritatem confessionum. Propriè ergo Spiritus sanctus dicitur Spiritus veritatis, quia reuelat & manifestat omnem veritatem, scilicet quid credendum, quod articuli, & sacramenta, quid faciendum, quidem præcepta & consilia; quid fugiendum, quidem mundus & vitia: quid timendum, quidem infernus & supplicia; quid appetendum, quidem Dei regnum, & eius gloria.

Variis nominibus Spiritus sanctus dicitur.

De ista ergo reuelatione aliqua sunt per ordinem notanda. Primum est reuelationum dignitas, quæ in hoc apparet, quia ipse nec præcipit, nec prohibet, nec comminatur, sed dulcedine mercedis temperat difficultatem laboris, *quia Spiritus eius super mel dulcis, & hæreditas eius super mel & fauum.* Secundùm est reuelationis authoritas, quia ipse Patris & Filij triclinium, & in eo quod est confitentium reclinatorium, & miserorum refugium, desolatorum solatiũ, pro-

Quinque notanda in reuelatione facta à Spiritu sancto.

Varia Spiritui sancto epitheta.

pter hoc Paraclitus appellatus; tertium est suæ reuelationis sublimitas, quia reuelat quæ sunt super rationem, imaginationem, siue omnem æstimationem humanam, & inuestigationem; quartum est sententiarum extraneitas; extranea enim est à reuelationibus diuinis humana sapientia, quæ miseros iudicat, quos Ecclesia lætificat; quintum est reuelationis integritas, per quam si quidem suggeritur quid est aspernandum, & quid appetendum.

Appellatur & Spiritus Sanctus, Spiritus gratiæ & precum, Zachariæ 12. *Effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & precum.* Dicitur autem spiritus gratiæ, quia obseruans per Euangelicam perfectionem, fœcundans per deuotam orationem, radians per Angelicam conuersationem, vel visitationem, suspendens per cœlicam contemplationem. Dicitur autem spiritus precum, scilicet amantium per peccati deplorationem, transformantium per Christi Passionem, inclinantium per condescensionem, cursum agentium per animi deuotionem.

Zach. 12. Cur Spiritus Sanctus dicitur Spiritus gratiæ.

Cur Spiritus Sanctus Spiritus precum nominatur.

Cum tria sunt genera visionum, sicut distinguit Augustinus vigesimo primo, super Genesim, ad litteram, scilicet corporalis, quâ videntur cœlum & terra, & ea quæ per cœli ambitum continentur; Spiritualis, scilicet, cum imagines eorum quæ vidimus, in memoria condimus, intentionalis, vel intellectualis, cùm condita per intellectum discernimus: quæritur igitur qua visione Ioannes ista viderit, non corporali, quia ista infirma est, non spirituali vel imaginaria, quia ista est minus intelligendi, vel intellectuali, quia est earum rerum quæ nullam corporis gerunt similitudinem, sicut Deus, intelligentia, ratio, virtutes, secundum Augustinum super Genes. Sed beatus Ioannes vidit intellectuali visione. Responsio, sicut dictum est in Prologo, Beatus Ioannes vidit in visione intellectuali, quod quidem est quando aliquis spiritu, scilicet interueniente, aliquid mysticum videt. Vnde Ioannes non vidit ista corporaliter, sed diuino flamine inspirante, conuenientia signa significantia intellectui suo configurauit. Et potest esse duplex intellectus huius verbi, primus, quia non vidit ista corporaliter visione corporali, qua videntur corporalia sub similitudinibus corporalibus; Sed vidit spirituali visione, & tunc configurauit signa, siue similitudinem. Responsio ad obiecta, quod licet intellectualis sit eorum quę nullam gerunt corporis similitudinem, tamen secundum rei veritatem similitudines possunt consignari ratione alicuius proprietatis, vel affectus.

Tria genera visionũ.

Et nota quod Richardus distinguit quatuor genera visionum, sunt duæ corporales, & duæ spirituales, vna enim est visio corporalis, quando res exteriores videntur, visu corporali absque significatione mistica. Et hæc est visiua, alia est corporalis, quando res videntur corporaliter in quibus latet significatio mystica; sicut Moyses vidit rubum ardentem, Exodi tertio. Alia visio est, scilicet spiritualis, quando non oculus carnis, sed quando animus Spiritu Sancto illuminatus, formis rerum visibilium in cogitatione deducitur, qua visione vidit Ioannes ista, & similiter Ezechiel, Ezechielis quarto: quartus modus est cum spiritus humanus per internam inspirationem suauiter tactus, nullis mediantibus rerum visibilium formis, ad cœlestium contemplationem erigitur, sicut vidit Dauid Propheta. Et de istis duobus vltimis

Richardus quatuor genera visionum recenset.

modis procedit Dyonisius in libro de Angelica Ierarchia.

Sequitur quarta pars presentis Prothematis, in qua ostenditur vbi Ioannes vidit hanc visionem, *In Pathmos insula, vbi fuerat relegatus à Domitiano principe impiissimo*, quare videt? ad extirpanda vitia, & hæreses multiplices, quæ iam pullulabant in vniuersa Ecclesia orthodoxa. *Vidit autem*, hîc redit ad causam elicientem proximâ; *Sanctus Ioannes.* Ibi ostenditur primò in quo loco scripsit, secundo quare scripsit; tertio quibus scripsit. *Et scripsit in Pathmos insula*, ad perpetuam rei memoriam, *relegatus in exilio*, ibi, propter Prædicationis suæ constantiam, *à Domitiano principe impiissimo*, quem reprehenderat, propter suam nequitiam. Domitianus enim sicut refert Historia, intelligens eius famam, fecit eum in dolium feruentis olei ad portam latinam mitti. Ille exijt inde illæsus, sicut à corruptione carnis extiterat alienus: videns autem Imperator quòd nec à prædicatione desisteret, eum in *Pathmos* insulâ in exilium relegauit, vbi Spiritùs Sanctus, istam reuelationem altissimam, reuelauit. Eodem anno Imperator, propter suam crudelitatem occiditur à Senatu, & quicquid fecerat irritatur. Sicque factum est vt Sanctus Ioannes qui cum iniuria fuerat in exilium deportatus, cum honore ad Ephesum remearet.

Ioannes in dolium feruentis olei mittitur.

Ioannem ergo inuenio priuilegiatum & dilectum, quod patet exhibitione corporalis consortij, ex repertione misterij supernaculis, ex defensione spiritualis patrocinij, excommissione impretiabilis thesauri. Auditis ergo istis Beati Ioannis priuilegijs, etiã nota quia in cœna suprà pectus Domini sui se inclinauit, in quo vidit primum inclinatorium in quo viderat verbum, *In principio*, &c. Officina etiam prima, (id est beatissima Virgo), in qua *verbum caro factum*, diligenter est sibi à filio cõmendata. Petro commendatur Ecclesia; huic Maria; Illi tumultuosa negotia, isti negotia quieta, illi altaria, vestibulum & altare Sanguinum; isti commendatur altare in cœna, & Sancta Sanctorum, ad cuius cultus mysterium, nullus admittitur, solus assistit:

Plura Beati Ioannis priuilegia.

Sequitur, & causa ipsum inducens ad scribendum. Vnde dicit, *hæc eum compellente causa ad scribendum*, & hæc fuit ratio motiua ad librum dictandum, quia cum exul detineretur à Domitiano in *Pathmos* insula, credens eum sic indũcere ad Christum negandum, *in Ecclesiis*, quibus præerat, non ad cauendum Imperatorem, sed ad proficiendum, *multa pullulauerunt, atque inoleuerunt vitia, atque diuersæ hæreses*, ad prædicationem Apostolicam corrumpendam, exemplificat quæ erant illæ hæreses, quæ incipiebant pullulare; dicens.

Erant autem quidam hæretici dicentes Christum non fuisse ante Mariam, imo contemporaneum, *quia temporaliter de ipsa natura fuisset.* Et ideo reputabant ipsum hominem purum, ignorantes generationis diuinæ mysteria, quâ progreditur à Patre æternaliter, sicut radius à Sole, sicut splendor à luce, sicut verbum à mente, sicut vestigiũ à pede. *Quos Ioannes in principio Euangelij sui redarguit, eos* dure increpando dicens. *In principio erat verbum*, Omne instans temporis transcendendo. *Et in isto libro cum dicit, Ego sum Alpha & Omega, ego sum*, quia principium omnium, *Alpha*; quia finis omnium, *Omega*; quia ipse est Sphæra, cuius centrum est vbique circumferentia nusquam. Et ideo figura circularis sibi conuenit ratione primitatis, capacitatis; interminabilitatis. Ioan. 1.

Verbum igitur, id quod erat in

Quomodo verbum gignitur à Patre.

principio apud Deum, est etiam patris æterni expressiuum. Gignitur enim à Patre per modum naturalis imaginis, & ideo, *In principio erat verbum*, id est, in Patre filius consubstantialis, & æternus. Et dicitur immensi amoris spiratiuum, quia enim procedit per emanationem generationis, habet primitatem respectu spirationis, Ecclesiastici; *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis.* Secundo illud verbum est totius vniuersi terminatiuum, quia enim hoc verbum Pater de se & exprimit alia; ideo hoc verbum à Patre dicente oritur, non solum imago patris consimilis, sed vt exemplar omnis rei terminabilis. Est enim idæa dispositiua, assimilatiua, & causa productiua, nam tempore Beati Ioannis Euangelistæ, dicti sunt quatuor errores circa verbum incarnatum, propter quod in principio sui Euangelij signanter præmittuntur quatuor conditiones de verbo Incarnato, quatuor hæreses elidentes, quæ sunt in esse vnitas, in persona alienitas, in Majestate æqualitas, in duratione coæternitas.

Ecclesi. 1.

Prima igitur conditio est essentiæ vnitas cum præmittitur, *In principio erat verbum*, hoc est in Patre filius, non separatur per essentiã, sed sunt ambo vnius substantiæ & naturæ. In quo error eliditur paganorum, qui nobis indignantur, quod tres personas dicimus; & tamen tres Deos non confitemur, non intelligentes, quia *In principio erat verbum*, Patri scilicet consubstantiale, & coæquale.

Ioan. 1.

Secunda conditio est in persona alienitas, & hanc exprimit cum dicit, *Et verbum erat apud Deum.* Sicut dicit Victorius, hæc præpositio *apud* importat distinctionem realem. Et licet in diuinis non sit majoritas aut minoritas, est tamen ibi personarum distinctio. Per quam hæresis Sabellianorum excluditur, ponẽtium quod vnus, & idem sit pater & filius, non attendentes quod *verbum erat apud Deum*, id est, filius à Patre distinctus.

Tertia conditio est in Majestate æqualitas, quam exprimit cum subdit. *Et Deus erat verbum.* Si enim erat, & Deus est, quo maius excogitari non potest, & ita æquale est verbum patri in Majestate. In quo error Arrianorum confunditur, qui filium creaturam esse posuerunt, & patre minorem ponebant, non attendentes, quia filius erat verbum, id est, filius patri coæqualis.

Quarta conditio in duratione coæternitas quam tangit, cum subdit *hoc*, scilicet *verbum erat in principio apud Deum*, vbi manifestatur sempiternitas durationis, nam Deus pater ab æterno erat, quod si filius non est patri coæternus, ante fuit pater quam filius: & ita, *Verbum non erat in principio apud Deum*, sed erat ex præsuppositis sibi ab æterno, & in hoc error Hebionitarum confunditur, qui dixerunt Christum ex Maria sumpsisse exordium, nec fuisse ante Mariam, vt habetur in littera. Non attendentes quod *hoc erat in principio apud Deum*, & verbum patri coæternum.

Ioannes Apocalipsim scripsit ante Euangelium.

Sed qualiter est secundum quod Ioannes dedit testimonium verbo Dei, quando ait, *In principio erat verbum*, quia certum est quod Apocalypsim ante Euangelium scripsit, vbi scriptum supradictum verbum? Respondeo, quod Ioannes in omni doctrina sua, & prædicatione de filij Dei Diuinitate, principaliter prętractauit, & fundamentaliter, licet in exordio Euangelij sui expressiùs explicauit, de hoc. Considerando igitur fundamentũ Doctrinæ suæ & Prædicationis, perhibuit testimonium de Christo, quãuis in Euangelio magis expressit,

& apparentem rei memoriam notauit: quia hîc fit mentio de Maria Matre Iesu.

Liber, huius dulcissimæ matris præconia declarat, pro reuerentia sua, & prolis. Primo enim ipsa est purissima in naturæ conditione, quia dicitur plena spiritu sancto, Matthæi primo. *Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph, inuenta est habens in vtero de Spiritu Sancto.* Est secundò mater Christi perfectissima, in gratiæ consummatione. Vnde plena gratia ab Angelo salutatur, vnde dicitur Ecclesiastici tertio, & quarto. *Ego Mater pulchræ dilectionis, & agnitionis & sanctæ spei.* Est tertiò Mater honestissima in vitæ conuersatione, quia per vicos & plateas non vagatur, Matthæi secundo. *Magi intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria Matre eius.* Est quartò Mater prudentissima in documentorum retentione, Lucæ secundò. *Maria conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo.* Est quinto Mater clementissima in miserorum compassione, Ioannis primo. *Deficiente vino dicit mater eius ad eum, vinum non habent.* Est sextò Mater patientissima in dolorum perpessione, Ioannis decimo nono. *Cum ergo vidisset Iesus matrem & discipulum stantem, quem diligebat,* &c.

Virginis sanctissima encomia.

Mat. 1.

Eccles. 3.

Mat. 2.

Luc. 2.

Ioan. 1.

Ioan. 19.

Est septimò mater officiosissima ex obsequiorum exhibitione, ideo mirabatur Elizabeth, Lucæ secundò, *Vnde mihi hoc vt veniat mater Domini mei ad me?* Est octauò mater altissima in præmiorum susceptione, quod signatur tertij Regum capite secundo, vbi dicitur; *Positus est thronus matris eius iuxta thronum Regis.* Est nonò mater potentissima in suffragiorum impetratione, vt dicitur in figura tertij Regum capite secundo. *Pete mater mea, nec enim est fas vt auertam oculos meos à te.*

Luc. 2.

3. Reg. 2.

Dicebant enim quidam Ecclesiam ponder tribulationum ante finem seculi defuturam tamen contrarium Ioannes asseuerat, numquam enim deficiet fides Ecclesiæ, iuxta dictum Saluatoris; *& pro labore non præmium æternum suscepturam*, non enim in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Horum igitur errores volens destruere Ioannes, per contrariam assertionem ostendit Christum principium esse per irrefragabilem prædicationem. Vnde Isaias, *Ante me non est formatus Deus*, quia ego plasmator omnium, *& post me non erit*, quia ego consummator omnium. Hęc authoritas concludit diuinæ essentiæ vnitatem, non tamen excludit personarum pluralitatem, quæ summæ simplicitati compatitur, summa autem simplicitas & vnitas indiuisibilis est respectu naturæ diuinæ, quæ sine sui diuisione & partitione est in tribus diuinis personis à se inuicem distinctis: pater est à nullo, filius ab vno, Spiritus sanctus à duobus. Pater dat, non recipit, Filius dat & recipit, Spiritus sanctus non dat sed recipit. Pater enim communicat essentiam suã filio, filius cum patre eam cõmunicat sancto Spiritui. Spiritus sanctus nulli alteri personæ. Cum igitur omnis perfectio consistit in tribus, secundum hunc numerum, Deum vnum colimus & profitemur.

Isai. 43.

Sequitur pars vltima huius Prologi, vbi habentur recapitulariter omnia supradicta. Vnde dicit, *Scribit Ioannes septem Ecclesiis Asiæ; & earum septem Episcopis de prædictis instruens* specialiter, *& in eis per eam, totam vniuersalem Ecclesiam*, generaliter siue vtiliter. *Est igitur materia status specialiter Asianæ Ecclesiæ, nec non & totius Ecclesiæ*, videlicet quæ in presenti patiatur, vt præui-

Pars vltima huius Prologi.

deat, & caueat in futuro quæ recepturasit, ne deficiat. *Intentio vero eius est mouere ad patientiam, quæ secunda est, tum quia breuis labor, tum quia præmium magnum.* Est igitur vera patientia illata mala æquanimiter perpeti, & contra eum qui irrogat, nullo animi dolore moueri; Ad patientiam vero, pertinet, nec sibi timere Dei correptionem, nec hominum persequutionem, nec Dæmonum infestationem. Per patientiam vero regnum Dei acquiritur, quia in ea omnis virtus perficitur, secundum Bernardum.

Breuis labor præmium

Modus tractandi talis est; primò præmittit prologum, & salutationem, vnde reddit auditores beneuolos & attento; beneuolos per Doctrinæ authoritatem, attentos per bonorum obtentionem: ad narrationem vero accedens, ostendit Christum esse ab æterno, & sine principio, & sine fine, inducens eum loquentem, *Ego sum Alpha & Omega, principium & finis*: postea distinguit septem visiones, quibus terminatis iste liber consummatur.

Qualis debet esse patientia, & qualis illius præmium.

R. P.

R. P. ALEXANDRI

DE HALES,

PRIMI DOCTORIS INTER MINORES, DICTI IRREFRAGABILIS,

SANCTORVM, SERAPHICI BONAVENTVRÆ, ET ANGELICI THOMÆ, PRÆCEPTORIS.

Commentarij eruditissimi nusquam Impressi in Apocalypsim B. Ioannis.

SYNOPSIS.

IOANNES in Patmos Insulam relegatus, scribit Septem Ecclesiis Asiaticis per Septem Candelabra designatis, Reuelationem, quam à Christo accepit, vt ipsis traderet: Docet que quomodo eam accepit: narrat vocem, quam audiuit, & primam Visionem Christi D. gloriosam in dextera septem Stellas habentis, quibus Septem Ecclesiarum Asia significantur Episcopi. Est autem in hoc capite, Libri titulus, Epistola Dedicatoria, & Prologus describens gloriâ & Majestate plenam Christi speciem, representantem omnia, quatota Apocalypsi continentur, sicut Prologus in Comœdia summatim omnia exhibenda representat.

CAPVT PRIMVM.

1. APOCALYPSIS IESV CHRISTI, quam dedit illi Deus palam facere seruis suis, quæ oportet fieri cito: 2. & significauit, mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcumque vidit. 3. Beatus, qui legit & audit

verba Prophetiæ huius: & ſeruat ea, quæ in ea ſcripta ſunt: tempus enim prope eſt. *4.* Ioannes ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia. Gratia vobis & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt; & à ſeptem Spiritibus, qui in conſpectu Throni eius ſunt: *5.* & à Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, *6.* & fecit nos regnum; & ſacerdotes Deo & Patri ſuo: ipſi gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum: Amen. *7.* Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ: Etiam: Amen. *8.* Ego ſum Alpha & Omega, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, omnipotens. *9.* Ego Ioannes frater veſter, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Chriſto Ieſu; fui in Inſula, quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei, & teſtimonium Ieſu: *10.* Fui in ſpiritu in Dominica die, & audiui poſt me vocem magnam tamquam tubæ, *11.* dicentis: Quod vides, ſcribe in libro: & mitte ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ. *12.* Et conuerſus ſum, vt viderem vocem, quæ loquebatur mecum: Et conuerſus vidi ſeptem Candelabra aurea: *13.* & in medio ſeptem Candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis, veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea: *14.* caput autem eius & capilli erant candidi tamquam lana, & tamquam nix, & oculi eius tamquam flamma ignis: *15.* & pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti, & vox illius tamquam vox aquarum multarum: *16.* & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem: & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat: & facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua. *17.* Et cùm vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et poſuit dexteram ſuam ſuper me, dicens: Noli timere: ego ſum primus, & nouiſſimus; *18.* & viuus, & fui mortuus; & ecce ſum viuens in ſæcula ſæculorum, & habeo claues mortis, & inferni. *19.* Scribe ergo quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ oportet fieri poſt hæc. *20,* Sacramentum ſeptem ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem candelabra aurea: ſeptem ſtellæ, Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum: & candelabra ſeptem, ſeptem Eccleſiæ ſunt.

EXPOSITIO TEXTVS.

VERSVS 1.

APocalypsis Iesu. Liber iste in duas partes diuiditur. Primo enim præmittit Proœmium. Secundo exequitur intentum. *Ioannes septem Ecclesijs quæ sunt in Asia.* Item primo ponitur tituli impositio, secundo Operis commendatio. Ibi, *quam dedit Deus palam facere seruis suis.* Item primo commendatur Liber iste ab B authoritate. Secundo ab vtilitate. Quid Apocalypsis. Ibi, *Beatus qui legit & audit verba Prophetiæ hujus.* Dicit ergo, *Apocalypsis.* Id est, Reuelatio, vel Visio reuelata causaliter, vel materialiter. Ioan. humilitas. *Iesu Christi*, quia de Christo, vel à Christo semper est. In quo ostendit libri authoritatem, & suam humilitatem, quia non suam dicit sed Christi. *Væ ergo Prophetis* C *Prophetantibus de ore suo.* Ierem. 22. Ierem. 22. Hoc est ergo Apocalypsis, id est, Reuelatio, *Iesu Christi*, id est, de Iesu Christo, vel à Iesu Christo. Reuelatio ad quid?

Et nota quod Reuelatio Dei, est ad remouendum velamen litteræ. Psal. 118. Psalm. *Reuela oculos meos & considerabo, &c.* Ad remotionem figuræ, Daniel. 7. Danielis nono: *Vere Deus vester Deus deorum est, & Dominus dominorum ipse.* Item ad amotionem vela- D 1. Cor. 3. minis miseriæ, vt ad Corinthios 3. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur.* Hæc est Reuelatio Iesu Christi.

Nota quod Iesus nomen est proprium, id est Saluator. Luc. 1. Lucæ primo: *Ipse enim saluum faciet populum suum, &c.* Quia alij non saluauerunt populum suum à peccatis, &c. Sicut A Iosué: Christus est nomen officii, quia in lege Sacerdotes, Reges, & Prophetæ inungebãtur. Et ipse fuit Rex; Vnde habebat scriptum: *Rex regum, & Dominus dominantium.* Sacerdos enim fuit & Propheta. Sed ne putes quod Christus fuit hoc à seipso; ideo addit: *Quam dedit illi Deus*, quam scilicet Reuelationem, dedit illi, scilicet Christo, Deus, scilicet Pater. Et hoc gratis. *christus hic non est proprium nomen.* *christus est nomen officij.*

Sed ad quid dedit, statim dicit, quia *palam facere seruis suis.* Matthæus: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* Contra. Si hæc Reuelatio data est in figuris, ergo non palam? Responsio, Ioanni palam facta est qui reuelante Deo claritatem aspexit. Vnde figuras vidit, quarum significationes apertè ipse nobis reuelauit: sed non omnes, vel omnino, ne vilesceret Prophetia. Dedit ergo Deus Pater illi, scilicet Christo, id est, reuelauit. Ad quid? *Palam facere*, id est, vt ipse Christus reuelaret *seruis suis*, scilicet humilibus fidelibus, non superbis. Mat- Matth. 11. thæi vndecimo: *Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea parvulis.* Ideo ergo palam fecit seruis suis secundũ glosam, quia eos oportet tribulationẽ, exemplo Christi & Apostolorum sustinere. Et secundum Gregorium, minùs feriunt iacula quæ præuidentur. Matth. 11. *Ioannes significationes figurarum clare cognouit.*

Et de quibus fit hæc reuelatio, statim ostendit, dicens: Hæc reuelatio est de his *quæ oportet fieri cito*, id est, veraciter & infallibiliter, scilicet de pœnis malorum, & scandalis peruersorum, & iniquorum. Mat- thæi decimo nono: *Necesse est vt ve-* Matth. 19. *niant scandala.* Vnde nota quod tri-

bulationes mundi sunt necessariæ, & opus eas fieri. Et sunt sicut stimulus desidiosos accelerans, baculus pernicioſos verberans, libellus obliuioſos rememorans. Hinc Psal. *Tribulatio & angustia inuenerunt me.* Vnde Augustinus de Ciuitate Dei. [Sicut sub eodem igne aurum rutilat, palea fumat, sic eadem vis passionis&tribulationis bonos probat, & purificat, & eliquat, malos damnat, vastat & excruciat. Tribulatio ergo malos frãgit, bonos perficit.] Vel has oportet fieri cito. Nam tribulationes iam incœperant, vel quia omne tempus breue est respectu æternitatis. August. Breue id quod fine clauditur. *Oportet*, quia vtile est vt fiant, vnde per hoc quod dicit, *oportet fieri cito*, animat tribulatos ad patientiam. Vnde oportet tribulationes fieri. Oportet, quia opem portant diuini adiutorii. Opus portant vtilis exercitii, opus portant cœlestis stipendii. Opus ergo has tribulationes fieri, quia sunt vtiles: quasi diceret, Non sit vobis molestum sustinere tribulationes, quia cito labores & tribulationes finientur, & præmia tribuentur.

Cur tribulationes necessariæ. Psal. 118.

Cur in tribulationibus ferẽdis vtitur hoc verbo oportet.

Dedit ergo Deus Christo in quantum homini hanc reuelationem, & manifestauit hãc visionem, vt palam faceret, & eam reuelaret seruis suis. Et non solum supple hoc ei dedit.

VERSVS 1.

Sed significauit, & per signa ostendit, secundum Glossam, *Mittens per Angelum suum*, scilicet Christum, qui est magni Consilii Angelus. Isaiæ nono: *seruo suo.* Vnde Deus Pater reuelauit Christo homini, & Christus Ioanni, tanquam suo amico speciali. Vel secundum Glossam, Deus Pater reuelauit Christo homini, & Christus Angelo, & Angelus Ioanni. Sed quia Christus immediatè non reuelauit Ioanni, secundùm Glossam, vult docere hominem & Angelum, vt sic charitatis vinculum inter homines & Angelos obseruet.

Isa. 9.

Cur voluit Deus quod hæc reuelatio fieret Ioanni mediante Angelo.

Et nota quod Angelus iste missus ad Ioannem, spiritus creatus fuit, loquitur tamen quandoque in persona Christi, vt *Ego sum Alpha & Omega*: quandóque in persona sui, vt in fine vltimi capituli: *Videne feceris, conseruus tuus sum & frater tuus.* Sic nuntius referens verba principis, quandóque loquitur in persona Domini: quandóque sui. Secundùm verò primam expositionem, *Significauit Christus mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni.* Et nota quod Ioannes dicitur seruus Dei deuotissimus. Psalm. *Seruus tuus sum ego.* Charissimus, Ecclesiastici trigesimo tertio: *Si est tibi seruus fidelis.* Familiarissimus. Isaiæ quadragesimo secundo: *Ecce seruus meus, suscipiam eum, posui super eum, &c.* Et rectè hic seruus humilis vocatus est Ioannes, qui interpretatur in quo est gratia, quia ipse affulsit gratia conuersationis Angelicæ, perfectionis Apostolicæ, prædicationis Euangelicæ, contemplationis anagogicæ: vt possit dicere id Apostoli: *Gratia Dei sum id quod sum.* Scripta ergo in hoc libro Deus per Angelum, sicut est expositum, *significauit*, idest per signa ostendit seruo suo Ioanni.

Ioannes pluribus modis dicitur seruus Christi.

Psal. 125. Isa. 42. Eccles. 33.

Ioannes interpretatur in quo est gratia Dei.

Multiplex gratia in Ioanne.

Et certè meritò, quia Ioánes semper est, *qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi*; id est Christo, quia scilicet erat verus Deus & Homo. Et de his quæ per-

tinent ad diuinitatem & humanitatem. Propter quod dicit *Verbo Dei*, propter ipsum Iesu Christi testimonium quod perhibuit Verbo Dei Ioānes dicēs: *In principio erat Verbū, & Verbum caro factum est;* quamuis enim primo scripserit Apocalypsin, quàm Euangelium, primo tamen prædicauit Euangelium, quam scripserit.

Ioan. 1.

Ioannes prius scripsit Apocalypsin, quā Euangeliū.

Sed ne putetur nunc quod solum de reuelatis Ioānes Christo testimonium daret, dicit: *Quæcumque vidit.* Ad litteram, testimonium est de visis & auditis. Ideo testimonium maxime Ioannis creditur, quia maxime fuit cum Domino fere vbique. Vnde Ioannis vltimo:

Ioan. vlt.

Hic est Discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scimus quia verum est testimonium eius. Dicitur ergo *Apocalypsis* propter similitudinem. *Iesu Christi*, propter vtilitatem. Vt conformetur opus authoritati, *quam dedit illi Deus*; ob liberalitatem: *palam facere*, propter serenitatem, *seruis suis*, propter fidelitatem & humilitatem: *quæ oportet fieri cito*, propter ineuitabilitatem. *Et significauit*, propter signi ad signatum conuenientiam, *mittens per Angelum suum*, propter eorum ad Christum obedientiam, *seruo suo Ioanni*, qui aptus est propter pudicitiam, *qui testimonium perhibuit Verbo Dei*, propter necessitatem testificationis *quæcumque vidit*, propter infallibilitatem agnitionis. Et hæc Reuelatio commendatur ab authoritate Dei mittentis, Angeli deferentis, & Ioannis accipientis.

Qui testatus vere ille Dei seruus

VERSVS 3.

Sequitur. *Beatus qui legit, & qui audit verba Prophetiæ huius.* Hîc commendatur opus ab vtilitate, nam primo ostendit immensitatem. Secundò propinquitatem. *Tempus enim prope est. Beatus qui legit*; ita dixit, Quia debetis esse beneuoli & attenti ad istum librum audiendum, & retinendum. Rātione authoritatis, quia est de Iesu Christo. Ratione vtilitatis, quia beatus qui audit, & qui legit. *Beatus* scilicet in spe & tandem in re, *qui legit*, scilicet per se studendo, vbi Glossa: Illi soli sunt beati, qui audiunt vt mente recondant, & opere compleant, vt vitam æternam possideant. *Et audit*, scilicet illa retinendo. Scientia enim acquiritur secundum Philosophum, studendo: Prouerbiorum tertio: *Beatus qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.* Et per doctrinam audiendo. Prouerbiorum octauo: *Beatus qui audit me & vigilat ad fores meas, &c.*

Quomodo beatus qui legit & audit verba Prophetiæ huius.

Prouerb. 3

Prouerb. 8

Beatus igitur, *qui legit & audit verba Prophetiæ huius*, quia singula sunt mysteriis & vtilitate plena. Ioann. *Domine ad quem ibimus? verba æterna habes*, vel vitæ æternæ. Ecce magna huius libri dignitas, quia inter omnes noui testamenti prophetia dicitur. Sed quia legere & audire non sufficiunt ni fiat quod legitur & auditur, Ad Romanos: *Non enim auditores verbi, &c.*

Ioan. 6.

Magna huius libri dignitas.

Rom. 2.

Ideò addit: *Et seruat ea quæ in ea scripta sunt.* In Verbo proposito proficientis in scriptura tangit meritum. Meritum, quantum ad intellectum in lectionis attentione, quantum ad officium in auditionis expressione, quantum ad effectum in operis completione. *Qui legit.* Primum; *qui audit*, secundū; *qui seruat*, tertium in benedictionis fruitione: Qui ergo legit verba huius Prophetiæ sermonem meditādo, distinctè docēdo, aper-

Legentis, vt dicit S. Scripturam, magnum meritum, & magnum præmium.

te exponendo. Qui legit distinctè, & aperte ad intelligendū; qui etiam audit, accedens, attendens, assentiens: Beatus, primo qui audit, & qui seruat Verba hæc, ne moriantur in corde, ne polluantur in ore, ne deleantur in opere, &c. *Beatus,* Eccles. 17. *In quo consistit beatitudo via.* Ecclesiastici decimo septimo: *Si volueris mandata seruare seruabunt te.* Beatus in via, beatus in patria. Beatitudo viæ oritur in reprehensione, vel repressione carnalitatis. Psal. Psal. 136. *Beatus qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petram.* Promouetur in deuitatione prauæ societatis. Psal. Psal. 1. *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum.* Consummatur in innouatione, vel in vocatione æternæ fœlicitatis. Apocalypsis decimo tertio: Apoc. 13. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Beatitudo patriæ, consistit in præclaritate fruitionis, Apocalypsis de- *Beatitudo patriæ in quo consistit.* cimo tertio: *Beati qui ad cœnam Agni* Apoc. 13. *vocati sunt.* In perennitate interminationis. Tertii Regum, capite de- 3. Reg. 10. cimo: *Beati viri & beati serui tui, qui stant coram te semper; Beatus ergo qui legit & audit verba Prophetiæ hujus, & seruat ea quæ in ea scripta sunt.*

Nota quod hæc obseruatio debet esse perfectione considerata. Matth. 10. Matthæi decimo: *Hæc omnia seruaui à juuentute mea*: dilectione formata, Ioan. 14. Ioannis decimo quarto: *Qui diligit me sermonem meum seruabit*: Intentio- Matth. 19. ne vera, Matthæi decimo nono: *Si vis ingredi ad vitam serua mandata.* Beatus ergo qui legit & qui audit verba Prophetiæ huius. Verba prophetiæ huius sunt legēda, audiēda, seruāda.

Nam *tempus propè est*, in quo scilicet supplicium & tribulationes finientur, & præmia reddentur. Scilicet tempus mortis, vel extremi Iudicii. Deuteronomii trigesimo se- Deut. 32. Iob. vlt. cundo: *Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.* Iob vltim. *Ecce judex ante januam stat.* Augustinus: *Quomodo tempus breue est.* *Omne tempus breue est respectu æternæ fœlicitatis.* Vel tempus prope, scilicet tempus exauditionis. Psalm. *Pro* Psalm. 31. *hac orabit ad te omnis sanctus* Exercitationis. Ad Galatas vltimo: *Dum tem-* Gal. vlt. *pus habemus operemur bonū.* Retribu- tionis, Deuteronomii trigesimo se- Deut. 32. cundo: *Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.*

VERSVS 4.

Sequitur. *Ioannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, Gratia vobis, & pax ab eo qui erat, qui est, & qui venturus est.* Hæc est secunda pars executiua, in qua captando beneuolentiam, Primo præmittit salutationem, secundo addit narrationem ibi, *Ego* *Ordo huius reuelationis.* *Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione, &c.* Circa salutationem primo tangit personam salutantem, *Ioannes* inquiens. Secundo tangit personas salutatas, ibi, *septem Ecclesiis quæ sunt in Asia.* dicit ergo *Ioannes Septem Ecclesiis.* Ita dixi supra, quod verba huius Prophetiæ reuelauit Deus Pater homini Christo, Christus Angelo, Angelus Ioāni, Ioannes *septem Ecclesiis quæ sunt in Asia.* Ego igitur Ioannes septem Ecclesiis, supple scribo: *Gratia vobis & pax, &c.* Ioannes, in quo est gratia spiritus, & talis optat hîc eam non habenti. Vnde in ipso fuit gratia *Multiplex gratia in Ioanne.* passionis dominicæ, conuersationis Angelicæ, illustrationis Propheticæ, sublimitatis Apostolicæ, prædicationis Euangelicæ, operationis mirificæ, vt possit dicere illud Apostoli: *Gratia Dei sum id* 1. Cor. 3. *quod sum, & gratia eius semper in me manet.* Hic inquam Ioannes, in quo est talis gratia, scribit septem Ecclesiis quæ sunt in Asia.

Duplex Asia.

Nota quod est duplex Asia, vt dicit Glossa, scilicet major, quæ continet tertiam partem; & minor, quę continet septem Ecclesias, inter quas Ephesus est Metropolis, in qua primus prędicauit Paulus, sed primus obtinuit eam Ioannes Apostolus. Per has septem Ecclesias vniuersę Ecclesię designantur, tum quia omne tempus septenario dierum numero comprehenditur, tum quia omnes ecclesiæ in quatuor orbis partes diffusæ, in fide Trinitatis sunt fundatæ, tum propter septiformem spiritus gratiam, qua omnes illustrantur Ecclesiæ. Ioannes ergo his ecclesiis scribit, & eis bonum optat, statim cum dicit. *Gratia vobis & pax.* Gratia quantum ad merita presentia; Pax quantum ad futura præmia; Vel gratia operans iustificando, primæ ad Corinthios. *Gratia Dei sum id quod sum;* Cooperans merendo. Primæ ad Corinthios capite vndecimo. *Omnibus plus laboraui, non ego solum, sed gratia Dei mecum;* Conseruans perseuerando; in eodem capitulo. *Gratia eius semper in me manet.* Gratia igitur vobis & pax, scilicet temporis, pectoris, æternitatis. Vel gratia pro peccatorum remissione. Pax per diuinam reconciliationem; Vel gratia vt culpa auferatur, Pax vt Iustitia conferatur: Vel gratia vt liberentur à seruitute diaboli. Pax vt maneant in securitate Dei. Augustinus in libro de ciuitate Dei [Tantum est pacis bonum, vt rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius soleat audiri vel desiderabilius soleat concupisci, nihil postremo melius possit inueniri.] More igitur Christi, Ioannes his quibus scribit pacem annuntiat & optat, Pacis nomine salutat. Hæc est possessio hæreditaria Apostolorum vel virorum Apostolicorum, Ioānis decimo quinto: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* De qua Hugo. [Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortiū charitatis.] Hæc enim simulationes corrigit, bella compescit, lites dirimit, superbos calcat, inimicos concordat, cūctis est placida, omnibus est benigna, amare instruit, odisse non nouit, nescit extolli, nescit inflari: hanc qui accipit teneat, qui perdidit repetat, donec de medio fiat. Nam qui in ea inuentus non fuerit, abdicabitur à patre, & hæreditabit infernum & à Spiritu Sancto efficitur alienus]

Per has septem ecclesias omnes aliæ intelliguntur.

Cur septem ecclesiæ?

Quid per gratiam, vel pacem intelligit?

1. ad cor. 3.

Multiplex gratia.

1. Corint. 15.

Pax.

Hugo. Quid pax.

Ioan. 14.

Pacis excellentia.

Nihil pace optabilius.

S. Aug.

Gratia ergo vobis & pax. Sed à quo istud bonum optatum, statim dicit, quod *ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est*, ab eo qui est, scilicet à Deo, & à Christo, cuius istud est nomen, Exodi tertio, *qui est misit me ad vos.* Contra Iudæos, qui dicunt Christum non esse, sed mortuum, & in morte perijsse, *qui erat*, scilicet antequam mundus fieret, contra Arrianos: qui dicunt ipsum ab æterno non esse, sed in mundo incepisse, & *qui venturus est*, scilicet ad iudicium iudicaturus mundum; Contra Manicheos, qui dicunt generale iudicium iam factum esse, propter id quod Ioannis tertio dicitur, *qui non credit iam iudicatus est*, Vel contra Saduceos dicentes animas cum corporibus perire. Vel qui erat, author creationis, qui est author conseruationis, qui venturus est author retributionis: Vel qui est immutabilis secundum formam propter summitatem; secundum

Exod. 3.

Vnus habens tres personas designatur per tria verba Ioannis.

1. Ioan. 5.

corpus, propter æternitatem: secundum locum, propter Immensitatem: qui est ergo essentialiter, erat æternaliter, versturus est potentialiter.

Spiritus sanctus in se vnus, tamen septuplex.

Gratia ergo *vobis & pax ab eo qui est*, scilicet à Deo Christo, vel Patre, & non solum supple à Deo inquam, sed *à septem spiritibus*, idest, à Spiritu Sancto qui est vnus in se, septuplex in effectu, quoniá ab eo septé Spiritus Sancti dona, scilicet spiritus sapientiæ & intellectus, &c. Vnde in Apocalypsi dicit, *à septem spiritibus*, propter pluralitatem effectuum, vel donorú, *qui*, inquam, effectus *in conspectu throni eius* stare, id est, Deum sedentem in throno gloriæ aspicere faciunt. Nam dona ad thronum gloriæ, id est, ante conspectum Dei hominem perducunt, scilicet ad thronum diuini numinis, Christi hominis, Beatæ virginis, Angelici luminis. Vel aliter. Septem spiritus sunt, vniuersitas Angelorum; Tobiæ duodecimo. *Ego sum Raphael Angelus vnus de septem spiritibus, qui stamus ante Deum.* Et sic tãgit mediatores, per quos gratia Spiritus Sancti procuratur. Tangit etiam illum per quem salutis precium datur dicens;

Variè exponitur, & à septem spiritibus.

Tobiæ 12

VERSVS 5.

Quomodo Christus testis fidelis.

Et à Iesu Christo, qui est fidelis testis, id est, fidele testimonium dans mundo ex Patre & seipso, Ioannis decimo sexto; *Ad hoc veni in mundum vt testimonium perhiberem veritati*; vel testis fidelis, quia quod ore prædicabat, opere complebat; Ioannis sexto. *Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me.* Est enim Christus testis in credendorum prędicatione, in secretorum inquisitione, in præmiorum

Ioan. 6.

A distributione; Ieremiæ decimo nono. *Ego sum Iudex & testis fidelis*, scilicet suæ passionis. Vnde Haymo. [Specialiter filius dei testis vocatur quia pro testimonio veritatis vsque ad mortem peruenit crucis.] Et est testis non falsus, sed fidelis, vnde eius fidelitas comprehenditur ex verbo veritatis; Ioannis decimo octauo, *Ego in hoc natus sum vt testimonium perhibeam veritati.* Ex facto sanctitatis, Ioannis septimo. *Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me.* Ex iudicio æquitatis, Ieremiæ decimo nono. *Ego sum iudex & testis*; & non solum testis fidelis, verum etiam *primogenitus mortuorum*, idest, ad immortalitatem inter mortuos primus resurgens: & non tempore, sed causalitate & dignitate. Alij namque resuscitati prius iterum morituri, sed *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur.* Ad Romanos sexto; Idem creditur de illis qui cum Domino surrexerunt. Quare ergo dicitur primogenitus mortuorum, cum illi legantur resurrexisse in passione; Mathæi vigesimo sexto. *Multa sanctorum corpora qui dormierant surrexerunt*: Dictum est quod hoc fuit in die Resurrectionis; vnde ibi dicitur *exeuntes de monumentis.*

Ieremi. 19.

Ioan. 18.

Ioan. 7.

Quomodo Christus dicitur primogenitus.

Rom. 6.

Math. 26.

Cur Christus dicitur princeps regum terræ.

Est ergo *primogenitus mortuorum & princeps regum terræ*, id est, potestatum terrenarum, faciens eos dominari ad bonorum vtilitatem, potens cum voluerit amouere. Sapientiæ sexto. *Audite reges & intelligite, discite iudices finium terræ.* & sequitur; *ad vos ô reges sunt hi sermones mei vt discatis sapientiam, & ne excidatis*; vel princeps regum, id est, Sanctorum regentium Ecclesiam. Dicitur autem princeps, propter fundamentalem sustentatio-

Sapient 6.

nem

nem Ecclesiæ. Princeps enim basis dicitur populi, secundùm Papiam; vel propter paternalem dilectionem, secundùm enim personam princeps est pater patriæ.

Gratia ergo *à Iesu Christo, qui est testis fidelis, & Princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Suprà tetigit principium à quo gratia datur, &c. *ab eo qui est*, &c. medium, per quod procuratur & datur, *& à septem spiritibus.* Hîc tangit pretium quod datur, dicens, *qui dilexit.* &c. Vnde ex quo commendauit ipsum à fidelitate, hîc commendat eum à dilectione, & charitate: *qui dilexit nos* liberaliter; & *lauit nos* generaliter; *à peccatis nostris*, miserabiliter; *in sanguine suo*, quem effudit misericorditer. *Non corruptibilibus auro, vel argento* &c. Ab illo Baptismus habet efficaciam, Romanorum sexto, *quicumque baptizati sumus*, &c. Bernardus. [Super omnia reddit te amabilem mihi, bone Iesu, calix quem bibisti, opus redemptionis nostræ: hoc est, quod amorem meum vendicat sibi totum, hoc est, quod meam dilectionem blandiùs allicit, arctiùs stringit, vehementiùs afficit. Hoc est ex quo oritur strenuitas morum, puritas affectionum, desideriorum sanctitas, operum claritas, virtutum iucunditas, intellectuum sublimitas]

Hîc est Iesus, *qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris.* Hîc de de passione domini notantur tria. Redimentis zelus inestimabilis. *Dilexit nos*, primæ Ioannis septimo, Et *in hoc apparet charitas eius, non quia nos dilexerimus eum, sed quia ipse prior dilexit nos.* Redemptionis fructus impretiabilis, *Lauit nos à peccatis nostris*, primæ Ioannis secundo, *Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato.* Redimendi modus incompensabilis, *in sanguine suo*, primæ Petri primo, *Non corruptibilibus auro vel argento.* Vnde Chrysostomus: [Largitor imbrium sputis confunditur, perfoditur clauis ferri cœli factor & astringitur, mellis dator felle cibatur, propinator fontium aceto potatur, subleuator omnium in cruce leuatur: ibi tandem mortuus lanceâ perforatur.] Et Bernardus: [Heu heu captiuorum libertas traditur, gloria Angelorum illuditur, omnium Deus flagellatur, speculum sine macula & candor lucis æternæ conspuitur, morientium vita occiditur, sanguis innoxius effunditur. Et quid nobis miseris restat, nisi vt eamus & moriamur cum eo?] Iste est ergo, qui dilexit nos & lauit nos &c. propter quod dicit iste versus:

Christi sancta caro, cruce, fuso sanguine claro,
Nos pretio caro, de carcere traxit amaro.

Cõmendatur Christus à maxima inter dilectione.

1. Petri. 1.

Rom. 6.

S. Bernard.

Varia de Christi passione maxime notanda.

1. Ioan. 4.

1. Petri. 1. S. Chrysost.

Ad Christi amorem allectiua.

VERSVS 6.

Et fecit nos regnum. Id est, tales, in quibus ipse regnet, & in nobis fiat suum beneplacitum, vt tendamus ad Dei regnum. *Et sacerdotes*, id est, sanctos sacrificantes, vt qui primò Diabolo sacrificauimus, ipsi nunc sacrificemus; Vel *fecit nos regnum, & sacerdotes*; id est, regale sacerdotium, primæ Petri secundo. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium: Deo*, non idolo, non mundo, non carni, sed Deo, qui est colendus, & timendus. Exodi secundo: *Non habebis deos alienos* &c. *Et patri suo*, qui est honorandus, Malachiæ primo: *Si ego pater sum, vbi est honor meus?*

Quomodo Christus fecit nos sibi regnũ.

1. Pet. 2.

Exod. 2.

Malach. 1.

Haymo tamen dicit: *Deo & patri suo*, Neque duæ naturæ, neque duæ personæ ostenduntur, sed vna natura. Copulatio autem intercipitur ratione diuersarum rationum. Vel, Christus fecit nos regnum & sacerdotes, id est, sibi ipsi, qui est verus Deus & homo; & Patri, quia procedit per generationem diuinæ potentiæ, *suo*, quia est pater suus per creationem humanæ naturæ: & quia talis creatus est, & quia talia & tanta contulit nobis, ideo *ipsi gloria & imperium*. Gloria, id est, laus quoad bonos; & imperium, id est, potestas quoad malos: *In secula seculorum amen*, id est, sine fine. Quasi diceret, Toti Trinitati & Patri, & Filio & Spiritui Sancto, *sit gloria*, quoad electos, *& imperium*, quoad reprobos; *in sæcula sæculorum*, id est æternaliter, *Amen*, id est, rectitudinaliter, quasi diceret, ita erit vt dixi.

VERSVS 7.

Sequitur. *Ecce venit in nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Hîc ipse Christus commendatur à iustitia & æquitate in secundo aduentu: vbi erit bonis honor, malis autem confusio & ignominia. Primò ergo tangitur aduentus; secundò veniendi modus, ibi, *cum nubibus*; tertiò venientis aspectus, ibi, *& videbit eum omnis caro*: quartò manifestationis effectus, *ibi & plangent se super eum omnes tribus terræ* &c. *etiam Amen*. De hoc ergo aduentu secundo loquitur hîc; vt qui nolunt amore peccata dimittere, saltem timore dimittant. Et vtitur aduerbio demonstrandi, & verbo præsentis temporis, dicens, *Ecce venit*, id est citò veniet ad iudicium, *cum nubibus*, id est, cum Sanctis omnibus, qui dicuntur nubes volantes per contemplationem, pluentes per prædicationem, protegentes per intercessionem, coruscantes per bonam operationem. Isaiæ sexto, *qui sunt hi, qui vt nubes volant?* Cum istis nubibus veniet ad iudicium. Isaiæ tertio: *Veniet ad iudicium, cum senioribus populi.*

Vel dicitur venire ad iudicium cum nubibus, quia veniet cum carne humana, in qua tonabit disceptando, & sententiando, secundi Regum 2. *Dominum formidabunt omnes aduersarij eius, & super ipsos in cœlis tonabit*; Coruscando, occulta cordium manifestando, primæ ad Corinthios quarto: *Nolite iudicare quoadusque veniat Dominus* &c. Pluet, æterna supplicia infligendo, Psalmista, *Pluet super peccatores laqueos ignis*. Proteget, bonos, & electos præmiando, Psalm. *Proteges eos in abscondito faciei tuæ*. Nota Glossam: [Qui primò apparuit penuriosus paupertate, tunc erit ditissimus; Oblequiosus humilitate, tunc erit altissimus; Dolorosus anxietate, tunc erit lætissimus; vituperatus in cruce, tunc erit laude dignissimus; cuius maiestas incorruptibilis, potestas insuperabilis, claritas inoffuscabilis, suauitas inexplicabilis:]

Veniet ergo cum nubibus, id est, ad locum vbi ascendunt nubes, vt ab omnibus videatur. Et ideo sequitur, *& videbit eum omnis oculus*. Videbit bonus ad gloriam, malus ad pœnam æternam. Sapientiæ septimo, *Videntes turbabuntur timore horribili*. Ibi iusti videbũt diuinitatẽ & humanitatem, mali tantùm humanitatem. *Tunc videbit omnis caro salutare Dei*. Tunc paruuli morien-

Christi secundus aduentus & quomodo venturus est.

Varia expositio horũ verborum Veniet in nubibus.

Sancti nubes dicuntur, & quo de causa.

Isa. 6.

Isa. 3.

2 Reg. 2.

1. Corint. 4.

Psal. 10.

Psal. 21.

Tertia expositio.

Quando omnes videbunt Christum in iudicio.

Quomodo videntes ante baptismum Christum, sed non cognoscent eum:

tes ante baptismum videbunt Christum, sed non cognoscent eum: Vnde Gregorius [Angustæ erunt impiis viæ in die iudicij: Nam desuper erit iudex iratus, subtus horrendum chaos, & patens infernus, à dextris peccata accusantia, à sinistris infinita dæmonia ad supplicium trahentia: Intus conscientia vrens, deforis mundus ardens; Et miser peccator sic deprehensus quo fugiet? latere, impossibile, apparere intolerabile: Si quæras quis té accusabit? Dico quod totus mundus, quia offenso creatore omnis offenditur creatura] Sic erit de miseris, quid ergo de bonis? *Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & exultatio.* Isaiæ tertio.

Veniet ergo *cum nubibus & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt*, vt Iudas vendendo, Iudæi emendo, Pilatus imperando, milites exequendo, peccatores mandata trásgrediendo. Zachariæ duodecimo. *Aspicient ad me in quem confixerunt*; hoc specialiter ad eorum ignominiam & confusionem, & Haymo, [tam Iudæi qui eum hora tertia Verbo crucifixerunt, tam milites qui facto, videbunt eum, non vt condemnent, & irrideant, sed vt paueant & gemant]

Et plangent se super eum omnes tribus terræ, Id est, dolebunt videntes gloriam sanctorum, qui fundati sunt super eum. Et non tantum dolebunt de tormento inferni, sed etiam de amissione talis doni, stipendij & solatij, quod pro nihilo amiserunt; propter breue namque gaudium intrauerunt suplicium sempiternum. Sapientiæ septimo. *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore*, vnde præ dolore mordebunt linguas suas, Zachariæ duodecimo. *Dolebunt super eum vt doleri solet in morte primogeniti vel vnigeniti.* Sed qui sunt hi dolentes & plangentes? *Omnes tribus terræ*, & terrena amantes, & cœlestia odientes, Ieremiæ. *Væ Væ Væ habitantibus super terram.* Chrisostomus super Matthæum. [Plangent se Iudæi super eum viuentem & viuificantem, quem quasi hominem mortuum æstimabant, & se vincentem, se vulneratum scelus suum vindicare non posse. Plangent se & gentiles qui variis Philosophorum disputationibus decepti stultitiam putauerunt Deum colere crucifixum. Plangent etiam peccatores Christiani, qui dilexerunt magis tenebras quam lucem: hæretici qui purum hominem crucifixum esse dixerunt.] Plangent ergo se omnes tribus terræ. &c. *Amen.* Confirmatio est præcedentium, quasi diceret, vere ita erit, vt autem melius credatur quod dictum est, introducit Christum de se dicentem.

Zach. 12.

Hier. 22. S. Chrysost.

Qui nam plangent se super Christum.

VERSVS. 8.

Ego sum Alpha & Omega, In Alphabeto græcorum prima littera Alpha, vltima o: vnde exponit se dicens, *principium & finis*, quasi diceret. Ille veniet iudicare qui est principium, quia per me res omnes extiterunt, id est, acceperunt principium, à quo creantur omnia, & finis ad quem reducuntur omnia: Et ideo allicit ad amorem. Ego sum principium & finis quia secundum merita eorum omnibus reddam præmia.

Ego sum Alpha & Omega, potest esse thema sermonis de sancta Trinitate. Vnde per ista quatuor vocabula quatuor explicantur. Plura-

Quatuor de sanctissima trinitate explicantur.

litas personalis inconfusibilis, in pronomine discreto, *Ego*. Simplicitas naturalis inalterabilis, in verbo substantiuo, *sum*. Causalitas primordialis inexpressibilis sub nomine principii. *Alpha* id est principium: voluntas finalis impertransibilis, sub nomine finis vel termini *Omega*, quod est idem quod finis.

Circa primum vbi notatur pluralitas personalis inconfusibilis, cum dicitur *Ego*. sciendum, quod in hoc pronomine, *Ego*, notatur
Psal. 2. Eccles. 3. fœcunditas generationis; Psalm. *Ego hodie genui te*. Natiuitas Emanationis. Ecclesiastici tertio. *Ego ex ore altissimi prodiui*. Processibilitas inspirationis, capitulo eodem. *Ego quasi flumen Dorix*. Circa secundum, vbi tangitur simplicitas naturalis inalterabilis, cum dicitur, *sum*. Sciendum quod *sum* designat essentiam impermutabilem, Ioan-
Ioan. 8. nis octauo, *Antequam Abraham fieret ego sum*; presentiam imperturbabilem, in isto capitulo, *qui erat, & qui est, & qui venturus est*, prædicat
Deut. 33. naturá incómunicabilem, Deuteronomii trigesimo tertio, *videte quod ego sum solus & non est alius*. Circa tertium, vbi tangitur causalitas primordialis inexpressibilis, dicens, *Alpha*, quod idem est quod principium, sciendum quod ab ipso est
Genes. 1. productio naturarum; Genesis primo. *In principio creauit Deus cœlum & terram*, diffusio gratiarum; Apocalipsis. *Hic dicit Amen testis fidelis* qui est principium. Diffu-
Ioan. 8. sio doctrinarum, Ioannis octauo *ad sum qui & loquor vobis*. Circa quartum vbi tangitur voluntas finalis impertransibilis, cum dicitur *Omega*, quod idem est quod finis. Sciendum est quod iste finis
Roman. 8 est terminus successuum, ad Roma-

A nos octauo, *Liberati à peccato, serui autẽ facti Deo*, & sequitur; finem autem vitam æternam; status intéllectuum. Psalm. *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis*; quies appetituum; Psalm. Psal. 15. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo & delectationes in dextera tua vsque infinẽ.*

Psal. 118.

Ego sum Alpha & Omega, principiũ & finis, dicit dominus Deus omnipotens, qui est, & qui erat, & qui venturus est.

B *Omnipotens*; Ecce authoritatis magnificentia.

Qui est, Ecce immutabilitatis permanentia.

Qui erit, Ecce æternitatis subsistentia.

Omnipotens Ecce virtuositatis præsidentia. Sicut enim in primo aduentu apparuit impotens, sic in secundo apparebit potens. Ex quo ergo talis est, & tantus est, & ipse
C dicit, quod iudicare veniet, non est dubium quin ita fiet.

VERSVS. 9.

Ego Ioannes frater vester & particeps in tribulatione, & pacientia in Christo Iesu: fui in insula quæ appellatur Pathmos propter verbum Dei, & testimonium Iesu Christi. Terminato procœmio, & præmissa salutatione, hîc incipit tractatus vel narratio. *Septẽ visiones præcipuæ sunt in apocalipsi.*
D Vnde notandum quod in libro isto continentur septem visiones quas Ioanni Angelus reuelauit. Prima est de correctione earum Ecclesiarum, quæ incipit hîc. *Ego Ioannes frater vester.* Secunda est de reuelatione mysteriorum & de apertione sigillorum in quarto capite. ibi, *Post hæc vidi ostium apertum in cœlo*, Tertia est de numero Angelorum tuba canentium in octauo capitulo ibi, *vidi Angelos stantes, & datæ sunt eis septem tubæ*: Quarta est de

Prima. Secunda. Tertia. Quarta.

Qualiter Christus est finis.

pugna mulieris & draconis, & de familia agni ibi: duodecimo capitulo: *Vidi apertum est cælum*: Quinta est de septem angelis effundentibus septem phialas iræ Dei, quinto capitulo ibi. *Vidi alterum angelum.* Sexta est de damnatione, & de pœnis reproborum, octauo capitulo ibi, & *Post hæc vidi alterum angelum descendentem de cælo.* Septima est de glorificatione bonorum, vigesimo primo capitulo ibi, *Vidi cælum apertum*, & desinit in vniuerso, vigesimo secundo capitulo.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Prima visio est correctiua, Secunda consolatoria, Tertia comminatoria, Quarta exhortatoria. hæc quatuor respiciunt vniuersalem statum ecclesiæ: quinta insinuat statum ecclesiæ tempore Antichristi, sexta statum tempore Iudicii, septima statum post Iudicium.

Ego Ioannes. Hîc Incipit prima visio, in qua agit de similitudine filii hominis, & de Angelo qui ei apparuit & secreta cœlestia reuelauit, & scribere præcipit. In secunda de septé Ecclesijs, & Episcopis, & increpatione & laude eorum, & præmijs quæ promittuntur. Vnde prima pars durat vsque ad principium secundi capituli; & Secunda vsque ad principium quarti. & primo commendat sequentia à persona, loco, causa, & à temporibus. A persona, cum dicit. *Ego Ioannes*; A loco cum dicit, *fui in Insula.* A causa cum dicit, *propter verbum Dei*; A tempore cum sequitur, *in Dominica die.* Quasi diceret, bene & gratanter debetis recipere quod scribo: Quia ego Ioannes spiritu hoc vidi qui sum Deo dilectus; Reuelatio autem amicis fieri solet non inimicis. *Iam non dicam vos seruos sed amicos, quia quæcumque audiui à patre meo nota feci vobis,* Et in hoc innuitur quod non fuit deceptus cum fuit à Deo dilectus, custos matris electus, & super pectus instructus.

Commendatio Ioannis.

Vel *Ego Ioannes.* Hîc post salutationem addit narrationem: Primo ponuntur circumstantiæ, secundo ipsæ reuelationes, in secundo capitulo in principio. *Et Angelo ephesi ecclesiæ scribe.* Item primo ponit quædam dispositiua. Secundo quædam affectiua; vt Angeli excitatio disponit ipsum ad istas visiones dispositione remota meritorum gratiæ, cum dicit, *Ego Ioannes frater vester* quasi dicat, vtile est quod vobis dico, & scribo, quia ego Ioannes in quo est gratia, & frater vester, quia habens gratiam Dei, id est, sum frater. Frater ergo noster, non natura sed gratia, non carne sed fide, & licet esset prælatus, tamen se fratrem humilitatis caussa dicit, Ecclesiastici trigesimo tertio. *Rectorem te posuerunt, noli extolli.*

Ioannes humillimus. Eccl. 33.

Ego igitur *frater vester & particeps in tribulatione*, Id est patienter sustinens tribulationes, vt vos: & Ideo quia fui vt vos tribulatus, debetis quæ dico audire libentius, & accipere gratantius, *& regno*, quia per tribulationem peruenitur ad regnum. Secundæ ad Corinthios primo: *Si fuerimus socii passionum erimus & consolationum. Et patientia in Iesu*: quasi diceret, Non omnis tribulatio ducit ad regnum, sed quæ est per patientiam. Vel est pro Christo, quia secundum Maximum, Martyrem non facit pœna, sed causa; quia sic Martyres essent Latrones. Christus enim passus est pro nobis &c. Persona ergo Ioannis fuit talis, tam sancta, tam benigna, & ideo fuit ad istas visiones

Tribulatio via ad regnum cœlorum. 2. Corin. 1

In tribulatione patientia necessaria.

disposita,& habilis. Disponit etiam de propinquo ad istas visiones & reuelationes, loci solitudo, & destitutio humani solatij quod ostendit, cum dicit.

Locus contemplationi idoneus sit.

Fui in Insula quæ vocatur Patmos, scilicet à societate hominum remota: Vel est locus contemplationi magis aptus, Pathmos enim separatio,vel palpandum interpretatur: Vnde interpretatio loci, dicit ipsum aptum ad contemplationem. Oseæ septimo. *Ducam eum in solitudinem & ibi loquar ad cor eius.* Ideo Beatus Franciscus quærebat locum solitarium. Dicit Ioannes. *Fui in insula propter verbum Dei, & testimonium Iesu,* propter verbum Dei scilicet quod feruenter prædicabam, *& testimonium Iesu*, quod euidenter exprimebam, & quod duplex natura in Christo, vt patet, sed quomodo fuit In ista insula statim addit; *quoniam fui in Spiritu,* id est,in mētis excessu, id est,in cōtemplatione, vbi anima sopitis sensibus corporeis, potest ad cœlestia eleuari: sed quo tempore fuit dicit.

Osee.7

B. Franc. ius. cus solitudinis amator.

A

B

C

VERSVS. 10.

In Dominica die, quod est tempus aptum orationi & meditationi; Ad ostendendum ergo quod omnino erat deditus contemplationi, vbi anima quodammodo separatur à sensibus corporeis, dicit; *Die dominica*;in qua non licet vacare operibus exterioribus. VndeGregorius in registro [In dominica die à labore terreno cessandum est, & orationibus intendendum, vt si quid negligenter per sex dies agitur, per diem resurrectionis Dominicæ expietur precibus]

Ioannes contemplationis amator.

Cur die dominico dicit se in Spiritu fuisse.

D

Ioannes ergo fuit in insula die dominica, *in Spiritu*; id est, in mentis excessu, in contemplatione altissima, in qua contemplatione, fuerunt sibi secreta cœlestia reuelata; nam vita contemplatiua habet mentem eleuare ad cœlestia; præuiderat enim vt videtur, & in corde habuerat descriptionem vitæ cōtemplatiuæ, quam ponit Gregorius super Ezechielē dicens [Est contemplatiua vita charitatem quidem Dei & proximi tota mente retinere, ab exteriori actione quiescere, toto desiderio soli conditori adherere,vt nihil iam agere libeat, sed calcatis curis omnibus, ad videndam faciem sui conditoris animus inardescat:] Ergo dies dominica, in qua debet homo ab exteriori actione quiescere, & orationi vacare & contemplationi Ioanni maxime fuit apta: Ecce ergo ad contemplationem, & secretorum cœlestium visionem persona dignissima: *Ecce*,inquit *Ioannes*, qui interpretatur,in quo est gratia, locus aptus, *quia in insula* à societate hominum remota, spiritus in Deum tendit, quia *in Spiritu*: tempus conueniens, quia *in die dominico*, in quo cessandum est à mundana occupatione.

Quidam nobis contemplationi operatur.

S. Greg. mor.

Quod est contemplationis operatio.

Quid sit die dominico agere alienum.

Et *statim fui in Spiritu.* Bernardus. Fœlix contemplationis hora, sed breuis mora. Et cum sic essem in ipso die in spiritu eleuatus, & contemplationi deditus, *Audiui post me vocem magnam tanquam tubæ.*

VERSVS. 11.

Dicentis quod vides scribe in libro. Hic primò ponitur excitatio Ioannis ab angelo,secundo imaginis representatio: Et *conuersus vidi septem candelabra aurea.* Iterum primo ponitur modus excitandi, secundo obedientia excitati. Ibi. *Et conuer.*

sus fuim vt viderem qui loquebatur mecum. Modus excitandi fuit commonendo primò. Vnde dicit, *& audiui post me vocem magnam* Audiui, scilicet aure exteriori, Psalm. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Audiui* inquam *post me*, quia futurus erat reuelare, *vocem magnam*, id est denunciationem arduam. Dicit *vocem magnam*, quia magnum significabat & demonstrabat: quasi diceret, Audiui post me vocem magnam, & intellexi monitionem mihi factam de magnis sacramentis, vel de secretis futuris; Prouerbiorum septimo: *Audite me, quoniam de rebus magnis loquuturus sum.* Audiui ergo vocem magnam, *tanquam tubæ*, quæ vocat ad prælium, ad conuiuium, ad festa, & ad castra mouenda. Vnde sicut tuba excitat ad prælia, & ad festa, sic & hæc reuelatio. Vel vox Ioanni facta est contra Diabolum & Antichristum. Vel per vocem magnam notatur vox veræ prædicationis, quæ vocat ad conuiuium fruitionis, ad festum deuotionis, ad mouenda castra, id est, ad operationem bonam, propter fortitudinem & vigorem, Isaiæ quinquagesimo octauo: *quasi tuba exalta vocem tuam.*

Psalm. 84

Audiui ergo *post me vocem magnam tubæ*, dicentem, vel dicentis, *quod vides scribe in libro*, scilicet, quod dicitur tibi in libro memoriæ reconde. Vnde Glossa, scribe, id est, in mente reconde: & non solum scribe, verum & *mitte septem Ecclesiis*, scilicet Asiæ, quibus ipse prædicabat. Et istas Ecclesias Asiæ statim enumerat. Mitte, inquit, Ephesum, Smyrnam, & Pergamum, & Thyatiram, & Sardin, & Philadelphiam, & Laodiciam, per quas vniuersæ Ecclesiæ signantur. Per has septem

A signat communem statum: Per *Ephesum* status primitiuæ Ecclesiæ signatur, nam consilium, siue voluntas mea, interpretatur. *Smyrna* interpretatur cauterisatio, quam scilicet Sancti & Sanctæ primitùs pro Christo susceperunt, & martyres effecti sunt. *Pergamum* signat diem, & significat illum in diuisione Apostolorum per mundum. *Thyatira* interpretatur illuminata, & signat Ecclesiam post diuisionẽ Apostolorum, ipsorum diuisione illuminatam. *Sardis* interpretatur præmium pulchritudinis, & signat statum Ecclesiæ Confessorum tempore, quando conuictis hæreticis cœpit pulchritudo Ecclesiæ apparere. *Philadelphia* interpretatur seruans, vel saluans, & signat modernum statum, in quo seruantes præcepta saluant animas suas, & acquirunt præmia æterna. *Laodicia* interpretatur consummata, vel tribus amabilis, & signat vltimũ statum, in quo mundus consummabitur, & electus amabitur, & præmium tribuetur. Matthæi decimo quinto: *Qui autem perseuerauerit vsque in finem.* Hoc est quod dicitur.

Ephes. quomodo interpretatur.
Smyrna.
Pergamum.
Thyatira
Sardis.
Philadelphia.
Laodicia.

Quod vides scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia. Ephesi &c. Moraliter hic notantur quatuor conditiones, quas debet habere prædicator verbi Dei: intelligentiam perspicacem, *quod vides*, memoriam tenacem, *scribe*; frequentiam lectionis, *in libro*; diligentiam executionis, *mitte septem Ecclesiis. Audiui* ergo *post me vocem* istam, & cùm semper sic eam audirem.

Moralis expositio. Quot conditiones debet habere prædicator.

VERSVS. 12.

Conuersus sum; scilicet retro ab ignorantia ad intelligentiam, &

scientiam: *Conuersus* igitur *sum vt viderem*, Id est intelligerem, *vocem quæ loquebatur mecum*, id est, interius sine strepitu soni exterioris. *Conuersus sum, vt viderẽ vocem*, id est, Deum, qui loquebatur mecum: *vocem*, inquantum expressiuam signo, processiuam sono, impressiuam facto, ostensiuam digito; at Christus fuit Ioannem alloquutus, aut per signa creaturæ, aut per Angelos, aut per literas scripturæ, aut per sermones suos, aut per internam inspirationem, quando recubuit in ipsius pectore.

Quid loquatur Christus Ioanni.

Conuersus sum vt viderem vocem, quæ loquebatur mecum: Hic tria notantur pro conuersione Beati Pauli; quæ sunt incitatio fructuosa, vt in vocabuli loquutione, *Vocem quæ loquebatur*: Imitatio gratiosa in mirabili conuersione, *conuersus sum*; Illustratio radiosa, in delectabili visione, *vt viderem*, Circa primum, Sciendum quòd loquitur Deus contagiosis, vt vis purgatiua, Canticorum secundo. *Dilectus meus loquitur mihi, surge propera & veni*, virtuosis vt vox dulcoratiua, Canticorum quinto: *Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est*, flagitiosis, vt lex primitiua, Isaiæ sexagesimo tertio, *Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum*. Circa secundum vbi tangitur imitatio gratiosa in mirabili conuersione, *conuersus sum*. Sciendum quòd homo debet conuerti ad Deum, cogitans fœditatem sceleris, quæ est dimittenda totaliter, Ieremiæ tertio. *Conuertimini filii renitentes, dicit Dominus*. Charitatẽ fœderis, quæ est assequenda velociter. Canticorum septimo, *Ad me conuersio eius*. Diuersitatem muneris, quæ est procuranda fideliter, Psal. *In Conuertendo Dominus captiuitatem Sion &c.*

Nota pro conuersione D. Paul.

Cant. 2. *Deus hominibus diuerse loquitur.*

Cant. 5.

Isai. 63.

Quomodo homo ad Deum debet conuerti.

Ierem. 3.

Cant. 7.

Psal. 125.

Circa tertium, vbi tangitur illustratio radiosa in delectabili visione, *vt viderem*. Sciendum quod libenter debemus videre interius, animum mundando à fœditate sceleris; Ieremiç duodecimo: *Leua oculos in directũ & vide &c.* exterius, mundum contemnendo, propter charitatem fœderis, Isaiç sexagesimo, *Leua Hierusalem in circuitu oculos tuos*, id est, *& vide*, meum superius cœlum contemplando, propter dignitatem muneris; Actuum septimo, *Video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris.*

Ierem. 12.

Isai. 60.

Act. 7.

Sequitur, *Et conuersus vidi septem candelabra aurea*: Hic ponitur imaginis repræsentatio. Et primo, imago Ecclesiæ militantis; secundo, imago Christi reuelantis; ibi: *In medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis*, Vt ostendatur de quo est hæc reuelatio, quia de Ecclesia; & à quo, quia de Christo. Dicit ergo, *& conuersus vidi*, &c. Ita dixi, quod conuersus sum, vt intelligerem vocem Christi, vel Angeli, qui loquebatur mecum. *Et conuersus*, supple ad annunciationẽ istam intelligendam, quid esset, *vidi septem candelabra aurea*, id est, septem Ecclesias scientiâ imbutas; vel septem Ecclesias gratiâ preciosas, doctrinâ sonoras, moribus ponderosas, obedientiâ ductiles, in tribulatione Ecclesiam perficientes. Ergo dicit *auream*, quia habet obedientiam deuotam, doctrinam sonoram, probationem meram, scientiam lucidam, gratiam pretiosam, patientiam solidam: Vnde Ecclesia fuit primò aurea, secundò argentea, tertiò terrea, sed modò lutea, quia carnalitate & cupiditate plena. Threnorum tertio: *Quomodo obscuratum*

Quid significet septem candelabra aurea.

Diuitiam & pretiositatem ecclesiæ aliquando habuerunt.

Thren. 3.

Dicit lucem Ecclesiæ respectu aliquorum illius membrorum.

obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite platearum. Verè obscuratum est aurum Ecclesiæ hodie, quia non lucet splendore sapientiæ, nec scientiæ. *Mutatus est color optimus*, quia non lucet decore pudicitiæ, nec mundiciæ. *Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite platearum*, quia tres machinæ habent hodie lapides ecclesiæ dissipare; peruersitas in exequendis iudiciis; temeritas in proferendis sententiis; pusillanimitas in corrigendis vitiis. Istæ tres machinæ dispergunt hodie lapides Sanctuarij, idest, Ecclesiæ, *in capite omnium platearum.* Nam nec Prælati, nec Capellani, nec alii Clerici curant hodie de scientia Catholica, nec de Ecclesia, sed facti sunt laïci, vacantes otio in capitibus omnium platearum. Et ideo *obscuratum aurum* Sanctuarij, & factum est quasi lutum. Bene ergo per candelabrum aureum, Ecclesia designatur. Vnde nota in candelabro firmitatem pedis; rectitudinem hastilis; eminentiam luminis. In quo Ecclesia Sanctorum designatur, spes figuratur, charitas declaratur. *Conuersus* ergo *vidi septem candelabra aurea*, id est, septem Ecclesias nitentes, & fulgentes splendore sapientię, nitore munditię, fulgore scientię, & bonę famę.

Thren. 3.

De aliquibus loquitur, non de omnibus: Ecclesia enim catholica sancta est.

VERSVS 13.

Sequitur, *In medio septem candelabrorum aureorum similem Filio hominis.* Hîc ponitur reuelantis visio, secundo effectus, ibi. *Et cùm vidissem eum, cecidi ad pedes eius.* Vnde primò locus tangitur, secundò ipse reuelans, scilicet Christus describitur, ibi, *similem Filio hominis.* Et hîc primo ponitur similitudo totius, secundò partium, ibi: *Caput autem eius & capilli erant candidi, &c.* Item primò tangitur similitudo totius quantum ad personam: secundò, quantum ad habitum corporis, & dispositionem pectoris, ibi: *Oculi eius tanquam flamma ignis.* Dicit ergo

Angelus in persona Christi apparet.

Et in medio septem candelabrorum aureorum, similem Filio hominis. id est, Angelum in persona Christi apparentem, vnde dicit, *similem Filio hominis*, quia non ipse Christus, sed Angelus in persona Christi apparebat: vt Abrahæ, Genesis decimo-octauo: *Apparuit autem ei Dominus in valle Mambre*, scilicet in subiecta creatura: vel Christum similem Filio hominis mortalis, cùm tamen non esset amplius mortalis. Nam *Resurgens ex mortuis jam non moritur.* Roman. sexto. Vnde & ipse Ioannes Christum vidit in medio Ecclesiæ, omnibus se offerentem, omnibus præstò apparentem. Isaïæ duodecimo: *Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israël.*

Genes. 18

Rom. 6.

cur christus est in medio Ecclesiæ.

Isa. 12.

Nota, Christus se præstò exhibet, per hoc quod in medio se frequenter collocat: ipse enim ab æterno est media persona in Trinitate: in medio tempore est incarnatus: Sapientiæ decimo octauo: *Dum medium silentium tenerent omnia, &c.* In media nocte natus. Matth. *Media nocte clamor factus est, &c.* In medio mundo passus, Psalm. *Operatus est salutem in medio terræ.* In medio latronum suspensus. Matthæus: *Posuerunt vnum à dextris, &c.* In medio Discipulorum post resurrectionem inuentus, Ioannis vigesimo: *Stetit Iesus in medio Discipulorum suorum, & dixit eis, pax vobis.* In medio *candelabrorum aureorum.*

Sapiet. 18.

Matth. 25.

Psalm. 73.

Matth. 27

Ioan. 20.

ſtatim poſt Aſcenſionem viſus, vt patet in propoſito. Vnde Chriſtus eſt in medio ad faciliter inueniendum, ad communiter influendum, ad liberaliter conſolandum. Vnde in medio offert ſe peccatori, ad conſolandum. Ioannis 1. *In medio veſtrum ſteuit quem vos neſcitis.* Viatori, ad confortandum. Ioannis vigeſimo: *Stetit Ieſus in medio diſcipulorum, & dixit, pax vobis.* Comprehenſori, ad delectandum. Geneſis ſecundo, *Lignum vitæ in medio paradiſi.*

Chriſtus ſtetit peccatori ad eorum conſolatione.

Ioan. 1.

Ioan. 20.

Geneſ. 2.

In medio igitur *iſtorum candelabrorum vidi ſimilem filio hominis*, Vel Chriſtum, *veſtitum podere*: Id eſt, veſte ſacerdotali, ſcilicet carne, in qua ſe obtulit pro nobis in cruce, & offert ſe Patri, & in ſolio gloriæ. 1. Ioannis ſecundo, *Aduocatum habemus apud Patrem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Vel veſtitū podere, id eſt, veſte pedali & longa. Quia enim erat Deus & homo, hæc de muliebri lino erat contexa, ſcilicet paupertate, humilitate, charitate, tranquillitate, vtilitate; in hac veſte poderis fuit deſcriptus totus orbis terrarum. Et de Chriſto, Eccleſiaſtici vigeſimo quarto, *In me omnis gratia viæ & veritatis. Vidi* ergo ipſum Chriſtum *veſtitum podere*, id eſt, carne.

Cur Chriſtus veſtitus podere.

1. Ioan. 2.

Eccl. 24.

Et non ſolum hoc, verum & *præcinctum ad mammillas zona aurea*, id eſt, charitate & caſtitate. Per zonam enim interpretatur caſtitas, quia ſcilicet ſolet zona reſtringere carnē: ſed per aurum interpretatur charitas: quia excellit omnem virtutem, ſicut aurum excellit omne metallum. Mammillæ igitur Chriſti ſunt duæ, diuinitas & humanitas. De mammilla humanitatis & diuinitatis ſugitur lac pietatis. Vel mammillæ Chriſti, ſunt prædicatores Euangelici, ex quibus ſugitur lac ſapientiæ, & doctrinæ. Vnde mammillæ dicuntur eſſe præcinctæ zona aurea, ſcilicet caſtitate & charitate.

Quid denotat Chriſtum ad mammillas zona aurea præcinctum.

Quæ ſunt Chriſti mammillæ.

VERSVS. 14.

Sequitur, *Caput autem eius & capilli candidi ſicut lana alba, & tanquam nix.* Hic deſcribit eius membra, & primo quidem membra ſuperiora; ſecundo inferiora, ibi: *Et pedes eius ſimiles aurichalco.* Dicit ergo, *caput* &c. *eius* &c. Continua ſic: Ita dixi, quòd vidi Chriſtum in medio ſeptem candelabrorum aureorum, zona aurea ad mammillas præcinctum. Et non ſolum hoc, ſed quòd *Caput eius*, id eſt, mens Chriſti, & *capilli*, id eſt, Sancti extenuati, mundificati, adhærentes Chriſto capiti. Iſtud, inquam, caput, & iſti capilli ſuperius adhærentes, inferius procedentes, graciles in aſpectu, ſenſibiles in contactu, erant ſuple, candidi tanquam nix, & lana, id eſt, albi facti & mundi: lana enim & nix conueniunt in colore, & diſconueniunt in effectu & virtute. Nam lana calefacit, nix frigefacit. Comparatur ergo Chriſtus lanæ, & niui, ad oſtendendum quod in Chriſto ſunt ignis charitatis, & frigus cupiditatis. Comparatur etiam Sancti his duobus: quia eorum cogitationes fuerunt feruidæ, contra gelu auaritiæ; & frigidæ cōtra æſtū luxuriæ. Vel quia fuerunt calidi ad amorem cœleſtium, frigidi ad amorem terrenorum. Ergo caput Chriſti, id eſt, diuinitas, & capilli, id eſt, ſancti, erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix, & non ſolum hoc, verum

Quid caput Chriſti, quid eius capilli.

Chriſtus lanæ & niui comparatur, & quadetanquam

Et oculi eius tanquam flamma ignis.

Reſpectus Chriſti eſt ſicut ignis,

illuminans ad cognitionem, inflammãs ad dilectionem. Vnde hic ignis ardet per feruorem charitatis, lucet per splendorem veritatis, conuertit per ardorem pietatis: hic etiam ignis habet aggregare, & segregare. Vnde aggregabit malos, & separabit eos à iustis: vnde ardentibus oculis respiciet peccatores ad puniendum, & lucentibus, bonos, ad delectandum. Vel oculi sunt dona Spiritus Sancti, vnde dirigunt homines ad cognitionem, & inflammant ad verum amorem. Vel oculi sunt spirituales viri, qui animos verbo & exemplo illuminant & inflammant: Matthæi quinto: *vos estis lux mundi.*

Cur oculi Christi tãquam flãma ignis.

Quinam oculi Christi.

Matth. 5.

Oculi ergo Christi *tanquam flamma ignis, & pedes eius similes auricalco.* Pedes Christi sunt vltimi sancti, qui erunt in Ecclesia tempore Antichristi. Nam sicut auricalcum melioratur tunsionibus, & concinationibus depuratur, & meliorem recipit colorem; Sic & illi qui tunc temporis erunt, maximam sustinebunt tribulationem, & ex hoc accipient meliorationem. Vnde sancti primitiui temporis, vt Apostoli comparantur auro sapientiæ; Vt est ibi. *Tanquam aurum in fornace* &c. Illi vero auricalco, non vero auro, quia licet sint æqualis, vel minoris, vel maioris meriti quam primi, non tamen lucebunt miraculis, vt illi. Vnde addit, *sicut in camino ardenti*; & grauissimis tribulationibus erunt afflicti. Matthæi vigesimo quarto, *Erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo, nec fiet.* Horum tribulationes per ignem designantur, qui inter alia corpora, magis est actiuus & afflictiuus.

Quinam pedes Christi D.

atth. 24

Sciendum quod istud caput, sci-

A licet Christus, qui est caput nostrum, habet affluentiæ plenitudinem ad te fœcundandum; Canticorum quinto; *Caput meum plenum est rore, & cincinni mei pleni guttis noctium.* Prouidentiæ certitudinem ad te gubernandum: Ecclesiastici vndecimo. *Sapientia humiliati exaltabit caput, & in medio magnatorum considerare illum faciet.* Subsistentiæ fortitudinem ad te portandum. Canticorum quinto. *Caput eius aurum optimum.* Presidentiæ certitudinem ad te coronandum. Psalm. *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* Tale ergo caput est Christus, capilli eius sunt electi Dei, temporis primitiui, qui capilli fuerunt superius ad hærentes per supernorum contemplationem. Tertii Regum primo. *Non cadet de capillis filii tui super terram.* Inferius procedentes per terrenorum abdicationem, Secundo Regum decimo quarto. *Tõdebat semel in anno capillos suos, quia grauabat eum cæsaries*; dicitur de Absalone. Graciles in aspectu per pudorem sanctimoniæ. Canticorum. *Capilli tui sicut grex caprarum.* Sensibiles ex tactu per subuentionem misericordiæ, Secundi Regum decimo quarto. *Ponderabat capillos capitis suis decem siclis.*

Virtus & efficacia multiplex capitis nostri nempe Christi.

Cant. 5.

Eccles. 11.

Cant. 5.

Psal. 20.

Cur electi capilli Dei.

3. Reg. 1.

2. Reg. 14

Cant. 4.

2. Reg. 14

Oculi Christi clarissimi sunt sublimiter perspiciendo: Ecclesiastici vigesimo quarto. *Oculi domini multo lucidiores sole, circumspicientes omnes vias hominum.* Certissimi subtiliter discutiendo. Psalm. *Oculi domini super metuentes eum*; Dulcissimi misericorditer respiciendo. Psalm. *Oculi Domini super iustos.* Durissimi seuere puniendo.

Virtus & efficacia oculorum Christi.

Eccl. 24.

Psal. 33.

Psal. 33.

In proposito. *Oculi domini sicut flamma ignis*; & quis poterit istos oculos sustinere? *& quis stabit ad vi-*

D. Aug. *dendum eum ? Ipſe enim quaſi conflans ignis.* Propter quod dicit de iſtis oculis Auguſtinus de vera innocentia [Certè in die examinis cum Angelis, & Archangelis, cum thronis, & dominationibus, cum principatibus & poteſtatibus, apparebit Chriſtus, oculis ardentibus, cunctis elementis in obſequium terrore commotis: & tunc tuba terribilis clanget in auribus meis, ſurgite mortui, venite ad iudicium: tunc tribus contra tribum pectora tundent; tunc aderit ſtultiſſimus Plato, cum diſcipulis ſuis. Quid proderunt Ariſtoteli argumentationes ſuæ ? Tunc aderit filiusvnius mulieris queſtuariæ, iudicans omnes fines terræ, & nullus valebit eius ignitos oculos ſuſtinere] *Oculi* ergo *eius ſicut flamma ignis.*

VERSVS 15.

Cur ſanctitempore Antichriſti vocantur pedes Chriſti.

Et pedes eius ſimiles aurichalco, pedes Chriſti ſunt Sancti tempore Antichriſti; ſicut dixi, & hi pedes erunt onera grauiora ſupportantes; Deum baiulantes, velociter diſcurrentes, corpus & animam ad cœleſtia ſubleuantes. *Quàm pulchri ſunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona,* & hi pedes erunt *ſimiles aurichalco,* quia ſimilabuntur Apoſtolis, qui in principio Eccleſiæ fuerunt ſicut aurum: in morte, ſicut aurichalcum obſcurum & nigrum: ipſi etiam erunt ſicut in camino ardenti, quia multis tribulationibus expoſiti.

Predicatio cur aquæ aſſimilatur.

Et non ſolum hoc, verum, *Et vox eius tanquam vox aquarum multarum,* Vox eius, ſupple, erit terribilis, *tanquam vox multarum aquarum*, quia prædicatio Chriſti ſicut aqua habens vim mundatiuam culpæ, refrigeratiuam concupiſcentiæ; refocillatiuam gratiæ, Ioan. ſeptimo, *qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Sed dicit *multarum*, propter multitudinem effectuum, vel ſuſcipientium, vel quia dator multarum gratiarum. Pſal. *Vox Domini ſuper aquas*, id eſt, populos. *Vox Domini in magnificētia*, id eſt, donans dona gratuita. *Vox* ergo *eius tanquam aquarum multarum*; & non ſolum hoc vidi, verum.

Ioan. 7.

Pſal. 28.

VERSVS 16.

Quanam ſtella quas habebat Chriſtus in dextera ſua.

Et vidi quod *habebat in dextra ſua ſtellas ſeptem.* Iſtæ ſtellę ſunt ſeptem Eccleſiarum Epiſcopi, vel vniuerſi Prelati, quia debent ſicut ſtellę lucere, verbo ſcilicet, & exemplo, & eſſe firmi in cœlo, ſcilicet, in Chriſto; & apparere parui humilitate, cùm ſint magni authoritate & pietate. Comparantur autem Prelati ſtellis propter quatuor recepta in ſtellis. Eſt enim in ſtella pulchritudo viſus, & ſignat honeſtatem Prelatorum in converſando: Baruch tertio: *Stellæ dederunt lumen in cuſtodijs ſuis.* Cellitudo ſitus, & ſignat dignitatem Prelatorum in imperando: Eccleſiaſtici quadrageſimo ſexto: *Species cœli gloria ſtellarum,* Rectitudo motus, & ſignat æquitatem Prelatorum in gubernando. Iudicum quinto, *Stellæ manentes in ordine ſuo*, &c. Firmitudo ſtatus, & ſignat firmitatem Prelatorum in perſeuerando: Geneſis primo, *& ſtellas, & poſuit eas in firmamento cœli.*

Prelati ſtellis cōparātur & qua de cauſa.

Baruch. 3.

Eccl. 46.

Iudic. 5.

Geneſ. 1.

Hos Chriſtus habet in dextera, quia ad dexteram ſunt collocandi quia intendunt ſpiritualibus, quæ per dexteram deſignantur. Vel in

Spiritualia per dexteram denotantur.

dextera Prælati dicuntur esse, quia sunt in nobiliori & digniori gradu quàm alij. In dextera enim est status dignior, gradus nobilior, & actus dulcior. Vel *habebat in dextera septem stellas*, id est, vniuersitatem electorum. Bene enim per septem stellas vniuersitas electorum designatur: quia omne tempus septem dierum numero denotatur. Quæ stellæ dicuntur, iuxta id, *Fulgebunt iusti tanquam stellæ in firma-* B
Daniel. 10 *mento cœli.* Daniel. decimo. Et hi sedebunt in iudicio ad dexteram Christi. Tunc enim statuet oues ad dexteram, & oues ad sinistram. Hæc dextera Dei est prostratorum erectiua. Psal. *Dextera domini fecit virtutem.* Erectorum directiua. Psal. *Tenebit me dextera tua.* Directorum deductiua: Psalm *Suscepit me dextera tua.* Deductorum lætificatiua; Canticorum. 2. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* C
Debent etiam Prælati tractantes primam stellam præfulgidam, scilicet carnem Christi pro nobis miseris immolatam, esse sicut stellæ fulgidæ, per sapientiæ claritatem, contra ignorantiam: fixæ per constantiæ firmitatem, contra inconstantiam; lucidæ per mundiciæ puritatem, contra nequitiam, sed
S. Bern. de aliis Bernardus. [Curritur passim ad sacros ordines, & reuerenda mysteria ipsis angelicis spiritibus, homines apprehendunt sine reuerentia, sine consideratione D aliqua: nec illi timent occupare signa regis cœlestis, aut illius gestare coronam imperii, in quibus auaritia regnat, ambitio imperat, superbia dominatur, sedet iniquitas, luxuria principatur. Et hi non sunt stellæ, quia non timent stellam ducentem magos ad præsepium immaculatum] Simus ergo stellæ fulgidę, vt mereamur in dextera Dei esse. Sic ergo in dextera sua habebat Christus septem stellas, sicut ego Ioannes vidi: & non solum hoc, verum

Quis gladius de ore Christi exiba.

Et vidi quòd *de ore eius gladius acutus ex vtraque parte exibat.* Gladius iste est sola sententia iudiciaria, quę egredietur de ore Domini in die iudicij ęterni. Vnde iste gladius erit ex vtraque parte acutus, quia remunerabit bonos, & malos; vel ex vtraque parte acutus, quoad malos, quos damnabit in corpore & anima. Vel ex vtraque parte acutus, quoad duplicem pœnam, ignis scilicet & vermis. Dicitur ergo sententia iudiciaria gladius, propter separationem; acutus propter transuerberationem, bis acutus propter duplicem punitionem. Ex vtraque parte acutus, propter reproborum damnationé, & electorũ remunerationem. Ego vidi quòd de ore eius exhibat gladius ex vtraque parte acutus, & non solum hoc, verum

Cur ex vtraque parte acutus.

Et facies eius sicut sol in virtute sua lucet, scilicet nunc in cœlo, vel in ecclesia triumphante. Vnde hìc propriè Christus describitur, vt illuminans Ecclesiam triumphantem, vel vt illũminans Ecclesiam militantem: *facies* Christi diuinitas, vel eius glorificata humanitas, quæ Soli comparatur, propter excellentiam claritatis; vel est *sicut Sol*, videlicet *in virtute sua*, virtus autem Solis est in meridie, cùm nubes purificata & clarificata, tunc maximum habet effectum: tunc enim vrit & lucet: *facies* ergo Domini in die iudicij erit *sicut Sol* in meridie: vel *in virtute sua*, quia tunc pulcherrima apparebit iustis,

Cur facies Christi sicut sol lucet.

Cur facies Domini in die.

& terribilis malis. Vnde ſicut *Sol in virtute*, non poteſt videri ab oculis infirmis; ſic Diuinitas ab impiorum oculis: Ait enim Ambroſius in Hexameron, [quod erit tunc Dominus ſicut Sol, ſublimior in circulo, ſplendidior in radio, iucundior in ſpeculo, ſalubrior in ſæculo.] Sic Sol in virtute ſua eſt oculus mundi, pulchritudo cœli, iucunditas dici, decor vniuerſi. Ab iſta facie Domini, ſplendore luminoſiſſima, dulcore gratioſiſſima, amore deſideratiſſima, ſtillat in Sanctis, id eſt, electis Dei, cœlicus amor, cœlicus odor, cœlicus ſapor, cœlicus dulcor; amor vnit, odor trahit, ſapor reficit, dulcor allicit: Pſalm. *Cœli diſtillauerunt à facie Dei Sinai.* Sed heu! quantus dolor, & luctus, quia à prophanis crucifixoribus, *facies* hæc, fuit velata contra claritatem, inflata contra ſpecioſitatem, conſputa contra præcioſitatem, abominata contra deſiderabilitatem, contra quos in die Iudicii, apparebit terribilis, & irata, ſed amicis apparebit amabilis & placida.

D. Amb. Solis Encomia. Pſal. 67.

Facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua. In verbis iſtis notantur tria in Deo, bonitas ſanctificans dulcedine fruitionis, veritas beatificans plenitudine cognitionis, Entitas æternificans durationem temporis. Ex beatitudine, igitur, oritur indiuiſibilis dulcor: quod notatur in *facie*; ex ſanctificatione intuibilis fulgor, quod notatur, *in ſole*, Ex æternificatione oritur inuincibilis vigor, quod notatur, *in virtute.*

Tria notantur in Deo.

Circa primum poſſumus aduertere quod in iſta facie eſt decor allectiuus deſiderabilis, ex quo anima ſancta decore allicitur, Cáticorum quinto. *Vox tua dulcis & facies tua decora*: Amor amplectiuus admirabilis, ex quo anima ſancta amore vnitur, Eſter decimo quinto. *Valde enim admirabilis*, Sapor exceſſiuus, ex quo anima ſancta ſapore ſopitur Geneſis. *Vidi dominum facie ad faciem.*

Facies Chriſti maxima virtus. Cant. 5. Eſter. 15. Geneſ. 32.

Circa ſecundú poſſumus notare. Quod iſte Sol non ſit quilibet, ſed ſol lucens radio fontalis diuinitatis, quo videtur Deus in ſeipſo: Ex fontali diuinitate exurgit pax exuberás omnem affectum, radio idealis exemplaritatis, quo videntur res in Deo, Ex ideali exemplaritate, exurgit pax exuperans omnem ſenſum, radio regalis humanitatis, quo videtur Deus in homine tantum: ex regali humanitate exurgit lux fœcundans omnem intellectú: de his tribus, Eccleſiaſtici quadrageſimo tertio. *Tripliciter Sol exurit montes.*

Chriſtus ſol & quomodo. Eccleſ. 43

Circa tertium poſſumus videre, quod iſta virtus conciliat eſſe per immortalitatem: Pſalm. *Domine in virtute tua lætabitur rex*: continuat eſſe gratiæ per Imitabilitatem; Pſal. *Dextera domini fecit virtutem.* &c. Perpetuat eſſe gloriæ per fœlicitatem. Pſal. *Cantabimus & pſallemus virtutes*: *Facies* ergo Chriſti *luceat ſicut Sol in virtute ſua.*

Pſal. 20. Pſal. 117. Pſal. 77.

VERSVS 17.

Sequitur. *Et cùm vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius, tamquam mortuus.* Suprà fuit oſtenſa reuelantis viſio, hîc oſtenditur effectus continens & ipſam viſionem in veritate; vbi Primò ponitur Ioannis ex viſione humiliatio; Secundò ab ipſo reuelante confortatio. ibi: *& poſuit dexteram ſuam ſuper me, dicens: Noli timere.* Tertiò ponitur viſionis expoſitio, ibi: *Sacramentum ſeptem ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea* &c.

Dicit ergo: *& cùm vidissem* &c. Ita dixi, quòd vidi Christum in medio candelabrorum aureorum, vestitum podere, præcinctum zonâ aurea; caput eius, & capilli candidi sicut lana, & sicut nix; cuius oculi sicut flamma ignis; cuius pedes sicut aurichalcum, cuius vox terribilis, sicut vox aquarum multarum: ex ore eius exibat gladius ex vtraque parte acutus: cuius facies lucebat sicut sol in virtute sua. *Et cùm vidissem eum*, supple talem, vel in tanta gloria, & maiestate: *cecidi ad pedes eius*, id est, præ stupore indignum me reputans tantæ contemplationis diuinæ, inclinaui me ad contemplationem humanitatis: *tanquam mortuus*; quia in tali visione cessat anima à corporis regimine, & ita cadit corpus, cùm anima non regit illud. Ezechi. secundo, *Vidi, & cecidi in faciem meam.*

Cur Ioannes cecidit ad pedes Angeli.

Prima ratio.

Ezech. 2.

Cur B. Stephanus videns Christum non cecidit.

Sed cùm Beatus Stephanus Christum viderit, quæritur cur ipse non cecidit? Respondeo, quia illi apparuit vultus Christi, vt vultus Angeli, non Dei; & ideo non cecidit. Vnde Gregorius super Ezechielem. [In quantam miseriam cecidimus, qui gloriam, ad quam nati sumus, videre non possumus.] Vel potest sic exponi: *Et cùm vidissem*, scilicet Dominum meum Iesum Christum positum in cruce, cùm cogitamus pro nobis miseris, non pro peccatis suis, sed nostris, leuatum in cruce, propter quod Bernardus. [O fidelis anima, respice in crucem pendentem, capitis inclinationem ad osculum, brachiorum extensionem ad amplexum, lateris apertionem ad affectum.] Quia ergo Ioannes amantissimus eius, cùm talem vidisset, non est mirum, si ad pedes eius cecidit, præ dolore; vel aliter.

Secunda ratio.

Et cùm vidissem eum, scilicet Christum, Dominum & Magistrum meum, in sua gloria & maiestate, *cecidi ad pedes eius, tanquam mortuus*: me vt mortuum reputans, ex humilitate, exemplo sui magistri, qui *humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem.* Propter quod dicit Hieronymus. [Volui, & reuolui rotam Saluatoris vitam, & non inueni in eo, ab vtero Virginis vsque ad patibulum crucis, nisi stigmata paupertatis, vilitatis, & humilitatis.] Et non est mirum si cecidi ad pedes eius, me respectu eius indignum reputans ex humilitate. Vel aliter, & pulchrè.

Tertia ratio.

Ioannis profunda humilitas.

Philip. 2.

Et cùm vidissem eum, scilicet Dominum Iesum Christum, me de nuptiis vocantem, *cecidi ad pedes eius, tanquam mortuus*, mundo, sequens ipsum per paupertatem, obedientiam, & castitatem. Vnde qui viuit Deo, moritur mundo, & è contrario. Qui ergo vult Deum videre in cœlo, & cum eo viuere, debet mori mundo: nam vita mundi est mors inferni. Propter quod dicebat Beatus Sebastianus. [Ab initio mundi hæc vita in se sperantem decipit: hæc vita admouet furorem, vt recipiat iracundum: & soluit mendacem, vt fallat. Hæc imperat crimina, iubet facinora, suadet iniusta. Sed quid plura? hęc vita est clausio Paradisi, apertio Inferni.

Quarta ratio.

Quàm mortalis sit hæc vita.

Cecidi ergo *ad pedes eius tanquam mortuus* mundo, vt viuerem cum eo in cœlo.

Si patulis oculis cœli dulcedo pateret,
Non querulis populis hæc vita caduca placeret.

Conspectâ igitur gloriâ humanitatis Christi, Ioannes cecidit ad pe-

des eius *tanquam mortuus*: Æstimet igitur quisque quid feciſſet, ſi gloriam Diuinitatis vidiſſet; Si enim gloriam humanitatis non potuit ſuſtinere, quomodo gloriam Diuinitatis ſuſtinere valuiſſet? Cogitet etiam quiſque, quàm infirmus ſit humanus oculus, qui ad contemplandam Diuinitatem ſit factus, gloriam humanitatis ſuſtinere non potuit. Conſpectâ igitur Ioannes gloriâ Chriſti, cecidit, quia mens humana, quantò perfectiùs cœleſtia bona cognoſcit tantò ampliùs ſibi ipſi vileſcit. Heſter decimo quinto: *Conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ.*

Quantò quiſque perfectiùs cœleſtia cognoſcit tantò ampliùs ſibi vileſcit.

Heſter. 15

Sequitur, *Et poſuit dexteram ſuam ſuper me, dicens*, *Noli timere*. Hîc ponitur ab ipſo Deo reuelante confortatio. Et primò ipſum Ioannem confortat facto, ſecundò verbo, ibi: *Noli timere*; Dicit ergo, Et *poſuit*, &c. Continua ita, Dixi quòd cùm vidiſſem Chriſtum in ſua gloria, & maieſtate, *cecidi ad pedes eius*. Sed quid aliud? ipſe cófortauit me. Nam & ipſe ſemper adiutor meus, & auxiliator meus. *Poſuit dexteram ſuam*, id eſt, extendit virtutem ſuam, *ſuper me*. Id eſt, ad me confortandum, *dexteram ſuam* ad me ſubleuandum, ad me adiuuandum, ad meas vires roborandum, vnde gloſa: *Poſuit dexteram ſuam ſuper me*: Id eſt, auxilium ſuum, confortans vires meas, ad ſuſtinendum tribulationes, & anguſtias. Et confortauit ipſum facto: Et non ſolú facto ſed verbo, dicés: *Noli timere*: Gloſſa. [Pati tribulationes pro me, quia ego fui paſſus pro te, qui non indigebam: quia immunis à culpa eram, ergo tu qui indiges, pati pro me non timeas.] Et benè dico, *noli timere*. Et quare? quia *Ego ſum primus & nouiſſimus*. Id eſt, A initium & finis omnium, & ideò poſſum, & volo te adiuuare.

Chriſtus poſuit dexteram ſuã ſuper omnem.

Ego ſum primus, & initium & caput omnium, à quo omnia per creationem; *Et nouiſſimus*, id eſt, finis, ad quem reducuntur omnia per conſummationem.

VERSVS. 18.

Et ſum viuus, & fui mortuus. Et *ſum viuus*, ſcilicet æternaliter, *& fui mortuus*, ſcilicet temporaliter, & corporaliter. *Et ecce ſum viuens*, per Reſurrectionem, qui tamen *fui mortuus* per Paſſionem: *In ſæcula ſæculorum*, per perpetuam durationem. *Et habeo claues mortis & inferni*, *& habeo claues mortis*, & diaboli, cuius nomen eſt mors. Vnde Chriſtus dicitur habere claues mortis, & diaboli, quia habet poteſtatem ipſum ligandi, ne per perſecutionem & tribulationem ſuos feriat; & etiã ſoluendi: nam cùm vult, permittit vt ſæuiat & inuadat. Vnde in eius poteſtate eſt ipſum ſoluere & ligare. Exemplum in Iob. *Ecce in manu tua eſt, veruntamen animam eius ſerua.* Ergo *habeo claues mortis*, id eſt, diaboli, quia habeo poteſtatem ipſum ligandi & ſoluendi.

Quomodo Chriſtus habet claues mortis & inferni.

Iob. 2.

Habeo etiam *claues inferni*, id eſt, membrorum diaboli, nempe reproborum, qui membra diaboli ſunt, ad infernum de putati & obligati: Non enim poſſunt nocere alicui, niſi in quantum à Deo permittuntur. Vel *habeo claues inferni*, quos volo poſſum damnare, & quos volo poſſum ſaluare, & ab inferno liberare: noli ergo timere pro me tribulationes & anguſtias ſuſtinere, quia *habeo claues mortis & inferni*, id eſt, diaboli, & membrorum eius, & ideo non poterunt contra me prævalere.

Reprobi membra diaboli.

Diabolus non poteſt nobis nocere niſi Deo permittente.

Sequitur

Sequitur, *scribe hæc quæ vidisti, & quæ sunt, & quę oportet fieri post hæc.* Suprà posità visione generaliter, hîc mandat ipsum scribere, & aliis mittere, vt ex hoc valeant proficere. Ita dixi, noli timere, quia ego sum primus & nouissimus, & multa talia humilia, & vtilia ostendi tibi, & ostendam plura, *scribe*, scilicet in libro, *quæ vidisti*, vt scilicet ad posteros mittantur; vt ipsi sint eruditi, & cauti per cœlestium visionem, contra diaboli & seruorum eius persecutionem, & instruantur ad perpetuam descriptionem.

Ego sum primus & nouissimus, qui sum viuus, &c. Hîc introducitur Christus, vel Angelus in persona Christi, lætificans Ioannem, vel vniuersalem Ecclesiam, quantũ ad quatuor, quę enumerat, vel enuntiat in his verbis. Ostendit namque æternitatem diuinitatis, quantùm ad principium creationis: *Ego primus & nouissimus*; infirmitatem humanitatis, quantùm ad supplicium passionis, *qui sum viuus, & fui mortuus*; claritatem immortalitatis, quantùm ad triumphum resurrectionis, *& sum viuens in sæcula sæculorum*; potestatem vniuersitatis, quantùm ad titulum dominationis, *& habeo claues inferni & mortis.*

Primò ostendit æternitatẽ diuinitatis, cũ dicit: *Ego primus & nouissimus*: Ego, inquam, immutabiliter subsistens, increabiliter producens, impertransibiliter * feriens, vltima collectione reducens, Isaiæ quadragesimo tertio; *Ego ipse primus*; ego inquam, *& nouissimus*, quantùm ad immutabilitatem subsistendi, quantùm ad impertransibilitatem * feriendi: Vel *ego primus*, quantùm ad increabilitatem producendi; *nouissimus*, quantùm ad vltimam collectionem reducendi: De his, ego feci, ego * feriam, ego portabo & saluabo.

Secundò ostendit humanitatis infirmitatem, quantùm ad supplicium passionis, cùm dicitur, *qui sum viuus, & fui mortuus.* Circa quod sciendum est, quòd mors Christi fuit causa reparationis à perditione, Ioannis vndecimo: *Expedit vobis vt vnus homo moriatur pro toto populo*; reconciliationis à priuatione, ad Romanos quinto: *Cùm inimici essemus, reconciliati sumus* &c. multiplicationis gentium in innouatione fidelium, Ioannis decimo octauo, *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit*, &c. iustificationis in contritione peccatorum, primæ Petri tertio. *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est.*

Tertiò ostendit claritatem immortalitatis, quantùm ad triumphum Resurrectionis, cùm dicitur: *& sum viuens.* Circa quod possumus aduertere, quòd Christus est vita essentialiter & substantiuè, Ioannis vigesimo quarto: *Ego sum via, veritas, & vita*; causaliter & productiuè; Ioannis sexto: *Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendi*; exemplariter & imitatiuè, ad Romanos sexto: *Quomodo Christus surrexit, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*; finaliter & obiectiuè, primæ Ioannis quinto: *hic est verus Deus, & vita æterna*:

Quartò ostendit potestatem vniuersitatis, quantùm ad titulum dominationis, cùm dicit: *& habeo claues*, &c. Sciendum quòd Christus habet claues vniuersalis gubernationis, Apocalypsis tertio, *hic est verus & sanctus, qui habet clauem Dauid*, virtualis reparationis, Isaiæ vigesimo secũdo: *& dabo clauem domus Dauid*; Spiritualis administrationis,

* *aliàs* finiam

Mortis Christi varia vtilitates.

Ioan. 11.

Roman. 5

Ioan. 12.

1. Petri 3.

Christus multiplicater est vita

Ioan. 6.

Rom. 6.

Ioan. 5.

* *aliàs* finiens Isai. 43.

* *aliàs* finiendi

Apocal. 3

Isai. 22.

Matth. 7. Matthæi ſeptimo, *& tibi dabo claues regni cœlorum*, finalis examinationis; hîc infrà, *& habeo clauem abyſſi*;

VERSVS. 19.

Scribe erg o *quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ oportet poſt hæc fieri.* Nota tempora, præteritum, *quod vidiſti*; præſens, *quæ ſunt*; futurum, *quæ oportet fieri poſt hæc*, nam de iſtis tribus eſt Prophetia hæc. *Scribe* ergo, *quæ vidiſti*, ſcilicet oculo carnis, vel oculo mentis, ſcilicet diſpenſationem Incarnationis, myſterium Diuinitatis, mundanam tribulationem, diuinam cõſolationem, glorioſam retributionem, quæ omnia animant ad patientiam, & voluntariam tribulationum tolerantiam, & ſuſtentationem, quod eſt intentio in hoc libro.

Quænam ſcribenda à Ioanne.

VERSVS 20.

Sequitur, *Sacramentum ſeptem ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea*, &c. *& ſeptem candelabra aurea*, Hîc ponitur reuelationis dictæ explicatio. Ita dixi, quia ego Ioannes vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio eorum ſimilem Filio hominis, in cuius etiam dextera vidi ſeptem ſtellas, & cùm, ſupple quid hoc erat dictu ignorarem, mihi dictus Angelus explicauit dicés: *Sacramentum*, hoc eſt ſacrum ſecretum, *ſeptem ſtellæ Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum, & candelabra ſeptem, ſeptem ſunt Eccleſiæ.* Ex quo patet, quod allegoricè dicunt, exponitur. Vnde primam partem viſionis exponit, vt oſtendat & allegoriam, & ſignificationem in aliis eſſe quærendam: totam autem non exponit, vt oſtendat indignis eſſe occultandam; vel totam non exponit, ne fortè à malis conteneretur & bonis merendi occaſio ex ſtudio præſtaretur. Tobiæ duodecimo: *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt.* Notandum ſecundùm gloſſam, quod candelabra ſuper tres pedes ſtabiliuntur, per ignem purgantur, malleis contunduntur; Eccleſia in fide Trinitatis fundatur, tribulationibus exercetur, & vt aliis luceat adaptatur. Candelabra ergo, Eccleſiis ſeptem comparantur, quia ſcientiâ luminoſæ, gratiâ pretioſæ, obedientiâ ductiles, & obſequioſæ, moribus ponderoſæ, documentis eruditæ, tribulationibus approbatæ.

Explicatur quales ſint ſeptem ſtellæ, & ſeptem candelabra.

Non omnibus omnia fides noſtra myſteria aperienda. Tobiæ 12.

Cur ſeptẽ Eccleſiæ candelabris aſſimilatæ.

SYNOPSIS.

IVbente Chriſto D. ſcribit beatus Ioannes, primò, Angelo Epheſi, vt primam charitatem collapſam reparet; ni faciat, minatur quòd amouebit candelabrum eius; ſi faciat, promittit ei lignum vitæ: Secundò, Angelo Smyrnæ, vt ſit conſtans in fide & virtute vſque ad mortem, promittens ei coronam vitæ: Tertiò, Angelo Pergami, vt fortiter ſe opponat Nicolaitis, minans eis gladium, & promittens ei manna abſconditum, & calculum candidum: Quartò Angelo Thyatiræ, vt reſiſtat Iezabeli docenti fornicari & veſci Idolothytis, promittens ei poteſtatem ſuper gentes, & ſtellam matutinam.

CAPVT SECVNDVM.

1. ANGELO Ephesi Ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. 2. Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos: & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt: & inuenisti eos mandaces: 3. & patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti. 4. Sed habeo aduersum te, quòd charitatem tuam primam reliquisti. 5. Memor esto itaque vndè excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. sin autem, venio tibi; & mouebo candelabrum tuum de loco, nisi pœnitentiam egeris. 6. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. 7. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. 8. Et angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus, & nouissimus; qui fuit mortuus & viuit: 9. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed dives es: & blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanæ. 10. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est Diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. 11. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis: Qui vicerit, non lædetur à morte secunda, 12. Et angelo Pergami Ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui habet romphæam vtraque parte acutam: 13. Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ: & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi Satanas habitat. 14. Sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari: 15. ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. 16. Similiter pœnitentiam age: si quominus veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. 17. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis: Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. 18. Et angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco: 19. Noui opera tua, & fidem, & charitatem

tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima pluta prioribus. 20. Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit propheten, docere: & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis. 21. Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua. 22. Ecce mittam eam in lectum: & qui mœchantur cum ea in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint. 23. & filios eius interficiam in morte, & scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes & corda: & dabo vnicuique vestrum secundùm opera sua. Vobis autem dico, 24. & ceteris qui Thyatiræ estis: Quicumque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt altitudines Satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus: 25. tamen id, quod habetis, tenete donec veniam. 26. Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes. 27. & reget eas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur, 28. sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi stellam matutinam. 29. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

VERSVS 1.

Et Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe, hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua. Præmissis principiis, hîc scribitur reuelatio. Vnde hîc incipit prima reuelatio de correctione Ecclesiarum, & diuiditur in duas partes. Nam primò ponitur reuelatio pertinens ad correctionem Prælatorum: secundò ad reuelationem mysteriorũ quarto Capitulo, ibi; *Post hæc vidi, & ecce ostium apertum in cœlo.* Item præmittitur epistola Metropolitano Asię. Secundò Suffraganeis eius, ibi: *Et Angelo Ecclesiæ Smyrnæ scribe.* Item primò ponitur determinatio personarum pertinentium ad hanc epistolam, vt persona suscipiens immediatè, scilicet Christus. Secundò ipsa correctio, ibi: *Scio opera tua, & laborem tuum.* Scribe ergo primò Ecclesię Ephesi, quia Metropolis, & principalis dicitur. Et Angelo Ephesi, & Archiepiscopo, vt correctus, sit cæteris exemplum correctionis, ad Titum quinto: *In omnibus præbe te ipsum exemplum in operibus bonis, & doctrina, veritate, & grauitate.* Dicuntur autem Prælati Angeli propter officium ministrandi, primæ ad Corinthios decimo: *Sic nos existimet homo vt ministros*, &c. Propter modum conuersandi, *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris*, Propter fructum medicandi. Tobiæ decimo tertio de Raphaele; *Curam eorum gessit.* Propter thronum instructionis. Malachiæ quinto: *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam*, &c. Propter visum contemplationis, Mathæi; *Angelieorum*, &c. Propter verbum supplicationis, Tobiæ duodecimo: *Ego obtuli orationem tuam Domino.*

Cùm præcipui & magnates puniuntur, alii citiùs ad meliorem frugem accedunt.

Ad tit. 1.

Cur Prælati dicuntur Angeli.

1. Cor. 10.

Luc. 12.

Tobiæ. 13

Malach. 5

Tobiæ. 12

Sequitur, *Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua.* Hîc ostendit qui

est qui mandat scribere. Et primò A Ioannis vigesimo: *stetit Iesus in medio discipulorum, & dixit eis, pax vobis*; transire per medium Iudæorum, Lucæ quarto; sedere in medio Doctorum, Lucæ secundo; Ambulare, vt hîc, scilicet in medio septem candelabrorum aureorum. Omnis enim virtus in medio consistit. Et ideo quia ipse summè virtuosus, in medio semper esse voluit: quia etiam mediator Dei, & hominum fuit, & ad hoc venit. Ipse ergo ambulat in medio septem candelabrorum aureorum, id est, Ecclesiarum septem, per quas vniuersę Ecclesiæ designantur: quia omne tempus septem dierum numero comprehenditur.

Luc. 4.

Luc. 2.

Virtus in medio consistit.

Dei in hominum genus stupenda bonitas.

B

Cur Christus in medio vult esse.

Et nota quod bene dicitur candelabrum Ecclesia militans, Exodi vigesimo quinto: *facies candelabrum de auro purissimo, hastile eius, & calamos, scyphos, & sphærulas & lilia ex ipso procedentia.* In ipso namque candelabro figuraliter hîc describitur status Ecclesiæ. Vnde in ipso considero naturam, quia *de auro purissimo*; facturam, quia *ductile*; staturam in hastilis rectitudine; sculpturam in calamis, sphærulis, ac liliis. Primo enim in candelabro considero naturam, quia *de auro purissimo.* Aurum inter omnia metalla est preciosius, & in preciositate considero Ecclesiæ gratiam; luminosius, & in luminositate attendo sapientiam; ponderosius, & in ponderositate intelligo charitatem maximam. Secundò, in candelabro considero facturam, quia *ductile.* Vnde comparatur Ecclesię, quę ductilis est, quia est humilis, in obedientia animarum; virilis, in resistentia peccatorum; ductilis, in patientia aduersorum. Tertiò, considero in candelabro staturam. In sta-

Cur Ecclesia militãs candelabrum.

C

Quantum in candelabro Ecclesiæ attendenda.

D

Septẽ stellæ septem dona Spiritus Sancti.

dicit qui tenet septem stellas in dextera sua. Vel, tenet, per viam rectam ducendo, scilicet, in regno bonorum eligendo, & sublimando, quia Prælati sunt in bonis potioribus, vt pote in spiritualibus sublimati. Vel, per septem stellas, quas Christus tenet in dextera sua, intelliguntur septem Spiritus Sancti dona, vel septem dotes, quas paratus est conferre omni volenti accipere; Hæc ergo quę scripta sunt, & quæ sequuntur dicit Christus, *qui tenet septem stellas in dextera sua.*

Qui etiam *ambulat in medio septem candelabrorum aureorum*, id est, Ecclesiarum, sicut bonus Pastor gregem suum visitans, & viam, & opus considerans. Et nota quòd Christus dicitur iacere in medio iumentorum. *In medio duorum animalium cognosceris*, ait Propheta; pendere in medio latronum, Ioannis decimo nono, & manere in medio discipulorum,

Cur Christus in medio candelabrorum. Ioan. 19.

tura autem consideratur firmitudo adhæsionis, quantùm ad firmitatem fidei in firmitate pedis; rectitudo operationis, quantùm ad eleuationem spei, in hastili celsitudo contemplationis, quantum ad incendium Charitatis, in effusione luminis. Quartò considero in candelabro sculpturam in sex calamis, scyphis, sphęrulis, & liliis. Distinctio calamorum, significat distinctionem ordinum, continentia scyphorum, efficaciam Sacramentorum: ornatus liliorum, infusionem donorum; sphęrulæ, vel circuli, statum beatitudinum. Et sic bene per candelabrum aureum Ecclesia militans designatur. *Hæc* ergo *dicit qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.*

VERSVS. 2.

Sequitur. *Scio opera tua, & laborem tuum.* Hîc incipit correctio, in qua duo continentur. Primò, commendatio ipsius mittentis, vt correctionem recipiat. Secundò, ipsa correctio, vt à malo resiliat. Corrector enim cultellum in vna manu & cultellum in alia debet portare. Secundum ibi, *sed habeo aduersum te pauca.* Item primò commendat istum Episcopum Ephesi quantùm ad vitam, secundò quantùm ad curam, ibi: *quia non potes sustinere malos*, &c. dicit ergo: *Scio opera tua.* Ita dixi, *hæc dicit, qui ambulat in medio*, &c. Scilicet magni consilii Angelus, qui dicit hoc, suple, quod sequitur. *Scio opera tua*, ô Episcope Ephesi Ecclesiæ, *scio opera tua*, id est, approbo & laudo, & *laborem tuum*, & tribulationem magnam, quam pro me sustinuisti. Est autem labor sanctæ meditationis. Psalm. *Laboraui in gemitu meo*; Veræ prædicationis ad Timotheum. *Tu vero vigila in omnibus labora*; Rectæ actionis Psal. *Labores manuum tuarum quia mãducabis.* Ego scio, & approbo opera tua, quæ fecisti. Id est, laborem, vel tribulationem, quam prome sustinuisti, & *patientiam tuam*, quia nec conquestus es flagellis, nec de præmio dilato, quod solet esse causa murmurationis. Est enim multiplex pars patientiæ. Prima est in opere, scilicet malum pro malo non reddere; secunda est in ore, scilicet calumniã pro calumnia non reddere; tertia est in corde, scilicet non murmurare. Gregorius [Qualis vnusquisque apud se latet, contumelia illata probat,] quomodo concludit iste versus.

Non patiens scelus, at faciens, miser esse probatur.
Sustinet hic sapiens, scelus insipiens operatur.

Et bene coniunguntur opus, labor, & patientia: quia in his tribus constat perfecta vita. Vnde Augustinus. [*Bene viuere est bona agere, & mala pati, et in his perseuerare.*]

Sequitur, *quia non potes sustinere malos.* Hîc ex quo commendauit istum Episcopum, quo ad vitam, commendat ipsum quantùm ad curam. Et hoc dicitur primò, quo ad disciplinam, secundò quo ad patientiam, ibi: *Et patientiam habes.* Item disciplina commendatur, primò expellendo apertè malos; secundò in exquirendo occultè deceptiuos, ibi: *Et tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt.* Continua sic: commendo te de vita, dicendo, scio opera tua, &c. Et non solùm commendo te de vita, verum etiam de cura. Et post hoc laudo, & commendo te, quia non po-

Scit Christus opera nostra bona, & ea approbat.

Quotuplex est labor. Psal. 6.

Cur hæc tria coniũguntur, opus, labor & patientia.

tes sustinere malos, scilicet in tua diœcesi, quin corripias, vel expellas. Vnde Episcopus debet esse durus, & austerus contra malos: nam, vt dicit Hieronymus in prologo Galeato. [Sancta rusticitas solum sibi prodest, & quantum ædificat Ecclesiam ex vitæ merito, tantum nocet, si destruentibus non resistit.] Sed quid ad hoc Augustini? [Nō est bonus qui malos sustinere non potest] Solutio. Sustinendi sunt mali, si de his speratur correctio: vel quando alios non inficiunt, quia ex tunc ad nihilum valent vltra, nisi vt mittantur foras, &c. Ergo commendo te, quia expulisti à diœcesi tua aperte malos, & peruersos, & non solùm hoc: verùm & quia

Qualis debet esse Episcopus erga malos.

Quomodo mali sustinendi.

Tentasti, id est, diligenter inquisisti, *eos qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt.* Id est, à Christo missos, & non sunt. Licèt sub nomine Apostolorum se ingerunt, vt alios decipiant, Ieremiæ vigesimo tertio: *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant; non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant*, ab ipsis est cauendum, quia fel sub melle portant, vt in Matth. *Attendite à falsis Propbetis, qui veniunt ad vos*, &c. Currebant enim multi, Ioanne existente in exilio, quorum doctrinam ipse Episcopus inuestigauit, & falsam inuenit. Et ideo additur, *Et inuenisti eos mendaces*, scilicet in doctrina: & ideo commendo te de diligenti cura in expellendo apertè malos, & inquirendo occultè deceptiuos. Et non solum de his commendo te, verùm & quia

Ieremi. 23.

Matth. 7.

VERSVS 3.

Patientiam habes in malis, quæ peruersi & maligni inferunt tibi, & *sustinuisti*, id est, sursum tenuisti, non depressus, *propter nomen meum*, scilicet glorificando. Aliter enim sustinere tribulationes non sufficeret: qui enim sustinet pœnam, non propter Dei gloriam, sed propter culpam, non meretur palmam. Laudo ergo te, quia sustinuisti mala propter nomen meum, & quia *non defecisti*, id est, quia ex hoc nomen meum non negasti, sed pro iustitia certasti, contra illos, qui statim in tribulatione deficiunt. Iob quarto: *venit super te plaga, & defecisti, tetigit te, & conturbatus es.* Quidam enim deficiunt in principio, quidā in medio, Matthæi octauo: *Si dimisero eos ieiunos, deficiēt in via.* Patientia enim debet esse solida, non murmurans de præmiorum dilatione. Ideo dicit in principio, *scio patientiam tuam*; debet esse iucunda, non anxia, in malorum perpessione, vnde addit, *& patientiam habes*; debet esse ordinata intentione, *& sustinuisti propter nomen meum*, debet esse continua, sine intermissione, & ideo dicit: *Et non defecisti*: nulla enim vtilitas seminum primò florentium, & pòst tabescentium ad tempus. Bernardus [Perseuerantia est vigor virium, conseruatio virtutum, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium, soror patientiæ, filia constantiæ, amica pacis, nodus amicitiæ, vinculum charitatis, propugnaculum sanctitatis. Tolle perseuerantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec fortitudo laudem. Nam non qui incipit, sed qui perseuerauerit, saluus erit]

Quomodo patus sit sustinendus.

Iob. 4.

Matth. 8.

Qualis debet esse patientia.

Quid est perseuerantia.

VERSVS. 4.

Sed habeo aduersum te pauca, quia charitatem tuam primam reliquisti. Post-

quàm commendauit istum Episcopum, vt mitiùs correctionem suam recperet, hîc ipsum increpat, vt à malis resiliat: & primò Episcopum increpat; secundò ad perfectionem reuocat, ibi, *Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam.* Continua sic, In te, ô Episcope, laudaui quæ erant laudanda, modò reprehendam ad modum medici, qui priùs membra sana collaudat, dehinc palpat, & pòst putridum vùlnus transuerberat. Vnde Apostolus; *Laudo vos, in hoc non laudo.* Dicit ergo, In te laudaui: *sed habeo aduersum te pauca*, & ideo faciliùs sunt corrigenda, & quare? *quia charitatem tuam primam*, id est, feruorem, & zelum charitatis, quo solebas feruere in malorum persecutione, *reliquisti*, scilicet tependo, vel corrumpendo. Non enim loquitur hîc de habitu charitatis, quia istum habebat, sed de exteriori actu, quem dimiserat, & tamen priùs habuerat; & ideo bene dicitur, *charitatem tuam primam reliquisti*, id est, subditi deliquerunt, propter negligentiam tuam; vnde dicitur Prælato, tertio regum, *Custodi virum istum, qui si elapsus fuerit de manu tua, erit anima tua pro anima eius.* 3. Reg. 20

Quomodo reprehensio adhibenda.

Prælati corriguntur ex subditorum negligentia.

VERSVS. 5.

Sequitur, *Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.* Postquam Episcopum increpauit, hîc ipsum reuocat ad perfectionem: & hoc dicitur primo pungendo, vt stimuletur; secundò blandiendo, vt confortetur, ibi, *sed hoc habes bonum, quia odisti facta Nicolaitarum.* Item pũgit ipsum dupliciter, primò excitando ad pœnitentiam; secundò indicando pœnam, ibi: *Sin autem veniam ad te, & mouebo candelabrum tuum.*

A Dicit ergo, *Memor esto vnde excideris*, Ita dixi, quia charitatem tuam pristinam reliquisti; sed *memor esto vnde excideris*, id est, à quo statu, vel dignitate ceciderit; Ecclesiastici; *In die malorum ne immemor sis bonorum.* Ecc. 11.

Nec tamen est intelligendum quòd iste à gratia ceciderit, cùm Ioannes ipsum laudauerit; sed à feruore declinauerit: tum quia dicit eum à consortio fidelium cecidisse, videlicet B quia in mortale peccatum ceciderit. Sed siue sit, siue non, quilibet peccator debet cogitare vnde ceciderit, & vbi, & per quid; *vnde*, id est, de cœlo; *vbi*, quia in terram, cùm nihil cogitat nisi terrenum: *Per quid*, quia per superbiam, cùm se erigeret contra Deum suum creatorem. Vel moraliter; hîc præbet remedium sauciatis, primò tangendo dignitatem humanæ conditionis, *esto memor*; secundò improperando vilitatem C nostræ transgressionis: *vnde excideris.* tertiò describendo necessitatem nostræ reconciliationis, *Age pœnitentiam.* Memor esto, ergo, tu peccator, *vnde excideris*, quia iste casus est à puritate innocentiæ, à charitate diuinæ amicitiæ, & veritate intelligentiæ, ab hæreditate supernæ patriæ: *& age pœnitentiam*, scilicet dolendo corde, confitendo ore, satisfaciendo opere, quę sunt dicta fugientium de Ægypto, D vel de inferno, vel de mundo. Et dicit signanter, *age pœnitentiam*, non dicit suscipe, sed age, quia multi suscipiunt, quam non faciunt, pœnitentiam: Matthæi octauo, *facite dignos fructus pœnitentiæ.* Pœnitentia enim ablata restituit: vnde est secunda post naufragium tabula. Porro *age pœnitentiam* de peccato præterito, *& prima opera fac*, id est, primis similia, dum eras in gratia; Ieremiæ tertio: *Reuertere ad dies adolescentiæ tuæ.* Matth. 3. Ierem. 3.

Consideranda à quo ceciderit, vbi, & per quid.

Moralis expositio.

Cur dicit age & non suscipe pœnitentiam.

Memor

Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. In verbo isto tanguntur tria pro die cinerum, primò improperat lapsum transgressionis, ibi, *Memor esto vnde excideris.* secundo insinuat consilia reparationis, ibi, *Age pœnitentiam.* Tertio informat ad meritum satisfactionis.

Sequitur, *sin autem, veniam citò, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.* Hîc postquam excitauit ad pœnitentiam, indicat pœnam, nisi egerit pœnitentiam. Ita dixi: *Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam, sin autem, nisi pœnitentiam egeris*, id est, Deo, de peccato tuo non pœnituerís, *Veniam ad te citò*, scilicet in morte, vel in iudicio, nec multum tardabo, sed cito, & ex insperato, *Citò*, dicit, vt celeritas peccatorem terreat, & maiorem timorem incutiat, *& mouebo candelabrum tuum de loco suo.* Glossa. [Auferam dona, & virtutes, propter quas constitui te pastorem, vel auferam promissum præmium curæ pastorali debitum, à te; vel te ab Ecclesia separabo, & alij dabo.] Prælatus est locus Ecclesiæ, in quo debent alij quiescere, & aliquando translatus est honor vnius Ecclesiæ, propter peccatum Prælatorum. Vnde Papatus primo fuit in Ierusalem, postea Alexandriæ, tertio Romæ: & ita sæpe mutatur propter peccatum: Psalm. *Deus destruet te, euellet te, emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.* Ergo mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris, scilicet de peccatis commissis, & bonis omissis.

Quid sit candelabrum nostrum moueri de loco suo.

Prælatus locus ecclesiæ.

Psal. 51.

VERSVS. 6.

Sequitur: sed *hoc habes* bonum, *quia odisti facta Nicolaitarum.* Hic eum A reuocat blandiendo, & laudat eum dupliciter; primo commendando, secundo promittendo, ibi, *vincenti dabo.* Dicit ergo: *sed hoc habes* bonum, &c. Ita dixi, quia charitatem pristinam reliquisti, & multa alia fecisti, licet hoc feceris, hoc tamen habes bonum, quod odisti facta Nicolaitarum, non ipsos, sed facta ipsorum.

Non homo sed peccatum illius odio habendum.

Nicolaus hic fuit vnus de Diaconibus istius Ecclesiæ, actuum sex- act. 6.
B to: *Elegerunt Stephanum plenum Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum.* Iste Nicolaus à fide recessit postea, quia arguebatur de nimio zelo vxoris valdè pulchræ, se excusando dixit, non esse sibi curæ quid ipsa faceret, quicumque vult vtatur ea, & hoc prædicauit, vxores esse communicãdas aliis, & comedere de Idolothytis docuit, & hoc prædicabant Pseudo-
C prophetæ in Episcopatu eius, de odio istorum commendatur Episcopus hîc. Ergo hoc habes bonum quod odisti facta Nicolaitarum prædicantium vxores esse aliis communicandas, & comedere de Idolothytis, quia &c. *ego odi* &c.

Quis iste Nicolaus fuerit secundum sententiam veteris autoris.

VERSVS. 7.

Sequitur, *Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs.* Hic
D ostendit, quod ipse non loquitur soli isti Episcopo, sed in ipso, aliis. Ita dixi, memor esto vnde excideris, & multa talia, sed hoc supple non tibi soli Episcopo Ephesi dico, sed loquendo tibi, loquor aliis, quia, *qui habet aures audiendi, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesijs*, qui habet aures, scilicet quibus audit vocem exteriùs, audiat, scilicet mente interiùs: nam audire propriè est sensu aliquid percipere, intellectu intelligere, opere có-

Quid est habere aures audiendi.

sentire. Vel cùm in intellectu perciperetur, cùm in memoria retineretur, cùm in effectu manciparetur: qui ergo habet aures, quantùm ad sensum audiendi vel quantùm ad intellectum, audiat ad obediendum per effectum: vel qui habet aures ad intelligendum, audiat ad obediendum,
Iacob. 1. Iacobi primo, *Estote factores verbi, & non auditores tantùm.* Multi enim habent aures, qui non ponunt in corde ea quæ audiunt: & multi habent in vtroque, scilicet in mente & in corde, qui tamen non ponunt in opere: & hoc secundum hîc signatur, *qui ergo habet aures ad audiendum, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis*, scilicet verbaliter instruendo. Per hæc patet quòd non solùm isti Episcopo loquitur, sed omnibus: vnde loquitur generaliter ad omnes ecclesias, sed specialiter ad illas, & tenetur hîc *Spiritus* essentialiter,
Ioan. 4. Ioannis quarto, *Spiritus est Deus.*

Sequitur, *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.* Hîc reuocatistum Episcopum ad perfectionem, præmittendo, vt contra hostẽ armetur. Ita dixi, quia patientiã in tribulationibus habuisti, & multa propter nomen meum sustinuisti, *facta Nicolaitarum odisti*: & hæc omnia fecisti, quia supple tibi, vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei; *vincenti*, scilicet carnis oblectamenta, mundi blandimenta, hostis tentamenta, hæc inquam vincenti, *dabo edere de ligno vitæ.* Lignum vitæ Christus est, cuius esus est præmium vitæ æternæ.

Quodnam est lignum vitæ de quo hic est sermo.

Christus ligno vitæ comparatur.

Christus est lignum, cuius radix plantatur in plenitudine sanctitatis; cuius stipes erigitur in rectitudine æquitatis; cuius frondes dilatantur in latitudine charitatis; cuius folia virent in pulchritudine veritatis; cuius flores fragrãt in dulcedine suauitatis: cuius fructus pascunt & reficiunt in plenitudine fœlicitatis. Sed dicitur lignum vitæ, quia confert vitam naturæ, conseruando esse naturæ; gratiæ, continuando esse gratiæ, gloriæ, perpetuando esse gloriæ. Istud autem lignum est in Paradiso situm, & plantatum in cœlesti gloria, in Patris dextera. Hîc autem tanguntur quinque effectus Sacramenti Altaris: ostendit enim primò quod est corroboratum causalitate, *Vincenti*: secundò quod est communicatum liberalitate, *dabo*: tertiò refectum suauitate, *edere*; quartò quod est viuificatum virtute, *vitæ*, quinto, quod est oblectatum dulcedine, *quod est in Paradiso Dei mei.* Vel ostenditur cultus præparantis, ibi *vincenti*, scil. ad bellum; ritus dispensantis, *dabo*: modus manducantis, *edere*: virtus confortantis, *de ligno vitæ*, fructus degustantis, *quod est in Paradiso* &c.

Effectus eucharistiæ.

Potest etiam sumi ad honorem Sancti Vincentij, vbi describitur vt virtuosus in pugna, vt victorioſus in palma, vt glorioſus in stola: pugna in mundo, palma in termino, stola in præmio: pugna probat, *Vincenti*: palma impetrat, *dabo*, stola coronat, *edere de ligno vitæ.*

Vincentius martyr describitur pugnans & vincens.

Circa primum, vbi Beatus Vincentius describitur vt virtuosus in pugna, cùm dicitur: *Vincenti*, Sciendum, quod pugnant contra hominem mundus, caro, Diabolus. In exercitu Diaboli militant vitia; in castris mundi prospera, aduersa; in tabernaculo carnis immunda desiderio. Habuit victoriam Vincentius in examine carnis expellentis: in voragine maris absorbentis, in certamine hostis impetentis.

Circa secundum, vbi describitur vt victorioſus in palma, cùm dicitur

dabo, Sciendum, quod in pugna, quam Vincentius habuit, dedit ei Deus magnanimitatem in martyrisando, contra carnis impulsum; æquanimitatem in tolerando, contra maris abyssum; longanimitatem in perseuerando, contra hostis congressum. In primo per castitatis pudorem; in secundo per paupertatis amorem; in tertio per humilitatis vigorem. De his tribus Apocalypsis sexto, *Eximit vincens vt vinceret.*

Apoca. 6

Circa terrium, vbi Vincentius describitur vt glorioſus in ſtola, cùm dicitur, *edere de ligno vitæ*, Sciendum, quòd in isto ligno vitæ habet Vincentius vbertatem indefectibilem; satietatem infastidibilem; æternitatem interminabilem. Veritas debetur magnanimitati; satietas æquanimitati; æternitas longanimitati: vbertas replet, satietas implet, æternitas tenet. De his ergo est lignum in medio Paradisi.

A B C

VERSVS 8.

Sequitur, *& Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe.* Suprà fuit posita correctio Metropolitani Asiæ, hîc ponitur correctio Suffraganeorum: & potest diuidi in sex partes, secundùm numerum Episcoporum. Vel aliter, primo ponit correctionem Prælatorum negligentium in cura; secundo in propria vita, ibi, *& Angelo Ecclesiæ Sardis scribe*; tertio Episcopos corrigit dupliciter, primò indirectè, scilicet Episcopũ Smyrnæ cõmendando: secundo directè cõprehẽdendo, ibi: *& Angelo Pergami Ecclesiæ scribe.* Item primo, Smyrnæ Episcopi virtus commendatur: secundo confortatur, ibi: *Nihil horum timeas.* Dicit ergo, *& Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe.* Mandauit tibi, Ioannes, ego Angelus magni consilii, vt scriberes hanc epistolam pro Metropolitano Asiæ, scilicet Angelo, vel Episcopo Ephesi: & addit, supple, mando tibi, vt scribas eius Suffraganeis, & primo Angelo Smyrnæ Ecclesiæ, id est, Episcopo illius Ecclesiæ. Et benè Episcopus Angelus dicitur, quia dicit Gregorius. [Vnusquisque si à prauitate proximum reuocat, si exhortationi ad benè operãdum curat, si ęternũ regnũ, vel suppliciũ erranti denunciat, cũ verbo, & facto denunciantis opus impendit, profecto Angelus existit] & hoc maximè Episcopo conuenit: Benè ergo Episcopus Angelus dicitur. Hic ergo Angelus dicit Ioanni, *scribe Angelo Smyrnæ*, vt qui hîc gerit personam dirigentis, illic gerat personam docentis: hic enim ordo, vt homo discat primo, & postea doceat; & quis est qui mandat scribere, statim dicit.

Episcopus cur Angelus dicitur.

Primùm disce deinde doce.

Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus, & viuit, scil. Christus: primo debetur honor, quia creauit, nouissimo debetur timor, quia iudicabit, mortuo amor, quia nos per suam mortem viuificauit; viuificato spes, quia resuscitabit. Ergo qui fuit primus in creando, erit nouissimus in iudicando; qui fuit mortuus in patiendo, viuit in glorificando. Vult ergo dicere Ioannes, quia talis & tantus est, qui mãdat, tamen habet verba per me, quia ex isto libenter debes recipere ea, & ęquaminiter correctionem tolerare.

Cur Christus primus & nouissimus.

D

VERSVS 9.

Sequitur, *Scio tribulationem tuam, & paupertatem*, Hîc commendat istum Episcopũ de duobus, scilicet

de patientia, & de paupertate. Ita dixi; hæc dicit primus & nouissimus, scilicet Christus, de te, scilicet Episcopo Smyrnę. Quidem *scio tribulationem tuam*, id est, approbo patiẽtiam, quam habuisti in tribulationibus, & *paupertatem tuam*, id est, tua voluntate habitam, & assumptam, quia tuas diuitias erogasti pauperibus; vel scio, id est, approbo paupertatem tuam tibi illatam, & scio, ne putes eum nescire, quum dissimulat se scire. Vnde bonum est seruire tali Domino, qui non obliuiscitur impẽsa obsequia, sed dat pro terrenis cœlestia: tali ergo pauperi dabitur regnum cœlorum.

Gloriosissimum & vtilissimũ Christo seruire.

Scio paupertatem, &c. Hîc commendat ipsum Episcopum de paupertate, cui debentur Paradisi diuitiæ, ad exemplum Christi, qui pauper esse voluit in suo initio; nam de matre paupere fuit natus, in pannis pauperibus inuolutus, in præsepi positus; in medio, nam terrenum regnum cõtempsit, paupertatem docuit, & firmauit; in termino, quia in cruce pro nobis nudus pependit, vt nos diuites faceret, & cœlestes diuitias impetraret. *Blasphemaris ab his qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt*, sed potius negantes, & ex hoc consurgit tribulatio maior, quia à familiaribus infertur. Psalm. *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique* Glossa [Nulla pestis peior, quàm domesticus inimicus.

Christus semper paupertatem sectans.

Psalm. 54

Ergo *blasphemaris ab his, qui se dicunt esse Iudęos, & non sunt; sed sunt synagoga Satanę*, id est, congregatio aduersans bono. Satanas enim dicitur aduersarius. Sed quia tribulatis debetur confortatio, ideo sequitur:

Satanas aduersarius.

VERSVS. 10.

Nihil horum timeas, quæ passurus es. Vnde hîc confortat ipsum Episcopum Smyrnæ, primò exprimendo post eum instantes tribulationes. Vnde primò pronunciat tribulationem futuram dicens, *nihil horum timeas, quæ passurus es.* Secundò inuitat ad patientiam, ibi: *esto fidelis vsque ad mortem*: tertiò promittit coronam, & *dabo tibi coronam vitę*. Dicit ergo, *nihil eorum timeas, quæ passurus es*, sed potiùs te cõtra tribulationem præmunias. Nihil horum timeas, scilicet nec paupertatem in rebus, nec tribulationem in corporibus, nec tentationem *in cordibus timeas*. Et quia posset quis quærere, vnde passurus sit ista, ideo additur.

Quid non timendum.

Ecce missurus est Diabolus ex vobis aliquos in carcerem, vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. Ecce missurus est Diabolus suggerendo, permittente Deo, aliquos ex vobis in carcerem: Glossa, omnimodam tribulationem, *vt tentemini*, id est, vt per tribulationem probemini, sicut aurum probatur in igne, *& habebitis tribulationem diebus decem*, id est, tempore decem Imperatorum Romanorũ, quod significat Daniel per septem cornua: vel hîc finitum ponit pro infinito. *Diebus decem*, id est, multis diebus. Vel secundùm glossam, decem dies sunt totum tempus belli. Deus autem suos ad bella mittens, armat eos ex præceptis Decalogi; Iob decimo nono: *En decies confunditis me!* Et nota quod loquens vni Episcopo loquitur in plurali *habebitis*, non dicit *habebis*, ex quo signatur quod omnibus tribulatis generaliter loquitur: dicit etiam *diebus*, non *noctibus*: quia boni illuminantur, & purgantur tribulationibus.

Quid est fideles tentari decem diebus.

Iob. 19.

Boni tribulationibus purgantur & illuminantur.

Sequitur, *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Hîc ex quo cõfortauit ipsum Episcopum, prædicendo futuras tribulationes: primo hortatur ad perseuerantiam; secundo promittit gloriam, ibi, *& dabo tibi*, &c. Ita dico, quod passuri estis pro me multas tribulationes; sed quicquid alii faciunt, saltem terreni in corpore, hoc habes, & alios regere, & confortare: *Esto fidelis*, scilicet mihi Domino tuo, esto mihi; inquam, fidelis; sicut vxor viro suo, & nulli alii per fidẽ adhæreas, sicut amicus amico, seruus Domino, vt res Ecclesiasticas benè custodias, & rectè distribuas; sicut amicus amico, vt diligas; *Nam omni tempore diligit qui amicus est.* Et ideo benè additur *vsque ad mortem* inclusiuè, id est, pro morte non dimittas fidem tuam; Ecclesiastici quarto: *Vsque ad mortem certa pro iustitia: quia non erit hoc sine lucro.* Nam sequitur, *& dabo tibi coronam vitæ*; Id est, vitam interminabilem, non qualis est corona mundi:

Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Verbum est Spiritus Sancti ipsam animam alloquentis, & ipsam animam in finem virtutum dirigentis: primo ipsam excitat ad fidelitatem, ibi, *esto fidelis*; secundo informat ad firmitatem, ibi, *vsque ad mortem*; tertiò inuitat ad fœlicitatem, ibi: *& dabo tibi coronam vitæ.* Esto ergo fidelis vsque ad mortem. Nota, Oseæ secundo. *Sponsabo te mihi in sempiternum*; sicut vxor sponso, fidelitate desponsationis; sicut seruus Domino, fidelitate gubernationis; Lucæ duodecimo; *Quis putas est fidelis seruus & prudens?* & sicut amicus amico, fidelitate condilectionis: Ecclesiastici sexto: *Amicus fidelis protectio fortis.* Esto ergo sic fidelis, & dabo tibi coronam vitæ; coronam decoris ad ostendendam pulchritudinem viriliter; *Corona aurea super caput eius*; coronam honoris, ad lætandum gaudenter; Psalm. *Gloria & honore coronasti eum Domine*; Coronam amoris Christi, ad diligendum fortiter; Psalm. *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso*: & sic dabo tibi coronam vitæ, id est, vitam interminabilem. Vnde Richardus: [Tolerantia transitoria, corona æterna; pugna modica, merces æterna; pœna leuis, gloria ineffabilis: vita breuis, requies inæstimabilis; tribulatio modica, delectatio nimia; lætitiam post tristitiam contingit habere, qui cœli patriam, non stultitiam cupit habere.

vides proprią vitą præferenda.

Eccles. 4.

alia expositio.

Osee. 2.

Quomodo fideles debemus esse erga Deum.

Eccles. 6.

Psal. 8.

Psal. 20.

Omnia parui-enda pro visione Dei assequenda.

VERSVS. 11.

Sequitur, *qui habet aures audiendi, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis.* Hæc sæpe repetit; ad denotandum quia non solùm loquitur isti Episcopo, verum etiam aliis Episcopis, & subditis. *Qui habet aures*, quantùm ad sensum audiendi, quantùm ad intellectum, audiat complendo per effectum, *quid Spiritus*, scilicet Angelus bonus, non Diabolus, non mundus, *dicat Ecclesiis*, id est, Ecclesiarum Episcopis, quia quod dicitur ijs, dicitur & aliis.

Sequitur, *qui vicerit non lædetur à morte secunda.* Hîc ex quo promisit certanti coronam vitæ, concludit euacuationem pœnæ æternæ: Ita dixi, quod fideli deberur corona vitæ, & non solùm tibi; verum ei qui vicerit, scilicet mundum, carnem, Diabolum, sicut est dictum, *non lædetur à morte secunda*, id est,

Quænam est mors secunda.

æterna, quæ est mors supra mortem, propter excessiuam acerbitatem, vt infra, *pars illorum erit in stagno ardentis ignis, quę est mors secunda*: mors sine morte, propter continuitatem, Iob, *Dimitte me vt plangam paululum dolorem meum*, &c. mors vltra mortem, propter æternitatem, infrà nono, *Desiderabunt mortem, & mors fugiet ab eis.* Iob 10.

Qui ergo *vicerit, non lædetur à morte*, ista quæ est mors secunda? Prima mors animæ est in peccatis, scilicet quando dissoluitur anima à Deo; secunda est à pœnis, quando damnatur in inferno. Assimilatur autem prima mors animæ, quę est in peccatis, morti corporis in multis: sicut cùm primò corpus distemperatur, sic anima distemperatur per malam cogitationem; postcà infirmatur, sic anima infirmatur per carnalem delectationem: postcà moritur, sic anima moritur per consensum, & voluntatem; postcà effertur, sic anima effertur, per operis turpitudinem: de hinc sepelitur, sic anima sepelitur per consuetudinem: postcà terrâ operitur, sic anima operitur per obdurationem. Item, sicut mors corporis corpus separat ab anima, ita mors animę, animam separat à Deo, & à gloria eius: Quicumque ergo non vult lædi à morte secunda, quærat hîc sanari à prima, & ostendat Samaritano plagas, & sanabit eum, infundendo vinum & oleum:

Quotuplex est mors.

Mortis corporis & animæ conuenientia.

Qui vicerit non lædetur à morte secunda. In verbo proposito Spiritus Sanctus facit duo; primò animam informat ad pugnam, ibi, *Qui vicerit*; secundo excitat ad coronam, ibi, *non lædetur à morte secunda.* Qui vicerit, inquam, potenter, ne deiiciatur per violentiam; Sapientiæ decimo: *Certamen forte dedit illi, vt vinceret*; prudenter ne decipiatur per fraudulentiam, ad Romanos duodecimo; *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum*; perseueranter, ne confundatur per incóstantiam, infrà septimo: *Exiuit vincens, vt vinceret.* Vincitur mundus in fide mediatoris, primæ Ioannis vltimo, *Hęc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra*; caro in spe remuneratoris, Apocalypsis tertio; *qui vicerit, vestietur vestimentis albis*; Diabolus in sanguine redemptoris; Apocalypsis, *vicerunt illum in sanguine Agni*: *Qui* ergo *vicerit* sic, *non lædetur à morte secunda*, quæ est mors æterna. Sapiēt. 10. *Quomodo vincendum est.* Apocal. 7. 1. Ioan. vlt. Apocal. 3. Apoc. 12.

VERSVS 12.

Sequitur, *& Angelo Pergami Ecclesię scribe, hęc dicit, qui habet romphęam ex vtraque parte acutam.* Hæc est secunda pars, in qua scribit Angelo, vel Episcopo, & diuiditur in duas partes: primò ponitur correctio specialis; secundo generalis, ibi, *Qui habet aures*, &c. Prima diuiditur in quatuor: in prima commendat ipsum Episcopum; in secunda arguit ipsum, ibi: *Sed habeo aduersum te*; in tertia admonet ipsum ad pœnitentiam, ibi, *Similiter pœnitentiam age*: in quarta ei, si nolit corrigi, comminatur pœnam, Si contemnit veniam, ibi, *& pugnabo cum illis in gladio oris mei.* Vnde primo corrigit Episcopum Pergami, qui negligens erat in correctione Idololatrarum; secundo Episcopum Thyatiræ, qui negligens erat in correctione carnalium voluptatum, ibi, *& Angelo Thyatiræ* &c. Item primo ponit

præfationem Epheſi, ſecundo tenorem, ibi, *ſcio vbi habitas.* Dicit ergo, *& Angelo Pergami eccleſiæ ſcribe,* ſupple ſicut aliis: & quis mandat ſtatim oſtendit: *hæc,* ſupple quę ſequuntur, *dicit qui habet romphæam ex vtraque parte acutam*, ſcilicet Chriſtus, magni conſilii Angelus; *qui habet romphæam ex vtraque parte acutam*, id eſt, ſententiam iudiciariam, quâ punit malos, & remunerat bonos. Vnde ſignificat B hîc per *romphæam ex vtraque parte acutam*, quod ſuprà per *gladium ex vtraque parte acutum*; vnde ſententia Chriſti iudiciaria dicitur *romphæa* propter ſeparationem, quâ rumpet oues ab hœdis; *acuta*, propter tranſuerbationem, quâ penetrabit vſque ad intima cordis, *bis acuta*, propter duplicem punitionem, ſcilicet animæ, & corporis; *ex vtraque parte acuta*, propter reproborum damnationem, & electorum remunerationem: vnde in ipſa ſententia non erunt niſi duo verba, *Ite, venite. Ite maledicti in ignem æternum, venite benedicti percipite regnum*, propter quod & mentio & diſtinctio fiet. Iniuſtis ite, iuſtis dicendo, venite. Dicit ergo hæc, qui habet romphæam ex vtraque parte acutam De duobus reprehendit iſtum Epiſcopum, de doctrina Balaam, & de doctrina Nicolaitarum, vel quia intendit arguere negligentiam Paſtoris, & malitiam gregis.

Quænam eſt rõphæa ex vtraque parte acuta

VERSVS. 13.

Sequitur, *Scio vbi habitas*: Hîc ponitur tenor epiſtolæ, & primo ponit huius Epiſcopi commendationem; ſecundo reprehenſionem, ibi: *Sed habeo aduerſum te*; tertio reuocat ad perfectionem, ibi: *ſimiliter pœnitentiam age.* Item primo commen- A dat ipſum, quia mala ſocietas ipſum non peruerterat, ſecundo, quia in periculo fidem tenuerat, ibi: *In diebus iſtis, vel illis, Antipas teſtis meus fidelis.* Dicit ergo, *Scio vbi habitas.* Ita dixi, quia hæc, quæ ſcribo tibi Epiſcopo Pergami, dixit qui habet romphæam ex vtraque parte acutam, ſcilicet Chriſtus, & Angelus in perſona eius: & quæ ſunt iſta, ſtatim ait: *Scio vbi habitas*, quia in medio nationis peruerſæ, vbi eſt ſedes Satanæ; id eſt, congregatio malorum, in quibus Satan ſedet & quieſcit. Inter tales malos & peruerſos, iſte Epiſcopus tenuit nomen Chriſti, & in magna tribulatione: & ideo ſequitur, *& tenes nomen meum*, à quo dicitur Chriſtianus. Vnde Bernardus, [Nomen *Chriſti*, vel *Ieſus*, eſt mel in ore, iubilus in corde, melos in aure.] Ergo te commendo Epiſcope, quia tenes nomen meum C in tanta tribulatione, quod eſt altiſſimum dominatione, latiſſimum in commendatione, dulciſſimum in cogitatione, fortiſſimũ in protectione; Prouerb. quartò: *turris fortitudinis nomen Domini.* Tu ergo habitas, vbi eſt ſedes Satanæ, id eſt, inter peruerſos fratres, & malos, & tamen non ſequeris eos.

Inter impios pietatem retinere maxima virtus eſt.

Quanta virtutis nomen Domini.

Prou. 4.

Vnde nota, quod ſedes Satanæ eſt congregatio fratrum malorum, in quibus Satan habitat, & quieſcit, D & tales non tenent nomen Chriſti, quare non ſunt dicendi Chriſtiani. vnde Gregorius in Moralibus. [Frater velox ad menſam, tardus ad Miſſam: potens ad potandum, æger ad cantandum, peruigil ad fabulandum, ſomnolentus ad ſtudendum, promptus ad detractionem, tardus ad retractionem, in alio feſtucam reſpiciens, in ſe trabem non videns. Hæc ſunt quæ Chriſtianum

Qualis ſed Satanæ.

Peruerſus Religioſus deſcribitur.

faciunt Antichriſtum; Monachum Dæmoniacum: conuerſum peruerſum.] Inter tales fuit iſte Epiſcopus Pergami, tenens nomen Dei, id eſt, Chriſti,

A

Te ergo commendo, quia inter tales tenuiſti nomen meum: *& non negaſti fidem meam*, pro qualibet tribulatione; ſed confeſſus es ore, quod credebas corde. Ad Romanos: *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem.* Vnde erat tanta tribulatio? quia compellebatur ad negandum nomen Dei. Et in quo tempore tanta tribulatio fuit, oſtendit cùm ſubdit: *Et in diebus illis meus Antipas teſtis fidelis, qui occiſus eſt apud vos.* Et in diebus illis, quibus ſupple, non negaſti nomen meum, licèt eſſet magna tribulatio, Antipas, ſupple fuit, teſtis meus fidelis, .i. Martyr pro nomine meo. Martyr Græcè, teſtis Latinè. Nam ipſe eſt qui occiſus eſt apud vos. Ex quo tu debes in fide roborari. Nec eſt mirum ſi occiſus eſt, quia multi ſunt apud vos mali, propter quod ait; *vbi eſt ſedes Satanæ*, ibi congregationes malæ.

Martyr Græcè teſtis Latinè.

B

C

non, multa.] Quę ſint iſta ſtatim dicit; quia tu habes ibi tenentes doctrinam Balaam, quibus parcis, nec expellis: quia inquam Balaam docebat Balaac mittere ſcandala coram filiis Iſraël, edere & fornicari, de quo legitur Numer. vigeſimo quarto: *Dixit Balaam ad Balaac, pergens ad populum tuum dabo tibi conſilium*, &c. *edere & fornicari.* Videns enim Balaam Iudæos pronos ad luxuriam, conſuluit Balaac, vt pulchras mulieres adduceret, in quarum pulchritudine captiuati irruerent in amplexus earum, blandiciis earum deliniti, & comederent de Sacrificiis Phogor, contra legem eorum, &c. vt derelicti à Deo caderent coram eo, & hoc fiebat in peccatum. Et ſic iſte Balaam inducebat ad idololatriam, & luxuriam, quia docebat edere & fornicari. Et bene iſta coniunguntur, *edere & fornicari*; quia vnum ſequitur aliud; Hieronymus [Venter mero æſtuás in libidinem ſpumat, vicina enim ſunt venter & genitalia.] Myſticè; *Balaam* interpretatur *vorator*, & ſignificat illos, qui omnia volunt deuorare. Doctrinam ergo Balaam tenent, qui comeſtioni & potationi nimis ſtudent.

Num 24.

Iudæi ad impudicitiam prompti.

Bene coniunguntur edere & fornicari.

Qui non doctrinam Balaam tenent.

VERSVS. 14.

Sequitur, *Sed habeo aduerſum te pauca.* Poſtquam iſtum Epiſcopum commendauit, vt meliùs correctionem ſuam recipiat, hîc ipſum corrigit, & increpat. Et primò arguit ipſum, quia in Diœceſi ſua erant qui docebant peruerſa; vnde ipſum primò arguit, quia non reprehendit ſequentes doctrinam Nicolaitarum. Id eſt, ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Ita dixi, quòd habes multa bona, ſed nihilominus, aliqua mala: Nam habeo aduerſum te pauca, Gloſſa. [Si te corrigas, pauca, ſi

D

Vel Balaam eſt Diabolus, qui peccatores deuorat, duos morſellos faciendo, vnum de corpore, alterum de anima. Iſte Balaam, id eſt, Diabolus, docet edere & fornicari, quia omnem hominem incitat ad luxuriam, & ad gulam; propter quod dicit quidam Gloſſator ſuper id verbum Tobiæ ſexto: *Dæmon Aſmodeus occidit ſeptem viros Sarę*; quòd Diabolus nouem filias habet ex concupiſcentia vxore ſua; & ſeptem maritauit; Simoniam Prælatis & Clericis; Hipocryſim Monachis,

Diabolus præcipuè incitans ad gulam & ad luxuriam.

Tobiæ 6.

chris, & falsis Religiosis; Rapinam militibus, & aliis nobilibus; vsuram burgensibus; dolum mercatoribus; Sacrilegium agricolis, qui decimas Deo sacratas, auferunt Ecclesiis, & eorum Ministris; infectum seruitium operariis conductis; Luxuriam autem, & Gulam maritare noluit, sed eas omnibus exposuit. A

Ergò *habeo aduersùm te pauca, quia* sustines in Episcopatu tuo, hanc doctrinam Balaam, qui docebat B Balaac edere & fornicari; & non solùm, supple, arguo te de hoc, verùm quia sicut hoc malum habes,

VERSVS 15.

Quænam doctrina Nicolaitarum.

Ita habes & tenentes doctrinam Nicolaitarum, qui communicandas docebant vxores, & licitè haberè plures. Et ideò benè apparuit Dominus in visione cum romphæa ex vtraque parte acuta. Nam non licet communicare vxores, & habere plures; propter quod dicit Augustinus in Epistola. De Muliere conjugata non licet facere quod volo de ea, cùm ipsa non sit sua, sed capitis sui. Vnde triplex est bonum matrimonij, sicut ipse dicit super Genesim. Scilicet Fides, Proles, Sacramentum. In fide attenditur bonum, vt propter vinculum non cum altera, vel altero concubent. Ideò in prole attenditur bonum, vt proles ametur, suscipiatur benignè, nutriatur religiosè, doceatur Catholicè. In Sacramento attenditur bonum, vt cõiugium non separetur, & ne dimissus, vel dimissa alteri conjungatur. Ergo expellendi erant à Diœcesi huius Episcopi tenentes doctrinam Nicolaitarum, qui communicandas dicebant vxores, & licitè habendas plures.

Triplex bonum matrimonij.

C

D

VERSVS 16.

Sequitur, *Similiter pœnitentiam age.* Hîc Episcopum reuocat ab ipso malo; & primò exhortando, ibi: *Si quominùs veniam ad te citò.* Secundò comminando, ibi: *Gladio oris mei.* Tertiò promittendo, ibi: *Vincenti dabo manna absconditum;* Ita dixi, quòd tu habes in Episcopatu tuo tenentes doctrinam pessimam Balaam, & Nicolaitarum. Sed similiter, sicut dictum est, supple, Episcopo Smyrnæ; Age pœnitentiam, age, inquam, pœnitentiam, per justitiam, puniendo delicta præterita; per temperantiam, reprimendo carnalia desideria; per prudentiam, cauẽdo mala futura; per constantiam, perseuerando in vita bona. Hæc enim quatuor sunt in vera pœnitentia. Sapientiæ octauo: *Sobrietatem enim & scientiam docet, iustitiam, & virtutem, quibus melius nihil est in vita hominibus.* Age ergo pœnitentiam; nam *si quominùs*, id est, si mali quominùs feceris, quàm debeas de tenentibus doctrinas prædictas pestiferas, *veniam ad te*, id est, contra te; *citò*, id est, ex insperatò, in morte, vel in judicio.

Quomodo agenda pœnitentia

Sapiẽt. 8.

Veniam ergo citò contra te, *& pugnabo cum illis*, id est, contra istos tenentes doctrinas prædictas: & hoc *in gladio oris mei*, id est, sententiâ iudiciariâ, quæ est gladius oris mei, conuincens prauos, & separans à consortio bonorum, & puniens cum consortio damnatorum. Pugnabo, inquam, tam velociter, vt nullus possit effugere; tam fortiter, vt nullus possit resistere; tam prudenter, vt nullus possit cauere.

Quomodo pugnat Christus contra aduersarios.

VERSVS 17.

Sequitur, *Qui habet aures audiendi, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis.* Hoc

sæpe reuocat, ad denotãdum quòd isti soli Episcopo non loquitur, sed omnibus aliis. Vnde hîc ponitur increpatio generalis. *Qui* ergo *habet aures*; vt auditu percipiat, *audiendi*, vt præcepta retineat, *audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis*, retenta cum moribus componat.

Sequitur, *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo ei calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Hîc allicit istum Episcopũ promittendo. Ita dixi, quod tu habes multos malos in Episcopatu tuo, quos si non expuleris, veniam contra te: verumtamen si eos viceris, remunerabo te, quia vincenti, &c. Hoc potest exponi de statu viæ, vel de statu patriæ. De statu viæ sic: *Vincenti*, mundum, carnem & Diabolum, *dabo manna absconditum*, id est, corpus meum ad manducandum corporaliter, & ad reficiendum spiritualiter. Corpus autem Christi cõparatur mannæ, quia istud manna est distillatione cœlicum; fruitione Angelicum; prægustatione viuificum. Vnde Eucharistia dicitur manna ratione originis, pulchritudinis, plenitudinis, dulcedinis. Vnde tantum accipit, qui parum accipit, quantum qui multum accipit: quia Christus est in qualibet parte totus. Et dicitur corpus Christi manna absconditum, quia sub pane velatum. Vincenti ergo dabo manna absconditum; ideſt, corpus meũ ad sũmendũ Sacramentaliter, & recipiendum realiter & vtiliter.

Per Manna absconditum intelligitur corpus Domini in Eucharistia.

Quæ inter vtrumque conuenientia.

Et dabo illi calculum nouum, id est, amorem meum. Calculus enim dicitur vis amoris Diuini, qui dicitur impressiuus cognitionis, ignitiuus dilectionis, purgatiuus affectionis, signatiuus confortationis. Vnde amor Diuinus dicitur calculus nouus, quia hominem nouum facit, & veterem tunicam expellit. Vnde & in isto calculo, id est, in amore diuino, nomen Christi descriptum. Nam non dicitur verè Christianus, qui non est Christo per amorem, & charitatem vnitus; qui autem est vnitus verè dicitur Christianus, & nomen istud nemo scit, scil. perfectè, nisi qui accepit in Baptismate.

Calculus vis Amoris Domini, sed tui nouus dicitur.

Vel potest illud exponi de statu patriæ. Primò enim promittit præmium substantiale fœlicitatis animæ, ibi: *Vincenti dabo manna absconditum.* Secundò præmium accidentale, ex claritate corporis, ibi: *Et dabo tibi calculum candidum*; Tertiò præmium accidentale, ratione supradicti decoris; ibi: *& in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo nouit, nisi qui accipit.* Vnde substantiale præmium dicitur manna absconditum, omne habens delectamentum; vnde nec oculus vidit, nec auris audiuit, quæ præparasti diligentibus te. Sapientiæ decimo sexto: *Angelorum escã nutriuisti populum tuum, & panem de cælo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.* Dicitur autem calculus corpus glorificatum, quia calculus est solidus, lucidus, limpidus, rotundus. Sic glorificatum corpus est solidum, ratione impassibilitatis; lucidum, ratione claritatis; limpidum, ratione subtilitatis; rotundum, ratione agilitatis. Vnde in isto corpore glorificato erit scriptum nomen Dei. Sic enim vestiti honorabuntur, & vocabuntur filij Dei; quia portabunt tunicam Regis summi. Vnde nomen istud nemo scit, scilicet perfectè in via, nisi qui accepit à Deo in gloria.

Mãna præmium essentiale & delectat.

Sapient. 16

Corpus glorificatum calculo cãdidato denotatur.

Vincenti dabo manna abſconditum. Poteſt eſſe thema pro quolibet Martyre; vnde in verbis iſtis Spiritus ſanctus fidelem alloquens, & informans, oſtendit tria; ſtadium pugnatoris in vincente, ibi: *Vincenti*; brachium adiutoris in dante, ibi: *dabo*; brauium triumphatoris in manducante, ibi: *manna abſconditum.* De primo & ſecundo dictum eſt ſuprà. Circa tertium, vbi oſtenditur brauium triumphatoris in abſcondito manna, cùm dicitur, *Manna abſconditum.* Sciendum, quòd quatuor reperiuntur abſcondita de Deo; Deitas incarnata, quam abſcondit pelagus profunditatis; Humanitas deificata, quam abſcondit amictus infirmitatis; Sanitas communicata, quam abſcondit ritus cibabilitatis; Veritas reſeruata, quam abſcondit fumus curioſitatis. De his omnibus Iſai. 45. Quantùm ad 1. *tantùm in te eſt Deus.* Quantùm ad ſecundum, *& non eſt abſque te Deus.* Quantùm ad 3. *verè tu es Deus.* Quantùm ad 4. *Deus Iſrael Saluator.*

Iſai. 45

VERSVS 18.

Sequitur, *Et Angelo Thyatiræ Eccleſiæ ſcribe. Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos quaſi flammam ignis, & pedes eius, ſimiles aurichalco.* Hîc corrigit Epiſcopum negligentem in correctione carnalium. Et primò prę-mittitur præfatio. Secundò tenor, vel narratio. Vnde ſupple, deſcribit loquentem. Primò hic, ſecundò, ibi: *Noui opera tua.* Ita dixi, quæ ſcriberes tu Ioânes Epiſcopis prædictis, & non ſolùm illis, verùm & Angelo, id eſt, Epiſcopo Thyatirę Eccleſiæ ſcribe. *Thyatira* enim dicitur vel interpretatur *illuminata*, ex quibus patet, quòd iſte erat à Chriſto illuminatus; *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; & quis eſt qui mandat ſcribere, ſtatim ait: *Hæc*, ſupple quæ ſequuntur, *dicit Dei Filius, qui habet oculos ſicut flammam ignis*, id eſt, claros, & penetratiuos, vt terrerentur illi, qui erant Thyatiræ, quia eorum peccata videbat Filius Dei. Eccleſiaſt. vigeſimo tertio: *Oculi Domini multo lucidiores ſunt Sole.* Oculi Domini in omni loco contemplantur bonos & malos; vnde & oculi Domini ſunt clariſſimi, ſubtiliter perſpiciendo; certiſſimi, ſubtiliter diſcutiendo; duriſſimi, ſeuerè puniendo; & ſunt ſicut flamma ignis: pedes eius ſimiles aurichalco. Aurichalcum, quantò plus eſt in igne, tantò magis valet, & plùs claritatis habet. Per pedes Chriſti agiles ſignificatur, quòd Chriſtus citò veniet ad iudicium, & conſumet in igne infernali rubiginem peccatorum. Vnde deſcribit ſeipſum Filius Dei quantùm ad naturam Diuinitatis, ibi: *Filius Dei*; quantùm ad notitiam veritatis, ibi: *Qui habet oculos ſicut flammam ignis*; quantùm ad iuſtitiam æquitatis, ibi: *Et pedes eius ſimiles aurichalco.*

Thyatira interpretatur illuminata.

Cur Chriſtus habet oculos vt flammam ignis.

Ecclſ. 23.

Cur pedes Chriſti aurichalco aſſimilantur.

Moraliter, oculi ſunt Doctores Eccleſiæ ratione ſitus ſublimis, ratione regiminis, ratione puritatis. Comparantur autem flammæ ignis; quia debent eſſe lucidi per mundiciem, feruidi per amorem: Debent etiam illuminare ad Dei cognitionem, inflammare ad Dei dilectionem.

Doctores oculi Eccleſiæ.

Cur flammæ ignis comparantur.

VERSVS 19.

Sequitur, *Noui opera tua, & fidem, & charitatem, & patientiam tuam, opera tua, & noueſſima plura prioribus.* Hîc præmittit iſtius Epiſcopi commendationem, vt benig-

niùs recipiat correctionem; secundò addit ipsam correctionem, ibi: *Sed habeo aduersum te pauca.* Commendantur ergo in isto Episcopo primò actus, secundò habitus, ibi, *& fidem & charitatem* : tertiò profectus in mysteriis, ibi, *& patientiam.* Ita dixi, quod hæc quæ secuntur dicit Filius Dei, & ideo credendum est mihi scribenti, & mittenti, & sibi maxima reuelanti: Dicit ergo: *Noui opera tua*, id est, laudo & approbo opera tua, quo ad te ipsum, & fidem, quam habes ad Deum: & charitatem ad proximum: & licet priùs sit fides, quàm operatio, tamen fides per opera cognoscitur, & ideo hîc opera fidei proponuntur: *Noui* ergo, id est, approbo *opera tua*, & fidem, & charitatem, & ministerium, scilicet in largitione eleemosynarum, quod est ministerium Episcoporum, quia charitas præcedere debet ipsam, quia eleemosyna & alia bona opera extra charitatem facta, sunt mortua, & quia qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patientur pro ipso, ideo addit, *& patientiam tuam*, scilicet tribulationes sustinendo, & præmium expectando:

Fides per opera cognosci debet.

Episcopi in pauperes sint liberales.

Decem gradus patientiæ.

Sunt autem decem gradus patientiæ, quæ vix in aliquo reperiuntur: primus, malo non resistere; secundus, malum pro malo non reddere; tertius, non respondere, sed tacere; quartus, nocentem diligere; quintus, nocenti benefacere, sextus, contra flagella non murmurare, septimus, libenter aduersa tolerare, octauus, de flagellis gratias agere; nonus, ad flagella se præsentare, decimus, in flagellis dolorem non sentire. Noui ergo patientiam tuam, quam scilicet habes in tribulationibus; & non solùm hoc, verùm & nouissima opera tua, plura prioribus, hoc dicit propter continuationem in bonis operibus.

VERSVS. 20.

Sequitur, *Sed habeo aduersus te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetē, docere & seducere* &c. Hîc corrigit primò malos, secundò consolatur bonos, ibi: *Vobis autem præcæteris, qui Thyatiræ estis.* Hic primò ponitur istius Episcopi negligentia: secundo peruersorum malitia, tertio adducitur pœna, ibi: *ecce mitto eam in lectum.* Dicit ergo, *Sed habeo aduersus te pauca*, in quibus reprehensibilis es, & quæ sunt ista statim dicit: *quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Propheten esse*, id est, secretè permittis docere contra doctrinam ab Apostolis traditam, primæ ad Corinth. decimo quarto: *Mulieres in ecclesiis taceāt*, nō enim permittitur eis loqui. Et ne quis diceret quod ista Iezabel prophetaret, vel diuinaret, & doceret bona, ideo addit: *& seducit seruos meos*, supple docendo per suam doctrinam falsam, & in quo seducebat, & qualia, statim addit, *fornicari & manducare de Idolothytis.* Dicitur quōd ista Iezabel vxor fuit istius Episcopi, quæ diuinabat, & multos trahebat ad luxuriam & Idololatriam verbo, & exemplo. Alii dicunt, quōd loquitur de ista, quæ fuit vxor Achab, regis Israel: Hæc Iezabel fecit templum Baal, & Prophetas Domini occidit, tertio Regum, vel quia ista fuit similis illi, ideo vocat illam Iezabel:

Quenam erat hæc Iezabel, & quenam eius doctrina.

Moraliter, *Iezabel* interpretatur *sterquilinium*, vel *fluxus sanguinis.* vel *nix*, & significat stultas mulieres,

Moralis interpretatio.

A 1 Cor. 14

quæ interiùs sunt sterquilinia, & exteriùs corpore lucent modicùm, vt nix, Ecclesiastici decimo: *Mulier fornicaria quasi stercus in via*: ergo reprehendit istum Episcopum, quia istam dominari permittit in Episcopatu suo, vnde cæteri multum reprehensibiles sunt, qui indignos diuina in Episcopatu suo permittunt docere, vel habitare eos, qui docent fornicari, & Idololatrare, & viros interficere. Ergo hæc Iesabel multa mala fecit, & quamuis, supple, faceret ista mala

Eccles. 10.

VERSVS. 21.

Dedi ei tempus vt pœnitentiam faceret, vel ageret: ECCE Dei misericordia; *& non vult pœnitere à fornicatione sua*, Ecce mulieris iniquitas, pertinacia, & malitia, ex quo patet culpa maior, & Dei patientia, quæ aliquando dare videtur audaciam peccandi: Eccles. octauo. *Quia citò non profertur contra malos sententia, absque vllo timore filii hominum perpetrant mala.* Dicit ergo, *Dedi ei tempus vt pœnitentiam ageret.* Modò tempus nostrum est, quia possumus facere quod volumus, & est meritorium quod facimus. Datum est autem tempus in documentum, quia qualitas temporis docet quid sit peccatum, dum affligit. Item, sicut post diem, in qua laborant homines, venit nox, in qua quiescunt, sic post laborem bonæ operationis, veniet eis requies retributionis. Dies autem docet nos considerare lucem æternam, nox timere noctem æternam: mutatio etiam temporis, docet rerum mutabilitatem. Dedit ergo omnibus tempus, id est, temporis opportunitatem: In pueritia enim est pœnitentia inchoanda, in adolescentia continuanda, in ætate adulta, augmentanda, in senectute, consummanda. Sed si homines pœnitentiam modò in tempore non faciunt, tunc, scilicet in morte, facere non poterunt, & ideo Sponsus in Canticis loquitur, vel clamat animæ peccatrici, dicens, Canticorum octauo, *Reuertere, reuertere, Sunamitis, reuertere, reuertere.* Vnde omne tempus dat ad pœnitendum, & non ad peccandum, Ecclesiastici quinto: *Nemini dat Deus spatium peccandi. Dedi* ergo *ei tempus vt pœnitentiam ageret.*

Dei infinita misericordia.

Eccles. 8.

Tempus plura nos docet.

A Pueritia pœnitentia inchoanda.

Hoc intelligere mihi difficile.

Cant. 8.

Eccl. 5.

Sequitur, *& non vult pœnitere à fornicatione sua.* Non dicit, *non potest*, sed dicit, *non vult*, quia non potentia, sed voluntas sola inexcusabilis est, propter quod dicit Gregorius [Mulier, hominis confusio, insatiabilis bestia, sollicitudo confusa, vel continua, indeficiens pugna, quotidianum damnum: & tempestas domus, solicitudinis impedimentum, hoc est continuum naufragium] Propter quod dicit iste: [Per rubra tegmina, per modulamina malorum, fœtida fœmina, dissipat agmina virorum.] & Prouerbiorum sexto. *Mulier viri pretiosam animam tollit.* Mulier ergo non vult pœnitere à fornicatione sua. Post qualitatem suæ culpæ, addit qualitatem pœnæ dicens.

Mala mulieris superbia.

Prou. 6.

VERSVS. 22.

Ecce mittam eam in lectum, & qui mœchantur cum ea, in tribulatione erunt maxima, Et ecce ex quo non vult pœnitere, mitto eam in lectum, vt de lecto lasciuiæ veniat ad lectum culpæ, & de lecto culpæ veniat ad lectum pœnæ æternæ: Alia translatio habet, *ad luctum*, in quo æterna

Vnum peccatum suo pondere ad aliud trahit.

miseria designatur; vnde vtraque littera bona est. Quia vnum peccatum suo pondere mox ad aliud trahit: & ideò Deus iusto judicio, de lecto lasciuiæ, ad lectũ culpæ cadere permittit. Benè, inquam, culpa, vel status culpæ dicitur *lectus*, propter securitatem, audaciam, & opportunitatem peccandi. Et ex lecto peccati descendit homo ad lectum, vel luctum Inferni.

Status culpæ dicitur lectus assimilatus.

Ecce mittam eam in lectum. Nota quòd lectus malus est quadruplex, emollientis lasciuiæ, hic languidus, Amos sexto: *Væ qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis stratis in vestris*: Irritantis cócupiscentiæ, hic morbidus, Prouerbiorum sexto: *Intexui funibus lectum meum*, & sequitur, *Irretiuit eum multis sermonibus*, incendentis gehennæ, hic horridus, Iob vndecimo: *Si sustinuero, Infernus domus mea est*; & sequitur: *& in tenebris straui lectulum meum*; inficientis impudicitiæ, hic fœtidus; in proposito: *Ecce mitto eam in lectum.* Et etiam est quadruplex bonus lectus; candidus, nitidus, floridus, placidus: iste lectus mundatur lachrymarum fœcunditate, Psal. 50. *Lauabo per singulas noctes*; paratur orationis assiduitate, Iudith tertio: *Stetit Iudith ante lectum orans cum lachrymis.* Ornatur virtutum multiplicitate, Canticorum primo: *Ecce tu pulcher es, & decorus, dilecte mi, &c.* Vallatur Angelorum societate, Cáticorum tertio: *En lectum Salomonis sexaginta fortes ambiunt.*

Lectus malus quadruplex.

Amos 6.

Prou. 6.

Iob. 11.

Bonus lectus etiam est quadruplex.

Psal. 50.

Iudith. 3.

Cant. 1.

Ibid. 3.

Ecce ergo hanc mulierem Iezabel mittam in lectum, scilicet paratum peccati, vel Inferni, *& qui mœchantur cum ea*, id est, qui consortes sunt illi in fornicationibus; vel qui implent doctrinam eius, in tribulatione maxima erunt. Magna est tribulatio in hoc mundo; major in Purgatorio, maxima in Inferno: vel inferni pœna magna, propter diuersitatem pœnarum. Ergo illi, qui similes sunt Iezabel meretrici, erũt in tribulatione maxima, scilicet Inferni: *Nisi pœnitentiam egerint ab operibus suis*; quæ pœnitentia iram Dei placat. Chrysostomus: [Pœnitentia est salus animarum, dissipatrix vitiorum, imperatrix virtutum, expugnatrix Dæmonum; Quid de pœnitentia plus dicam? Portum aperit Paradisi, & os claudit Inferni; agite ergo pœnitentiam, & appropinquabit Regnum cœlorum.] Ergo hi, nisi pœnitentiam egerint, erunt in tribulatione maxima.

Pœnitentiã vera, lacrymæ.

Quid pœnitentia?

VERSVS. 23.

Et Filios eius interficiam in morte. Id est, imitatores suos lacte suæ falsæ doctrinæ nutritos, interficiam in morte, id est, de morte corporali ituri sunt ad mortem ignis æterni. Et nota, quòd dicit: *interficiam eos in morte*; quia mortui in peccato, adhuc viui in mundo, interficientur in Inferno. Vnde Psalm. *Mors depascet eos.* Vnde quidam viuunt in morte, vt omnes Sancti; vnde dicimus: Natale Sancti, de morte eius. Vnde Psalm. *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.* Sed peccatores maximè moriuntur in morte. Et ideò dicit hîc: *Interficiam eos in morte*, scilicet peccati; quidam in morte incipiunt mori. Psalm. *Mors peccatorum pessima.*

Qui in peccato est, mortuus cẽsendus est.

Psal. 48.

Psal. 115.

Psalm. 33.

Ergo *interficiam eos*, si nolunt pœnitere *in morte*: *Et scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes & corda*; & subtiliter intuens interiora, de quibus minùs videtur, scilicet cogitationes, & desideria; & nihil-

ominus clarè videns exteriora. Et hoc ad puniendum, vel remittendum. Vnde Gregorius super Ezech. S. Greg. Magn. [Quæ mors erit hominis, æterni Iudicis sententiam non formidantis? ibi enim tunc cuncta peccata ante oculos redibunt; ibi omnia quæ cum delectatione acta sunt, cum pauore reuocabûtur; tunc dabitur vnicuique tàm bonis quàm malis, diuitibus, & pauperibus, secundùm opera sua, bonis bona, malis mala.] propter quod iste versus dicit:

Clara parentela, famulorum multa sequela,
Nec rutilans bulla redimet, nec lata cuculla.

Et hoc est quod dicit hîc: *Et dabo vnicuique secundùm opera sua*, secundæ ad Corinth. 5. *Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque secundùm propria corporis, prout gessit* in corpore suo, *siue bonum siue malum.* 2. Cor. 5.

VERSVS. 24.

Sequitur, *Vobis autem dico cæteris, qui Thyatiræ estis, quicumque non habent doctrinam hanc, qui non cognouerunt altitudinem Satanæ. Quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus.* Hîc post increpationem negligentis Prælati, consolatur bonos, promittendo stipendium meriti. Et primò consolatur eos per amotionem malorum, secundò per collationem bonorum, ibi: *Et qui vicerit & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes.* Dicit ergo: *Vobis autem dico.* Ita cómêdaui cómendanda, & increpaui increpanda in Episcopo Thyatiræ. Aut, vobis dico, qui estis Thyatiræ, qui scilicet estis dissimiles aliis dictis, &c. *quicumque non habent doctrinam hanc*, scilicet ipsius Iezabelis, & *qui non cognouerunt*, id est, qui non approbauerunt, *altitudinem Satanæ*; id est superbiam, quam suggerit Diabolus; vel altitudinem Satanæ vocat astutiam profundam, quâ sub specie veritatis suggerebat legalia obseruanda cum Euangelio: *Quemadmodum dicunt*; scilicet quidam egressi de Iudæa, qui terrendo dicebant, quòd adhuc debebat Deus dara majores tribulationes, quàm passi essent; vt à fide recederent. Vel sic, *quicumque non tenent doctrinam hanc*, scilicet Iezabelis, quæ docebat fornicari, & edere de Idolothytis, vel doctrinam Iudęorum de obseruantia legalium. *Quanam est altitudo Satanæ.*

Et qui non cognouerunt, id est, approbando & tenendo *altitudinem Satanæ*, id est, astutiam, vel ingenii altitudinem mali Satan, id est, Diaboli; vt per hoc corrumperetur fides Christi, Actuum decimo quinto: *Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum, qui crediderunt, dicentes quòd oportet circumcidi eos, præcipuè quoque seruare legem Moysi.* Act. 15. Hoc dicebant præcipuè illi, qui mœchabantur cum Iezabele, id est, quòd oportebat cum Euangelio seruare legalia. Vobis autem talibus dico, *non mittam aliud super vos pondus*, scilicet tribulationum, vel legalium præceptorum.

Incorrectis Bibliis legitur, altitudines.

VERSVS 25.

Tamen id quod habetis tenete, donec veniam, id est, Euangelium, quod est onus leue diligentibus Deum. patienter, fideliter, perseueranter, *donec veniam*, scilicet retribuere vnicuique secundùm meritum suum; quia tunc dabo vobis præmium, & auferam omne pondus, & omne malum. *Ex gratia enim leue.*

VERSVS 26.

Sequitur, *Et qui vicerit*, & qui *custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes, & reget eas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur.* Hîc consolatur bonos, & hoc dupliciter; primò per promissionem bonorum futurorum, ibi: *Et dabo illi stellam matutinam.* Secundò, per amotionem malorum. Dicit ergo, *qui vicerit.* Ita dixi, *quòd tenentes doctrinam Iezabel, & qui mœchãtur cum ea interficiam. Sed & ei qui vicerit*, scilicet illos, eorum astutiis, & doctrinis resistendo: *Et qui custodierit vsque in finem opera mea*; in bonis operibus perseuerando, *dabo illi potestatem super Gentes.* Id est, super homines gentiliter viuentes.

Bonos dupliciter Deus consolatur.

Quid virga ferrea denotatur.

VERSVS 27.

Et Reget eas, scilicet talis, *in virga* quæ propter rectitudinem vocatur justitia *ferrea*, propter duritatem inflexibilitatis, *& tanquam vas figuli confringentur.* Quidam sic confringentur vt pereant; quidam vt in melius immutentur. Sicut figulus quando componit aliquod vas, quoddam destruit ad perditionem, quod non potest in melius vertere; quoddam ad restitutionem, quod potest emendare. Et benè per vasa lutea significantur homines, quia de luto sunt formati. Item hoc potest exponi de Iudicio extremo, & meliùs.

Custodiẽti Dei mãdata præmium maximum promittitur.

Ergo qui vicerit hostes Dei, vel mundum, carnem & diabolum, & qui custodierit vsque in finem opera mea, & præcepta mea, dabo illi potestatem super Gentes, scilicet vt sit earum judex, Matth. vigesimo nono: *Vos qui secuuti estis me, sedebitis super sedes duodecim.* Et *reget eas in virga ferrea*, id est, in inflexibili sententia mittentur in gehennam, & *tanquam figuli vas confringentur*, scilicet irreparabiliter.

Matth. 19

VERSVS 28.

Sicut ego accepi à Patre meo, scilicet, potestatem regendi vniuersaliter; vel malos puniendo, & bonos præmiando æternaliter.

Sequitur, *Et dabo illi stellam matutinam.* Hîc consolatur istum Episcopum, & per consequés alios bonos, per promissionem bonorum futurorum. Ita dixi, quòd ei *qui vicerit & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes*, scilicet in præsenti. Et non solum hoc, verum & *dabo illi stellam matutinam*, id est, stolam animæ in futuro. Quæ, inquam, stola animæ dicitur *stella*, propter claritatem cognitionis, *matutina*, propter inchoationem beatitudinis. Vel dabo ei stellam matutinam, id est, resurrectionem corporis, quę expellit omnem miseriam mentis, & corporis; sicut stella matutina tenebras noctis. Vel dabo illi stellam matutinam, id est, meipsum.

Quænam est stella matutina quæ promittitur.

Qui vicerit dabo illi stellam matutinam. Hîc Spiritus sanctus quemlibet hominem euocat ad conflictum pugnæ, ibi, *vincenti*; præsentat ad adiutorium gratiæ. In dante, explicat præmium gloriæ, in stella micante. De primo & secundo satis dictum est suprà, & ideò non curo. Sed circa tertium, vbi tangitur præmium fœlicitatis in stella micante: cùm dicitur *Stella matutina*; Sciendum quòd sub metaphora stellæ describit præmium fœlicitatis, quãtùm ad objectum beatificantis; virtus Diuinitatis, quantùm ad adjectum,

In stella matutina præmium fœlicitatis promittitur.

jectum, collætificans; opus humanitatis: quantùm ad ſubjectum cóparticipans, imago Trinitatis. Circa primum ſciẽdum, quòd objectum beatificans, ſcilicet virtus Diuinitatis, appellatur *ſtella*; quia ſtella eſt aſpectu luminoſa, aſpectu gratioſa, effectu virtuoſa, & per iſta tria ſignificantur in objecto Diuinitatis, lux ſplẽdoris, primæ Ioãnis primo: 1. Ioan. 1. *Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ*, facies amoris, primæ Ioannis 1. Ioan. 4. quarto: *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, &c.* pax tenoris, Epheſ. 4. ad Epheſios ſexto: *Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum*, de hac ſtella in propoſito.

Sciendum circa ſecundum quod adjectũ collætificans, ſcilicet virtus humanitatis, comparatur ſtellæ, quia ſtella eſt quidditate pura, quantitate parua, qualitate clara. Et ita ſignificat in Chriſto incontaminatam innocẽtiam, perfectam obedientiam, irreprehenſibilem Pſalm. 1. vitam. De primo Pſalm. *Omnes declinauerunt* (præter Chriſtum.) De ſecundo, ad Epheſios ſecundo, Epheſ. 2. *Chriſtus factus eſt obediens vſque ad mortem.* De tertio, Ioannis decimo tertio: *Ego ſum via, veritas, & vita.* Ioan. 13. De iſta ſtella infrà vltimo capitulo: *Ego ſum radix, & genus, & ſtella Dauid, ſplendida, & matutina.*

Circa tertium ſciendum, quod ſubjectum comparticipans, ſcilicet imago Trinitatis: vt anima beata, cóparatur ſtellæ; quia ſtella eſt in ſitu indiuiſibilis, in ſtatu in amiſſi- B bilis, in motu indeuiabilis; & ita ſignificat in anima ſancta titulum hæreditatis, fixionem æternitatis, vnitatem conformitatis. De primo, Geneſis primo: *Poſuit ſtellas in firma-* Geneſ. 1. *mento cæli.* De ſecundo, Danielis duodecimo: *Fulgebunt juſti, quaſi* Dan. 12. *ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas aternitates.* De tertiò, Iudicum ſep- C timo: *Stellæ manentes in ordine ſuo;* Iudic. 7. quæ contra Siſaram pugnauerunt.

VERSVS. 29.

Sequitur, *Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.* Hîc ponitur generalis exhortatio. Hoc expoſitum eſt ſuprà, & ſic exponc ſicut prius expoſitum eſt.

SYNOPSIS CAPITIS TERTII.

IVBETVR Joannes scribere Episcopo Sardensi, quòd dicatur viuere & mortuus sit; ni autem pœniteat, minatur quod veniet sicut fur in nocte, si autem resipiscat, & victoriam referat, promittit ei vestes albas, quódque scribet eum in libro Vitæ. Episcopo Philadelphiæ modicæ virtutis suadet, quòd teneat quod habet; vt nemo accipiat coronam suam; quod si fecerit, pollicetur, quòd faciet eum columnam in Templo Dei, & scribet eum in eo nomen Dei, & nouæ Ierusalem. Tertiò exprobrat Episcopo Laodicensi, quòd neque calidus sit, neque frigidus, sed tepidus; quem proinde Deus sit ore suo euomiturus. Suadet ergo ei vt emat aurum ignitum, vestesque albas induat, & collyrio vngat oculos; quod si fecerit, vincenti promittit sessionem in throno suo.

CAPVT TERTIVM.

1. ET Angelo Ecclesiæ Sardis scribe: Hæc dicit qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas: Scio opera tua, quia nomen habes quòd viuas, & mortuus es. 2. Esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant. Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo. 3. In mente ergo habe qualiter acceperis, & audieris, & serua, & pœnitẽtiam age. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tamquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. 4. Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. 5. Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius. 6. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. 7. Et Angelo Philadelphiæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Sanctus & Verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit & nemo claudit: claudit, & nemo aperit: 8. Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meũ, & non negasti nomen meum. 9. Ecce dabo de Synagoga Satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur: Ecce faciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos: & scient, quia ego dilexi te. 10. Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in or-

bem vniuersum tentare habitantes in terra. *11.* Ecce venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. *12.* Qui vicerit, faciam illum columnam in Templo Dei mei, & foras non egredietur ampliùs: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalem, quæ descendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum nouum. *13.* Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. *14.* Et Angelo Laodiciæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit: Amen, testis fidelis, & verus, qui est principium creaturæ Dei. *15.* Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus, vtinam frigidus esses, aut calidus. *16.* sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. *17.* quia dicis: Quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. *18.* Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, & non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, vt videas. *19.* Ego quos amo, arguo, & castigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age. *20.* Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. *21.* Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius. *22.* Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

VERSVS 1.

Angelo Ecclesiæ Sardis scribe, hæc dicit qui habet septem Spiritus Dei & septem stellas. Supra fuit posita correctio Prælatorum deficientium in cura, hîc ponitur correctio eorum deficientium in vita: & primò ponitur descriptio hypocritę simulãtis bonum; secundò torpentis, & ignorantis proprium defectum, ibi: *& Angelo Laodiciæ Ecclesiæ.* Ipsum corrigit dupliciter; primò directè, improbando peccatum eius; secundò indirectè, commendando eius oppositum, ibi: *& Angelo Ecclesiæ Philadelphiæ scribe.* Primò ostenditur corrigentis authoritas, secundo modus & veritas, ibi: *esto vigilans, & confirma cætera, quę moritura erant.* Dicit ergo: *& Angelo Ecclesiæ Sardis scribe.* Sardis principium pulchritudinis interpretatur. Sed è cõtrario, quidam erant in ista Ecclesia falsi Christiani, qui volebant principium pulchritudinis videri, id est, pro fauore humano apparere boni. *Sardis interpretatur principium pulchritudinis.*

Scribe Angelo, id est, Episcopo *Ecclesię Sardis,* quia ibi sunt aliqui, qui volunt videri principium pulchritudinis. *Hæc dicit qui habet septem Spiritus Dei & septem stellas, hæc,* supple, quæ sequuntur; *dicit,* id est, mandat, *qui habet septem Spiritus Dei,* id est, Angelus magni consilii, à quo sunt septem dona Spiritus sancti, & bene hoc cõpetit sibi. Nam istum Episcopum arguit de hypocrisi, cum qua non sunt dona Spiritus sancti: & ideo per contrariam *Dona spiritus sancti incompossibilia cum hypocrisi.*

iſte, qui reprehendit iſtum in duobus. Qui habet ſeptem ſpiritus Dei & ſeptem ſtellas, ideſt, ſeptem virtutes, à quibus eſt cœleſtis illuminatio, & bonæ famæ diffuſio, quibus iſte Epiſcopus carebat propter hypocriſim falſam, & vitam ſimulatam, intùs erat tenebris plenus, licet fulgebat exteriùs. Nota ergo ordinem verborum: primò ponit ſpiritum, à quo eſt interiùs vita ſpiritualis: ſecundo ſtellas, à quibus eſt exterius illuminatio exemplaris, quia prius eſt vnum quàm lucere, Ioannis primo, *quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum*: & iſte Epiſcopus habebat famam, ſed non vitam, & opus ſine charitate, hoc eſt corpus ſine ſpiritu & virtute: & ideo, vt conuertatur & habeat ſpiritum Dei, *dicit hæc qui habet ſeptem ſpiritus Dei, & ſeptem ſtellas*. Sed quid ait, ſtatim addit, dicens: *Scio opera tua, quia nomen habes quòd viuas, & mortuus es*: cognoſco, ſed non approbo. Cognoſco enim qualia ſint opera tua, & quid intendas in eis, quia laudem ſæculi, & non Dei, quod patet, *quia nomen habes*, ſcilicet à vulgo, qui videt ea quæ foris ſunt. *Nomen*, inquam, *habes quod viuas*, ſcilicet vitâ gratiæ, *& mortuus es*, ſcilicet morte culpæ, propter defectum gratiæ. Vnde Iſidorus. [Sicut vita corporis eſt anima, ita vita animæ eſt Deus: ET ſicut moritur piſcis ſine aqua, ſic anima moritur ſine gratia:] Cum enim anima per peccatum deſerit Deum, tunc ſine ſenſu doloris, ſine motu vigoris, ſine guſtu ſaporis, ſine tactu amoris, ſine cultu decoris eſt, & mortua apud Deum reputatur.

Vita animæ eſt Deus.

S. Iſidorus.

Ioan. 1.

Opus ſine Charitate, corpus ſine anima.

Sic enim vitam corporalem probant quatuor.
- Reſpiratio flatus,
- Agitatio pulſus,
- Executio motus.
- Apprehenſio ſenſus.

Signum animæ vinctis vita gratiæ.

Sic in ſpiritualibus viuit anima.
- Pulſu conſcientiæ teſtificante.
- Motu pœnæ excitante,
- Senſu gloriæ delectante,
- Flatu gratię viuificante.

Nomen igitur *habes quod viuas*, tu hypocrita EPIſcope, *& mortuus es*. Nota quod hypocritæ habẽt quinque proprietates, peccata operiunt in ſtabulo iniquitatis: ſimplices fallunt ſub pallio bonitatis: bonis inuident, & detrahunt lingua malignitatis: vanam laudem quærunt in ſæculo vanitatis; citò pereunt, & deficiunt in ſtagno voracitatis. De primo in propoſito, & Lucæ vndecimo: *vos Phariſæi quod de foris eſt, mundatis, quod intus eſt plenum eſt rapina*. Vnde dicitur hypocriſis ab ὑπὸ, quod eſt ſub, & χρύσις *chriſis* quod eſt *auratum*, quaſi ſubaurati, De ſecundo Matth. ſeptimo: *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos*, & de tertio Lucæ vndecimo, *væ vobis hypocritæ qui conſentitis operibus patrum veſtrorum, quoniam quondam & ipſi Prophetas occiderunt*. De quarto, Matthæi ſexto: *omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus*. De quinto, Iob ſecundo: *gaudium hypocritæ ad inſtar puncti*.

Hypocritæ quinque habent proprietates.

Luc. 11.

Matth. 7.

Luc. 11.

Matth. 6.

Iob. 2.

VERSVS 2.

Sequitur, *esto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant.* Hîc istum Episcopum reuocat ab errore, ad statum iustitię. Et primo facit, hoc documento, secundo subditorum exemplo, ibi: *sed habes pauca nomina in Sardis.* Item primo reuocat monendo: secundo terrendo, ibi: *si ergo non vigilaueris, veniam tanquam fur.* Item primo mouet ad B exercitium bonorum faciendorum: secundo ad pœnitentiam commissorum malorum, ibi: *in mente habe.*

Dicit ergo, *esto vigilans.* Ita increpaui te de hypocrisi, & falsa simulatione. sed quicquid hactenus feceris, *esto vigilans*, id est sollicitus de tua & tuorum salute, quia custos es ciuitatis positæ in medio inimicorum, thesauri positi in medio latronum, gregis positi in medio luporum: & ideo debet Prælatus vigilare in se, vt abigat hostem, vt subigat carnem, vt colligat messem. Debet etiam vigilare super gregem suum, ad prædicandum vt dirigat, ad exercendum vt erigat, ad speculandum vt corrigat, vt possit dicere quod scribitur Isaiæ vigesimo primo: *Super speculam Domini stans iugiter, per noctem, & super custodiam meam, ego sum stans totis noctibus*, propter quod dicitur in libro de summo bono, [Agnoscat Episcopus seruum se esse plebis domini.] Episcopo dum cōsecratur, baculus datur, vt eius iudicio subditam sibi plebem regat, & corrigat, & infirmitates infirmorum sustineat. Vnde scire debent Prælati: quod si vnquam mala perpetrant tot mortibus digni sunt, quot perditionis exempla ad alios A transmiserunt.

Esto ergo *vigilans*, Prælate, ad prædicandum vt dirigas, ad speculandum vt corrigas, ad exercendum vt erigas, & ideo additur, *& confirma cætera quæ moritura erant.* Confirma in fide, moribus, verbo, & exemplo, Lucæ vigesimo secundo. *& tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* *Confirma*, inquam, *cætera*, id est, membra quæ moritura erant per negligētiam tuam, nisi vigilaueris. Glossa. [Non eris perfectus, si tu nō vigiles, & alios non excites, quia multi pereunt & moriuntur per negligentiam Prælatorum] Ieremiæ primo. *Grex perditus factus est populus meus.* Vel confirma cætera, scilicet bona quæ moritura erant. Sed quomodo ista bona erant in isto moritura cum ipse mortuus esset? Respondet Richardus, quod præcipua bona, vt charitas, humilitas &c. erant in isto Episcopo, mortua, cum non esset in gratia: sed alia minora bona quæ iuuant ad salutem, sicut scientia Scripturarum, & doctrina prædicationis, & alia dona gratis data, erant in ipso moritura, iusto Dei iudicio, quia qui maiora ad salutem contemnit, etiam minora bona quæ iuuant ad salutem, amittit. Ergo confirma saltem ista, quæ nondum D sunt mortua, sed minora, quod patet.

Non enim inuenio opera tua plena, sed vacua. Vel non inuenio opera tua plena, id est consummata, incipiebat enim bene facere Episcopus iste, sed non consummabat. Vel non inuenio opera tua plena: quia non faciebat ea intentione recta, quia propter vanam gloriam, & ideo additur *coram Deo meo*, qui videt interius & in abscondito. Vnde

Isai. 21.

Luc. 22.

Ieremi. 1.

Quomodo confirmanda sint cætera à Prælato.

Quomodo Prælatus debet se gerere.

Cur in consecratione Episcopi datur ei baculus.

Quando opera plena, quandō vacua.

nota quod debet esse cor plenum charitate, os veritate, oculus castitate, pes grauitate, manus largitate.

Inuenio opera tua plena. In verbo proposito sponsus Christus, sponsam suam gloriosam Virginem describit, vt dotatam, probatam, perfectam. Adoptio dotat, actio probat, perfectio consummat. Adoptio in inuentione, ibi *inuenio*, in probatione; ibi, *opera tua*, perfectio in plenitudinis additione, ibi, *plena*. Circa primum sciendum, quod inuenit eam sponsus purgatam sordibus, omnibus ornatam dotibus, purgauit gratia, rigauit clementia, ornauit gloria; de his tribus, Matthæi duodecimo. *Inuenit domum vacantem scopis mundatam & ornatam.* Circa secundum, Sciendum vbi describit eam probatam in operatione, cùm dicitur *opera tua.* Sciendum quod ipsam reddunt probatam Spiritus misericordiæ, & pietatis, virtus constantiæ, & firmitatis, pondus amicitiæ, & charitatis. Pietas reddit ipsam clementem, firmitas potentem, charitas feruentem. De his Prouerbiorum vltimo: *Mulier timens Deum ipsa laudabitur*, & sequitur: *Laudent eam in portis opera sua.* Circa tertium, vbi describit eam perfectam, cùm dicitur *plena*, sciendum quod ipsam esse perfectam ostendunt tria. Charismatum exuberantia, virtutum refulgentia, signorum prodigia, signa probant opera, virtutes ornant mysteria, dona purgant vitia. De his Psalmista: *Repleta est terra possessione tua.*

Virginis Mariæ opera plena fuere.

Matt. 16.

Prou. vlt.

Psalm.

VERSVS. 3.

Sequitur, *In mente* ergo *habe qualiter acceperis, & audieris, & serua, & pœnitentiam age.* Hîc ex quo istum Episcopum monuit ad exercitium faciendorum bonorum, mouet ipsum ad pœnitentiam commissorú malorum. Dixi quòd scio opera tua, nec inuenio ea plena, & ideò increpandus & gehenna dignus. Ergo vt à Deo lauderis, *in mente habe qualiter à Deo acceperis.* scilicet à Deo fidem, & gratiam. *Et audieris*, scilicet à Deo interiùs, & à prædicatoribus exteriùs documenta salutis; Et *serua*, scilicet opera, quæ nódum benè seruasti, auditus enim non justificat; & *age pœnitentiam*, de commissis & omissis, vel *in mente habe*, qualiter acceperis per inspirationem, *& audieris* per prædicationem, *& serua* per operationem, *& age pœnitentiam*, per satis factionem.

Audiens non iustificat.

Sequitur, *Si ergo non vigilaueris, veniam tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te.* Hîc ex quo reuocauit ad statum iustitiæ, mouendo, reuocat ipsum terrendo. Ita dixi, *esto vigilans*, Quare? quia *si non vigilaueris*, id est, de subiectis tuis sollicitus non fueris. Veniam ad te iudicándum, condemnádum, puniendum. *Veniam*, inquam, *ad te tanquam fur*, id est, ex improuiso, qui venit ad spoliandum & occidendum, & subitò cum minus cauent homines, & lumine extincto. Ideò addit,

Et nescies qua hora veniam ad te, scilicet in morte. Grauiùs enim lædit quod improuisò accidit. Vnde si sciret pater familias qua hora fur veniret, vigilaret vtique & non sineret perfodi domum suam. Vnde Gregorius [Horá vltimam Deus voluit esse incognitam, vt semper possit esse suspecta; & dum istam præuidere non possumus, ad istam sine intermissione præparemur.]

Piaculares iniquos seruat.

VERSVS. 4.

Sequitur, *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimẽta sua.* Hic reuocat Episcopum exemplo subditorum; quorum primo ponit meritum. Secundò præmium, ibi, *qui vicerit sic vestietur.* Dicit ergo, sed habes pauca nomina in Sardis. Ita dixi, quod de peccato tuo debes pœnitentiam agere, & bene facere in tempore, quia ad benefaciendum te excitant bona opera aliquorum subditorum tuorum. Quia *habes pauca nomina in Sardis*, id est, paucos nomine dignos, de quibus possit dici, *nomina vestra scripta sunt in cœlis.* In Sardis, vbi deberent esse multi, quia tecum sunt, *qui non inquinauerũt*, se macula criminali: *vestimenta sua*. i. corpora, & si fecerunt, lachrymis abluerunt. Infrà: *Beatus qui custodit vestimenta sua*, & ideò quia tales sunt,

Qualis nã est Deus ambulare.

Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt; Ambulare Dei, est esse vbi Deus: idcò tales sunt vbi Deus est: *ambulabunt* de virtute in virtutem, in melius proficiendo, *mecum*, qui sum dux eorum regendo, & socius cohabitando, *in albis*, id est, in corporibus castis, bonis, conscientiis puris, *quia digni sunt*, scilicet societate præsenti, & ducatu meo. Vel *ambulabunt mecum in albis*, id est, de terra ad cœlum, de miseria ad gloriam, de exilio ad patriam, de paupertate ad diuitias, de labore ad requiem, de morte ad vitam, *quia digni sunt*, scilicet, mea præsentia, & tali gloria.

Cum Deo ambulemus.

Et nota, quod ambulandum est cum Deo, quia ex eius associatione fragiles roborantur, ibi, *ambulabunt*, contemptibiles honorantur, ibi, *mecũ*, culpabiles reformantur, ibi, *in albis*, ecce stabilitas vigoris, ibi, *ambulabunt*; ecce sublimitas honoris ibi, *mecum*, ecce, sanctitas decoris, ibi, *in albis.*

VERSVS. 5.

Sequitur, *qui vicerit sic, vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ.* Hic premittit præmium. Ita dixi, esto vigilans, vt scilicet vincas hostem, quia qui vicerit carnis oblectamenta, hostis argumenta, *vestietur vestimentis albis*, stola scilicet animę, & corporis in paradisi gaudijs. prima stola, scilicet animæ, contexitur tribus filis, visione clara, delectatione chara, intentione firma. Secunda ex quatuor, ex impassibilitate, claritate, agilitate, subtilitate. *Qui* ergo *vicerit vestietur vestimentis albis.* scilic. stola animæ & corporis, *& non delebo nomen eius de libro vitæ.* In quo dicitur, sunt scripti, scilicet per præscientiam, & sic nullus potest deleri: & hic non de præscientia iudicat Deus, quia iustitia, non præscientia causa est apud Deum, quare aliquis dignus sit vita æterna. Et tunc licet secundum iustitiam iudicis deleri videatur, dum peccat, tamen eius præscientia in libro nunquam defuit. Sic accipiendum est illud, *deleantur de libro vitæ*, & infrà: *aperuit est liber vitæ.*

Quale sit amictus vestimentis albis.

Quibus contexitur stola animæ.

Nonne præscientia iudicat Deus.

Ergo eius qui vicerit, *non delebo nomen de libro vitæ*, sed plus faciam, quia *& confitebor nomen eius*, id est, recognoscam eum quasi filium, & fidelem amicum *coram Patre meo*, scilicet in iudicio extremo, Matth. *qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.*

Matth. 10

VERSVS 6.

Sequitur, *qui habet aures audiendi,*

audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Hic finis in qualibet epistola ponitur, vt per hoc excitentur aures auditorum, vt audita percipiant,& percepta firmè retineant, & retenta cum moribus componant,& opere compleant. Vnde ex hoc datur intelligi,quòd non solùm isti Episcopo loquitur,sed etiam aliis supremis,mediis,& vltimis.

VERSVS 7.

Sequitur, *Et Angelo Philadelphiæ scribe:* Sicut fuit proposita correctio Episcopi Sardis simulantis bonum, & hoc directè reprobando eius peccatum, hîc corrigit ipsum indirectè, commendando Episcopum Philadelphiæ; sibi in vita oppositum. Et primò ponitur præfatio; secundò narratio. ibi, *scio opera tua.* Et primò Ioanni scribere præcipit; secundò seipsum describit, ibi: hæc dicit *Sanctus & verus.* Ita commendaui ego Angelus tibi Ioánes, scribere Episcopo Sardis simulanti bonum, & non solùm scribere huic, verum & Angelo, id est, Episcopo Philadelphiæ Ecclesiæ scribere, & quis est qui mandat statim dicit: *Hæc dicit,* supple, quæ sequuntur, dicit enim Christus, qui dicitur Sanctus, per puritatem integram, & verus per iustitiam. Vel Sanctus in vita, verus intelligentia. Aliter exponitur, Sanctus, tentatos roborando, vel quia tenens Sanctos: & verus, promissa soluendo, & ad hoc monetur iste Episcopus ad perseuerandum in bono.

Cur absolutè Christus Sanctus nuncupatur.

Quomodo interpretatur Philadelphia.

Philadelphia interpretatur seruans, vel saluans, & signat modestum statum Ecclesiæ, in quo seruantes præcepta, seruant animas suas. Scribens ergo Episcopo, dicit seipsum Sanctum, vt laboret fideliter ad conuersionem fidelium, quia Dominus dabit fortitudinem ad laborem, quia verus est in promissis soluendis,& quod potest dare, ostédit, cùm dicit supple, *Qui habet clauem Dauid, & qui habet potestatem Dei.*

Clauem Dauid vocat carnem assumptam de Dauid, quia per passionem eius aperta est porta Paradisi. Vel clauem Dauid vocat virtutem, quâ sicut claui, aperit aures hominum ad verbum Dei audiendum, & corda ad intelligendum, quia etiam aperit illas duas ciuitates, Paradisum & Infernum; qua claue claudente, nemo potest aperire, & aperiente, nemo potest claudere. Hæc clauis aperit secreta mysteriorum, secretum iudiciorum, thesaurum beneficiorum. Et ideò addit: *Qui aperit & nemo claudit;* qui aperit, scilicet, aures ad audiendum, corda ad credendum, Scripturas ad intelligendum, Paradisum ad intrandum. Et ideò quia multi hæretici resistebant isti Episcopo, in conuersione peccatorum, sed non poterant claudere aures, corda, Scripturas, & regnum. Hæc ergo clauis aperit, & nemo claudit, claudit etiam peccatoribus subtrahendo gratiam,& nemo aperit dando eam, Exodi: *Miserebor cui voluero;* & nota, qui vult habere claues debet esse sanctus in vita, & verus in doctrina: Claudit autem quando libet Dominus Scripturas, vt studendo quæramus, aperit, vt audientes fructum laboris habeamus.

Quænam dicuntur claues Dauid.

Quomodo Christus aperit & claudit.

Exodi. 33.

VERSVS 8.

Sequitur, *Scio opera tua.* Hîc ponitur narratio, & primò istius Episcopi

copi commendatio; secundò confortatio, ibi: *Et dabo tibi de Synagoga Satanæ.* Item primò ponitur commendatio generalis; secundò specialis, ibi: *Ecce dedi coram te ostium apertum*; vbi primò laudatur efficacia sermonis in prædicando. Secundo, exercitium virtutum in merendo, ibi: *quia modicam habes virtutem.* Hoc autem meritum est duplex, scilicet, humanitas, & fidei stabilitas. secundum ibi: *Et seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum.*

Dicit ergo; *Scio opera tua*; Ita dixi, quia hæc quæ sequuntur dicit Sanctus & verus, scilicet, Christus, & ideò credenda. Sed quæ sunt ista, ait: *Scio opera tua*; scilicet, approbo aliqua, sed non omnia, & ideò *dedi coram te ostium apertum*, id est, aures ad audiendũ, intellectum ad intelligendum, & cor ad assentiendum, quod inquam ostium nemo potest claudere, ex quo aperui tibi, & tuis. Numeri vigesimo quarto: *Numquid aliud possum loqui, nisi quod Deus posuit in ore meo?* Et dixi, *dedi*, quia per te aperire non potes; vnde subditur: *Dedi*, inquã *quia modicam habes virtutem, tibi*, quia insufficiens es, & paucos auditores habes, & multos contradictores.

Scire Dei opera nostra est eadem ipsa laborare.

Num. 24.

Vel *dedi tibi ostium*, Scripturarum, *apertum*, quia modicam habes virtutem, id est, humilitatẽ, non superbiam, quia non de suis viribus confidebat. Modicam ergò in se, sed magnam in Dei reputatione quasi diceret, merito humilitatis tibi aperui portam libri clausi, & portam Paradisi. Vnde humilitas dicitur virtus modica, quia hominem in hoc mundo vilem & modicum facit. Vnde hæc virtus modica, scilicet humilitatis, impetrat superbientis malitiæ triumphum exi-

Maxima vis est efficacia humilitatis.

A mium, Iudith octauo: *Humiliemus animas nostras*, & sequitur, *humiliabit omnes gentes.* Supereminentis scientiæ copiosum donum. Lucæ 2. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ*; superfluentis gratiæ dulcorosum iubilum, Iudith octauo: *Expectemus humiles consolationem eius.* Splendentis sapiẽtiæ luminosum radium, Prouerbiorum vndecimo: *vbi humilitas ibi & sapientia.* Superexcellentis gloriæ brauium imperiale. Luc. 8. *Qui se humiliat exaltabitur.*

Iudith. 8

Cur humilitas dicitur virtus modica.

Iudith. 8.

Prou. 11.

Lucæ 8.

Ergo dedi coram te ostium sapientiæ, & gloriæ apertum, quia habes modicam virtutem, id est, humilitatem. Propter quod dicitur in libro de vera innocentia. Quid humilitate dulcius inuenietur? quid precio sius, qua regnum cœlorum emitur, & gratia acquiritur? hinc iste versus:

Infimus ascendit, elatus ad infima tendit.

Quid humilitate dulcius, quid est pretiosius?

Esto ergo modicus per humilitatem, & aperietur tibi ostium Paradisi. Dedigitur coram te ostium apertum, quia habuisti modicam virtutem. Et non solum ex hoc, verum, *& seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum*, à quo diceris Christianus. Quasi diceret, licèt in tribulationibus esses pro me, non negasti tamen te Christianum èsse.

VERSVS 9.

Sequitur, *Ecce dabo tibi de Synagoga Satanæ, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur.* Hic ponitur istius Episcopi confortatio, & primò ostenditur promissionis magnitudo; secundo certitudo, ibi: *Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.* Item primò præmittitur gratiæ auxilium, secundò virtutum augmentum, ibi: *qui vicerit*

faciam. Item adhuc promittit auxilium primo ad peccatores conuertendũ, secundo ad tribulationes sustinendum: ibi, quoniam seruasti verbum patientiæ meæ & seruabo te ab hora tentationis quæ ventura est in vniuersum orbem.

Dicit ergo, *ecce dabo tibi de Synagoga Satanæ.* Ita dixi, quia tu modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum, & ideo, supple *ecce*, id est, manifestè & cito, dabo tibi de Sinagoga Sathanæ, id est, aliquos de aduersariis tuis conuertam ad fidem per tuam prædicationem. Ex quo patet, quod securum sit habere Prælatum sanctum, cuius merito peruersi corriguntur, & ad Deum conuertuntur. Conuertam, inquam illos qui dicunt se esse Iudæos, & credentes, & Deum confitentes, & non sunt, sed mentiuntur ipsum necantes & interficientes: vnde huius nominis rationem amiserunt, dicendo Regem non habemus, nisi Cæsarẽ: Sicut etiam quilibet Christianus, rationem nominis Christiani amittit, cum peccatum mortale committit. *Non enim qui sunt ex Israel, hi omnes Israelitæ sunt*, ad Romanos nono, & ideo de talibus dicit Propheta in psalm. *nomen eorum delesti*, & bene dicitur, quia conuertam de his, meritis tuis, *quia ego faciam*, scilicet propria virtute, *vt veniant ad te*, se scilicet humiliando, ad quos tu veniebas timendo, *faciam etiam vt adorent ante pedes tuos*, id est, te reuereantur, qui antea te solebant vituperare: fratres Ioseph adorauerunt eum, ex quo persequuti fuerunt ipsum, Genesis quadragesimo tertio: Si enim ecclesia haberet humilitatem, & patientiam, omnes inimici eius venirent ad eam: Isaiæ quadragesimo secundo. *Filii eorũ adorabũt vestigia pedum tuorum, omnes qui detrahebant tibi.* Et non solum hoc faciam, supple, quod & conuersi per tuam prædicationem ad fidem. *scient*, id est, agnoscent, *quia ego dilexi te*, scilicet quandiu te flagellare permisi.

Eximia facilitas subditorum habere sanctum superiorem.

Roman. 9

Psalm. 9.

Isai. 42.

Cum Deus flagellat, diligit.

VERSVS 10.

Sequitur, *quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego te seruabo ab hora tentationis quæ ventura est in vniuersum orbem.* Postquam promisit auxilium ad peccatores conuertendum, hîc promittit adiutorium ad tribulationes sustinendum. Ita dixi, quod quia seruasti nomẽ meum, dabo auxilium ad peccatores conuertendos, & non solum hoc, verum, & quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, id est, præceptum de patientia obseruanda, quod prædicaui verbo, & ostendi exemplo, *& ego te seruabo ab hora tentationis quæ ventura est in vniuersum orbem.* Ego inquá seruabo te misericorditer ab hora tentationis, in qua flagellabũtur alii intolerabiliter, *quę ventura* est infaillibiliter, *in vniuersum orbem*, tẽpore Antichristi volentis tentare habitantes in terra corporaliter.

Patientia quæ non obtinet?

Quinam non succumbunt tentationibus.

Sed nunquid omnes succumbent? Responsio: quidam habitant in terra carne, sed non mente tales stant in tuto: Prouerbiorum primo; *frustra iacitur rete ante oculos pennatorum*, ibi Glossa [facile euadit laqueos in terris, qui semper habitat in cœlis:] quidam habitant in terra, & mente & carne, & tales succumbent, infra, Væ Væ habitantibus in terra; & bene dicitur, *quod ego seruabo te ab hora tentationis*, quia ecce venio cito, quasi dicat

Prou. 1.

tentatio veniet, sed non oportet vos timere, nam habebitis protectorem præsentem. Quia, *ecce* id est, præsens sum, venio cito iuuare bellantes, coronare victores. Matthæi vltimo. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. & nota quod dominus venit ad iudicandum fortiter, ad protegendum viriliter, ad retribuendum fœliciter: venit etiam in mundum, ad saluandum, vt saluaret à miseria, ad diuidendum, vt ditaret gratia, ad exultandum, vt exaltaret in gloria:

Matth. vlt.

VERSVS. 11.

Ecce ergo *venio ad te cito*, ad iudicandũ contra tentationes & hostes, & ideo tene quod habes, scilicet fidem, patientiam, humilitatem, & operationem bonam, *vt nemo accipiat coronam tuam*, id est, ne alius incipiat possidere sine te gloriam tibi debitam. Vnde Glossa. Si quis labitur alius ex misericordia. subintrabit: sicut per superbiam iudæorum subintrauit gentilitas; sicut & legitur de beato Francisco, quod quidam frater vidit sedem in cœlo, & responsum fuit sibi; sedes ista vnius de ruentibus fuit, & nunc humili Francisco seruatur, & Iob trigesimo quarto, *conteret multos & innumerabiles & stare faciet alios pro eis.*

Alius subtituitur in locum alterius.

Iob. 34.

VERSVS. 12.

Sequitur, *qui vicerit faciam illũ columnam in tẽplo Dei mei*, Hîc promittit virtutum augmentum, & primo promittit experientiam, secundo euidentiam, ibi, *& scribam*, scilicet ipsum nomen Dei mei. Dicit ergo qui vicerit. Ita dixi, tene quod habes, ne propter tentationem perdas, quia & ei qui vicerit concupiscentias insurgentes, per continentiam, delicias attrahentes, per temperantiam, malicias resistentes, per patientiam, molestias retrahentes, per confidentiam, quoniam, inquit, qui vicerit *faciam illum columnam*, id est, prælatum, *in templo Dei mei*, id est, in Ecclesia Dei: columnam rectam in iudiciis, firmam in infirmis, planam in conuersatione, altam in contemplatione, *& foras non egredietur amplius*, & sic coronabitur, quod vltra per peccatum non mutetur, nec à dignitate sua expelletur; vel, non egredietur foras cum corona fœtida, non egredietur cum filio prodigo, non egredietur cum iniquo seruo. Vel non egredietur foras cum perditoribus ad insidiandum, nec cum mendacibus ad decipiendum. Psalm. *Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.*

Prælatus columna debet esse perfecta.

Psal. 40.

Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei. Potest esse ythema ad honorem beati Petri, super quem fuit fundata Ecclesia Dei. Commendatur ergo hîc à tribus, à singulari sanctitate, à salutari stabilitate, à regulari comitate: ostendit ipsum sanctitatis possessorem præcipuum, quod probat prouisionis discretio, *illum*, ostendit ipsum salutaris stabilitatis pugnatorem strenuum, quod probat columnæ conditio, *columnam*. Ostendit ipsum regularis comitatis pastorem proficuum, quod probat templi habitatio, *in templo Dei mei*.

Circa primum, vbi à particulari sanctitate commendatur, cum istum signauit, Sciendum quod iste fuit sereniter illustratus, fidei splendore: Ecclesiastici quadragesimo primo, *Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi*, de-

Eccles. 41.

coratus munditiæ pudore, Eccle-
Eccle. 45 siastici 45. *dedit illi sacerdotium aternum, & beatificauit illum in gloria.* Circa secundum vbi commendatur à salutari stabilitate, cum comparatur columnæ. Sciendum quod beatus Petrus fuit columna ignis, claritate sapientiæ, in illustri sapien-
Sap. 18. tia. Sapientiæ decimo octauo. Ignis ardentem columnam ducem habuerunt. argentea, suauitate eloquentiæ, in forti eloquentia. Canti-
Cant. 1. corum primo, ferculum fecit sibi rex, & sequitur, columnas fecit argenteas; ærea, soliditate: patientem
3. Reg. roborat patientia. 3. Regum: *Fecit duas columnas æreas, decem & octo*
Petrus columna Ecclesia. *cubitorum.* Circa tertium vbi commendatur à regulari comitate, vel à pastorali dignitate cum dicitur, *in*
Eccl. 1. *templo.* Sciendum quod Petrus fuit Templi exaltator, fundando in fide Catholica. Ecclesiastici primo:
Eccl. 50. *Templi altitudo ab ipso fundata est.* Sustentator, auertendo à prauitate hæretica. Ecclesiastici quinquagesimo: *Quasi sol refulgens sic iste effulsit in Templo Dei.* Visitator multiplican-
Psalm. 26 do, laude Dauidica Psal. *Vt videam voluptatem Domini, & visitem Templum eius.*

Qui ergo vicerit carnem, mundum, & diabolum, faciam illum columnam in Templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & coronabitur fortius. Et non solum ei hoc faciam verum, & *scribam super eum nomen Dei.* Id est, faciam vt vo-
Psalm. 81. cetur Deus. Psalm. *Ego dixi dij estis.* Non quidem Deus per essentiam, sed per reputationem, & gratiam: *Et nomen ciuitatis nouæ Hierusalem;* id est, scribam super eum nomen pacis, vel tranquillitatis, vt non possit inquinari, vel amplius turbari: Hierusalem enim visio pacis interpretatur. Tunc enim nomen ciuitatis Hierusalem pacificæ super vincentem scribitur, cum in Ecclesiæ tabernaculis coronabitur. Super eũ, ergo, quivicerit, scribam nomen ciuitatis nouæ Hierusalem, quæ descendit de cœlo à Deo meo, quia Deus in mundo gratiam infundit, per quam ad istam visionem pacificam peruenit.

Scribam *& super eum nomen meum, nouum;* Nomen Dei vetus est, Dominus, Nomen nouum, Iesus, id est, Saluator. Matth. *Vocatum est, nomen eius Iesus.* Sed non omnes Prælati nomen Iesus vsurpant, quia vo-
Efficacia & virtus nominis Iesu. lunt esse & vocari Domini, sed de alio nomine non curant. Sed super ipsum qui vicerit, scribam id nomen, quia multi saluabuntur per ipsum. Et ita notandum quod istud nomen, Iesus, est Christiferum significatione, opiferum subuentione, salutiferum inuocatione, beneficum susceptione. Istud nomen nouum scribam super
P. Alanus nec nomen Dei sed Iesus assumit. eum, qui erit particeps diuinæ veritatis in contemplando, diuinæ potestatis in imperando, diuinæ bonitatis in conciliando, diuinæ æternitatis in habitando. Et dicit, nomen Hierusalem, & nomen nouum scribam super eum, Nomen meum vocat, nomen Diuinitatis, Nomen Hierusalem, nomen tranquillitatis; nomen nouum, nomen humanitatis.

Dicit ergo quod super eum qui vicerit, id est, super quemlibet Sanctum scribam hæc tria nomina in patria, quia sancti in gloria erunt deificati, quia Filij Dei: pacificati, quia ciues Paradisi; in humanitate sublimati, quia hæredes regni, quia ibi videbunt humanitatem Christi.

VERSVS 13.

Sequitur, *Qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis.* Istud est in qualibet Epistola, vt intellectus audientis excitetur, & patet ex supradictis.

VERSVS 14.

Sequitur, *Et Angelo Laodiciæ*; Suprà fuit posita Episcopi simulantis increpatio, hîc ponitur correctio Episcopi torpétis, & ignorantis propriũ defectum. Et primò ponit corrigentis authoritatem; secundò ipsam correctionem. ibi: *Scio opera tua quia neque frigidus neque calidus*; vel aliter. In Ecclesia istius Episcopi erant quidam tepidi, qui seruabant alia instituta, cessantes à malo, & hoc credebant sibi sufficere. Et ideò erant torpentes, & nolebant in aliquo bono opere laborare. Mandat autem eis per Ioannem, vt bene operentur, & à malo præterito pœniterent. Vnde secundum hoc diuiditur in tres partes, secundùm quòd arguit istum Episcopum de tribus: primò de negligentia; Secundò de jactantia; ibi, *dicis quia diues*; tertiò, de impœnitentia; ibi: *& nullius egeo.*

Non satis est à malo cessare, sed necesse est bene operari.

Dicit ergò, *Et Angelo Laodiciæ Ecclesiæ scribe*; Ita ego commendaui ego Christus, vel Angelus in persona Christi tibi Ioanni, scribere prædictis Episcopis, & non solùm illis, verum & Angelo Ecclesiæ Laodicię mando, supple, scribe sicut aliis. Et quis est, supple, qui mandat scribere, statim ostendit, dicens: Hæc, supple quæ sequuntur, dicit *Amen.* Id est, veritas, scilicet, Christus, qui est veritas & vita.

Amen, veritas quot modis accipitur.

Vult ergo dicere: *Hæc dicit Amen.* Id est, hæc quæ sequuntur dicit Christus qui est veritas, & vita, & consummatio promissorum. Et bene dicit, quia Laodicia interpretatur consummatio. Et signat vltimum statum Ecclesiæ in quo consummabuntur promissa. Et nota quod *Amen*, quandóque capitur nominaliter, vt hîc, hæc dicit *Amen*, quandóque aduerbialiter, vt ibi: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam*, id est, ita dico vobis: Aliquando capitur verbaliter. Ieremiæ vigesimo octauo, ait Ieremias Ananiæ, *Amen.* id est, fiat.

Quomodo interpretatur Laodicia.

Ieremiæ 28.

Hæc ergo dicit: *Amen*, id est, Christus qui est veritas, quasi diceret hęc dicit qui est immutabilis infallibilis sicut veritas; & ideò *testis fidelis*, quantum ad meritorum directionem, & ponderationem. Testis ergo est fidelis pro te si pœnites, contra te si non pœniteas: Nostra enim documenta & merita referabit. Testis ergo fidelis est, qui fidele testimonium portauit de Patre. Et *verus*, quantum ad auditorum expressionem, quæ enim audiuit à Patre, fideliter, & vere annunciauit. Qui est etiá *principium creaturæ Dei*, quantum ad vniuersorum productionem, quia Pater omnia fecit per Filium; vel qui est principium creaturæ Dei, id est, hominis, propter quem secundum Gregorium facta sunt omnia. Hæc dicit ergò *Amen*, id est, veritas, testis fidelis, & verus, principium creaturæ. Ergo si Prisciano creditur de compositione litterarum, & Aristoteli in assignatione syllogismorum, & fallaciarum, Ptolomeo de cursu Planetarum, Galleno de virtute Herbarũ, Iustiniano in Determinatione causarum, multò fortiùs Christo de salute animarum. Præmittit ergo ista de Christo, vt aduertat Episcopus

Quomodo christus testis fidelis.

Ratio conuincens, cur christo credendum

ille & quilibet alius fidelis, quod ipse est *Amen*, ideſt, veritas, & ideo promiſſa conſummabit, & rectè & iuſtè omnes iudicabit, *qui eſt teſtis fidelis*, ideo merita ponderabit, quia eſt *principium creaturę Dei*, ideo in bonis, bona aliquoties perdita vt virtutes & dona, renouabit.

A

VERSVS 15.

Sequitur, *ſcio opera tua quia neque frigidus es, neque calidus.* Hîc ponitur correctio, in primo iſtum Epiſcopum à malis excuſat, ſecundo à malo reuocat, ibi, *ſuadeo tibi emere aurum à me.* Item primò reprehenditur culpa ſtudioſæ cupiditatis, ſecundo, temerariæ preſũptionis ibi, quia dicis, diues ſũ, & nullius egeo.

Dicit ergo, *ſcio opera tua*, &c. Ita dixi, quia hæc quę ſequuntur, dicit Amen, & quæ ſcilicet iſta oſtendit dicens, ſcio opera tua, ideſt cognoſco non approbo, quia exteriùs videntur bona, ſed interiùs per intentionem ſunt praua: omnia enim videt Deus, & bona & mala: & bene ſcio & cognoſco opera tua, ſed non approbo, quia neque *frigidus es, neque calidus.*

Nota ad euidentiam huius, quod corrumpitur iuſtitia ſub ſpecie veritatis, tribus, crudelitate, remiſſione, ſimulatione. Sequitur enim ſub ſpecie veritatis, quæ eſt ſpecies iuſtitiæ, quo ad punitionem malorum crudelitas: agitur & remiſſa ſegnities ſub manſuetudine quæ eſt ſecunda ſpecies: corrumpitur tertiò iuſticia quo ad liberalitatem per ſimulationem & hypocriſim, quæ facit vt ab omnibus videatur: in caliditate crudelitas, in frigiditate remiſſio, in tepiditate ſimulatio deſignatur, quæ magis diſplicet Deo, ideo comminatur, quod euometur ab ore Dei. Gregorius: [frigidus eſt qui bona conſummanda nõn inchoat, tepidus qui bona inchoat, ſed non conſummat, frigidus qui omnino aperte malus, calidus qui omnino & aperte bonus, tepidus partim malus, ſcilicet occultè, partim bonus ſcilicet aperte, quibus mel in ore, fel in corde.]

Iuſtitia tribus corrũpitur, crudelitate, remiſſione, ſimulatione.

B Vult ergo dicere, quod neque frigidus, ideſt animo remiſſus, vel omnino apertè malus, ita quod malitia tua appareat exteriùs, quia apertum malum, correctionem habet, & ſpem emendandi: neque calidus, ideſt animo crudelis, vel omnino bonus, ſed quia tepidus es, ideſt ſimulatus, vel exterius bonus, interius malus, *ideo incipiam te euomere ex ore meo*; ideſt te excommunicare, & à conſortio fideliũ ſeparare, qui inquam fideles ſunt os meum: vel euomere, ideſt deformitatem tuam manifeſtare ex ore meo, per Prædicatores qui ſunt os meum. Calidus enim vel omnino bonus non habet cauſam emendandi, & nec cauſam euomendi, vel excommunicandi. Frigidus, vel aperte malus habet ſpem emẽdandi, & corrigendi, & ſic omnino non debet euomi, ſed tepidus, vel ſimulatus, non habet ſpem D corrigendi, vel emendandi, & ideo ſunt euomendi, vel excommunicandi, & à conſortio fidelium ſeparandi, quia maxime ſunt corruptiui, cum non poſſit ab eis caueri. Et ideo bene dicitur, *quia tepidus es, & non frigidus, neque calidus, incipiam te euomere ex ore meo.* Et nota quòd bene per vomitum intelligitur excommunicatio, quia ſicut in vomitu eſt excluſio cum diſplicen-

Verus fidelis Chriſti et Dei.

Quis tepidus, quis calidus, quis frigidus.

Extremum ricatio ab limitatam vomitum.

tia & dolore, sic in excommunicatione est exclusio cum displicentia, & dolore: nam debet fieri non ad vindictam sed ad emendationem. Item sicut vomitus continuus mortem inducit corporalem, sic excommunicatio, spiritualem.

VERSVS. 17.

Sequitur, *quia dicis, dives sum & locupletatus, & nullius indigeo, & nescis quia miser es & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Hîc arguit ipsum Episcopum de præsumptione: Ita dixi, quia tu es reprehendendus, quia tepidus, & non solum propter hoc, verum quia superbus, *quia dicis quia dives sum*, quasi diceret, merito euomã te, non solũ quia tepidus, sed quia iactas te superbe dicendo, quia dives sum, scilicet in tẽporalibus, & locupletatus in spiritualibus & nullius indigeo, scilicet consilii, vel auxilii, vel alterius rei, quia sufficio, & abundo in omnibus, sed Deus qui cor videt dicit ei, *& nescis quia miser es, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Nescis ergo habere defectum sciẽtiæ per ignorantiam, per quam es alienus à Filio, cui appropriatur sapientia. Miser es ergo, habes maliciã, per quam es alienatus à Spiritu Sancto, cui appropriatur bonitas, vel clementia. Miserabilis ergo habes infirmitatem, vel impotentiã, per quã es alienatus à Patre cui appropriatur potentia: Ponit etiam alia tria contra ista de quibus se iactauerat, *pauper es*, contra id, *dives sum*, cæcus, contra id, *locupletatus*, nudus, contra *nullius indigeo.*

Superbos euomit Christus.

Mira peccatoris cæcitas.

Dicit ergo peccator stultus & superbus, se iactando, dives sum virtutibus, quæ sunt veræ diuitiæ, locupletatus bonis operibus, & tamen A inscius, quia miser es, & miserabilis, scilicet miseria culpæ. Prouerb. nono. *Miseros populos facit peccatum*, & *miserabilis* miseria pœnæ: Psalm. 13. *In miseriis non subsistent*: & *pauper*; spoliatione virtutum, *& cæcus*, ignorantia scripturarum, *nudus*, carentia bonorum operum: *Pauper* est peccator priuatione veræ opulentiæ, *cæcus* priuatione veræ scientiæ; *nudus* priB uatione ornatus iusticiæ. Vnde paupertas ista est ignominiosa, cæcitas periculosa, nuditas opprobriosa, quare ergo dicis, dives sum cum pauper sis propter quod dicit Bernardus [Dic mihi, vbi sunt amatores huius mundi, vel sæculi, qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt, dum non ex eis remansit, nisi cineres & vermes? quid profuit eis vana gloria, breuis lætitia, mundi potentia, carnis voluptas, magna familia? vbi risus, vbi iocus, vbi C arrogantia vel iactantia? heu de tanta lætitia, quanta tristitia? de istã magna lætitia ceciderunt in magna tormenta, quicquid eis acciderit tibi accidere poterit]

Culpæ miseria maxima. Prou. 14. 34.

Psal. 13. ii

Qui non agit pœnitentiam, ille vere & pauper.

S. Bern.

Disce quid es, quid eris, memor esto, quod morieris.

Spina prius, post hanc, saccus, post, vermibus esca.

Post cinis, post nil, vnde superbit homo.

Vt rosa palleſcit, cum solem sentit adesse,

Sic homo vilescit, nunc & nunc desinit esse.

D Non ergo iactes, & dicas, *dives sũ*, quia mortuus est dives, & sepultus in inferno: triã ista potes dicere melius: Pauper sum, quare etiam dicis locupletatus sum, cũ sis miser & miserabilis, si cogites principium tuum & vltimum, propter quod dicit Bernardus. [quid superbis

puluis & cinis, cuius conceptio culpa, nasci miseria, viuere pœna, mori augustia? *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis*: Nullius indigeo, cùm sis cæcus & nudus, & carens omnibus bonis, Iob decimo quinto, *nudus egressus sum de ventre matris meæ, & nudus reuertar illuc*. Ergo nō es diues, sed miser & miserabilis, pauper cęcus & nudus: Iuxta id, pauper amabilis & venerabilis est benedictus; diues inutilis, & miserabilis est maledictus.

Peccatum hominis grauissimū vita eius miserrima. Iob. 15.

A

B

VERSVS 18.

Sequitur, *suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias.* Hic postquam increpauit istius Episcopi culpam, reuocat ad pœnitentiam, & primo hortando, vt perficiat, secundo confortando, ne deficiat, ibi, *Ecce sto ad ostium, & pulso.* Item primo mouet ad profectum virtutis, quæ præstat motiua ad operandum. Secundo ad profectum scientiæ, quæ præstat cognitiua ad regendum, ibi, *collyrio inunge oculos tuos vt videas*, tertio ostendit quare sic hortatur ad profectum dictum ibi, *Ego quos amo, arguo & castigo.*

Cur emendum aurū ignitum.

C

Dicit ergo, *suadeo tibi emere à me aurum*, &c. Ita dixi, quia miser es, & miserabilis, pauper, cæcus, & nudus, qui non habes aliquod bonum à te, & ideo supple, Suadeo tibi emere à me aurum, id est, charitatem perfectam. Charitas enim comparatur auro. Secundum Isidorum, Aurum est splendore fulgidum, vigore solidum, valore optimum: habet enim inter omnia metalla summum fulgorem, vigorem, valorem. Sic charitas habet calorem inoffuscabilem, vigorem insuperabilem, valorem inappreciabilem: de primo Canticorum quarto. *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem*: de secundo ad Roma. octauo, *quis nos separabit à charitate Christi*? de tertio, primę Corint. decimo tertio, *Charitas omnia valet.* Ergo bene charitas perfecta comparatur auro, non cuilibet, sed auro ignito, & probato. Et nota quod secundum naturales, aurum per artem Alchymiæ potest fieri, sed non verum aurum. Nota, secundò quod huiusmodi aurum, non potest sustinere, nisi sex decoctiones, & in septima deficit: Et ideo dicit optimè, *Suadeo tibi emere à mè aurum ignitum & probatum*, id est, charitatem feruore ignitam, & tribulatione probatam. Prima probatio charitatis est in corde, secunda in ore, tertia in opere, quarta in intentione, quinta in inimicorum dilectione, sexta in ipsorum subuentione, septima in continuatione, & ista vltima decoctio probat fictos:

Charitas auro denotatur, & qua de causa.

D

Cant. 4.

Rom. 8.

Aur aurum alchymia possit confici.

Quidnam & quot modis Charitas probetur.

Suadeo igitur tibi pauperi & miserabili, *emere à me aurum ignitum, & probatum*, Sed quomodo emet, cùm sit pauper? Responsio, faciendo quod in se est dando seipsum. Sed à quo, statim dicit, *à me*, scilicet à Deo, à quo est omne datū optimū, Sed ad quid est? vt locuples fiat: Nam *venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*: Charitas enim summum bonum, amplum donum. Et non solum suadeo tibi emere à me aurum istud, vt locuples fias, verum etiam *vt vestimentis albis induaris*, id est, virtutibus albis, quia qui hac induitur, omnibus induitur. Hæc vestimenta sunt bona, propter vtilitatem; pulchra propter honestatem; odorifera propter bonam

Quomodo pauper emere possit aurum.

Quæ sunt vestimenta alba quæ induere debemus.

bonam famam: Induaris igitur his vestimentis, & hoc supple, *vt non appareat confusio nuditatis tuæ*; id est, spoliatio virtutum & operum in extremi judicij magna die. Sic enim nudus, & spoliatus inter vestitos remanet confusus. Sic tunc peccator virtutibus spoliatus, remanebit cõfusus; Ieremiæ secundo: *Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur*

em. 2.

ibil adeo fundit peccatũ.

Sequitur, *Et collyrio inunge oculos tuos vt videas.* Hîc hortatur ad profectum scientiæ, qua percipitur cognitiua scientia, ad regendum. Ita dixi: Eme aurum ignitum & probatum. Et non solum hoc tibi suadeo, verum & suadeo, quid? id *inunge oculos tuos collyrio*; duo oculi spirituales sunt intellectus, & affectus: collyrium quo debent isti oculi inungi, est pœnitentia, quæ intellectum clarificat, & affectum inflammat. Collyrium quo oculi mentales inungũtur, ex quatuor conficitur; ex consideratione sui, quæ mollificat; Ieremiæ tertio: *Leua oculos tuos in directũ, & vide vbi modò prostrata sis*; Ex confessione vitij, quæ purificat. Iere. 9. *Quis dabit capiti aquam meo, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei*? Ex compassione passionis Christi, quæ lætificat. Iob vltimo: *Auditu auris audiui te, nunc oculus meus videt te*; Ex contemplatione Dei, quæ clarificat: *Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis.* Isto igitur collyrio sic confecto, inunge oculos tuos, *vt videas*; quia autem dixerat esse nudum, suadet vt vestimentis albis induatur, contra nuditatem; quia dixerat, eum esse pauperem, suadet eum emere aurum, cõtra paupertatem: quia dixerat eum esse cæcũ, suadet vt oculos collyrio inungat, contra cæcitatem. Sed cõtra miseriam nihil ponit, quia perpetua est in nobis, & ineuitabilis, quamdiu viuimus, & in hac valle miseriæ positi sumus: *Homo enim natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs.* Iob 14.

uo sunt uli animæ & quo edo inungendi.

collyrium entis pœnitentia.

Ierem. 5.

Ierem. 9.

Qualis debet esse pœnitentia.

Iob. vlt. Psal. 110.

VERSVS 19.

Sequitur, *Ego quos amo arguo & castigo*; vbi ostendit motiuum correctionis & exhortationis. Et diuiditur in duas partes, primò ostendit quòd istud motiuum est animorum dilectio; secundò sequitur confortatio; ibi: *Ecce ego sto ad ostium & pulso.* Ita dixi, quòd incipiam te euomere ab ore meo, quia tepidus es, & quia dixisti diues sum, & nullius egeo. Sed ne desperes, quia sic aspere increpaui te. Dico tibi quòd hoc non facio ex odio, sed ex amore, quod patet: *Quia quos amo arguo, & castigo*; quos amo, scilicet verè, arguo verbis, & castigo flagellis temperatis. Prouerb. tertio: *Disciplinam fili mi ne abijcias, non deficias cùm ab ea corriperis, quos enim diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.* Ad Hebr. duodecimo: *Ne fatigeris cùm ab eo argueris, quos enim amat Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit.* Prou. 3. *Flagella Dei amore non carent.* Heb. 12.

Ergo *æmulare, & pœnitentiam age.* Hîc concludit intentum, ostendẽs quod est pœnitendum Ita increpaui te de malo commisso. Ergo æmulare, scilicet bonos ad contemplationem perfectorum, & age pœnitentiam ad detestationem peccatorum. Matth. *Pœnitentiam agite, appropinquabit, &c.* Et nota quòd æmulari in bono est reformari per gratiam. 1. ad Corinth. 6. *Æmulamini charismata meliora*; conformari per 1. Cor. 6. *Quid est in bono æmulari.*

1. Cor. 3. per amicitiam, primę ad Corint. 1. *Æmulor enim vos Dei æmulatione*; conuersari per vigilantiam, primæ Petri tertio: *Quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis*? consummari Galat. 4. per perseuerantiam, Ad Galatas 4. *Bonum autem æmulamini in bono semper.*

VERSVS 20.

Sequitur, *Ecce ego sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Hic confortat iam correptum, & primò dando spem veniæ, & promittendo fœlicitatem vitæ, ibi, *Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo.*

Ego sto, deinde dixi, æmulare, & pœnitentiam age, quia ecce sto, expectans te ad pœnitentiam. Secundùm enim Doctores, quatuor genera sunt misericordiæ Dei, suspensio sententiæ, vocatio pœnitentiæ, collatio gratiæ, redditio gloriæ; dicit enim peccatori, vt ad ipsum reuertatur. *Ecce sto*, scilicet expectans ad pœnitentiam. *ad ostium*, scilicet cordis, quod est liberum arbitrium, per quod ingreditur Christus ad animam, quod tenetur clausum, dum regnat in eo voluntas peccandi.

Quatuor sunt Dei misericordiæ.

Si in nobis est voluntas peccati claudimus Christo ostium animæ nostræ.

Et nota quòd in sacra Scriptura, quadruplex ostium reperitur, Cõscientiæ, scripturæ, linguæ, gloriæ. Ostium conscientiæ est obseruandum contra tentationem, obserandum, per orationem, reserandum per inspirationem. Ostium scripturæ inuenitur studiosa meditatione, aperitur fructuosa prædicatione, impeditur malitiosa impugnatione. Requiritur in ostio linguæ sera custodiens, hora conueniens, canticum expediens. Ostium gloriæ culpabiliter impeditur, liberaliter aperitur, salubriter inuenitur.

Quadruplex ostiũ.

Ego sto ad ostium & pulso, scilicet, inspirando, conferendo, verberando. Pulsat Dominus per internam inspirationem, per exteriorem prædicationem, per corporalem flagellationem.

Sequitur, *Si quis audierit vocem meam*, ita dixi: *Ecce sto ad ostium, & pulso*, scilicet per prædicationem, & quare? statim subdit causam, scilicet fructum prædicationis, dicens: *Si quis audierit*, intelligendo, & obediendo, *vocem meam*, id est, meam increpationem, inspirationem, flagellationem, prædicationem, beneficiorum collationem?

Et aperuerit mihi januam, id est, voluntatem, per quam intrat Dominus in animam, quæ aperitur per consensum bonum; *Introibo ad illum*, scilicet, gratiam infundendo, sicut Sol intrat domum per fenestram apertam, radios emittendo; sed sine apertione non intrat. Et nota quòd ad aperientem ostium per confessionem, intrat Dominus, sicut Rex in consistorium, ad recordationem iudicii; sicut sponsus ad thalamum, ad exhibitionem solatii; sicut Pontifex in Templum, ad immolationem Sacrificii.

Nostra voluntas per consensum bonum aperitur.

Ergo, *si quis aperuerit mihi januam*, scilicet, per confessionem veram, *introibo ad ipsum*, scilicet per gratiam, *& cœnabo cum illo*, & in fide eius delectabor, *& ipse mecum*; ideſt, meo auxilio lætabitur, & gaudebit per augmentum gratiæ & spem gloriæ. *Vel cœnabo cum illo & ipse mecum*; reconciliabor ei, & ipse mihi, mutua enim

Quid est Christum cœnare cũ homine.

cœnatio mutuæ dilectionis est signum, & ostensio. Vnde cœnat Deus cum homine gratiam infundendo, homo cum Deo gratiæ cooperando. Et ita vterque cum vtroque cœnat, partem suam ponendo. Et nota quòd cœna Dominidamnabiliter recusatur in peccatorum
Luc. 14. perpetratione, Lucæ decimoquarto: *Dico vobis quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.* Liberaliter communicatur in omni vocatione, Lucæ decimo
Luc. 13. tertio: *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.* Ordinabiliter dispensatur in præmiorum largi
2. Esdr. 3. tione, secundi Esdræ tertio: *Rex Darius fecit cœnam omnibus vernaculis & magistratibus.*

VERSVS 21.

Sequitur, *Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo.* Hîc confortat prædictum Episcopum, & quemcumque peccatorem pœnitentem, promittendo vitam; ita dixi: Age pœnitentiam de peccato ex impulsu hostis commisso, quia qui vicerit mundum, carnem, diabolum, viriliter impugnando, & finaliter triumphando: *Dabo*, non vendam, non mutuabo, *sedere in throno meo*, id est, dabo ei potestatem iudicandi. Et ideò nota hîc diligenter, quòd qui erunt probi tempore Antichristi, adæquabuntur in præmiis Apostolis, & Martyribus primitiui temporis. Matth. 21 *Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.*

Qui ergo vicerit de hoste finaliter triumphando: *Dabo ei sedere mecum in throno meo*, alios iudicando, *sicut & ego vici* exemplũ præmõstrando, & *sedi cum Patre meo in throno eius*, scilicet, honorem possidendo. Vnde nulli debet dari honor Prælationis, nisi vicerit mundum, carnem, & diabolum, Ioannis decimo octauo: *In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum*; Vici mundum contemnendo, subiiciendo carnem, diabolo resistendo, & eum superando.

Ioan. 18. *Quibus dari debet prælatura.*

VERSVS. 22.

Sequitur, *Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.* Hic finis in qualibet Epistola ponitur, vt attentio auditorum excitetur; vt audita percipiant, percepta firmiter retineant, & retenta cum moribus componant.

Quomodo mundus vincitur.

Quid est sedere cum throno Dei.

SYNOPSIS CAPITIS QVARTI.

IOannes, aperto in cœlo ostio, videt Deum habitu iaspideo & sardinio in throno smaragdino residentem, ac iride amictum, nec non circumsedentes quatuor seniores, quatuorque animalia plena oculis, alis instructa senis, Deum assiduè laudantia ac dicentia, sanctus, sanctus, sanctus: viginti quatuor seniores procidunt cum suis coronis ante thronum, & Deum celebrant.

CAPVT QVARTVM.

1. POST hæc vidi; & ecce ostium apertum in cælo: & vox prima, quam audiui, tamquam tubæ loquentis mecum, dicens: 2. Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc. Et statim fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens. 3. & qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis & sardinis: & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ. 4. Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor: & super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ. 5. Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei, 6. Et in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis, & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis antè & retro. 7. Et animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. 8. Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas, & in circuitu, & intus plena sunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. 9. Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in sæcula sæculorum, 10. procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: 11. Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.

VERSVS 1.

POst hæc vidi ostium apertum in cælo, & vox prima quam audiui, tanquam tubæ loquentis mecum, &c. Narrata visione de correctione Prælatorum, hic sequitur visio de reuelatione mysteriorum. Ordo patet: nam correctis competit reuelatio. Et primò ponitur visio sedentis in throno, secundò visio aperientis librum, quinto cap. ibi, *Et vidi in dextera sedentis in throno librum scriptum intùs & foris.* Item ponuntur præcedentia, secundò concomitantia, ibi, *& sedes posita erat in cælo.* Item primum præparatiuum est contemplatio sensuum; secundum exhortatio & præsentatio vocum, ibi, *Et vox prima tanquam tubæ loquentis mecum.* Vel secundum alios, hæc est secunda visio, prima fuit de correctione Ecclesiarum, hæc secunda de reuelatione mysteriorum, & apertione sigillorum: & sicut prima continebat tria capitula, ita continet hæc quatuor alia: & in primo ostenditur quòd in Christo completa sunt mysteria Ecclesiæ, & etiam agitur de oratione Ecclesiæ. In secundo agitur quomodo completa sunt, & quomodo Christus aperuit librum: In tertio agitur de apertione septem sigillorum. In quarto & vltimo, de quatuor Angelis vētos quatuor tenentibus. Item hoc caput quartum diuiditur in duas partes; primò ostendit Ioannes quòd in Christo completa sunt mysteria Ecclesiæ: In secundo agit de eiusdem Ecclesiæ ordinatione, vel adunatione, ibi, *Et ecce sedes erat in cælo.* & hæc secunda diuiditur in tres partes, primò ostendit quomodo Ecclesia fuit ordinata in personis, secundo quomodo in diuinis, ibi, *& qui sedebat similis erat aspectu lapidis iaspidis & sardinis.* Tertiò quomodo in officiis, ibi, *& in circuitu sedis sedilia viginti quatuor?* Dicit ergo, *post hæc vidi*; Continua ita.

Diuisio huius capitis.

Dixi quòd vidi correctionem Prælatorum, & post hoc, scilicet non tempore, sed ordine, *vidi* scilicet per reuelationem, *& ecce*, quod signat euidentiam, & admirationem; vnde quando homo miratur de aliquo, dicit, *ecce*; vel quando manifestè vidit, dicit, *vidi*, inquam, *& ecce*; quid? *ostium apertum in cælo.* Nomine *cæli* potest Ecclesia militans intelligi: & hoc propter sublimitatem vitæ, quam habet; propter charitatem scientiæ, quâ refulget; propter stellarum, [id est fidelium] qualitatem, quam cōtinet. Huius cœli ostium, scilicet Ecclesiæ militantis, est Christus, quod nulli clauditur: vnde quicumque non ingreditur, non est culpa Christi, sed sui. Ioan. 10. *Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, & pascua inuenet.* Vel cœlum est sacra scriptura à celando, quia quasi sub littera celatur multiplex intelligentia. Ostium Christus, per quod initiatur ad notitiam scripturarum. Vel ostium est obscuritas figurarum, vsque ad Christum, quæ clausæ fuerunt, ita vt pauci eas intelligerent. Item cœlum fidelis anima, Isaiæ sexagesimo sexto, *Cælum sedes mea, terra scabellum pedum meorum.*

Nomine cæli etiam Ecclesia militans intelligitur.

Christus ostium Ecclesiæ. Ioan. 10.

Cælum sacra scriptura.

Anima fidelis cælum.

Vidi ergò ostium apertū in cælo, ideſt, Christum, per quem in cœlum ingreditur. Sequitur, *& vox prima quam audiui, tanquam tubæ loquentis mecum.* Hæc est secunda præparatio ad visionem, scilicet Ioannis exci-

tatio & præcipitur hic quòd videat maiora, scilicet ordinationem Ecclesiæ. vnde primò ponitur modus excitandi: secundò effectus ipsius excitati, ibi, *statim fui in spiritu.* Dicit ergo, *& vox prima, quam audiui.* &c. Ita dixi, vidi in cœlo ostium apertum; & cùm, supple, hoc viderem, *vox prima*, idest, vox veteris Testamenti, quæ præcessit vocem noui. Vnde hic liber est reuelatio veteris Testamenti, quia in ista, tota biblia continentur:

Hæc, inquam, vox prima, *tanquã tubæ loquentis mecum*, id est, terribilis & obscura, inuitans ad prælium. Sicut enim tuba hortatur ad bellum, & terret hostis cuneum, ita lex vetus terret credentes ad bonum, non credentibus minatur supplicium. Vel vox Dei dicitur vox tubæ, & tuba habet proprietates aliquas, quare vox Dei illi meritò comparatur. Est enim tuba bellatorum ad prælium animatrix; dispersorum ad conuiuium congregatrix; damnatorum ad supplicium indicatrix. Sic vox Domini tuba buccinans ad præliandum contra peccantium vilitatem, ad congregandum charismatum pluralitatem, ad formidandum æterni supplicii grauitatem. Hæc est vox prima, quę vocat peccatores ad pœnitentiam. Et hæc est consolatoria de hac voce infra Ioan. *audiui quasi vocem magnam tubæ*, & sequitur, *Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei.* Vox Christi secunda, qua vocabit ad audiendum distinctiuam sententiam, comparatur tubę. Vnde tuba illa erit primitiua monitionis, nam primò clanget tuba ad monitionem, Matt. 15. *Estote parati, quia qua hora non putatis, &c.* præmissiua citationis, nam secundò ad citationem monet 2. ad Cor. nono, *Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi*; Executiua discussionis, nam tertiò ad discussionem, secundæ ad Cor. vltimo, *vt recipiat vnusquisque prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum.* Nullus enim id poterit euitare per præcautionem. Quartò clanget ad discutiendum, nam examinabit habentes cogitationes prauas in inferno. & habentes puras in Paradiso. Hæc est tuba nouissima, quâ Christus descendet de cœlo, & terrebit omnes homines: vnde Hieron. [Siue comedá, siue bibam, siue aliud faciam, videtur mihi resonare vox ista in auribus meis, surgite mortui, venite ad iudicium] propter quod dicitur Sophoniæ primo, *Dies illa dies iræ, dies tribulationis, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubæ, & clangoris.* Ergo vox Dei *tanquam vox tubæ loquentis mecum, dicentis.*

2. Cor. 9.

2. Cor. vlt.

vox Dei tubæ comparatur & quare.

Tuba vltima qua ad iudicium vocabimur maximum terrorem inciusens.

VERSVS. 2.

Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc. Ascende huc, scilicet ad Christũ, qui est Paradisi, vel sacræ scripturæ ostium, totum enim vetus testamentum præcipuè respicit Christum. Dicit ergo Ioannes cuilibet fideli, quod hîc dicitur. Ascende huc, scilicet non corporis gressu, sed mentis intuitu. Ascende, inquam, ad contemplandum, ad prædicandum, ad exercendum. Ascende de litteræ aspectu: quasi diceret, Noli morari in superficie litteræ, in quo arguitur duritia Iudęorum, qui adhuc exspectant cum asino, idest, cum sensu stolido, *Et ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc*, id est, ante finem mundi. Vel sic à principio, *Vox prima quam audiui*, id est, vox Ange-

Ascẽdẽdũ in cœlum non gressu corporis sed mentis.

lica, siue inspiratio diuina quæ respectu vocis corporalis, est prima tempore, dignitate, & causalitate. *tanquam tubæ* inuitantis ad prælium, contra hostis argumenta, mundi blandimenta, carnis oblectamenta, & ad conuiuium Christi, & ad festum paradisi, audiui ergo vocem ad modum loquentis tubæ, *Mecum*, id est in me. Vel intus me. Psal. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus.* Sic enim differunt vox spiritualis & corporalis, quia spiritualis loquetur in homine, vel in aure, item spiritualis fortiter in mente, corporalis in aure.

Psal. 84. *Discrimen inter vocem spiritualē & corporalem.*

Audiui ergo *vocem loquentis mecum*, quid est? *Ascende huc*, id est de mundo ad cœlum, de tristitia ad gaudium, de pugna ad brauium. *Et ostendam tibi quæ oportet fieri citò*, id est infallibiliter. Ostendam inquam tibi scripturarum reuelationem, pressuram tribulationum, mensuram retributionum. Vel ostendam tibi citò in præsenti tempore, quæ oportet fieri citò post hæc, id est tam prospera quàm aduersa. Vel ostendam tibi quæ oportet fieri citò, id est in breui, militantem Ecclesiam expugnari doctrinâ hæreticorum, flagellari pressurâ tyrannorum, remunerari præmio electorum.

De terra in cœlum ascendum.

Audiui ergo vocem tanquam tubæ loquentis, quid est? *Ascende huc*, id est, erige mentem, & contemplare mentis intuitu, quia oculis carnis non potes; *& ostendam tibi* post mētis ascensum, *quæ oportet fieri post hæc*, id est, futuras tribulationes, & post, consolationes maiores, vel reddere bonis vitam æternam, malis infernalem pœnam.

Christus inuitat virginem

Ascende huc & ostendam tibi quæ oportet fieri. Verba sunt Iesu Christi Virginis filij, virginem Catharinam dulciter alloquentis. Vnde ipsam primò inuitat ad brauium culminis; secundò præsentat prodigium diuini luminis; tertiò declarat prę̃sagium Prophetici carminis. Trahit timor ad brauium, trahit pudor ad prodigium, trahit splẽdor ad præsagium: brauium in ascensu, ibi, *Ascende huc*, prodigium in aspectu, ibi, *ostendam tibi*, præsagium in aduentu, ibi, *quæ oportet*

ad brauium ascensum, & quæ do.

Quanta & eximia Christus contulit Catharinæ.

Circa primum vbi primò inuitat B. Catharinam ad brauium superni culminis, cùm dicit, *Ascende huc*. Sciendum quòd iam ipsa ascendit ad brauium virginalis splendoris, militaris vigoris, imperialis honoris, quod probat efficacia verborũ vtilium, verba penetrãt: sufferentia flagellorum crudelium, flagella intrãt: honorificentia agminum cœlestium, cœlestia agmina honorant. Isai. 6. de primo Is. sexto; *super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion.* Iudit. 13. de secundo, Iudith 13. *percussit cerui-cem eius*, & sequitur, *Ascendens in eminentiori loco, iussit fieri silentium.*

Quænam virtus B. Catharinæ.

Circa secundum vbi Christus præsentat B. Catharinæ prodigium diuini luminis cùm dicit, *ostẽdam tibi*, Sciendum quòd B. Catharina ętternæ lucis radio illustrata fuit, acutissima in arguendo, quod probat peccatorum confusio, Iob decimo tertio, *Disputare cum Deo cupio, prius (vel post) vos ostendens fabricatores mendacij*: Apertissima in respondendo, quod probat occultorum obiectorum solutio; Iob trigesimo secundo: *respondebo, & ego partem meam, & ostendam scientiam meam*; Subtilissima in exponendo, quod probat diuinorum secretorum discussio: Isai. tertio *Non fuit vllum quod non ostenderet eis.*

Iob. 13.

Iob. 32.

Isai. 3.

Circa tertium, vbi declaratur præsagium venturi temporis, vel prophetici carminis, cùm dicit *quòd oportet fieri citò*; Sciendum quòd summus optimus ab æterno ordinauit B. Catharinam fieri vasculum puritatis angelicę, vehicului veritatis Deificę, triclinium Trinitatis magnificę: puritas reddit ipsam insignem & ideo imitanda est, Can. 1. *Murænulas aureas faciemus tibi*, &c. Veritas illustrem, & ideo veneranda, Psalmus *Notas mihi fecisti vias vitæ*. Trinitas celebrem, & ideo decantanda vel inuocanda Cant. 3. *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis*, &c. Vox ergo prima quam audiui, dixit, *Ascende huc.*

Eminentia B. Catharinæ.

Cant. 1.

Psal. 15.

Cant. 3.

Et statim fui in spiritu: Et statim idest, sine mora, cùm audissem istam vocem, *fui in spiritu*, id est in spirituali visione, vel contemplatione. Non enim intelligendum est, quòd spiritus à carne fuerit separatus, sed virtute diuina, ad deifica mysteria subleuatus. Dicit ergo *statim*, contra pigros coruina voce dicentes, *Cras Cras*, sed verus obediens statim paratus inuenitur: secundum Bernardum: [Statim parat aurem auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & se totum recolligit, vt mandata perficiat imperantis]

Verus obediens semper audiendis præceptis Dei intentus.

Sequitur, *Et ecce sedes posita erat in cœlo, & super sedem, sedens.* Post præparationem ad visiones, sequitur visio, & primò ponitur visio sedentis in throno; secundò circumstantium, ibi, *& iris erat in circuitu sedis.*

Dicit ergo *& ecce sedes.* Ita dixi, quia vidi ostium apertum in cœlo, id est in Ecclesia *& ecce sedes*, id est cœtus Prælatorum, & cœtus Angelorum, in quibus sedet Christus, & iudicat, vel etiam multitudo omnium beatorum, *& ecce sedes*, supple erat posita, id est, ordinata in cœlo, id est in Ecclesia, fide & miraculis stellata. *Vel ecce sedes*, id est anima iusti, in qua Deus sedet per gratiam, *Posita erat in cœlo*, id est, in Paradiso. Vel per speciem, sicut hi qui adhuc in via sunt. Vel perfectè, sicut qui iam sunt in patria, *& super sedem*, id est super cœtum Apostolorum & Angelorum, multitudinem iustorum, *sedens*, supple erat Christus, qui præsidet Prælatis, Angelis, & vniuersis electis, Isai. *Vidi dominum sedentem super solium excelsum.* Et Nota quòd sicut primò dicitur Christus inter candelabra ambulare, sic super sedem sedere, & tamen significatur idem & per candelabrum, & per sedem. Sic suprà dicitur ambulare, quasi discutiens merita singulorum, ibi ambulat vt sanctus hic sedet suprà vt dominus.

Christus in Prælatis sedet & iudicat.

Isai. 6.

Et nota quòd sedes dicitur cœlestis patria rutilans præmijs, militans Ecclesia, coruscans miraculis: fidelis anima clarificans meritis. Super istas tres sedes, sedet rex regum & Dominus dominantium, super primam, vt rex in imperio, Psal. *Dominus in cœlo paranit sedem suam*; super secundam vt iudex in solio. Psalm. *Dominus in cœlo sedes eius.* Vnde Christus sedet in Ecclesia: non solùm secundùm diuinam; sed etiam secundùm humanam naturam, cum de plenitudine eius omnes accipiant gratiam per gratiam.

Quomodo Christus ambulat & sedet.

Psal. 102.

Psal. 10.

Anima iusta sedes Christi.

VERSVS 3.

Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis Iaspidis & Sardinis. Hic describitur Christus sedens sub specie duplicis lapidis, ad ostendendum duplicem naturam in Christo, sci-

Cur Christus sub figura duplicis lapidis describitur.

licet

licet humanitatis & Diuinitatis; ex quorum contemplatione, & aspectu erit tota gloria bonorum: nam delectabitur corpus in contemplatione humanitatis, anima in contemplatione diuinitatis. Diuinitas autem signatur in Iaspide, sicut Iaspis viridem habet colorem, qui inter omnes colores maximè confortat visum, sic diuinitas intellectum, humana autem natura signatur in Sardine. Sardis enim est rubri coloris, & Christi humanitas fuit rubricata sanguine passionis; Isai. sexagesimo tertio; *Quare rubrum est indumentum tuum?* In hac ergo visione & in isto aspectu, consistit tota nostra beatitudo. Ergo *qui sedebat similis erat aspectui Iaspidis, & sardinis*, id est, humanitatis. Vel Prælatus sedens in cathedra Ecclesiæ militantis, similis est aspectui Iaspidis & Sardinis. Iaspidi similis est Prælatus, quia sicut Iaspis viridis est coloris, quia habet oculos confortare, sic Prælatus habet suos subditos bonis exemplis ædificare. Similis Sardini debet esse Prælatus, nam sicut Sardis est rubri coloris, sic Prælatus debet suos subditos inflammare dulcedine dilectionis.

Iaspide diuina natura denotatur, & qua de causa: humana autem sardine.

Isai. 63.

Verus Prælatus cur similes lapidi iaspidis & sardinis.

Sequitur, *& Iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ.* Hæc est pars, in qua ponitur descriptio circumstantium, quorum quidam apparebát extra thronum, quidam in throno: vel quilibet intùs, & quædam in specie inanimatorum, & quædam in specie animatorum. Primò ergo describit ea quæ erant in specie inanimatorum, secundò ea quæ apparebant in specie animatorum, ibi, *& super thronos viginti quatuor seniores.*

Dicit ergo, *& iris erat in circuitu sedis.* Ad euidentiam huius, sciendum quòd Iris est filius Dei incarnatus: nam sicut radius solaris subintrans nubem aqueam sine nubis fractione facit Iridem; sic Dei filius subintrans vterum Virginis aquis gratiæ plenum, sine eius læsione fecit Deum hominem, hominem Deum. Vnde Iris est arcus sine chorda. In arcu intelligo potétiam destruendi, quem arcum filius Dei comminando peccatoribus ostendit. In absentia chordę intelligo misericordiam indulgendi, quam nobis multipliciter demonstrauit. Ergo Christus Iris meritò dicitur, per cuius colorem rubeum eius iustitia innuitur: sicut enim ignis qui est rubeus, omnia cósumit, sic Dei filius, si ad omnes iniquitates nostras respiceret, nos omnes destrueret, & consumeret. Et hæc *Iris similis est visioni smaragdinæ*, nam sicut Smaragdus est tantæ viriditatis, vt omnes herbas & omnia folia arborum sua viriditate vincat, oculos lippos & turbatos recreet: sic Dei filius sereno vultu ad nostras iniquitates respiciens, & quotidie oculos nostræ mentis recreat, refouet & confortat; & hæc *Iris erat in circuitu sedis*, quia Dei filius humanatus est per omnem partem protegens Ecclesiam militantem.

Filius Dei incarnatus iris, & qua de causa.

Si Christus iniquitates nostras respiceres, omnes nos iustè destrueret.

Dicitur etiam Iris Dei filius incarnatus, quoniam sicut Iris *posita est in nubibus cæli vt esset signum fœderis*, Genes. nono, sic Dei filius in carnem veniens pacem in Patrem suum, & genus humanum reformauit: Ad Philipp. secundo: *ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.* Vnde hæc Iris specularis est in natura propter inobscurabilem claritatem; circularis in forma propter interminabilem æternitatem; multifor-

Cur iterum iris Dei filius dicitur.

ad Philip. 2.

mis in perſpectiua, propter inexplicabilem virtutum varietatem. Lege ergo ſic, Ita dixi, quia ſedes, id eſt, militans Eccleſia, vel fidelis anima, in quibus Deus ſedet, poſita erat in cœlo, & non taliter re, ſed ſpe: & vidi, ſupple quod Iris, id eſt, Dei filius incarnatus, erat in circuitu ſedis per omnem partem protegens ſedes Eccleſiæ militantis, vel animæ fidelis, quæ inquam Iris, vel qui Chriſtus, *ſimilis erat viſioni ſmaragdinæ*: nam ſicut viſio ſmaragdina propter eius maximam viriditatem, oculos lippos & turbatos recreat, ſic Dei filius ſereno vultu nos reſpiciens, oculos mentis recreat, refouet, & confortat. Vel aliter, ſedes Eccleſiæ, quæ dicitur in cœlo, quia vna eſt in re, alia in ſpe, *Iris in circuitu ſedis* eſt virgo Maria, quæ circuit Eccleſiã, protegens vniuerſos protectione ſua. Eccleſiaſtic. *Gyrum cœli circuiui ſola.* Viridis color ſignat eius caſtitatem, rubeus charitatem, cæruleus pœnitentiam, & aſperitatem, & dicitur ſmaragdo ſimilis, propter vigorem fidei, quia nunquam in ea emarcuit, imo omnibus cadentibus, ipſa in fide permanſit: ipſa enim fuit ſignum humanæ reconciliationis, Eccleſiaſtic. *Vide arcũ, & benedic qui fecit illũ.*

Maria etiam iris cœleſtis.

Eccleſ. 24

Maria ſignum humanæ reconciliationis.

Eccl. 43.

A

B

C

VERSVS. 4.

Sequitur, *Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor.* Hic deſcribuntur qui apparent in circuitu ſedis, in ſpecie animatorum, ſcilicet hominum, & primò deſcribuntur ſedes, ſecundò ſedentes, ibi, *ſuper thronos viginti quatuor ſeniores.* Ita dixi, quia in circuitu ſedis erat Iris, id eſt Chriſtus, & non ſolum hoc, verum *& in circuitu ſedis*, id eſt, Eccleſiæ militantis, erant, ſupple viginti quatuor ſedilia. Sedilia viginti quatuor ſunt tribus duodecim, & duodecim Eccleſiæ per vniuerſum orbem diſperſæ. Per viginti quatuor thronos idem ſignatur, & per viginti quatuor ſedilia, & ſunt iſta viginti quatuor ſedilia. Vel ſuper iſtos viginti quatuor thronos, fuerunt ſedentes viginti quatuor ſeniores. Viginti quatuor ſeniores ſunt Patres veteris & noui teſtamenti, tali myſterio deſignati: ſcilicet duodecim Patriarchæ, ex quibus patres veteris teſtamenti traxerunt originem: & duodecim Apoſtoli, ex quibus Patres noui teſtamenti exordium habuerũt. Vnde omnes iſti dicuntur eſſe in circuitu ſedis Dei, quia cum Chriſto iudicabunt, eius iudicio conſentiendo per omnia, Matth. decimo nono, *Vos qui ſequuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes iudicantes.* Et ſic patet à principio huius viſionis, quòd hæc viſio, vel reuelatio commendatur, quoad Regem qui præſidet, quoad ſedem, in qua reſidet, quoad gregem qui conſidet.

Quinam ſunt viginti quatuor ſeniores.

Matth. 19

Vidi ergo *in circuitu ſedis Dei viginti quatuor ſedilia*, id eſt, duodecim tribus & duodecim Eccleſias per vniuerſum orbem diſperſas. *& ſuper thronos*, id eſt, ſuper dicta ſedilia, *viginti quatuor ſeniores ſedentes*, & viginti quatuor Patres veteris & noui teſtamenti, qui in mundo ſedebunt, ad iudicandum peccatores; contiguos ſedi Chriſti. Et quia iſti ſeniores non nudi, ſed donis & virtutibus veſtiti, quamdiu fuerunt in mundo, & nunc diuerſis præmiis induti in cœlo, ideo addit quòd vidit iſtos ſeniores, ſcilicet in mundo, *circumamictos albis veſtimentis*, id eſt, puritate vitæ, & redolentia bonæ famæ: *& in capitibus eorum co-*

D

Quid vestimenta alba in illis viginti quatuor senioribus.

ronas aureas, id est, cogitationes mundas & pretiosas. Sicut aurum, quod est inter omnia metalla magis purùm, & amplius pretiosum: Vel vidit istos seniores, scilicet in cœlo, circumamictos stolis albis in gloria immortalitatis, quoad stolam corpoream. *Et in capitibus eorum coronas aureas*, quoad stolam animæ æternæ, remunerationis. Sicut enim aurum est splendore fulgidum, vigore solidum, valore optimum, ita Sancti habẽt in patria splendorem inoffuscabilem, vigorem insuperabilem, valorem inapretiabilem.

A

B

VERSVS 5.

Sequitur, *de throno procedunt fulgura, voces, & tonitrua.* Hîc ostendit quòd Ecclesia fuit ordinata in donis, & hoc primò: secundò quòd in Sacramẽtis, ibi, & conspicitur *sedes tanquam mare vitreum*: Item primò ostendit quomodo fuit ordinata, vel honorata donis miraculorum: secundò quòd in donis meritorum, ibi, *& septem lampades ardentes ante thronum.*

C

Dixi ergo, *& de throno*, Ita dixi suprà quòd vidi super thronos viginti quatuor seniores, id est, Patres vel Prælatos veteris & nouæ legis, & ita vidi Ecclesiam ordinatam in Prælatis & personis; vox etiam in donis, quiá & vidi supple, *quod de throno*, id est, de Ecclesia militante, quæ est sedes & thronus Dei, *procedunt fulgura*, id est, multa miracula, quæ terrent & illuminant, sicut fulgura. Et nota quòd fulgur fœtet, vrit, scindit: sic Prælati Ecclesiæ ducunt facem, vt peccatum fœteat per confessionem, vrat per contritionem, scindat corda per compassionem. Sed modò Prælati Ecclesiæ claudunt corda hominum, & non scindunt per medium, quia pauci volunt eis confiteri peccatum, quare est? certè, quia ostendunt eis malum exemplum.

D

Ecclesia thronus Dei.

Quomodo miracula dicuntur fulgura.

Ergo, *de throno*, id est, de sancta Ecclesia, vel de cœtu Prælatorum, procedunt fulgura, id est, multa miracula; *Et voces*, id est, admonitiones ad benè agèndum: *& tonitrua*, id est, comminationes ad malum relinquendum: & non solum hoc vidi, verum *& septem lampades ardentes ante thronum*, id est, septem dona Spiritus Sancti corda hominum inflammantia. Vidi ergo ante thronum, id est, ante Ecclesiam, vel animam fidelem, septem lampades, quæ sunt septem Spiritus Dei.

Septem dona Spiritus S. septem lampades ante thronũ Dei.

Et nota quòd triplex est thronus, diuini numinis, Christi hominis, B. virginis. Thronus diuini numinis, est dulcissimus in prospiciẽdo; thronus Christi hominis durissimus in iudicando; thronus beatæ Virginis dignissimus in contẽplando. Benignitas affectus reddit thronũ diuini numinis dulcissimum, iuxta id Prouerb. secundo. *Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur thronus eius clementia.* Seueritas actus reddit thronum Christi hominis durissimum, iuxta id Danielis septimo, *Donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit.* Fœlicitas aspectus reddit thronum Beatę virginis dignissimum, iuxta id infrà vigesimo primo: *Dixit qui sedebat in throno*, thronus Christi hominis est ęternaliter fixus virtute diuinitatis, ad Hebræos primo, *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, virga æquitatis, virga regni tui*: specialiter clarus splendore humanitatis, Psal. *Thronus eius sicut sol in conſ.* &c. singulariter summus honore dignitatis, Apo. *Raptus est filius ad Deum & ad thronum eius*; thro-

Triplex Dei thronus.

Prou. 2.

Daniel. 7.

Qualis thronus Christi. ad Hebr. 1

Psal. 88.

Qualis thronus B. Mariæ.

nus B. Mariæ virginis est mirus artificio, quod pertinet ad sanctitatẽ genitricis: 3. Reg. 1. *Ideo fecit rex Salomon thronum de ebore antiquo & vestiuit eum auro*; excelsus imperio, quod pertinet ad dignitatem Imperatricis: tertii Reg. 2. *Positus est thronus matri regis, quæ sedebat à dextris eius*; pius adiutorio, quod pertinet ad pietatem mediatricis, Ad Heb. quarto *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius.*

3. Reg. 2.

Hebr. 4.

Quanam sunt septem lampades lucentes ante thronum Dei.

Nota etiam, quòd septem lampades, quæ lucent ante thronum Diuinæ maiestatis, sunt hæ. Prima est rectæ intentionis, Matthæi decimo quinto; *Acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus*: secunda est purę dilectionis; Act. vigesimo, *Erãt lampades copiosæ in cœnaculo*: tertia sanctę operationis, Cantic. vltimo, *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum*; quarta claræ conuersationis. Ezec. tertio; *Aspectus eius quasi aspectus lãpadarum*; quinta veræ prędicationis; Exo. vigesimo; *totus populus videbat lampades*: sexta altę contemplationis, Zachariæ quarto, *vidi candelabrum aureum & lampas super caput eius*; septima mirę consolationis; 1. Mach. sexto, *Refulsit sol in clypeos aureos & æreos, & resplenduerunt montes ab eis. Resplenduerunt sicut lampades ignis & destructa est pars exercitus regis.* Sequitur ergo, *Vidi ante thronum septem lampades, quæ sunt septem Spiritus Dei*:

Matth. 15.

Act. 20.

Cant. vlt.

Ezech. 3.

Exod. 20.

Zach. 4.

1. Mac. 6.

VERSVS 6.

Sequitur, *& in conspectu sedis tanquã mare vitreũ simile crystallo.* Hîc ostendit quomodo Ecclesia ordinata est in Sacramentis, & primò quomodo fuit ordinata in collatione Sacramentorum: secundo quomodo in officio prædicatorum, ibi, *Et in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis.* Tertio quomodo fuit ordinata in beneficio laudis, per recognitionem beneficiorum, ibi, *Et requiem non habebant die ac nocte dicentia, sanctus, sanctus, sanctus.* Quartò ostendit quòd à Deo solo habet Ecclesia hæc omnia, & quòd ei retinebuntur viginti quatuor seniores ante sedentem in throno:

Dicit ergo, *& in circuitu sedis*, id est, in facie Ecclesiæ militantis, in qua Deus sedet & quiescit, *tanquam mare vitreum*, id est, Baptismus. Per mare Baptismus designatur secundum Glossam, quia sicut in mari fuit extinctus exercitus Ægyptiorum, sic in Baptismo extinguitur exercitus peccatorum, quod inquam, dicitur *vitreum* propter pulchritudinem virtutum, quæ conferuntur in Baptismo, & istud mare, *simile est crystallo*, propter characteris impressionem. Sicut enim enim crystallus ab aqua fit, & non potest resolui, sic character in Baptismo confertur, & tamen in Baptismo etiam in damnatis non delebitur. Vel per *mare*, Baptismi sacramentum, per *vitreum* character impressus, per *crystallum* alia sacramenta designantur: quia alia sacramenta sunt, vel ad gratiam conseruandam, vel augmentandam; Sacramentum vero Baptismi ad gratiam dandam. Eucharistia, Confirmatio, Ordo, sunt ad gratię augmentum: Matrimonium vero, Pœnitentia, & Vnctio extrema ad conseruationem gratiæ, ne perdatur. Vel per mare, sicut dictum est, Sacramentum Baptismi, per vitreum lucidum, claritas fidei, per crystallum qui est durus, firmitas spei, & constantia Sanctorum designatur.

Cur baptismus mari designatur.

Cur baptismus mare vitreũ.

Quid discrimen inter sacramenta respectu gratiæ.

Pœnitentia mare est & quæ de causa ei assimilatur.

Vel mare potest dici Pœnitentia, quia sicut mare lauat manus & totum corpus; ita in Penitentia debēt lauari manus ab omni crimine, cor à prauis cogitationibus, oculi à concupiscentia &c. Item sicut mare prouocat ad vomitum cibationis, vel cibati, sic Pœnitentia ad vomitum peccatorum per confessionē. Et sicut post vomitum refrigeratur homo, sic post pœnitentiam anima quietatur. Item sicut mare expellit mortuum, sic Pœnitentia peccatum: & sicut mare mundificat turpia, sic Pœnitentia omnia crimina nostra: & sicut per mare peruenitur ad portum, sic per Pœnitentiam ad regnum. Vnde Hier. [Pœnitētia cor emundat, sensus illuminat, animam sanctificat, ad susceptionem Christi præparat. Pœnitentia est salus animarum, dissipatrix vitiorum, comparatrix virtutum, expugnatrix dæmonum, quid plura dicam? aperit portas Paradisi, & claudit os inferni.]

Sequitur, *& in medio sedis, & in circuitu eius quatuor animalia plena oculis.* Hîc ostenditur ordinatio Ecclesiæ in officio prædicationis. Ita dixi, quòd vidi in circuitu sedis tanquam mare vitreum, id est, Baptismum, & non solum hoc, verum etiam vidi, supple *in medio sedis*, id est in medio Ecclesiæ militantis, cuius medium est Christus, *& in circuitu sedis*, id est eiusdem Ecclesiæ, *quatuor animalia*, id est, quatuor Euangelia, quæ fuerunt super Christum fundata, vel quatuor Euangelistas. *Christus in medio.* Et nota quòd Christus est in medio Prælatorum, in medio contemplatiuorum, in medio Euangelistarum, in medio iustorum, in medio beatorum: nam Sancti accipiunt influentiam à Christo, sicut extrema à medio. Omnis enim virtus consistit in medio, quia omnis virtus est ab ipso. In isto medio quatuor Euangelistæ, nam doctrinas suas ab ipso traxerunt. Hæc etiam animalia *sunt in circuitu sedis*, id est Ecclesiæ militantis, quia vniuersa Ecclesia doctrinâ istorum quatuor Euangelistarum regitur & gubernatur & munitur. Vel muri militantis Ecclesiæ sunt quatuor Euangelistæ.

Christus in medio iustorum & beatorum.

Sed si in medio sedis erant animalia, quomodo in circuitu? solutio secundum Glossam. Sedes planiciem quandam habebat, & super planiciem erant animalia quasi doctores præsidentes, & in circuitu quasi excubiæ custodientes: & hæc animalia *erant plena oculis ante & retro*: quia quatuor Euangelistæ habuerunt cognitionem de his quę Deus fecit in principio, & de his quę facturus est in fine: benè dicitur *retro*, propter memoriam præteritorum, *ante*, propter prouidentiam futurorum: nam oculus est ad discernendum, & præcauendum: & ideo ait Seneca, [Sapientia habet tres partes, intelligentiam præsentium, considerationem futurorum, & recordationem præteritorum. Vel *ante & retro*, quia habuerunt cognitionem diuinitatis & humanitatis, virtutum & vitiorum, electorum & reproborum, gaudiorum & tormentorum. Vnde alterum istorum habebant *ante*, alterum *retro*. Vel *ante* quia habuerunt cognitionem legis scriptæ, *retro*, quia habuerunt cognitionem legis gratiæ; nam ante fuit lex vetus quàm noua.

Quatuor animalia quatuor Euāgelistæ & qua de causa.

Euangelistæ muri militantis Ecclesiæ.

Sapientia tribus partibus constans.

VERSVS. 7.

Et animal primum simile leoni, &

secundum animal simile est vitulo, & tertium animal habens faciem hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. Sic in istis animalibus quatuor Euangelistarum describit similitudines & formas. Ita dixi; quia in medio, & in circuitu sedis, vidi quatuor animalia, id est, quatuor Euangelistas, & vidi scilicet quòd animal primum simile erat leoni. Et nota quòd aliter hîc Ioannes ordinat Euangelistas, aliter ordinantur Ezechiel. 6. Ezechiel enim primò hominem, id est, Matthęum posuit, cuius initium fuit, *Liber generationis*: post leonem, id est, Marcũ, qui à clamore incipit dicés, *Factum est verbum Domini super Ioannem in deserto*; *Ego vox clamantis in deserto.* Posteà vitulum, id est Lucam, quia à sacerdotio inchoauit dicens; *In diebus Herodis Regis fuit sacerdos quidam.* Postea aquilam, id est, Ioannem, qui alta appetendo sic intonuit: *In principio erat Verbum.* Et hic est ordo secundum historiam: Christus natus est vt homo, post terribiliter prędicauit vt leo, post in passione immolatus est vt vitulus, ad vltimum ascendendo in cœlum, volauit vt Aquila. Et quia Ezechiel vidit hæc vt futura, & Christus erat futurus homo in carne, post leo in prædicatione, post vitulus in passione, vltimo aquila in Ascensione: ideo primo posuit hominem, deinde leonem, deinde vitulum & vltimo Aquilam. Sed quia Ioannes iam ista facta viderat, ideo vt populus citius ad fidem veniret, non hominem, non Aquilam, non taurum, sed leonem primo posuit, vt populus primò habita fide de fortitudine leonis, id est, Christi resurrectione, deinde per fidem resurrectionis ad taurum, id est, ad fidem passionis, post ad hominem, id est, ad fidẽ incarnationis veniret.

Christus quomodo quatuor animalibus assimilatur.

Cur diuersus ordo horum animalium in Ezechiele ac in Ioanne.

Moraliter quatuor animalia plena oculis ante & retro, sunt Prælati, vel homines alii per quatuor mundi partes dispersi, qui debent habere ante oculos, vt videant futura, & qualiter parati sunt venire ad iudicium: retro, vt videant præterita, scilicet vnde venerunt, de qua materia creati fuerunt; à dextris, vt videant quàm fallax sit huius mundi vanitas; à sinistris, vt videant quàm cito transitura sit mundi aduersitas; suprà vt videant cœlestia gaudia amœna; infrà, vt videant inferni supplicia tam acerba: propter quod dicit Hugo. [Omni custodia serua cor tuum & respice ad teipsum: respice inferiùs, vbi pugnat carnis concupiscentia; superiùs, vbi imminet Dei iudicis sententia; retro, vbi peccati delectatio mortifera: ante, vbi tentatio hostis continua; à sinistris, vbi fratrum malorum inquietudo iniqua; à dextris, vbi intolerabilis pugna. Ergo sis plenus oculis, vt hoc vitare possis]

Prælati animal mistícum & qua de causa.

Item nota, quod quilibet vir bonus dicitur bos, propter laborem sanctę actionis; leo propter fortitudinem tolerationis; homo propter mansuetudinem conuersationis; aquila propter altitudinem contemplationis. Item, prædicator dicitur leo, bos, homo, Aquila; Leo propter rugitum comminationis, bos propter mugitum compassionis; homo propter effectum consolationis; aquila propter aspectum speculationis. Nota quod prędicatores designantur: per quatuor fabros, de quibus habet Amos 10. per quatuor quadrigas, de quibus Zachar. 6. per quatuor

Applicatio quatuor horum curruum istis, prædicatoribus.

Quales debeant esse prædicatores.

columnas de quibus Exo. 26. per quatuor vectes, de quibus Exo. 26. Nam prædicatores debent esse fabri malleantes, comminando supplicia; quadrigæ transeuntes, promittendo cœlestia; columnæ sustentantes, ostendendo bona exempla: vectes eleuantes, præbendo auxilia: designantur autem per ista quatuor animalia, sicut dictum est.

Quartum animal simile Aquilæ volanti; Vnde bene istud potest conuenienter seruari ad honorem beati Ioannis Euangelistæ: vbi commendatur quantum ad plenitudinem perfectionis, ad celsitudinem contemplationis, ad promptitudinem prædicationis: habuit enim perfectionem Apostolicam, quod probat ornatus; habuit contemplationem anagogicam, quod aquilaris animalis aspectus, ibi, *simile Aquilæ*: habuit prædicationem Euangelicam, quod probat regularis volatus in *volanti*.

Ioannes cur aquila denotatur.

Circa primum; Sciendum quòd plenitudinem perfectionis declarant quatuor: quia in istis animalibus quatuor reperiuntur, scilicet oculorum aspectus, quia oculis plena erant, quantum ad circumspectionem indeceptibilem: specierum vultus, quia quatuor facies prætendebant; quantum ad conuersationem irreprehensibilem; Alarum ornatus, quia alas senas deferunt, quantum ad operationem immobilem: Laudum concentus, quia requiem non habebant, quantum ad deuotionem infatigabilem. Decimo quarto Apocal. animalia alas senas habebant, & ad hoc facit, quod etiam dicitur hîc, primum al. 2. al. 3. al. 4. al.

Quatuor plenitudinem perfectionis declarant.

Circa secundum vbi B. Ioan. commendatur à celsitudine contéplationis, cum dicitur, *simile aquilæ*. Sciendum quòd in eius contemplatione fuit ascensus eleuationis sublimis, aspectus intuitionis claræ, accessus admirationis profundæ, iubilus liquefactionis iucundæ. De his tribus Ieremiæ 49. *Ecce quasi aquila ascendit, & auolauit, & expandit alas suas super Bosram.* Ierem. 49

Ioannis eximia.

Circa tertium, vbi commendatur à promptitudine prædicationis, cum dicitur *volanti*, sciendum quòd ipse fuit prædicator promptus ad executionem, contra pigritiam; Psal. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ*? altus per meditationem, contra ignauiam, *ascendit super Cherubim & volauit*; cautus per moderationem contra arrogantiam Apo. 8. *Audiui vocem aquilæ*; clarus ad eruditionem contra ignorantiam, Isaiç, *qui sunt hi qui vt nubes volant*? Psalm. 54 Isai. 60.

Leone Marcus denotatur, & quia de carne Iesu. vitulo.

Dicit ergo, *primum animal simile Leoni*, per quod intelligitur Marcus, quoniam quasi leo rugiés à clamore suum Euangelium incepit, dicens, *vox clamantis in deserto*: secundum animal simile vitulo, per quod Lucas intelligitur, quia sacrificio, quod maximè fit de vitulo suum euangelium inchoauit, dicens: *Fuit in diebus Herodis regis sacerdos*: tertium animal simile homini per quod intelligitur Matthæus, qui humanitatem Christi hominis pleniùs describit dicens, *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid*; quartum animal simile aquilæ volanti, per quod intelligitur Ioannes, qui altè volando, sic intonuit: *In principio erat verbum & verbum erat apud Deum.*

Matthæus homine, & Ioannes aquilâ.

Sequitur, *& quatuor animalia singula habebant alas senas, & in circuitu & intus plena sunt oculis*, vbi

postquam ostendit species singulorum animalium, id est, Euangelistarum, vel prædicatorum, hîc ostēdit habitus, vel ornatus eorū, quorum primus est ad volandum, secundus ad videndum, ibi, *& in circuitu eius & intus plena sunt oculis.*

VERSVS 8.

Dicit ergo, *& quatuor animalia singula eorum habebant alas senas.* Bene dixi, quia primum animal simile Leoni, & ideo non solum hoc vidi, verum & vidi quòd quatuor animalia, Euangelia prædicantes, singula habebant alas senas: quasi diceret, bene instructi sunt ad prædicandum, quia alas sex habebant, vt prima ala sit lex naturæ, secunda Mosaïca, tertia lex Prophetica, quarta lex Euangelica, quinta doctrina Apostolica, sexta expositio doctorum Apostolicorum. Vnde istis sex alis volant prædicatores rectè & non retrorsum, vel sinistrorsum. Vel sex alæ, quibus prædicatores & vniuersi fideles volant, vel volare debent, sunt sex opera misericordiæ, Matth. vigesimo secundo, vnde versus.

Cur alis senis constant hæc animalia mystica.

Consule, largire, castiga, solare, remitte,
Ora.

Vel sex alæ, quibus debent volare prædicatores, vel alij fideles, sunt hæ: prima deuota oratio, secunda gratiarum actio, tertia iniuriarum remissio, quarta eleemosynarum largitio, quinta perfecta actio, sexta recta intentio. His alis debet quilibet volare, si vult ad cœlos ascendere.

Qualibus alis debent volare prædicatores & alij iusti.

Igitur hæc animalia habebant alas senas: *& in circuitu & intus plena sunt oculis.* Intus, quia prædicatores debent habere notitiam sacræ scripturæ, & hoc exterioris historiæ, & interioris intelligentiæ: vt per historiam simplices, per interiorem intelligentiam perfectos, & subtiles instruere possint:

Cur prædicatores & in circuitu & intus debent habere oculos.

Sequitur, *Et requiem non habebant die ac nocte dicentia, sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens.* Hîc ostendit quomodo Ecclesia est ordinata in officio laudis, pro recognitione diuinorum beneficiorum: & primò ostenditur laudis concentus, secundò Deo debitus cultus, ibi, *procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno.* Ita dixi, quia Ecclesia est ordinata quoad officium diuinæ prædicationis, quia quatuor animalia habebant senas alas: & non solum quoad hoc, verum etiam quoad officium laudis. Nam supple, vidi quòd prædicta quatuor animalia, Euangelistæ ecclesiæ per quatuor mundi partes dispersi, *requiem non habebant*, id est, à laudibus Dei non cessabant. Non enim pro hoc quod dicitur, *requiem non habebant*, requies excluditur; otium vitare designatur, & laudis continuatio ostenditur, hoc enim est summè quiescere, à laudibus Dei numquam cessare; &, ideo additur *die ac nocte*, id est, continuò in prosperitate & aduersitate Deum laudant, & à laude Dei numquam cessant. Vnde in Psalm. *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Nota quòd laus Dei debet esse directa intentione, distincta expressione, deuota adoratione, perfecta continuatione; vnde hæc præciosa lingua est, quæ non nouit nisi de diuinis rebus construere verba: & os sanctum, vnde verba cœlestia proferuntur: propter quod dicit iste.

In officio laudis & Dei ordinatissima ecclesia.

Hic summe quiescit qui à Dei laudibus numquā cessat.

Proclamans

Proclamans ore, sis feruens cordis amore,
Ad dominum pulsa, fiet tibi nulla repulsa.

Centralis debet esse laus diuina.

Hæc igitur animalia requiem non habebant die ac nocte, sed semper ipsum laudabant, dicentia, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui est, & qui erat, & qui venturus est*; dicentia corde per fidem, opere per satisfactionem, & ore per confessionem: hæc enim est institutio Christiana, Rom. decimo, *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Dicentia, inquam *Sanctus*, scilicet Pater, *sanctus*, scilicet Filius, *sanctus*, scilicet Spiritus sanctus. Vnde per triplex *Sanctus* significatur laus totius Trinitatis. Per hoc quod additur *Dominus Deus omnipotens*, significatur laus essentiæ vnitatis: vel per hoc quod dicit ter *Sanctus*, intelligitur quòd Deus est laudandus, qui est in personis trinus: per hoc quòd dicit, *Dominus Deus Omnipotens*, intelligitur quòd est laudandus Deus, qui est in essentia vnus. Et nota quòd *Sanctus*, idem est quod *Agios*, id est, sine terra, quæ inter omnia elementa est inferior, obscurior, & aridior, vnde vocatur Gen. primo, *Arida.*

Quænam instructa Christiana. Roman. 1.

Cur hæc animalia intonant ter sanctus. Sanctus

Sanctus idem quo sine terra.

Sanctus igitur Pater, quia sine inferioritate potentiæ, vnde appropriatur Patri, ne credatur impotens propter antiquitatem; *Sanctus* Filius, quia sine obscuritate ignorãtiæ, propter sapiẽtiam, quæ appropriatur Filio, ne credatur insipiens & ignorans, propter iuuentutem. *Sanctus* Spiritus, scilicet quia sine ariditate malitiæ, propter clementiam, quæ appropriatur Sancto spiritui, ne credatur crudelis, quia spiritus videtur sonare in malitiam. *Sanctus* ergo pater, *Sanctus* Filius, *Sanctus* Spiritus sanctus. Sed vterque dicitur *Dominus*, omnibus præsidendo; Deus, omnia subiiciendo; *omnipotens*, creando omnia. *Dominus* igitur, cuius certa prouidentia, cuius plena sufficientia, cuius summa reuerentia; *Deus*, qui est incommunicabilis vnitate, imprincipiabilis primitate, inæquiparabilis summitate: *Omnipotẽs*, cuius omnipotentiam non æquat vniuersitas operum, non arctat vnitas temporum, non euacuat vniuersalitas præmiorum: *qui erat*, ante omnia per essentiam; *qui est* in omnibus per presentiam; qui *venturus est* ad iudicium per potentiam. Vel *qui erat* sine inchoatione, *qui est* sine mutatione, *qui venturus est* cum retributione.

Omnipotentia Trinitatis describitur.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens. Thema est ad prædicandum de Trinitate. In his verbis exprimitur primò Trinitas personalis; secundò vnitas essentialis: vel primò pluralitas relationis hypostaticæ in Sancto triplici, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; secundò identitas communicationis substantię in expressione omnipotentis Dei, *Dominus Deus Omnipotens.*

Thema pro concione sanctæ Trinitatis.

Circa primum Sanctus, quod ad Patrem pertinet, Sciendum quòd ad ipsum pertinet fontalis innascibilitas, vniuersalis fœcunditas, principalis authoritas. Ad sanctitatem Filii, natiuitas emanationis, exemplaritas dispositionis, liberalitas spirationis; Ad Spiritum Sanctum pertinet processio liberalis, connexio socialis, donatio principalis. De his omnibus habetur. Isai. sexto *Sanctus, Sanctus, Sanctus.*

Quænam propria patris filii & spiritus s.

Isai. 6.

Circa secundum, vbi exprimitur vnitas essentialis, cùm dicitur *De-*

minus Deus omnipotens, Sciendum quòd hæc vnitas est incommunicabilis, propter summam singularitatem, & ideo *Dominus*, omnibus imperans: Apoc. nono, *Ipse est rex regum & Dominus dominantium*: Indiuisibilis, propter summam simplicitatem, & ideo omnia generaliter gubernans, Deut. sexto, *Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est*: Inexplicabilis, propter summam sublimitatem, & ideo omnipotens, vel imperans, Iob quadragesimo tertio, *Ab omnipotente non sunt abscondita tempora.*

Quænam vnitas diuinæ essentiæ.
Apocal. 9.
Deut. 6.
Iob. 43.

VERSVS 9.

Sequitur, *Et cùm darent ista quatuor animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in sæcula sæculorum.* Vbi postquam posita est ordinatio Ecclesiæ, quantùm ad officium laudis, hîc ponitur effectus honoris, qui est prouocatio maioris ad laudandum Deum. Et primò ponitur honor adorationis, secundò honor commendationis, ibi, *& mittebant coronas suas ante thronum, dicentes, dignus es*, &c.

Dicit ergo, *& cùm darent*, &c. Ita dixi, supple quòd ista quatuor animalia, id est, viri catholici, quatuor animalia, id est, quatuor Euangelistæ dicti, Deum laudant, & ab eius laude non cessant. *Et cùm darẽt ista quatuor animalia gloriam*, quantùm ad votum mentale, *& honorem* quantùm ad signum corporale, *& benedictionem*, quantùm ad verbum vocale; debet enim Deus laudari corde, & opere. Vel *cùm darent gloriam* præconij, *honorem* obsequij, *benedictionem* ratione beneficii, vel *gloriam* Patri pro creatione, *honorem* Filio pro redemptione, *benedictionem*, Spiritui sancto pro promissa remuneratione, *& hoc sedenti super thronum*, id est, Christo iudici, Ioan. quinto: *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio*, Christo. Dico *viuenti in sæcula sæculorum*, id est, æternaliter, licèt mortuus sit temporaliter, suprà primo, *fui mortuus, & ecce sum viuens in sæcula sæculorum.* Recolligit ergo omnia ista verba, reddendo singula singulis.

Deus ore & opere laudandus.
Ioan. 5.
Christo danda gloria præconij honor obsequii, benedictio ratione beneficij.

Dabant, Inquam *illa quatuor animalia gloriam & honorem*, *sedenti*, id est, Christo iudici, in quo est quietatio pacificans; *super thronum*, in quo dominatio saluificans; *viuenti*, in quo consolatio beatificans; *In sæcula sæculorum*, in quo consummatio æternificans: *gloriam* scilicet præconii, *honorem*, obsequii, benedictionem ratione accepti beneficii.

VERSVS 10.

Et cùm hoc facerent, viginti quatuor seniores procidebant ante faciem sedentis in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum. Procidebant, inquam viginti quatuor seniores, id est, Patres veteris & nouæ legis, scilicet Patriarchæ, à quibus patres veteris Testamẽti ortum habuerunt: Et duodecim Apostoli, ex quibus patres noui Testamẽti originẽ traxerunt, per quos vniuersitas Prælatorum, & iustorum aliorum designatur. Omnes, inquam, *isti procidebant ante sedentem in throno*, id est, ante Christum iudicem omnium, se nil in conspectu eius reputantes, sed totum ei attribuentes: vnde quicquid boni habemus ei attribuere debemus: nam nihil à nobis habemus nisi peccatum; secundùm Augustinum. Et non solum procidebant, verum etiam & *ado-*

Deo omnia bona nostra tribuenda.

ciderunt coram agno: septimo congratulatio Angelorum, ibi, *Et audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni*: octauò aspectus Sanctorum se confortantium, de laude Angelorum pro ipsa redemptione, ibi, *Et quatuor animalia dicebant, Amen.* Et ita octo partes continet istud caput, in quo determinantur de redemptione humana, quæ facienda erat per Filium Dei.

Dicit ergo, *Et vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scriptum intus & foris*, &c. Suprà in quarto, cap. dixerat, *post hæc vidi*, hîc *video* & *vidi*. *Et* copulatiua coniunctio est, in qua significatur quòd hęc visio est vna cum præcedente, & illi coniungitur, sicut pars toti: pòst, signat ordinem, per quod signatur quòd ista visio alia erat à præcedenti. Dicit ergo, *Et vidi*; Continua; Suprà dixi, quòd ego Ioannes vidi ordinationem Ecclesiæ militantis, in Prælatis, in personis, in donis, in Sacramentis, in officiis, & non solum: verum etiam, & in eadem, supple visione, vidi dispositionem humanæ redemptionis, quia & vidi in dextera sedentis,

Cur sedens pater dicitur, cum filius dextera patris.

In dextera, id est, in Filio, qui est Dei Patris dextera, & fortitudo, per quã fecit, & in esse perduxit omnia. Patris sedentis super thronum, id est, gloriæ cœlestis, in cuius dextera eius Filius sedet. Vnde hîc sedens dicitur Pater, quia omnibus præsidet, Filius eius dextera, quia per ipsum tanquam brachium dextrum, omnia operatur. Hæc autem dextera est prostratorum erectiua, gratiam infundendo; erectorum directiua, sapientiam tribuendo; directorum deductiua, viam ostendendo; deductorum lætificatiua, gloriam conferendo. Psal. *Dextera*

Psal. 117.

A *Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem.*

In ista ergo dextera, scilicet Filio, *vidi* scilicet oculo mentis, non oculis carnis, *librum* id est dispositionem diuinam de redemptione humani generis, per ipsum Filium Dei factam: librum, dico *scriptum intus*, id est, latenter, scilicet in veteri testamento, in quo erat in figuris abscondita redemptio nostra:

B *& foris*, id est euidenter, scilicet in nouo, in quo fuit aperta, & opere completa. Vel *scriptum intus*, ne manifesta veritas contemneretur, *foris*, ne agnita veritas penitus dimitteretur: *librũ* dico *signatum septem sigillis*, id est, clausum in veteri testamento obscuritatibus multis. Nam redemptió generis humani celebatur in veteri testamento, pluribus ænigmatibus & figuris, quæ

C dicuntur septem sigilla, per septem status Ecclesiæ designata. Vel numerus sigillorum per septenarium numerum designatur, quia omne tempus septenario dierum numero comprehenditur. Vel humanæ redemptionis septem sigilla sunt septem Sacramenta in veteri lege signata, & ab Apostolis pronunciata.

Quis liber scriptus intus & foris.

Septem redemptionis humanæ sigilla sunt septem sacramenta.

Primum sigillum huius libri, sci-

D licet dispositionis redemptionis generis humani, est conceptio, quod fuit signatũ in conceptione ipsius Isaac, qui virtute diuina fuit conceptus, sic & Christus: Genes. vigesimo primo: secundum sigillum fuit natiuitas, quod etiam fuit signatum in virga Aaron fructificante, Numeri decimo sexto; & de vtroque propheтauit Isaias nono. *Ecce virgo concipiet*: tertium sigillum, est passio, quod fuit significatum in

Septem sigilla Christi quænam.

Isai. 9.

mis in perſpectiua, propter inexplicabilem virtutum varietatem. Lege ergo ſic, Ita dixi, quia ſedes, id eſt, militans Eccleſia, vel fidelis anima, in quibus Deus ſedet, poſita erat in cœlo, & non taliter re, ſed ſpe: & vidi, ſupple quod Iris, id eſt, Dei filius incarnatus, erat in circuitu ſedis per omnem partem protegens ſedes Eccleſiæ militantis, vel animæ fidelis, quæ inquam Iris, vel qui Chriſtus, *ſimilis erat viſioni ſmaragdinæ*: nam ſicut viſio ſmaragdina propter eius maximam viriditatem, oculos lippos & turbatos recreat, ſic Dei filius ſereno vultu nos reſpiciens, oculos mentis recreat, refouet, & confortat. Vel aliter, ſedes Eccleſiæ, quæ dicitur in cœlo, quia vna eſt in re, alia in ſpe, *Iris in circuitu ſedis* eſt virgo Maria, quæ circuit Eccleſiá, protegens vniuerſos protectione ſua. Eccleſiaſtic. *Gyrum cœli circuiui ſola.* Viridis color ſignat eius caſtitatem, rubeus charitatem, cæruleus pœnitentiam, & aſperitatem, & dicitur ſmaragdo ſimilis, propter vigorem fidei, quia nunquam in ea emarcuit, imo omnibus cadentibus, ipſa in fide permanſit: ipſa enim fuit ſignum humanæ reconciliationis, Eccleſiaſtic. *Vide arcũ, & benedic qui fecit illũ.*

Maria etiam iris cœleſtis.

Eccleſ. 24

Maria ſignum humanæ reconciliationis.

Eccl. 43.

VERSVS. 4.

Sequitur, *Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor.* Hic deſcribuntur qui apparent in circuitu ſedis, in ſpecie animatorum, ſcilicet hominum, & primò deſcribuntur ſedes, ſecundò ſedentes, ibi, *ſuper thronos viginti quatuor ſeniores.* Ita dixi, quia in circuitu ſedis erat Iris, id eſt Chriſtus, & non ſolum hoc, verum *& in circuitu ſedis*, id eſt, Eccleſiæ militantis, erant, ſupple viginti quatuor ſedilia. Sedilia viginti quatuor ſunt tribus duodecim, & duodecim Eccleſiæ per vniuerſum orbem diſperſæ. Per viginti quatuor thronos idem ſignatur, & per viginti quatuor ſedilia, & ſunt iſta viginti quatuor ſedilia. Vel ſuper iſtos viginti quatuor thronos, fuerunt ſedentes viginti quatuor ſeniores. Viginti quatuor ſeniores ſunt Patres veteris & noui teſtamenti, tali myſterio deſignati: ſcilicet duodecim Patriarchæ, ex quibus patres veteris teſtamenti traxerunt originem: & duodecim Apoſtoli, ex quibus Patres noui teſtamenti exordium habuerũt. Vnde omnes iſti dicuntur eſſe in circuitu ſedis Dei, quia cum Chriſto iudicabunt, eius iudicio conſentiendo per omnia, Matth. decimo nono, *Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes iudicantes.* Et ſic patet à principio huius viſionis, quòd hæc viſio, vel reuelatio commendatur, quoad Regem qui præſidet, quoad ſedem, in qua reſidet, quoad gregem qui conſidet.

Quinam ſunt viginti quatuor ſeniores.

Matth. 19

Vidi ergo *in circuitu ſedis Dei viginti quatuor ſedilia*, id eſt, duodecim tribus & duodecim Eccleſias per vniuerſum orbem diſperſas. *& ſuper thronos*, id eſt, ſuper dicta ſedilia, *viginti quatuor ſeniores ſedentes*, & viginti quatuor Patres veteris & noui teſtamenti, qui in mundo ſedebunt, ad iudicandum peccatores; contiguos ſedi Chriſti. Et quia iſti ſeniores non nudi, ſed donis & virtutibus veſtiti, quamdiu fuerunt in mundo, & nunc diuerſis præmiis induti in cœlo, ideo addit quòd vidit iſtos ſeniores, ſcilicet in mundo, *circumamictos albis veſtimentis*, id eſt, puritate vitæ, & redolentia bonæ famæ: *& in capitibus eorum co-*

Quid vestimenta alba in illis viginti quatuor senibus.

ronas aureas, id est, cogitationes mundas & pretiosas. Sicut aurum, quod est inter omnia metalla magis purùm, & amplius pretiosum: Vel vidit istos seniores, scilicet in cœlo, circumamictos stolis albis in gloria immortalitatis, quoad stolam corpoream. *Et in capitibus eorum coronas aureas*, quoad stolam animæ æternæ, remunerationis. Sicut enim aurum est splendore fulgidum, vigore solidum, valore optimum, ita Sancti habét in patria splendorem inoffuscabilem, vigorem insuperabilem, valorem inapretiabilem.

A

B

VERSVS 5.

Sequitur, *de throno procedunt fulgura, voces, & tonitrua.* Hîc ostendit quòd Ecclesia fuit ordinata in donis, & hoc primò: secundò quòd in Sacramétis, ibi, & conspicitur *sedes tanquam mare vitreum*: Item primò ostendit quomodo fuit ordinata, vel honorata donis miraculorum: secundò quòd in donis meritorum, ibi, *& septem lampades ardentes ante thronum.*

C

Dixi ergo, *& de throno*, Ita dixi suprà quòd vidi super thronos viginti quatuor seniores, id est, Patres vel Prælatos veteris & nouæ legis, & ita vidi Ecclesiam ordinatam in Prælatis & personis; vox etiam in donis, quia & vidi supple, *quod de throno*, id est, de Ecclesia militante, quæ est sedes & thronus Dei, *procedunt fulgura*, id est, multa miracula, quæ terrent & illuminant, sicut fulgura. Et nota quòd fulgur fœtet, vrit, scindit: sic Prælati Ecclesiæ ducunt facem, vt peccatum fœteat per confessionem, vrat per contritionem, scindat corda per compassionem. Sed modò Prælati Ecclesiæ claudunt corda hominum, & nón scindunt per medium, quia pauci volunt eis confiteri peccatum, quare est? certè, quia ostendunt eis malum exemplum.

D

Ecclesia thronus Dei.

Quemodo miracula dicuntur fulgura.

Ergo, *de throno*, id est, de sancta Ecclesia, vel de cœtu Prælatorum, procedunt fulgura, id est, multa miracula; *Et voces*, id est, admonitiones ad benè agèndum: *& tonitrua*, id est, comminationes ad malum relinquendum: & non solum hoc vidi, verum *& septem lampades ardentes ante thronum*, id est, septem dona Spiritus Sancti corda hominum inflammantia. Vidi ergo ante thronum, id est, ante Ecclesiam, vel animam fidelem, septem lampades, quæ sunt septem Spiritus Dei.

Septem dona Spiritus S. septem lampades ante throni Dei.

Et nota quòd triplex est thronus, diuini numinis, Christi hominis, B. virginis. Thronus diuini numinis, est dulcissimus in prospiciẽdo; thronus Christi hominis durissimus in iudicando; thronus beatæ Virginis dignissimus in contẽplando. Benignitas affectus reddit thronũ diuini numinis dulcissimum, iuxta id Prouerb. secundo. *Misericordia & veritas custodiunt regem, & roborabitur thronus eius clementia.* Seueritas actus reddit thronum Christi hominis durissimum, iuxta id Danielis septimo, *Donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit.* Fœlicitas aspectus reddit thronum Beatę virginis dignissimum, iuxta id infrà vigesimo primo: *Dixit qui sedebat in throno*, thronus Christi hominis est ęternaliter fixus virtute diuinitatis, ad Hebræos primo, *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, virga æquitatis, virga regni tui*: specialiter clarus splendore humanitatis, Psal. *Thronus eius sicut sol in conſ.* &c. singulariter summus honore dignitatis, Apo. *Raptus est filius ad Deum & ad thronum eius*; thro-

Triplex Dei thronus.

Prou. 2.

Daniel. 7.

Qualis thronus Christi. ad Hebr. 1

Psal. 88.

Qualis thronus B. Mariæ.

nus B. Mariæ virginis est mirus artificio, quod pertinet ad sanctitatẽ genitricis: 3. Reg. 1. *Ideo fecit rex Salomon thronum de ebore antiquo & vestiuit eum auro*; excelsus imperio, quod pertinet ad dignitatem Imperatricis: tertii Reg. 2. *Positus est thronus matri regis, quæ sedebat à dextris eius*; pius adiutorio, quod pertinet ad pietatem mediatricis, Ad Heb. quarto *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius.*

3. Reg. 2.

Hebr. 4.

Quanam sunt septem lampades lucentes ante thronum Dei.

Nota etiam, quòd septem lampades, quæ lucent ante thronum Diuinæ maiestatis, sunt hæ. Prima est rectæ intentionis; Matthæi decimo quinto; *Acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus*: secunda est purę dilectionis; Act. vigesimo, *Erãt lampades copiosæ in cœnaculo*: tertia sanctę operationis, Cantic. vltimo, *Lampades eius lampades ignis, atque flammarum*; quarta claræ conuersationis. Ezec. tertio; *Aspectus eius quasi aspectus lãpadarum*; quinta veræ prędicationis; Exo. vigesimo; *totus populus videbat lampades*: sexta altę contemplationis, Zachariæ quarto, *vidi candelabrum aureum & lampas super caput eius*; septima mirę consolationis; 1. Mach. sexto, *Refulsit sol in clypeos aureos & æreos, & resplenduerunt montes ab eis. Resplenduerunt sicut lampades ignis & destructa est pars exercitus regis.* Sequitur ergo, *Vidi ante thronum septem lampades, quæ sunt septem Spiritus Dei*:

Matth. 15.

Act. 20.

Cant. vlt.

Ezech. 3.

Exod. 20.

zach. 4.

1. Mac. 6.

A B C D

VERSVS 6.

Sequitur, *& in conspectu sedis tanquã mare vitreũ simile crystallo.* Hîc ostendit quomodo Ecclesia ordinata est in Sacramentis, & primò quomodo fuit ordinata in collatione Sacramentorum: secundo quomodo in officio prædicatorum, ibi, *Et in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis.* Tertio quomodo fuit ordinata in beneficio laudis, per recognitionem beneficiorum, ibi, *Et requiem non habebant die ac nocte dicentia, sanctus, sanctus, sanctus.* Quartò ostendit quòd à Deo solo habet Ecclesia hæc omnia, & quòd ei retinebuntur viginti quatuor seniores ante sedentem in throno:

Dicit ergo, *& in circuitu sedis*, id est, in facie Ecclesiæ militantis, in qua Deus sedet & quiescit, *tanquam mare vitreum*, id est, Baptismus. Per mare Baptismus designatur secundum Glossam, quia sicut in mari fuit extinctus exercitus Ægyptiorum, sic in Baptismo extinguitur exercitus peccatorum, quod inquam, dicitur *vitreum* propter pulchritudinem virtutum, quæ conferuntur in Baptismo, & istud mare, *simile est crystallo*, propter characteris impressionem. Sicut enim enim crystallus ab aqua fit, & non potest resolui, sic character in Baptismo confertur, & tamen in Baptismo etiam in damnatis non delebitur. Vel per *mare*, Baptismi sacramentum, per *vitreum* character impressus, per *crystallum* alia sacramenta designantur: quia alia sacramenta sunt, vel ad gratiam conseruandam, vel augmentandam; Sacramentum vero Baptismi ad gratiam dandam. Eucharistia, Confirmatio, Ordo, sunt ad gratię augmentum: Matrimonium vero, Pœnitentia, & Vnctio extrema ad conseruationem gratiæ, ne perdatur. Vel per mare, sicut dictum est, Sacramentum Baptismi, per vitreum lucidum, claritas fidei, per crystallum qui est durus, firmitas spei, & constantia Sanctorum designatur.

Cur baptismus mari designatur.

Cur baptismus mare vitreũ.

Quod discrimen inter sacramenta respectu gratiæ.

Pœnitentia mare est & quare causa ei assimilatur.

Vel mare potest dici Pœnitentia, quia sicut mare lauat manus & totum corpus; ita in Penitentia debēt lauari manus ab omni crimine, cor à prauis cogitationibus, oculi à concupiscentia &c. Item sicut mare prouocat ad vomitum cibationis, vel cibati, sic Pœnitentia ad vomitum peccatorum per confessionē. Et sicut post vomitum refrigeratur homo, sic post pœnitentiam anima quietatur. Item sicut mare expellit mortuum, sic Pœnitentia peccatum: & sicut mare mundificat turpia, sic Pœnitentia omnia crimina nostra: & sicut per mare peruenitur ad portum, sic per Pœnitentiam ad regnum. Vnde Hier. [Pœnitētia cor emundat, sensus illuminat, animam sanctificat, ad susceptionem Christi præparat. Pœnitentia est salus animarum, dissipatrix vitiorum, comparatrix virtutum, expugnatrix dæmonum, quid plura dicam? aperit portas Paradisi, & claudit os inferni.]

Sequitur, *& in medio sedis, & in circuitu eius quatuor animalia plena oculis.* Hîc ostenditur ordinatio Ecclesiæ in officio prædicationis. Ita dixi, quòd vidi in circuitu sedis tanquam mare vitreum, id est, Baptismum, & non solum hoc, verum etiam vidi, supple *in medio sedis*, id est in medio Ecclesiæ militantis, cuius medium est Christus, *& in circuitu sedis*, id est eiusdem Ecclesiæ, *quatuor animalia*, id est, quatuor Euangelia, quæ fuerunt super Christum fundata, vel quatuor Euangelistas.

Christus in medio.

Et nota quòd Christus est in medio Prælatorum, in medio contemplatiuorum, in medio Euangelistarum, in medio iustorum, in medio beatorum: nam Sancti accipiunt influentiam à Christo, sicut extrema à medio. Omnis enim virtus consistit in medio, quia omnis virtus est ab ipso. In isto medio quatuor Euangelistæ, nam doctrinas suas ab ipso traxerunt. Hæc etiam animalia *sunt in circuitu sedis*, id est Ecclesiæ militantis, quia vniuersa Ecclesia doctrinâ istorum quatuor Euangelistarum regitur & gubernatur & munitur. Vel muri militantis Ecclesiæ sunt quatuor Euangelistæ.

Christus in medio iustorum & beatorum.

Sed si in medio sedis erant animalia, quomodo in circuitu? solutio secundum Glossam. Sedes planiciem quandam habebat, & super planiciem erant animalia quasi doctores præsidentes, & in circuitu quasi excubiæ custodientes: & hæc animalia *erant plena oculis ante & retro*: quia quatuor Euangelistæ habuerunt cognitionem de his quę Deus fecit in principio, & de his quę facturus est in fine: benè dicitur *retro*, propter memoriam præteritorum, *ante*, propter prouidentiam futurorum: nam oculus est ad discernendum, & præcauendum: & ideo ait Seneca, [Sapientia habet tres partes, intelligentiam præsentium, considerationem futurorum, & recordationem præteritorum. Vel *ante & retro*, quia habuerunt cognitionem diuinitatis & humanitatis, virtutum & vitiorum, electorum & reproborum, gaudiorum & tormentorum. Vnde alterum istorum habebant *ante*, alterum *retro*. Vel *ante* quia habuerunt cognitionem legis scriptæ, *retro*, quia habuerunt cognitionem legis gratiæ; nam ante fuit lex vetus quàm noua.

Quatuor animalia quatuor Euāgelistæ & qua de causa.

Euangelista muri militantis Ecclesiæ.

Sapientia tribus partibus constans.

VERSVS. 7.

Et animal primum simile leoni, &

secundum animal simile est vitulo, & tertium animal habens faciem hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. Sic in istis animalibus quatuor Euangelistarum describit similitudines & formas. Ita dixi; quia in medio, & in circuitu sedis, vidi quatuor animalia, id est, quatuor Euangelistas, & vidi scilicet quòd animal primum simile erat leoni. Et nota quòd aliter hîc Ioannes ordinat Euangelistas, aliter ordinantur Ezechiel. 1. B Ezechiel enim primò hominem, id est, Matthęum posuit, cuius initium fuit, *Liber generationis*: post leonem, id est, Marcũ, qui à clamore incipit dicẽs, *Factum est verbum Domini super Ioannem in deserto; Ego vox clamantis in deserto.* Posteà vitulum, id est Lucam, quia à sacerdotio inchoauit dicens; *In diebus Herodis Regis fuit sacerdos quidam.* Postea aquilam, id est, Ioannem, qui alta appetendo sic intonuit: *In principio erat Verbum.* Et hic est ordo secundum historiam: Christus natus est vt homo, post terribiliter prędicauit vt leo, post in passione immolatus est vt vitulus, ad vltimum ascendendo in cœlum, volauit vt Aquila. Et quia Ezechiel vidit hæc vt futura, & Christus erat futurus homo in carne, post leo in prædicatione, post vitulus in passione, vltimo aquila in Ascensione: ideo primo posuit hominem, deinde leonem, deinde vitulum & vltimo Aquilam. Sed quia Ioannes iam ista facta viderat, ideo vt populus citius ad fidem veniret, non hominem, non Aquilam, non taurum, sed leonem primo posuit, vt populus primò habita fide de fortitudine leonis, id est, Christi resurrectione, deinde per fidem resurrectionis ad taurum, id est, ad fidem passionis, post ad hominem, id est, ad fidẽ incarnationis veniret.

Christus quomodo quatuor animalibus assimilatur.

Cur diuersus ordo horum animalium in Ezechiele ac in Ioanne.

Moraliter quatuor animalia plena oculisante & retro, sunt Prælati, vel homines alii per quatuor mundi partes dispersi, qui debent habere ante oculos, vt videant futura, & qualiter parati sunt venire ad iudicium: retro, vt videant præterita, scilicet vnde venerunt, de qua materia creati fuerunt; à dextris, vt videant quàm fallax sit huius mundi vanitas; à sinistris, vt videant quàm cito transitura sit mundi aduersitas; suprà vt videant cœlestia gaudia amœna; infrà, vt videant inferni supplicia tam acerba: propter quod dicit Hugo. [Omni custodia serua cor tuum & respice ad teipsum: respice inferiùs, vbi pugnat carnis concupiscentia; superiùs, vbi imminet Dei iudicis sententia; retro, vbi peccati delectatio mortifera: ante, vbi tentatio hostis continua; à sinistris, vbi fratrum malorum inquietudo iniqua; à dextris, vbi intolerabilis pugna. Ergo sis plenus oculis, vt hoc vitare possis]

Prælatus animal mistícum & qua de causa.

Item nota, quod quilibet vir bonus dicitur bos, propter laborem sanctę actionis; leo propter fortitudinem tolerationis; homo propter mansuetudinem conuersationis; aquila propter altitudinem contemplationis. Item, prædicator dicitur leo, bos, homo, Aquila; Leo propter rugitum comminationis; bos propter mugitum compassionis; homo propter effectum consolationis; aquila propter aspectum speculationis. Nota quod prędicatores designantur: per quatuor fabros, de quibus habet Amos 10. per quatuor quadrigas, de quibus Zachar. 6. per quatuor

Applicatio quatuor horum curruum iustis, prædicatoribus.

Quales debent esse contemplatores.

columnas de quibus Exo. 26. per quatuor vectes, de quibus Exo. 26. Nam prædicatores debent esse fabri malleantes, comminando supplicia; quadrigæ transeuntes, promittendo cœlestia; columnæ sustentantes, ostendendo bona exempla: vectes eleuantes, præbendo auxilia: designantur autem per ista quatuor animalia, sicut dictum est.

Ioannes tur aquila designatur.

Quartum animal simile Aquilæ volanti; Vnde bene istud potest conuenienter seruari ad honorem beati Ioannis Euangelistæ: vbi commendatur quantum ad plenitudinem perfectionis, ad celsitudinem contemplationis, ad promptitudinem prædicationis: habuit enim perfectionem Apostolicam, quod probat ornatus; habuit contemplationem anagogicam, quod aquilaris animalis aspectus, ibi, *simile Aquilæ*: habuit prædicationem Euangelicam, quod probat regularis volatus in *volanti*.

Quatuor plenitudinem perfectionis declarant.

Circa primum; Sciendum quòd plenitudinem perfectionis declarant quatuor: quia in istis animalibus quatuor reperiuntur, scilicet oculorum aspectus, quia oculis plena erant, quantum ad circumspectionem indeceptibilem: specierum vultus, quia quatuor facies prætendebant; quantum ad conuersationem irreprehensibilem; Alarum ornatus, quia alas senas deferunt, quantum ad operationem immobilem: Laudum concentus, quia requiem non habebant, quantum ad deuotionem infatigabilem. Decimo quarto Apocal. Animalia alas senas habebant, & ad hoc facit, quod etiam dicitur hîc, primum al. 2. al. 3. al. 4. al.

Circa secundum vbi B. Ioan. commendatur à celsitudine contẽplationis, cum dicitur, *simile aquilæ*. Sciendum quòd in eius contemplatione fuit ascensus eleuationis sublimis, aspectus intuitionis claræ, accessus admirationis profundæ, iubilus liquefactionis iucundæ. De his tribus Ieremiæ 49. *Ecce quasi aquila ascendit, & auolauit, & expandit alas suas super Bosram.* Ieremi. 49

Ioannis enconia.

Circa tertium, vbi commendatur à promptitudine prædicationis, cum dicitur *volanti*, sciendum quod ipse fuit prædicator promptus ad executionem, contra pigritiam; Psal. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?* altus per meditationem, contra ignauiam, *ascendit super Cherubim & volauit*; cautus per moderationem contra arrogantiam Apo. 8. *Audiui vocem aquilæ*; clarus ad eruditionem contra ignorantiam, Isaiæ, *qui sunt hi qui vt nubes volant?* Psalm. 54 Isai. 60.

Leone Marcus denotatur qua de causa. Lucas vitulus.

Dicit ergo, *primum animal simile Leoni*, per quod intelligitur Marcus, quoniam quasi leo rugiens à clamore suum Euangelium incepit, dicens, *vox clamantis in deserto*: secundum animal simile vitulo, per quod Lucas intelligitur, quia sacrificio, quod maximè fit de vitulo suum euangelium inchoauit, dicens: *Fuit in diebus Herodis regis sacerdos*: tertium animal simile homini per quod intelligitur Matthæus, qui humanitatem Christi hominis pleniùs describit dicens, *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid*; quartum animal simile aquilæ volanti, per quod intelligitur Ioannes, qui altè volando, sic intonuit: *In principio erat verbum & verbum erat apud Deum.*

Matthæus homine, & Ioannes aquilâ.

Sequitur, *& quatuor animalia singula habebant alas senas; & in circuitu & intus plena sunt oculis*, vbi

postquam ostendit species singulorum animalium, id est, Euangelistarum, vel prædicatorum, hìc ostédit habitus, vel ornatus eorũ, quorum primus est ad volandum, secundus ad videndum, ibi, *& in circuitu eius & intus plena sunt oculis.*

VERSVS 8.

Dicit ergò, *& quatuor animalia singula eorum habebant alas senas.* Bene dixi, quia primum animal simile Leoni, & ideo non solum hoc vidi, verum & vidi quòd quatuor animalia, Euangelia prædicantes, singula habebant alas senas: quasi diceret, bene instructi sunt ad prædicandum, quia alas sex habebant, vt prima ala sit lex naturæ, secunda Mosaïca, tertia lex Prophetica, quarta lex Euangelica, quinta doctrina Apostolica, sexta expositio doctorum Apostolicorum. Vnde istis sex alis volant prædicatores rectè & non retrorsum, vel sinistrorsum. Vel sex alæ, quibus prædicatores & vniuersi fideles volant, vel volare debent, sunt sex opera misericordiæ, Matth. vigesimo secundo, vnde versus.

Cur alis senis constant hæc animalia mystica.

Consule, largire, castiga, solare, remitte,
Ora.

Vel sex alæ, quibus debent volare prædicatores, vel alij fideles, sunt hæ: prima deuota oratio, secunda gratiarum actio, tertia iniuriarum remissio, quarta eleemosynarum largitio, quinta perfecta actio, sexta recta intentio. His alis debet quilibet volare, si vult ad cœlos ascendere.

Qualibus alis debent volare prædicatores & alii iusti.

Igitur hæc animalia habebant alas senas: *& in circuitu & intus plena sunt oculis.* Intus, quia prædicatores debent habere notitiam sacræ scripturæ, & hoc exterioris historiæ, & interioris intelligentiæ: vt per historiam simplices, per interiorem intelligentiam perfectos, & subtiles instruere possint:

Cur prælati cæteris & in cæteris & intus debent labore oculari.

Sequitur, *Et requiem non habebant die ac nocte dicentia, sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens.* Hìc ostendit quomodo Ecclesia est ordinata in officio laudis, pro recognitione diuinòrum beneficiorum: & primò ostenditur laudis concentus, secundò Deo debitus cultus, ibi, *procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno.* Ita dixi, quia Ecclesia est ordinata quoad officium diuinæ prædicationis, quia quatuor animalia habebant senas alas: & non solum quoad hoc, verum etiam quoad officium laudis. Nam supple, vidi quòd prædicta quatuor animalia, Euangelistæ ecclesiæ per quatuor mundi partes dispersi, *requiem non habebant*, id est, à laudibus Dei non cessabant. Non enim pro hoc quod dicitur, *requiem non habebant*, requies excluditur; otium vitare designatur, & laudis continuatio ostenditur, hoc enim est summè quiescere, à laudibus Dei numquam cessare; &, ideo additur *die ac nocte*, id est, continuò in prosperitate & aduersitate Deum laudant, & à laude Dei numquam cessant. Vnde in Psalm. *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Nota quòd laus Dei debet esse directa intentione, distincta expressione, deuota adoratione, perfecta continuatione; vnde hæc præciosa lingua est, quæ non nouit nisi de diuinis rebus construere verba: & os sanctum, vnde verba cœlestia proferuntur: propter quod dicit iste.

In officio laudis & Dei ordinatissima ecclesia.

Hic summe quiescit qui à Dei laudibus numquã cessat.

Proclamans

Proclamans ore, sis feruens cordis amore,
Ad dominum pulsa, fiet tibi nulla repulsa.

Generalis debet esse laus diuina.

Hæc igitur animalia requiem non habebant die ac nocte, sed semper ipsum laudabant, dicentia, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui est, & qui erat, & qui venturus est*; dicentia corde per fidem, opere per satisfactionem, & ore per confessionem: hæc enim est instructio Christiana, Rom. decimo, *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Dicentia, inquam *Sanctus*, scilicet Pater, *sanctus*, scilicet Filius, *sanctus*, scilicet Spiritus sanctus. Vnde per triplex *Sanctus* significatur laus totius Trinitatis. Per hoc quod additur *Dominus Deus omnipotens*, significatur laus essentiæ vnitatis: vel per hoc quod dicit ter *Sanctus*, intelligitur quòd Deus est laudandus, qui est in personis trinus: per hoc quòd dicit, *Dominus Deus Omnipotens*, intelligitur quòd est laudandus Deus, qui est in essentia vnus. Et nota quòd *Sanctus*, idem est quod *Agios*, id est, sine terra, quæ inter omnia elementa est inferior, obscurior, & aridior, vnde vocatur Gen. primo, *Arida.*

Quænam instructio Christiana. Roman. 1.

Cur hæc animalia intonant ter sanctus. Sanctus

Sanctus idem quo sine terra.

Sanctus igitur Pater, quia sine inferioritate potentiæ, vnde appropriatur Patri, ne credatur impotens propter antiquitatem; *Sanctus* Filius, quia sine obscuritate ignorātiæ, propter sapiētiam, quæ appropriatur Filio, ne credatur insipiens & ignorans, propter iuuentutem. *Sanctus* Spiritus, scilicet quia sine ariditate malitiæ, propter clementiam, quæ appropriatur Sancto spiritui, ne credatur crudelis, quia spiritus videtur sonare in malitiam.

Sanctus ergo pater, *Sanctus* Filius, *Sanctus* Spiritus sanctus. Sed vterque dicitur *Dominus*, omnibus præsidendo; Deus, omnia subiiciendo; *omnipotens*, creando omnia. *Dominus* igitur, cuius certa prouidentia, cuius plena sufficientia, cuius summa reuerentia; *Deus*, qui est incommunicabilis vnitate, imprincipiabilis primitate, inæquiparabilis summitate: *Omnipotēs*, cuius omnipotentiam non æquat vniuersitas operum, non arctat vnitas temporum, non euacuat vniuersalitas præmiorum: *qui erat*, ante omnia per essentiam; *qui est* in omnibus per præsentiam; qui *venturus est* ad iudicium per potentiam. Vel *qui erat* sine inchoatione, *qui est* sine mutatione, *qui venturus est* cum retributione.

Omnipotentia Trinitatis describitur.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens. Thema est ad prædicandum de Trinitate. In his verbis exprimitur primò Trinitas personalis; secundò vnitas essentialis: vel primò pluralitas relationis hypostaticæ in Sancto triplici, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; secundò identitas communicationis substantię in expressione omnipotentis Dei, *Dominus Deus Omnipotens.*

Thema pro concione sanctæ Trinitatis.

Circa primum Sanctus, quod ad Patrem pertinet, Sciendum quòd ad ipsum pertinet fontalis innascibilitas, vniuersalis fœcunditas, principalis authoritas. Ad sanctitatem Filii, natiuitas emanationis, exemplaritas dispositionis, liberalitas spirationis; Ad Spiritum Sanctum pertinet processio liberalis, connexio socialis, donatio principalis. De his omnibus habetur. Isai. sexto *Sanctus, Sanctus, Sanctus.*

Quænam propria patris sint & spiritus S.

Isai. 6.

Circa secundum, vbi exprimitur vnitas essentialis, cùm dicitur *De-*

ciderunt coram agno: septimo congratulatio Angelorum, ibi, *Et audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni*: octauò aspectus Sanctorum se confortantium, de laude Angelorum pro ipsa redemptione, ibi, *Et quatuor animalia dicebant, Amen.* Et ita octo partes continet istud caput, in quo determinantur de redemptione humana, quæ facienda erat per Filium Dei.

Dicit ergo, *Et vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scriptum intus & foris*, &c. Suprà in quarto, cap. dixerat, *post hæc vidi*, hîc *video & vidi*. *Et* copulatiua coniunctio est, in qua significatur quòd hęc visio est vna cum præcedente, & illi coniungitur, sicut pars toti: pòst, signat ordinem, per quod signatur quòd ista visio alia erat à præcedenti. Dicit ergo, *Et vidi*; Continua; Suprà dixi, quòd ego Ioannes vidi ordinationem Ecclesiæ militantis, in Prælatis, in personis, in donis, in Sacramentis, in officiis, & non solum: verum etiam, & in eadem, supple visione, vidi dispositionem humanæ redemptionis, quia & vidi in dextera sedentis,

Cur sedens pater dicitur, cuius filius dextera patris.

In dextera, id est, in Filio, qui est Dei Patris dextera, & fortitudo, per quã fecit, & in esse perduxit omnia. Patris sedentis super thronum, id est, gloriæ cœlestis, in cuius dextera eius Filius sedet. Vnde hîc sedens dicitur Pater, quia omnibus præsidet, Filius eius dextera, quia per ipsum tanquam brachium dextrum, omnia operatur. Hæc autem dextera est prostratorum erectiua, gratiam infundendo; erectorum directiua, sapientiam tribuendo; directorum deductiua, viam ostendendo; deductorum lætificatiua, gloriam conferendo. Psal. *Dextera*

Psal. 117.

A *Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem.*

In ista ergo dextera, scilicet Filio, *vidi* scilicet oculo mentis, non oculis carnis, *librum* id est dispositionem diuinam de redemptione humani generis, per ipsum Filium Dei factam: librum, dico *scriptum intus*, id est, latenter, scilicet in veteri testamento, in quo erat in figuris abscondita redemptio nostra:

Quis liber scriptus intus & foris.

B *& foris*, id est euidenter, scilicet in nouo, in quo fuit aperta, & opere completa. Vel *scriptum intûs*, ne manifesta veritas contemneretur, *foris*, ne agnita veritas penitus dimitteretur: *librũ* dico *signatum septem sigillis*, id est, clausum in veteri testamento obscuritatibus multis. Nam redemptió generis humani celabatur in veteri testamento, pluribus ænigmatibus & figuris, quæ

C dicuntur septem sigilla, per septem status Ecclesiæ designata. Vel numerus sigillorum per septenarium numerum designatur, quia omne tempus septenario dierum numero comprehenditur. Vel humanæ redemptionis septem sigilla sunt septem Sacramenta in veteri lege signata, & ab Apostolis pronunciata.

Septenarius redemptionis humanæ sigilla sunt septem sacramenta.

Primum sigillum huius libri, sci-

D licet dispositionis redemptionis generis humani, est conceptio, quod fuit signatũ in conceptione ipsius Isaac, qui virtute diuina fuit conceptus, sic & Christus: Genes. vigesimo primo: secundum sigillum fuit natiuitas, quod etiam fuit signatum in virga Aaron fructificante, Numeri decimo sexto; & de vtroque prophetauit Isaias nono. *Ecce virgo concipiet*: tertium sigillum, est passio, quod fuit significatum in

Septem sigilla Christi quænam.

Isai. 9.

morte Abel; Gen. & in immolatione agni, Exo. nono; & prophetat Isai. *Tanquam ouis ad occisionem ductus est*: quartum sigillum est descensus ad inferos, quod fuit figuratum in Samsone portante portas Gazæ, Iudicum decimo sexto; & prophetat Zachar. nono, *Tu autem in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu, in quo non est aqua*: quartum sigillum est resurrectio, & fuit figuratũ in filio mulieris Saraptenæ, quem Helias suscitauit, tertii Reg. decimo septimo; & prophetat Oseas sexto, *Viuificabit nos post duos dies, & in tertio suscitabit nos*: sextum sigillum est Ascensio, quod fuit figuratum in translatione Enoch. Genes. sexto, & in raptu Heliæ: & prophetat Isaias quadragesimo tertio, *Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra?* & Micheæ; *Ascendit ante eos iter pandens*: septimum sigillum, est aduentus ad iudicium, quod figuratum fuit in benedictione Noe; Gen. nono, vbi dicitur, quòd Noë aliquos benedixit, aliquos maledixit; sic Christus veniens ad iudicium, aliquos benedicet dicens; *Venite benedicti, percipite regnum, quod paratũ &c.* aliquos maledicet dicens, *Ite maledicti in ignem aternum*, & Prophetat Isaias vigesimo secundo, *Dominus ad iudicium veniet, cum senioribus populi.*

Isai. 9. Zachar. 9. Osee. 6. Isai. 43. Mich. 3. Mat. 26. Isai. 22.

His igitur sigillis septem signatus fuit liber veteris legis, & humanæ redemptionis, dum ipse Christus aperuit, & omnia ista compleuit: vnde iste est *qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit*, octauo capi. Et nota quòd Sancti patres desiderabant hanc apertionem, quæ fuit per aduentum Christi ex septem rationibus. Prima est, vt Deo reconciliarentur, & amissam familiaritatem consequerentur; Cant. quarto, *Quis det mihi te fratrem meum sugentem vbera*; &c. secunda est vt legis austeritas tolleretur, & lex gratiæ daretur. Actuum vndecimo, *Onus quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus*: tertia vt scripturæ priùs clausæ, & sigillatæ aperirentur, & complerentur; isto cap. *Vidi Angelum fortem clamantem, voce magna, quis est dignus?* quarta vt à captiuitate de limbo liberarentur: Zach. nono, *Tu autem in sanguine testamenti eduxisti vinctos*: quinta vt opprobrium Diaboli tolleretur. Psal. *Auser à me opprobrium & contemptum*: sexta vt humana natura exaltaretur, Psal. *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate*, &c. septima vt regnum perditum restauraretur. Matthæ. vigesimo septimo, *Amen dico vobis, hodie mecum eris in paradiso*. Vel in breuibus verbis includuntur rationes septem, quare sancti patres desiderabant apertionem libri: prima angelica reparatio, secunda humana redemptio, tertia Dei reconciliatio, quarta ianuæ apertio, quinta limbi expoliatîo, sexta regni restitutio, septima capitis exaltatio. Et his septem rationibus respondent septem Antiphonæ, quæ cantantur in aduentu ante Natiuitatem Domini OOO, vnde huius desiderii vehementiam recolit Ecclesia, plangendo in prædictis Antiphonis, & in qualibet tangitur vna conditio de prædictis.

Cant. 4. Act. 11. Zach. 9. Psal. 118. Psal. 72. Mat. 27.

Propter septem rationes desiderauerunt sancti patres primũ Christi aduentum.

Ergo, *vidi librum scriptum signatum sigillis septem*: & nota quod iste liber potest dici Diuina dispositio, Christi conuersatio, Virgo beata, Scriptura sacrà.

Primò dico quòd iste liber signatus, potest dici dispositio Di-

rabant viuentem in sæcula sæculorum, id est, honorem soli Deo debitum ei attribuebant, pro beneficijs ab eo collatis, licèt esset homo: Vnde Psal. *Venite adoremus & procidamus ante Deum.* & non solum ipsum adorabant, verum *& mittebant coronas suas ante thronum*, id est mittebant coronas tribulationum, tentationum, angustiarum, persecutionum, quæ habent hominé coronare, ei attribuebant, dicentes.

Psal.94.

Tribulationes iustos coronant.

VERSVS 11.

Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Dignus es, inquam, *Domine* mala præuidens, *Deus* bona faciens, *noster*, & tua nobis tribuens, *accipere*, scilicet ab omnibus creatis, *gloriam* cordis, *honorem* corporis, vel laudis, *virtutem* scilicet operis: & subdit causam, quarè, *quia tu creasti omnia.* Et ideo omnia bona tibi sunt attribuenda, & ad te referenda.

Et ne credatur quòd ex necessitate, vel ex improuiso creasset omnia, sicut dixerunt quidam Philosophi mundum esse factum necessariò, ideo dicit, *& propter voluntatem tuam erant*, scilicet in tua arte, & sapientia, sicut domus in mente artificis antequam fiat, *& per voluntatem tuam creata sunt*, non necessitate; sed sicut ab æterno in mente eius disposita fuerunt, & post in esse prodierunt. Ostendit ergo per ista duo vocabula, quòd per voluntatem creata sunt, quòd non ex necessitate creata sunt, & æterna non fuerunt, sed suâ summâ bonitate omnia ex nihilo creauit, & ad esse perduxit, & ideo *dignus est accipere* ab omni creatura *gloriam, honorem, & virtutem.* Hæc & his similia illi soli debent attribui secundum Apostolum; *Regi sæculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

Mundus non necessitate, sed liberè à Deo creatus.

SYNOPSIS CAPITIS QVINTI.

IOannes videt librum in dextera Dei scriptum intus & foris, quem nullus ex viuentibus in terra, vel in cœlo aperire potuit: illum tamen Agnus qui occisus est, aperuit, eiusque septem soluit signacula, cuius rei gratiâ à quatuor animalibus, & à viginti quatuor senioribus, & à reliquo cœtu, amplissimis verbis collaudatur, & præconiis extollitur.

CAPVT QVINTVM.

1. ET vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. 2. Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? 3. Et nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, ne-

Isai. 29. uina, Isaiæ vigesi nono, *Erit vobis visio omnium, sicut visio libri signati.* Dextera, in qua est liber iste, est
Psal. 15 æternitas immensa, Psal. *Delectationes in dextera tua vsque in finem.* Iste Liber est scriptus *intus*, id est, exemplari dispositione, *foris* manifesta reuelatione.

Iste Liber signatus est septem sigillis
- Primum, est pelagus essentiæ,
- Secundum, abyssus omnipotentiæ,
- Tertium, profundum misericordiæ,
- Quartum, intelligentia infinitorum,
- Quintum, præscientia futurorum,
- Sextum, differentia ordinatorum,
- Septimum, dispositio faciendorum.

Liber etiam iste potest dici Christi conuersatio, Psal. *In libro tuo omnes scribentur.* Dextera, in qua iste liber est, est Dei gratia. Psal. *Dextera domini exaltauit me*, id est gratia Dei. Iste Liber scriptus intus, est sapientia increata, foris sapientia creata. Iste liber signatus est septem sigillis: primum, est paupertas altissima, secundum, est humilitas infima, tertium, est sinceritas pura, quartum, est mititas summa, quintum, virginitas vera, sextum, pœnalitas acerbissima, septimum, infirmitas constantissima.

Psal. 138. *Hoc libro Christi conuersatio designatur.*
Psal. 117.
Quæ sigilla conuersationis Christi D.

Liber etiam iste signatus, potest dici Virgo beata, Matth. decimo. *Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham.* Dextera, in qua est liber iste, est amplexus filialis, Cant. secundo; *Dextera illius amplexabitur me: scriptus intus* sanctitate pura, *foris* honestate mira. Liber etiam iste est signatus septem sigillis, quæ sunt septem figuræ, quæ sequuntur.

Matth. 1. *Hic liber potest etiã de virgine sanctissima intelligi.*
Cant. 2.

Prima, est arcus fœderis, de quo Genes. sexto
Secunda, est arca fœderis, de qua Iudicum vigesimo,
Tertia, virga germinis, de qua Numeri vigesimo septimo,
Quarta, Rubus visionis, de qua Exo. vigesimo,
Quinta, vellus Gedeonis, de qua Iud. sexto,
Sexta, thronus Salomonis, de quo secundi Paralipom. sexto,
Septima, horologium solis, de quo quarti Reg. septimo,

His omnibus sigillis beata Virgo signatur, & omnibus istis figuris figuratur:

Scriptura sacra liber hic denotatur.

Liber etiam iste signatus potest dici Scriptura sacra Exo. vndecimo. *Missa est ad me manus, in qua erat liber inuolutus.* Dextera, in qua est liber
Deut. 34. iste, est veritas reuelationis; Deutero. trigesimo quarto, *In dextera eius ignea lex.* Iste liber est signatus septem sigillis, quæ sunt septem modi exponendi sacram Scripturam. Primus est historicus, secundus allegoricus, tertius tropologicus, quartus anagogicus, quintus symbolicus, sextus synecdochicus, septimus hyperbolicus, id est, excessiuus, sicut cùm dicitur quòd *locusta cooperuit omnem faciem terræ.*

Septem modis scriptura potest explicari.

VERSVS. 2.

Sequitur, *Et vidi Angelum for-*

tem clamantem voce magna, quis est dignus aperire librum? hîc verò ostenditur desiderium antiquorum, de ipsius redemptionis adimpletione. Ita dixi, supple quòd vidi in dextra sedentis, id est, in Filio, qui est dextra Dei Patris sedentis in throno gloriæ, librum signatum, id est, dispositionem redemptionis generis humani, quæ facienda erat per Filium Dei: quæ figurarum inquam redemptio. Vel liber signatus, erat signatus sigillis veteris Testamenti. Et non solum vidi dispositionem huius libri, scilicet redemptionis generis humani, verum etiam desiderium antiquorum patrum de huiusmodi redemptione, quia *& vidi Angelum*, id est, Moysen: quicumque iustus dicitur Angelus, propter vitæ puritatem, & spiritualem concordiam, & fidei veritatem, *fortem*, propter expectationis longanimitatem, & tribulationum aduersitatem; prædicantem, vel *clamantem*, id est, inquirentem, & aliis annunciantem; *Voce magna*, id est, magno studio, & desiderio aduentus Christi, & redemptionis generis humani. Matth. decimo *Multi reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.* Vnde cùm ante aduentum Christi per peccatum primi parentis genus humanum esset similiter subiugatum, à diuino consortio separatum, in huius eremi exilio exulatum, multiplici labori deputatum, à quibus eripi non poterat, absque Filio Dei humanisato, idcirco Isaias cum ingenti desiderio exclamabat, & istum glorioſum aduentum ardenti animo postulabat cùm dicebat, *Vtinam disrumperes cælos, & descenderes*, et Dauid propheta eximius, *Domine inclina cælos tuos & descende*; & omnes etiam alii prophetæ istum aduentum fortiter prædicabant, & voce magna postulabant;

Ideo ego Ioann. *vidi istum Angelum voce magna prædicantem & clamantem, quis est dignus aperire librum?* id est litteram, & figuram veteris Testamenti, *& soluere*, id est, exponere & complere, *signacula eius*, id est, mysteria de redemptione generis humani, ibi signata, & figurata; quasi diceret, quis est dignus opere, complere quæ sunt scripta in lege, de humani generis redemptione. quis est dignus, *aperire librum?* id est diuinam dispositionem adimplere, clausa mysteria sub ænigmatibus manifestare; *& soluere signacula eius*, id est obscuritates legis de huiusmodi redemptione explanare, Sed videtur ordo præposterus, quia prius est soluere sigilla, quàm librum aperire: Solutio; Apertio libri refertur ad Christum, solutio sigillorum ad prædicationem Apostolorum, ibi, *quis est ergo dignus*, &c.

Quicumque iustus potest dici Angelus.

Desiderium ardentissimum veterum Patrum de Christi aduentu.

Matth. 10

Isai. 64.

Psal. 143.

VERSVS. 3.

Et nemo poterat in cælo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, nec respicere illum. Nemo poterat, id est, nulla creatura, *neque in cælo*, id est, neque Angelus; *neque in terra*, id est, neque purus homo, *nec subtus terram*, id est, nec spiritus à corpore terreno egressus; *aperire librum*, id est, dispositionem de redemptione generis humani implere: vel humanum genus redimere. Apertio enim libri est reparatio generis humani, quæ à nullo poterat fieri, nisi à Filio Dei: *neque respicere illum*, id est, perfectè intelligere libri apertionem, id est, mo-

Nullus præter Christum potuit redimere genus humanum.

tum

tum reparatoris, vnde reparatio posset procedere. Vnde si antiqui cognouèrunt passionem, resurrectionem, & ascensionem, modum tamen nostræ redemptionis nunquam plene scire potuerunt. Cùm beata Maria de modo dubitans dixit, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* &c. Lucæ primo.

Luc. 1.

Nemo ergo *poterat in cœlo*, ex gustu contemplationis, *in terra*, ex fructu operationis, *subtus terram*, ex luctu transgressionis, *aperire librum*, id est, habere cognitionem de reparatione generis humani.

Terra anima peccatrix.

Et nota, quòd terra potest dici anima peccatrix, quia pondere depressa sceleris, nequitia incuruata, frigore compressa, hostis potentia alligata. Et hæc terra non valet *aperire librum* vitæ, nec beneficium redemptionis humanæ accipere, sed meretur inferni baratrum introire.

VERSVS 4.

Et quia nemo poterat aperire librum, ideo *ego* Ioannes *flebam multum, quia nemo dignus est inuentus aperire librum, nec videre.* Hæc est tertia pars, vbi ostenditur afflictio antiquorum Patrum de dilatione redemptionis humani generis. Et *ego flebam*, id est, dolebam, *quia nemo dignus est inuentus aperire librum*, id est, redimere genus humanum, quia omnes erant inquinati, Psal. *Non est qui faciat bonum. Nec videre*, id est, perfecte intelligere modum. Et nota quòd meritò Sancti Patres redemptionem humani generis expectantes flere poterant, & dolere, quia per peccatum primi parentis erat genus humanum à diuino consortio separatum, dono gratuito spoliatum, in obscuro baratro mancipatum, in bonis naturalibus deprauatum, malignis spiritibus subiugatum, diuersis pœnalitatibus cruciatum: à quibus eripi non poterant absque Dei Filio humanato: & ideo de dilatione huius beneficij multum flebant, & ipsum ardenti desiderio postulabant. *Et* ideo *ego* Ioan. in persona istorum Patrum de tanta dilatione, *multum flebam.*

Psal. 13.

Dilect. S. patres de dilatione redemptionis generis humani.

VERSVS 5.

Veruntamen cùm sic flerẽ, *vnus de senioribus dixit mihi, ne fleueris. Vnus de senioribus*, id est, Gabriel Angelus, *dixit mihi* &c. Ipse enim Aue, vel gaudium vniuerso mũdo portabat, quando aduentum Domini annunciauit, & Mariam virginem humiliter salutauit, dicendo *Aue Maria.* Vel sic; *vnus de senioribus*, id est, Prophetarum cœtus, vel cunctus populus fidelis, qui dicitur vnus, propter fidei vnitatem, & mutuam charitatem:

Quis ille vnus de senioribus.

Dixit mihi, ne fleueris, id est, ne fletum tuum continuaueris, *quia ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & soluere septem signacula eius. Quia ecce*, id est, iam in proximo, *vicit*, id est vincet, præteritum pro futuro, more prophetico, quia quod futurum erat in rei existentia, quasi præsens videbatur in Dei præscientia. *Vicit* inquam *Leo*, id est, Christus. Et nota, quòd Christus dicitur Leo, quia sicut leo vestigia sua delet cauda, ne comprehendatur, sic Christus cauda Humanitatis, vestigia Diuinitatis absconditit, ne à Diabolo nosceretur, Isai. decimo. *Vere tu es Deus absconditus.* Et hic *leo* fuit ad litteram, *de tribu Iuda, radix Dauid*, id est, procedens à Dauid quantùm ad

cur Christus de dicitur Leo.

Isai. 10.

Isai. 9. humanitatem, Isai. nono. *Egredietur virga de radice Iesse*, vel *radix Dauid*, id est, fundamentum Dauid, quantum ad Diuinitatem, *aperire librum, & soluere signacula eius*: quasi diceret, in hoc quod vicit, librum aperuit, & diuinam dispositionem impleuit: *Et signacula eius* soluit, id est, occulte priùs in lege scripta, mysteria declarauit.

Ecce vicit leo de tribu Iuda. In isto verbo B. Ioan. describit ipsum Christum, quantum ad conflictum passionis: passionis acerbitas (scilicet ostenditur) *ecce*; quantum ad triumphum resurrectionis, resurrectionis claritas, quia *Leo*; quantum ad triumphum generationis, generationis sublimitas *de tribu Iuda*. Circa primum, Sciendum, quòd Christus vicit carnem, ascendendo in cruce, per acerbitatis dolorem; mundum, ascendendo in montem per paupertatis amorem; Diabolum, ascendendo ad Patrem, per humilitatis vigorem. In monte docendo, mundum calcauit. In cruce patiendo, carnem domuit; ad Patrem ascendendo, hostem superauit. In monte docendo, cœcum illuminauit ex ignorantia; in cruce patiédo, superbum humiliauit, captiuatâ malitiâ; ad Patrem ascendendo, humiliatum fœlicitauit, exterminans miseriam. Vnde de his, *Exiuit vincens vt vinceret*. Circa secundum, sciendum quòd Christus comparatur leoni in Incarnatione, Isa. vndecimo, *Leo quasi bos comedet paleam*: In prædicatione, Amos tertio, *Leo rugiet, quis non timebit?* In passione, Genes. quadragesimo nono, *Requiescens accubuisti vt leo*: In iudicatione, Amos tertio, *Dabit catulus leonis vocem de cubili suo*, vel extrema examinatione; in resurrectione, Num. vigesimo quarto, *Vt leo, & quasi leæna erigetur.* Et hic leo; exiuit *de tribu Iuda*, quia de virgine Maria; vnde ipsa fuit æternaliter præuisa in fundamento suæ Incarnationis, vt esset Trinitatis triclinium, Maiestatis scrinium; Diuinitatis senarium. In qua potestate, vel natiuitate Verbum nascitur, fit creator creatura: nam Verbum in virgine concipitur opere virtuali; Verbum carni coniungitur, fœdere nuptiali; Verbum mundo panditur, exitu temporali. Exiuit ergo *leo de tribu Iuda*, de radice Dauid, quia de Virgine, quæ fuit de Dauid origine, & hoc legis propagatione, licet eius ab legis propagatione Spiritus sancti virtute, & tota Trinitate operante, & corpus id sanctissimum fabricante.

Num. 24.

Virginis Mariæ encomia.

Quænam Christus vicit & quomode.

Amos. 3. Gen. 49. Amos. 3.

Quandonam Christus comparatur quatuor animalibus mystice.

VERSVS 6.

Sequitur, *Et vidi, & ecce in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem Spiritus Dei missi in omnem terram.* Hic ponitur impletio dispositionis, vel impletio redemptionis generis humani; scilicet per agnum Dei. Et continua sic, Ita dixi, supple quòd de redemptione generis humani, vidi antiquorum desiderium magnum, & non solum desiderium, imò huius dispositionis, & redemptionis vidi complementum: quia *vidi & ecce*, præsentialiter in conspectu throni, id est, in medio Ecclesiæ Dei: *Et in medio*, supple, quatuor animalium, id est, prædicatorum, per quatuor mundi partes currentium, *& seniorum*, id est, doctorum sapientium, iuuenes & insipientes instruentium, *agnum stantem*, id est,

Christum humilem & mansuetum, Ecclesiam Dei sustentantem: vnde suprà Christum vocauit leonem, propter fortitudinem Diuinitatis, hîc agnum, propter mansuetudinem pietatis, quam maximè in passione ostendit. Vnde fuit agnus mansuetissimus in passione, sed leo fortissimus in resurrectione. *Et vidi hunc agnum tanquam occisum.* Ex hoc insurgunt aliqui dicentes non verè mortuum, nec habuisse verum corpus, sed phantasticum, quia si tanquam occisus, ergo non occisus, nec verè mortuus, & per consequens non verum humanum corpus. Sed nota, quòd *tanquam* est expressiuum veritatis, id est, verè occisum, sicut Ioan. secundo, *gloriam quasi vnigeniti à Patre*, id est, verè geniti. Sed si stans erat, quomodo occisus? Solutio: Stans ex Diuinitate, occisus ex Humanitate. Et hîc *tanquam*, quia in altera natura tantùm; quia in Christo duplex erat natura: mors verò non attigit nisi vnam tantùm: vnde Glossa [Si mortuus ex humanitate, viuit tamen ex diuinitate.]

Christus Leo, Christus agnus.

Ioan. 2.

Sequitur, *habentem cornua septem*, id est, regiæ perpetuitatis potestatem. Per cornua designatur potestas, Lucæ primo, *erexit cornu salutis nobis in domo Dauid*; per septem perpetuitas æternitatis, Danielis septimo, *potestas eius potestas æterna.* Vel in cornibus potestas, in septem vniuersitas designatur. *Habentem* ergo *cornua septem*, id est, vniuersalem potestatem, *& oculos septem*, id est, cognitionis vniuersalitatem, vt per oculos cognitio, per septem vniuersalitas designetur, quia omne tempus, dierum septem numero comprehenditur: fuit enim omnipotens & omniscius:

Quid per cornua septem significatur.

Luc. 1.

Daniel. 7.

A

B

C

D

Vel per septem cornua intellige septem articulos pertinentes ad Humanitatem. *Cornua septem*, extra carnem procedunt, & septem articuli ad carnem, id est, humanitatem pertinent: per septem oculos, septem articulos pertinentes ad Diuinitatem. Sicut enim oculi sunt inclusi capiti, sic Diuinitas in Humanitate. Vel per septem cornua vniuersitas Prælatorum, qui debent esse cornuti, carnem excedendo per continentiam, capiti Christo ad hærentes, sicut cornua adhærent capiti, per fidem & constantiam. Vnde boni Prælati sunt cornua agni vel Christi. Item per septem oculos vniuersitas Prælatorum designatur, qui debent toti corpori Ecclesiæ prouidere, & subditos dirigere, & docere, Prouerb. quarto, *Oculi tui rectè videant, & palpebræ tua præcedant gressus tuos.* Et hi oculi sunt septem Spiritus Dei, id est, perfectè spirituales effecti, missi in omnem terram, ad prædicandum verbum Dei, Psal. *In omnem terram exiuit sonus eorum.* Vel per septem cornua, septem dotes bonorum; per septem oculos, septem dona Spiritus sancti: & hoc est quod dicit, *septem Spiritus Dei*; vnde omnia ista habet iste, scilicet Christus, pro se, & pro suis.

Septem cornua septem articuli ad humanitatem Christi pertinentes.

Cornibus Prælati designantur,

Prou. 4.

Psal. 18.

Quid per septē oculos designatur.

Et nota quòd in his verbis, *vidi, & ecce in medio throni*, describit Ioannes aperientis librum motum, & statum, & post motum, actum, ibi, *venit & accepit librum de dextera sedentis*, &c. Scribit autem aperientem librum, scilicet Christum, quàtùm ad naturalem benignitatem, in agno; quantum ad æternalem stabilitatem, in stando; quantum ad vniuersalem potestatem, in septem cornibus; quantùm ad spirituа-

lem in septem oculis. Ergo aperire istum librum agni benignitas meruit, æternitas disposuit, potentia valuit, sapientia nouit.

Christus non necessitate sed voluntate mortuus.

Et nota quòd hic agnus fuit præsentatus in prætorio Pilato Præsidi; oblatus in templo iusto Simeoni, occisus in patibulo Deo Patri; sed tamen ipse voluit, Isai. trigesimo secundo; non enim nostra habebat necesse offerre in tẽplo, vt sanctificaretur qui erat mũdus; non etiam erat examinandus in Prætorio, qui non erat reus; non erat affigendus crucis patibulo, qui non erat impius.

Ergo hic agnus fuit, occisus quia voluit, & ideo signanter dicit Ioannes, quod vidit istũ agnum *tanquam occisum*: quod etsi propria voluntate, non tamen ex necessitate: vnde & sic agnus librum signatum aperuit, quia fuit reuelator secretorum per sapientiam in proposito; dispensator peccatorum per gratiam, Ioann. primo; *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Petri primo, *redempti estis precioso sanguine agni immaculati*; retributor præmiorum per gloriam, Apo. septimo, *non esurient, neque sitient amplius, quoniam agnus qui in medio throni regit eos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum.* Hic agnus etiam librũ aperuit, quia fuit datus nobis in pretium redemptionis in cibum refectionis, in solatium peregrinationis.

Ioan. 1.

1. Petr. 1.

Apocal. 7

VERSVS 7.

Sequitur, *Et venit & accepit de dextera sedentis in throno librum.* Hîc ponit ipsius aperientis librum actum, Ita dixi, supple quòd vicit leo, *& vt vinceret, venit*, scilicet *Leo* vel *agnus*, nascendo in mundum: *& accepit*, scilicet in quantum homo, *de dextera sedentis in throno*, id est, de Verbo sibi personaliter vnito, qui est dextera Patris, per quam portas æreas, & vectes ferreos fregit, *librum*, id est vetus Testamentum, ad complendum ea quæ de se erant scripta. Vel *librum* accepit, id est, redemptionem humani generis, impleuit, nam hoc fuit factum per Filium Dei: vnde ipse dicit; *Ego feci, ego feram, ego portabo.* Eccles. trigesimo. Hic agnus venit in mundùm, & accepit librum, quia redemit genus humanum.

Eccles 3.

VERSVS 8.

Et cùm aperuisset librum, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno. Hic agitur gratiarum actio pro humana redemptione, & primò ostenditur dispositio; secundò ipsa gratiarum actio, ibi, *Et cantabant canticum nouum. Et cùm aperuisset librum*, scilicet agnus, id est, cùm legis mysteria prius occulta manifestasset, vel diuinam dispositionem de redimendo genus humanum implesset, & hoc nascendo, *quatuor animalia*, id est, quatuor Euangelistæ, vel vniuersi Prædicatores, per quatuor partes mundi verbum Dei seminantes, *& viginti quatuor seniores*, id est, vniuersi fideles, septem opera misericordiæ, secundum doctrinam Euãgelistarum implentes, isti inquam omnes, *ceciderunt coram agno*, scilicet gloriam ei, honorem, & reuerentiam pro tãto beneficio attribuendo, & sic se illi humiliando; vnde *ceciderunt coram agno*, casu scilicet humanitatis, vel humilitatis, qui est casus *ante*, non casu mortalis peccati, qui est casus *retro*.

Peccatores retro cadunt, iusti ante.

Nota quòd viri Catholici cadunt

Quanam tria in Christo adorãda.

coram agno adorantes in Christo profunditatem veritatis increatæ, quia illustrati fidei splendore; vnitatem Trinitatis adunatæ, quia inflãmati ex feruore; dignitatem Humanitatis exaltatæ, quia reparati à Christo saluatore. Vnde hæc tria in Christo Magi adorauerunt, & ideo ei tria munera obtulerunt, aurum Diuinitati, myrrham humanitati, thus adunatæ Trinitati. Et certè debemus cadere coram ipso agno, adorando, quia pro nobis fuit in virginali vtero incarnatus, in crucis patibulo immolatus, in sepulchro lapideo tumulatus: propter quod dicit Bernardus. [Vide homo, quo amore te dilexerit agnus iste immaculatus, vt sequaris vestigia eius; pro te incarnatus fuit, vt te à carnis illecebris præseruaret; pro te ligatus, vt te à flagello pœnæ æternæ eriperet; pro te iudicatus, vt te à iudicio æternæ damnationis liberaret; pro te crucifixus, vt concupiscentiam tuam crucifigeret; pro te in cruce tãdem mortuus, vt te à mortuis suscitaret; pro te sepultus, vt tua peccata sepeliret.]

Cur Christus à nobis debet adorari.

S. Ber.

Ergo viri Catholici hæc beneficia considerantes, non est mirum si coram agno *ceciderunt*, & ipsum humiliter adorauerũt: *Ceciderunt*, inquam, coram agno, *habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum. Habentes*, inquam, *citharas* id est, carnis mortificationem, vbi tot sunt chordæ, quot membra in homine domanda. Vnde cithara percussis chordis dulcissimum reddit sonum, & delectãtionem Deo. Isti etiam erant *habentes phialas aureas*, id est, corda lata per charitatem; lucida per castitatem; aurea per cœlestem sapientiam, & claritatem. Vnde dicit istas phialas *plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum*, id est, plenas deuotis orationibus, & desideriis piis, quæ odorem dulcissimum reddunt in cœlo.

Mal. triplex mortificatio.

Tribulatio negotia dulcis Deo contentus.

Phialæ aureæ cor instorum dentes.

Vnde nota quòd oratio comparatur optimè phialæ, quia conueniunt in proprietatibus: est enim phiala caua, clara, lata, longa: habet enim phiala concauitatem, claritatem, latitudinem, longitudinem: caua humilitate, clara puritate, lata charitate, longa continuitate. Zach. decimo quinto: *Erant lebetes in domo Domini, quasi phialæ coram altari.* Oratio etiam dicitur habere odorem, quoniam sicut odor vbique se diffundit, & in altum ascendit, recreat, & delectat, & reficit: sic oratio deuotam animam facit diffundere, facit ascendere. Habet etiam ipsa pascere, reficere & recreare: vnde Ecclesiastici vigesimo quarto, *Quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Ecce*, inquit Isaac, *odor filii mei sicut odor agri pleni*: propter quod dicit ille versus:

Oratio cur phiala à dentur.

Zach. 14.

Oratio pro odorifera.

Eccl. 14.

Gen. 3.

Dona pijs plura confert oratio pura.
Cœlum secura subit vt redolentia thura.

Duplex cithara nyssina.

Nota etiam quòd est duplex cithara, bona, & mala. Bona est triplex, contritionis, & hac tangitur chorda cordis, Isa. decimo sexto, *Super hoc venter meus ad Moab, quasi cithara sonabit.* Confessionis, & hac tangitur chorda oris. Psalm. *Confitemini domino in cithara.* Satisfactionis, & hac tangitur chorda operis, Isai. vigesimo quarto, *sume citharã, & ipsum humiliter adorauerunt.* Hæc est cithara, quâ Dauid spiritũ malum ipsius Saulis refrænabat, vel refocillabat. Vnde sicut Dauid

Qualis est bona & quo triplex.

Isai. 16.

Psal. 32.

Isai. 24.

quando citharam percutiebat, spiritus malus ipsius Saulis eum vexare non poterat, sic cithara hæc, scilicet contritionis, confessionis, & satisfactionis, peccatum dissipat, Diabolum fugat, propter quod dicit iste versus:

Laberis in labes, culparum diue tabes.
A te pelle trabes, qui breue tempus habes.

Cithara mal. triplex & quomodo tangitur.

Cithara mala est triplex, voluptatis, quâ tangitur chorda nequitiæ, Isai. vigesimo tertio, *Sume citharam, meretrix obliuioni tradita*: Taciturnitatis, quâ tangitur chorda pigritiæ, Isai. vigesimo quarto, *Conticuit dulcedo citharæ, cum gaudio non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam*: Ociositatis, quâ tangitur chorda segnitiei, Isai. quinto, *Cithara & lyra in conuiuiis vestris, & opus Domini non respicitis.*

Isai. 23.
Isai. 24.
Isai. 5.

Ergo viri Catholici erant tenentes citharas bonas, & phialas aureas iam dictas. Et vidi, supple ego Ioannes, quod isti tenentes has citharas & phialas-

VERSVS 9.

Cantabant canticum nouum, id est, cantabant, scilicet exultâdo in Domino, canticum nouum de humani generis innouatione, scilicet de noua natiuitate, quæ fuit cum matre sine patre, Ierem. tertio, *Nouum fecit Dominus super terram, fœmina circumdabit virum.* Vbi fuerunt istæ nouitates? Deus homo, Mater virgo, immortalis cum mortali, æternus cum temporali, infinitus cum finito, summus cum imo, primus cum vltimo, Deus cum limo. Psal. *Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.* Fuerunt enim in ista nouitate tria mirabilia, summum verũ cæcis manifestatum, summè summum seruis humiliatum, summum bonum malis communicatũ. Fuit enim in humani generis innouatione summa veritas cæco demonstrata; summa continuitas pũcto commensurata, summa bonitas malo communicata: nihil enim mirabilius quàm quòd summa veritas syllogisticè demonstretur, summa continuitas mathematicè mensuretur, summa bonitas hypostaticè compleatur: vnde in hac nouitate punctus claudit immensitatem, hoc mirabile: tempus finit æternitatem, hoc mirabilius: corpus ambit diuinitatem, hoc mirabilissimum.

Ierem. 31.
Quot nouitates in incarnatione.
Psal. 95.

Ergo propter hæc mirabilia, & propter hæc noua, quæ fuerunt in humani generis innouatione, hi tenentes phialas & citharas cantabant canticum nouum dicentes, *Dignus es Domine accipere librum, & soluere signacula eius, quoniam occisus es*: Dicentes, inquam, corde & ore & opere, *Dignus es Domine*, propter culpæ immunitatem, & virtutum vniuersalitatem, *accipere librum*, id est, diuinam dispositionem adimplere de humani generis redemptione; *quoniam occisus es*, propter nimiam charitatem; & *redemisti nos*, qui sub iugo eramus ligati, propter tuam benignitatem. *Redemisti*, inquam, *nos Domine*, vt essemus filii Dei, qui eramus filii Diaboli; *In sanguine tuo*, quem effudisti propter tuam largitatem: *Redemisti* inquam *nos* sic, non solum ex vna tribu supple, *sed ex omni tribu, & lingua & populo, & natione*, id est, ex trina generatione trium filiorum Noe, ex quibus multiplicatum est omne genus humanum. Vide Genes.

Cur christus inuenitur dignus aperire librum scripũ intus & foris.

nona. Ab iſtis tribus Sem,Cham,& Iaphet diſſeminatum eſt omne genus humanum ſuper vniuerſam terram. Vnde tres generationes trium filiorum Noë dicuntur tribus; & in qualibet tribu plures linguæ; & in qualibet lingua plures populi; & in quolibet populo plures nationes, de quibus omnibus aliqui fuerunt redempti,quantùm ad efficaciã: licet enim omnes fuerint redempti per paſſionem Chriſti, quantùm ad ſufficientiam, non tamen omnes quantùm ad efficaciam; ſed ex omni tribu,lingua, populo,natione, aliqui; Ergo *Domine dignus es,quia redemiſti nos in ſanguine tuo.*

Redemptionis præcipuè tria beneficia.

Redemiſti nos in ſanguine tuo, In verbis iſtis proponuntur redemptionis beneficia, & ſpecialiter tria, ſcilicet effectus, quem effecit reformando ſuam imaginem; defectus quẽ refecit auferendo culpæ rubiginem,affectus quo afficit,&allicit, effundendo proprium ſanguinem: effectum probat humani generis redemptio; defectum naturæ infectæ expreſſio: affectum cruoris effuſio, *in ſanguine tuo.*

Circa primum, vbi deſcribitur redemptoris effectus,quem efficit: Sciendum quòd ille effectus, ſcilicet paſſionis Chriſti, ſpecialiter fuit triplex, ablutio peccatorum, nam peccata lauit per gratiam emundantem; liberatio detruſorum,nam detruſos liberauit, per potentiam ſuperantem: collatio præmiorum, nam electos præmiabit per gloriam delectantem. De his & tribus primis, ad Corinth. primo, *Chriſtus factus eſt nobis iuſtitia, iuſtificatio, & redemptio*; ſanctificatio, quantùm ad ablutionem peccatorum; redemptio quantùm ad liberationem detruſorum; iuſtitia, quantùm ad remunerationem electorum.

Effectus paſſionis dominicæ, præcipuè triplex.

1. Cor. 1.

Circa ſecundum,vbi deſcribitur ipſius redempti defectus, cùm dicitur, *nos*; Sciendum quòd nos ante aduentum Chriſti eramus lethaliter vulnerati peccati iaculo, & ipſe nos ſanauit à vulneribus peccatorum; ſeruiliter ſubiugati in inferni baratro, & ipſe nos liberauit de manibus iniquorum; viliter exulati é cœli ſolio,& ipſe nos collocauit in ſedibus electorum. De his tribus Pſal. *Redemiſti nos Domine Deus veritatis.*

Redempti defectus.

Pſal.30.

Circa tertium, vbi deſcribitur affectus Chriſti, quo nos allicit effundendo proprium ſanguinem, Sciendum quòd hic ſanguis fuit referans perditam charitatem,vitium expellendo, Apoc. primo, *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris*; liberans relegatam captiuitatem,infernum ſpoliando, Zach. nono, *Tu autem in ſanguine Teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu*; Impetrans æternam hæreditatem, ad ſolium aſcendendo, ad Heb. vndecimo, *Per proprium ſanguinem introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione inuenta.*

Efficacia ſanguinis chriſti.

Apocal.1.

Zachar.9

Hebr. 11.

VERSVS 10.

Ergo *redemiſti nos tuo* pretioſo *ſanguine*; Et non ſolum, ſupple hoc, imò, *feciſti nos*, id eſt, omnes redemptos,*regnum,& ſacerdotes*,id eſt, ſpiritualiter regnantes, & nos ipſos Deo humiliter offerentes, & pro aliis orantes. Sacerdos enim thus debet bonæ famæ Deo offerre, & pro ſe, & pro aliis orare. *Feciſti* ergo *nos Deo noſtro regnum*, id eſt, ſpiritualiter regnantes in hoc mundo; & ideo regnabimus ſuper terrã, id eſt, in cœlo, non in regno ter-

Quid ſacerdos Deo debeat offerre.

reno, Ioann. decimo octauo. *Regnum meum non est de hoc mundo.*

Cur regnum mundi contemnendum.

Et ideo, nota quòd est regnum duplex, mundi contemnendum, Dei appetendum, Regnum mundi contemnendũ, quia inutile, quia inficit, & ideo vitam aufert; Ignobile, quia decipit, & ideo trahit ad gehennam infernalem; instabile, quia citò transit, & ideo reducit ad materiam primordialem; propter quod sapienter cantat, qui ait, *Regnum mundi, & omnem substantiam eius contempsi.*

Regnum Dei cur appetendũ.

Et ideo dicit Bernardus [Christus clamat, ego recipam; Diabolus, ego decipiam; mundus, deficiam; caro, inficiam: quem sequeris?] Regnum Dei, è conuerso est appetendum, quia est vtile copiositate præmiabilitatis; Nobile diuinæ maiestatis dignitate; stabile, perennitate æternitatis, vnde Danielis primo, *Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.* Ergo sumus spiritualiter regnantes in terris, & regnabimus æternaliter in cœlis.

Daniel 7.

VERSVS. 11.

Sequitur; *Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium & seniorum.* Hîc ponitur laus Angelorum congratulantium de redemptione generis humani facta per filium Dei. Ita dixi, quòd ego vidi Agnum aperientem librum, & redimentem genus humanum, & non solum hoc, verum etiam *& vidi*, id est, cognoui, *& audiui*, id est, intellexi, ac si vidissem, & audissem, *vocem*, id est, congratulationem, *Angelorum multorum*, de reparatione sui, & redemptione generis humani; *Angelorum*, dico existentium supple in *circuitu throni*, id est, in protectione Ecclesiæ Dei, nam ambiunt eam & protegunt à morsibus lupi rapacis, id est, Diaboli, existentium etiam *in circuitu animalium*, id est, Prædicatorum, *& seniorum*, id est, Doctorum, & omnium electorum.

Angeli nostri custodes.

Vel, *in circuitu animalium*, id est, minorum, qui quidem habent animalem sensum, *& seniorum*, id est, maiorum & prouectorum, qui habent acutum intellectum. Vnde Angeli omnium sunt custodes generales, & bonorum nihilominus speciales. Vnde nota quòd Angeli *Quomodo stant in circuitu Ecclesiæ triumphantis & militantis.* stant in circuitu throni, scilicet Ecclesiæ triumphantis, ad contemplandam diuinam veritatem, ad honorandam regiam maiestatem, ad delectandam suam capacitatem, vnde de his, *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* Stant etiam in circuitu Ecclesiæ militantis ad speculandum, vt caueamus; ad defensandum, ne succumbamus; ad ministrandum, ne deficiamus, *ite, Angeli veloces, ad gentem conuulsam, & dilaceratam, ad terribilem populum.* Isaiæ decimo octauo. *Ergo vidi & audiui vocem*, id est, congratulationem Angelorum.

Matth. 18.

Isai. 18.

Et erat numerus eorum, sic congratulantium, *millia millium*, id est, multa millia, vt quanto maior est gratulátium numerus, tanto maius est gaudium. Sic nato Domino, non vnus, sed magna multitudo cecinit, *gloria in excelsis Deo*, Lucæ secundo. Vnde hic numerus finitus ostenditur, quoad Angelos, cùm dicitur, *millia.* Vel *millia millium dicentium magna voce*, ex congratulatione eximia: nam ex nimio gaudio, nimia congratulatio: vnde si gaudium est Angelo, super vno peccatore pœnitentiam agente, quanto magis

Luc. 2.

Angeli nobis congratulantur de redemptione nostra.

de

de totius humani generis redemptione, & eorum reparatione?

VERSVS. 12.

Voce ergo magna dicebãt, *Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Dignus est agnus, id-
Cur Christus agnus, dicitur, & cur occisus. est Christus, qui dicitur Agnus immaculatus, propter munditiæ venustatem; mansuetus, propter patientiæ tranquillitatem; agniculus, B propter innocentiæ puritatem: *qui occisus est*, vt nos mundaret à sordibus peccatorum; vt nos liberaret à manibus impiorum; vt nos collocaret in sedibus bonorum. Iste, inquam, sic occisus, *dignus est accipere virtutem*, id est gratiam; vel peccati carentiam, secundũ glossam, quantùm ad euidentiam, vel efficaciam, licèt semper habuerit, quoad exi-
[illegible] Licèt enim quoad se ipsum C
[illegible]
semper habuerit peccati carẽtiam, tamen quoad nos, cum merito suæ passionis, accipet virtutem, per quam, vim regeneratiuã Baptismo contulit, & aliis Sacramentis omnibus virtutem, & efficaciam dedit. Omnia enim Sacramenta efficaciam & virtutem habent à Chri-
Ad Ph. 2. sti Passione. Vnde ad Philip. *Factus est obediens vsque ad mortem*; & sequitur *propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est* D *super omne nomen.*

Dignus est ergo *accipere virtutem, & Diuinitatem*, id est, notitiam à nobis, quod Deus sit, & potens sit, licet infirmus & debilis, & mortuus fuerit. Vnde ante resurrectionem apparuit peccator, & non Deus: sed post resurrectionem apparuit nobis iustissimus homo, & verus Deus. Et hoc est quod ait, A *Dignus est accipere virtutem, & Diuinitatem*, non quod eam priùs non habuerit in existentia, sed quia non habebat in apparentia. Vnde nota quòd virtus & diuinitas apparuerunt in Christo, dum iniquum strauit; infernum spoliauit; hominem exaltauit in cœlesti solio, paradisum reserauit. Vnde vt dicit Ioannes os aureum [Ipse est virtus fortium obuians ruinæ; virtus ad præsidium gentis peregrinæ; grande priuilegium est hic viatorum, quorum sacrificium est merces cœlorum,] vnde Psal. *Domine in virtute tua lætabitur rex.*

si Christus habuit sem per diuinitatem, quomodo canunt sancti, quod dignus est eam accipere.

Psal. 57.

Accepit ergo *virtutem*, & non solùm virtutem, sed etiam diuinitatem, quantùm ad euidentiam, licet semper haberet quoad existẽtiam. Hæc Diuinitas in hoc mundo apparuit in Magorum adoratione, nam Magi adorauerunt eum in cunabulis, in sui Corporis transfiguratione, nam transfiguratus est coram discipulis, in miraculorum operatione, nam demonstratus est in prodigiis, signis, & miraculis. Istam diuinitatem cognouit Propheta cùm dixit, *Ipse Deus salutaris meus, & susceptor meus.* Vnde Christus est Deus per potentiam creationis, *Deus meus*, per amicitiã cognitionis, *salutaris meus*: per misericordiam redemptionis, *susceptor meus*, per gloriam beatificationis. Accepit igitur *Diuinitatem*, per sapientiam, etiam quantùm ad apparentiam, licet ignorans fuerit reputatus. Hæc sapientia apparuit in hoc mundo, in sacræ Scripturæ apertione: in secretorum reuelatione: & hæc sapientia introducit ad scientiam: deducit ad viam reducit ad gratiam; perducit ad gloriam. Prouerb. tertio, *Dominus*

Psal.

Quando nã Christi sapientia apparuit.

Prouer. 3.

ſapientia fundauit terram, ſtabiliuit cæ- A
los prudentia.

Ergo benè accepit *ſapientiam*, & non ſolum, verùm etiam *fortitudinem*, quia vicit hoſtem, licèt viſus fuerit in morte victus. Vnde Martyres vincunt, quando occiduntur: vnde beatus Maximus, [Qui occiditur pro mundo, vincitur cùm occiditur; qui autem occiditur pro Chriſto, victus non dicitur, quia non vincitur, quamuis occidatur.] Vnde ipſe fuit fortis in B hoc mundo, ad ſupportandum hominis grauitatem; ad ſuperandum hoſtis malignitatem; ad tolerandum paſſionis acerbitatem. Vnde eſt *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio*, vt in Pſal.

Martyres licet occidantur, non victi, ſed victores.

Pſal. 23.

Accepit ergo, *fortitudinem*, & non ſolum hoc, verùm etiam *gloriam*, ſcilicet impaſſibilitatis; licèt paſſus fuerit; vnde ipſe accepit gloriam obiectiuè, quia beatificans ratione Diuinitatis, adiectiuè, quia collætificans ratione Humanitatis, ſubiectiuè, quia participans ideâ imaginis. Vnde Pſal. *Gloria hæc eſt omnibus Sanctis eius.* Non ſolum *gloriam*, ſed *honorem*, id eſt, eminentiam poteſtatis; quia fuit honoratus. Accepit, inquam, *honorem* dignitatis magiſtralis, pietatis iudicialis, maieſtatis imperialis. Vnde ipſe eſt *gloria honoris, opus fortitudinis.* Pſal. *Gloria & honore coronaſti eum Domine.* Accepit etiam *benedictionem*, id eſt, exaltationem, quia fuit maledictus, & minoratus. Nam benediciteum reparata naturæ iactura; exaltata natura; vniuerſa creatura, benedictum in vtero virginali; in mundo temporali, in ſede imperiali, vnde Pſalm. *Benedictus es in firmamento cœli, & laudabilis, & glorioſus in ſæcula.*

Quomodo Chriſtus accepit gloriam.

C

Quomodo Chriſtus accepit honorem.

Pſal. 7.

D

Daniel. 3.

VERSVS 13.

Et omnem creaturam, &c. Hic oſtendit congratulationem omnium generaliter creaturarum de iſta redemptione. Ita dixi, quia audiui Angelos hæc dicentes, *Dignus es accipere*, &c. Et non ſolùm hoc, verùm etiam ſupple, *Audiui omnem creaturam, quę in cœlo eſt, & ſuper terram, & mare, & quæ in eo ſunt. Audiui*, inquam, *omnem creaturam, quæ in cœlo eſt*, vt ſunt Angeli, qui ſunt cœli eius; *& quæ ſuper terram*, vt homines viuentes, *& ſubtus terram*, vt Dæmones, & in limbo exiſtentes, vel mortui alii omnes.

Et mare, & quæ ſunt in eo, piſces, & vniuerſitas fidelium, in mari huius mundi, qui multis fluctuationibus, & tempeſtatibus agitatur. Vnde nota quòd quadruplex mare reperitur in ſacra Scriptura: mare interius peccatricis conſcientiæ, propter ſui inquietudinem; mare exterius temporalis miſeriæ, propter ſui amaritudinem: mare inferius negotiationis mundanæ, propter ſui periculoſitatem: mare ſuperius militantis Eccleſiæ, propter ſui fœcunditatem. De primo Iſai. quadrageſimo ſeptimo. *Cor impii quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.* De ſecundo Pſal. *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* De tertio Pſal. *Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus, illic reptilia.* De quarto Iſai. tertio, *Tunc videbis & affluues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.* Sed Dominus diuidit mare peccatricis conſcientiæ, per contritionem; tranquillat mare temporalis miſeriæ per glorificationem; congregat piſces in mari Eccleſiæ, per præ-

Mare quadruplex.

Mare conſcientiæ peccatrici

Mare temporalis miſeria.

Mare negotiationis mundanæ.

Iſai. 47.

Mare militantis Eccleſiæ.

Pſal. 68.

Pſal. 103.

Iſai. 3.

dicationem, calcat mare negotiationis mundanæ, per abdicationem.

Audiui ergo ego Ioann. hoc *mare*, & *ea quæ in eo sunt*, id est, omnes creaturas iam dictas, *dicentes*, inquam, id est, affirmantes & attribuentes, *sedenti in throno*, ideſt, Deo Patri sedenti in throno cœli, & *Agno*, id est Filio: Et quid? *Benedictio*, de pura conscientia, & *honor* de pugna, & *gloria* de victoria, & *potestas* de resistentia. Vel si vis alium sensum, ab illa parte, *Dignus est agnus*, vsque *omnes audiui dicentes*, totum referatur ad congratulationem Angelorum, & tunc legetur sic, *Audiui vocem* Angelorum *dicentium, Dignus es Domine accipere virtutem, & Diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & gloriam, & benedictionem.* Et nihilominus Dignus es accipere, supple, omnem creaturam, quæ in cœlo, & super terram: & subtus terram, & mare, & quæ sunt in eo, id est, Dignus es habere omnem creaturam in tua potestate. Math. *Omnia mihi tradita sunt à Patre.* Et istos etiam Angelos *audiui dicentes, Sedenti in throno, & Agno Benedictio & honor, & gloria,* & *potestas*, & hæc quatuor, ei attribuentes, propter quatuor, quæ ab eo acceperunt. *Benedictio*, propter personalem perfectionem; *honor*, propter naturalem cognitionem; *gloria*, propter præsentialem visionem: *potestas*, propter æternam durationem. Sed cùm Angeli haberent ista omnia, antequam Christus incarnaretur: quare attribuerunt ea Christo? Responsio: Propter sue ruinæ reparationem, quæ fuit facta per hominem, vel propter idiomatum communicationem, quia Deus factus est homo, & homo Deus. Et quatuor, hæc sunt ei in *sæcula sæculorum*, id est, æternaliter, vel sine fine. *Amen* confirmatio est dictorum.

Math. 11.

Angeli pro beneficiis acceptis gratias sunt.

A B C D

VERSVS 14.

Et quatuor Animalia dicebant, Amen. Hæc est octaua pars & vltima, in qua ostenditur quomodo Sancti consentiunt gratulationi Angelorum, super humana redemptione. Ita dixi quòd Angeli congratulati sunt de redemptione generis humani. *Et quatuor Animalia*, id est, vniuersi prædicatores; per quatuor partes mundi Dei verbum seminantes: vel vniuersi fideles quatuor Euangelia obseruantes, dicentes *Amen*; de hoc quod congratulationi eorum consensum præbeant. Nam *Amen* est nota affirmationis. *Et viginti quatuor seniores*, id est, vniuersi fideles veteris Testamenti, designati per duodecim Patriarchas, & duodecim Apostolos, *ceciderunt in facies suas*, id est, se humiliauerunt, scilicet gloriam & honorem, & reuerentiam sedenti in throno tribuendo. Casus enim ante, vel in faciem, semper accipitur in bonam significationem. Ideo sequitur: *Et adorauerunt*, scilicet se humiliter inclinando, & auxilium postulando, *viuentem in sæcula sæculorum*, id est, Christum, qui viuit in se perpetuò, & dat aliis vitam *in sæcula sæculorum.*

Christus in se viuens aliis etiam vitam præbet.

SYNOPSIS CAPITIS SEXTI.

IN hoc capite recenſentur ſex ſigilla reſerata, quibus apertis, admiranda quæ latebant in libro viſa ſunt: aperto enim primo ſigillo, vocatus Ioannes à primo ex quatuor animalibus vt videat, conſpicit equitem equo albo inſidentem, arcum & coronam tamquam victorem, habentem. Aperto ſecundo, videt equum ruſum, & equitem gladium tenentem, omniáque bellis perturbantem. In apertione tertij, intuetur equum nigrum, & equitem ſtateram manu tenentem. Cum aperitur quartum, videt equum pallidum, & mortem ſuper eum ſedentem, quem infernus ſequebatur. Reſerato quinto, conſpicit ſub altari animas Sanctorum Martyrum vindictam petentium, quæ expectare iubentur donec numerus electorum impleatur. Tandem aperitur ſextum ſigillum, & terræ motus fit magnus, Sol obſcuratur, Luna Sanguineo rubet colore, ſtellæ de cœlo cadere videntur, montes & inſulæ à ſuis locis mouentur, omnes homines timore concutiuntur, & diem iræ timentes, in montibus, & ſpeluncis ſeſe abſcondunt. Has imagines vidit in Spiritu Ioannes, & quid quæque portenderet planè intellexit: nobis verò imaginum quidem deſcriptionem tradidit Ioannes, earum verò minimè prodidit propriam ſignificationem.

CAPVT SEXTVM.

1. ET vidi quòd aperuiſſet Agnus vnum de ſeptem ſigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tamquam vocem tonitrui: Veni, & vide. 2. Et vidi: & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. 3. Et cùm aperuiſſet ſigillum ſecundum, audiui ſecundum animal, dicens: Veni, & vide. 4. Et exiuit alius equus rufus: & qui ſedebat ſuper illum, datum eſt ei vt ſumeret pacem de terra, & vt inuicem ſe interficiant, & datus eſt ei gladius magnus. 5. Et cùm aperuiſſet ſigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: Veni, & vide. Et ecce equus niger: & qui ſedebat ſuper illum, habebat ſtateram in manu ſua. 6. Et audiui tamquam vocem in medio quatuor animalium dicentium: Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, & vinum & oleum ne læſeris. 7. Et cùm aperuiſſet ſigillum

quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis: Veni, & vide. *8.* Et ecce equus pallidus: & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi Mors, & infernus ſequebatur eum, & data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & beſtiis terræ. *9.* Et cùm aperuiſſet ſigillum quintum, vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei & propter teſtimonium, quod habebant. *10.* Et clamabant voce magna, dicentes: Vſquequo Domine, (ſanctus, & verus) non iudicas, & vindicas ſanguinem noſtrum de iis qui habitant in terra? *11.* Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ: & dictum eſt illis vt requieſcerunt adhuc tempus modicum, donec compleantur conſerui eorum, & fratres eorum qui interficiendi ſunt ſicut & illi. *12.* Et vidi cùm aperuiſſet ſigillum ſextum: & ecce terræ motus magnus factus eſt. & Sol factus eſt niger tamquam ſaccus cilicinus: & luna tota facta eſt ſicut ſanguis. *13.* Et ſtellæ de cælo ceciderunt ſuper terram, ſicut ficus emittit groſſos ſuos cum à vento magno mouetur. *14.* Et cælum receſſit ſicut liber inuolutus: & omnis mons, & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt. *15.* Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis ſeruus, & liber, abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in petris montium: *16.* & dicunt montibus, & petris: Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni: *17.* Quoniam venit dies magnus iræ ipſorum: Et quis poterit ſtare?

VERSVS 1.

ET *vidi quòd aperuiſſet Agnus vnum de ſigillis ſeptem, & audiui vnum de quatuor animalibus dicens, tanquam vocem tonitrui, veni & vide.* Suprà fuit oſtenſa libri apertio, vel humani generis redemptio: & quia ad iſtius libri apertionem, vel humani generis redemptionem, fuit ſequuta diuinorum myſteriorum reſeratio, idcircò de hac agitur in hac parte, & diuiditur in duas partes. Nam primò oſtenditur, quid continget Eccleſiæ vſque ad ſtatum iuxta finem, ſecundo quæ contingent circa finem, ibi, *Et vidi cùm aperuiſſet ſigillum quartum, & ecce terræ motus factus eſt magnus.* Item primò ponitur perſequutio ſurgens contra Eccleſiam: ſecundò auxilium conſeruans eam, ibi, *Et cùm aperuiſſet quintum ſigillum, vidi ſubtus altare animas interfectorum.* Item primò ponitur perſequutio aperta, & corporalis tyrannorum perſequentium ad mortem Eccleſiam: ſecundò, occulta, & ſpiritualis hæreticorum ſuadentium mortem ſpiritualem, & æternam, ibi, *Et cùm aperuiſſet ſigillum tertium audiui*, tertium animal dicens, veni & *vide, & ecce equus niger.* Item primò oſtendit proſperitatem Eccleſiæ in ortu, ſecundò aduerſitatem in progreſſu, in apertione ſecundi ſigilli, ibi. *Et cùm aperuiſſet ſigillum ſecundum.*

Cùm Eccleſia perſecutionem patitur illico adeſt auxilium Dei.

Cùm Eccle. ſia perſecutionem

Audiui secundum animal dicens: veni & vide, & exiuit alius *equus rufus.* Item primò præmittit præambula ad ipsam visionem, secundò ipsam visionem, ibi, *& vidi, & ecce equus albus.* Et nota quòd in apertione sigilli septimi ostenduntur, vel tanguntur septem, de septem statibus Ecclesiæ. Primus status fuit in primitiua Ecclesia tempore Apostolorum, quæ dealbata fuit per Baptismum, & significatur per equum album; secundus, aperta persequutio Tyrannorum, & significatur per equum rufum; tertius persequutio hæreticorum, & significatur per equum nigrum: quartus, persequutio falsorum fratrum, & significatur per equum pallidum; quintus, est status pacis, qui significatur per gloriam interfectorum: sextus, status persequutionis Anti-Christi, & significatur per ostensionem signorum in Sole & luna.

Septem status Ecclesiæ.

Dicit ergo: *Et vidi quòd cùm aperuisset Agnus vnum de sigillis septem.* Continua sic. Dictum est suprà, quòd Agnus accepit librum, septem sigillis signatum, & ipsum aperuit, & non solùm redemptionem impletam in libro aperto. *Et vidi*, id est, cognoui, *quòd aperuisset Agnus*, id est, Christus pro nobis immolatus, *vnum de septem sigillis*, & quicquid de ipso in veteri Testamento erat clausum, & clausuræ traditum. Redemptione etenim humani generis impletâ manifestè apparuerũt, quæ de ipso in lege veteri signata, figurata, & scripta erant. Ante enim non apparebant, imò etiam in morte Christi Apostoli dubitauerunt, an ipse esset filius Dei, imò videntes ipsum mortuum non crediderunt esse Deum; sed ipso resuscitato, & redemptione completa, apparuit verus Deus & homo, & apparuerunt quæ dicta fuerunt de ipso in veteri Testamento: vnde & ipse duobus discipulis euntibus in Emaüs dixit: *O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt Prophetæ: & incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.* Ergo vidi quòd Agnus vnum de septem sigillis aperuit, quando quod erat de ipso in veteri lege obscurè traditum, compleuit, manifestauit, & reserauit.

Redẽptione generis humani impleta, quæ de Christo in veteri lege obũbrata erant, apparuerunt.

Luc.

Et cùm, suple aperuisset istud sigillũ, *audiui*, scilicet auditu interiori, *vnum de quatuor Animalibus*, id est, De quatuor Euangelistis, qui prædicabant resurrectionem, vt sic intelligeretur Christi Deitas, vel Diuinitas, quia Iudæi credebant ipsum mortuum tanquam purum hominem, & adhuc credunt. Per vnum de istis quatuor animalibus intelligitur Marcus. Vidit Ioannes vnum de quatuor animalibus, scilicet Marcum, qui primus est in hac visione, quæ specialiter agit de resurrectione. Vnde præcedere debuit visio de Resurrectione, & per Resurrectionem confirmati, citiùs crederent. Glossa tamen dicit, quòd istud animal fuit Ioannes, qui de Diuinitate altiùs intonuit, virtute cuius resurrexit: & vtroque modo potest dici.

Iudæi Christũ solum hominem credidere.

Audiui ergo istud *Animal tanquam vocem tonitrui dicens, veni, & vide. tanquam vocem tonitrui*, id est, fortiter, euidenter, & tenuiter. Actuum secundo, *Stupebant autem & mirabantur dicentes, nonne omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt.* Vnde nota quòd Apostoli tonabant prædican-

Act 2.

Apostoli tanquam tonitrus.

do vtilia, vt ignaros instruerent; comminando supplicia, vt malos terrerent; faciendo prodigia, vt incredulos conuerterent.

Audiui ergo istud Animal, tanquam vocem tonitrui, dicens, veni & vide. *Veni*, inquam, & *vide*, rei completę per Agnum intelligendo veritatem. Vel veni, affectu, & vide intellectu, Math. vigesimo quinto. Math 25. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum*; vel *veni* post me exemplantem, per me supportantem, ad me certantem, ad me peruenientem.

Veni ergo *& vide* in carne apparentem, ad te amplexandum, Luc. Luc. 2. *Videamus hoc verbum quod factum est.* In carne patientem, ad te liberandum, Threnorum. O *vos omnes qui* Tren. *Omnis adite Christi ad nostrã vilitatem.* *transitis, &c.* In carne resurgentem, ad te viuificandum, Ioa. *Videte manus meas, & pedes meos.* In carne ascendentem, ad te sublimandum, Act. Act. 1. *Videntibus illis eleuatus est. Veni ergo & vide.*

VERSVS. 2.

Et vidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, habebat arcum. Vbi primò ostenditur cœtus Apostolorum, vel Prædicatorum; secundò rector eorum, ibi, *Et qui sedebat super eum habebat, &c. Vidi* ergo, oculis mentis, *& ecce* præsentialiter *equus albus*, id est, Apostolorum cœtus, qui dicuntur esse equi, propter conflictum tribulationis; propter hinnitum prædicationis; propter incessum sanctæ operationis; propter decorem Baptismalis regenerationis. Isti equi dicuntur albi, propter nitorem munditiæ, quam habebant; propter splendorem intelligentiæ, quà clarebant; propter fulgorem doctrinæ, quam prædicabant. Hi equi portabant Christum per vniuersum mundum, ipsum commendando, ipsum exaltando, ipsum publicando.

Cur Apostoli equi dicuntur ibi.

Vnde nota quòd equus iste albus potest dici cœtus Apostolicus, Christus homo, spiritus humanus. Cœtus Apostolicus potest dici equus, quia conuenit in proprietatibus. Equus enim habet ferocitatem conflictus, velocitatem cursus, ductibilitatem motus. Sic Apostoli fuerunt vniuersales in persecutione, agiles in prædicatione, ductiles in inspiratione. De primo; Iob. trigesimo nono: *Nunquid præbebis equo fortitudinem?* Iob. 39. De secundo Abacuc primo, *Leuiores pardis equi eius, velociores lupis vespertinis.* Abac. 1. De tertio, Iacobi tertio: *Si autem equis frena in ora mittimus, & omne corpus ipsorum circumferimus.* Iacob. 3. Hi fuerunt equi albi, propter sapientiæ veritatem; propter eloquentiæ claritatem. Sessor istorum equorum Christus, qui eos regebat, etiam quia ipsum portauerunt per vniuersum mundum. Iste sessor habebat in manu sua arcum, propter quod additur, *Et qui sedebat super eum*, id est, super cœtum Apostolorum, *habebat arcum.* Hic arcus est sacra Scriptura, quam vt arcum Christus tenet in manu sua. Vnde nota quòd sacra Scriptura dicitur arcus, quo castra Ecclesiæ defenduntur, inimici vulnerantur, & occiduntur, Hæretici perforantur, & confunduntur. In isto arcu est lignum durũ, & chorda mollis: lignum durum, durities legis scriptæ, chorda mollis, mollities legis Gratiæ. Vnde sacra Scriptura continet vetus Testamentum, & nouum. Ergo hic equus albus, id est, Apostolorum cœtus, albus; & qui sedebat super eum, re-

Equus hic albus varia significat.

Christus sessor equi albi nempè cœtus Apostolici.

Arcus sacram scripturam denotat.

gens ipsum, id est, Christus, habens arcum, scilicet vetus, & nouum Testamentum.

Et data est ei, scilicet equo albo, id est, Apostolorum cœtui *corona*, scilicet corona syderea, propter cõsciẽtiæ puritatem; *aurea* propter sapientiæ claritatem; lapidea, propter eloquentiæ veritatem.

Sequitur, *Et exiuit vincens vt vinceret*, vt hic, supple cœtus Apostorum, vincens carnis oblectamenta, mundi blandimenta, hostis argumenta, *exiuit*, scilicet ad campum tribulationis, & angustiæ, prædicationis Euangelicę, & passionis crudelissimæ, *vt* & hoc *vinceret* carnis oblectamenta, per castitatis vigorem, & hostis argumenta per humilitatis pudorem.

Apostoli exeunt vincẽtes vt vincerent.

Potest etiam dici iste equus albus, homo Christus, vt textus iste, *Vidi & ecce equus albus*, exponatur de homine Christo. Dicitur enim Christus quoad humanitatẽ *equus*, propter animositatem pugnæ; fuit enim contradicens hosti, propter virtuositatem influentiæ; fuit influens menti, propter humilitatem obedientiæ; fuit enim obediens Patri.

Equus albus Christus homo.

Dicitur ergo Christus equus albus, albus innocentia singulari; sapientia speculari; refulgentia exemplari: de his omnibus Apoc. decimo nono, *Vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis, & verax.* Sessor huius equi Deus coniunctus homini, quoniam humanitas Christi à Diuinitate gubernatur, & regitur. Arcus Christi, fortitudo omnipotentiæ, lignum rectitudo iustitiæ. Genes. septimo, *Arcum meum ponam in nubibus cæli, & erit signum fœderis.* Chorda, dulcedo misericordiæ; corona Christi, personalis excellentia, vel præsidentia iudicialis sententiæ. Cant. tertio, *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate.* Exiuit ergo Christus ad prædicandum, ad præliandum, ad triumphandum. Psal. *Exiuit homo ad opus suum, & ad operationem suam. Exiuit* autem Christus virtute Diuinitatis; *vincens* sub specie humanitatis; *vt vinceret*, modum iniquitatis.

Quis sessor huius equi. Genes. 17. Cant. 3. Psal.

Vel potest dici, & exponi de spiritu humano, qui dicitur esse equus vniuersalis in tentatione hostis; agilis in executione operis; ductilis in mansuẽtudine cordis. *Equus albus*, Baptismali regeneratione, præmiali reformatione, virtuali præparatione. Arcus diuinæ consolationis, perfectæ conuersationis, supernæ confortationis. Eccles. quadragesimo sexto; *Vide arcum, & benedic qui fecit illum. Et exiuit* ad prælium, *vincens* carnem, mundum, vt tandem vincat hostem malignum. *Exiuit vincens vt vinceret*; verbum istud de quolibet Martyre dici potest.

Spiritus humanus, equus dicitur. Eccl. 43.

Describitur in eisdem passio cuiuslibet Martyris, quantùm ad conflictum pugnę, aggrediendo, in eunte, *Exiuit*; quantùm ad exitum victoriæ, triumphando, in vincente: *vincens*, quantùm ad titulum coronæ, in superando, in superante, *vt vinceret.*

Circa primum sciendum, quòd qui vult exire ad agonem Martyrii, debet esse animosus in ingressu, vt hostem terreat, virtuosus in congressu, vt illum feriat: victoriosus in regressu, vt coronam recipiat. De his Deuter. vigesimo. *Si exieris ad bellum contra hostes tuos, non timebis eos.* Ergo eris animosus in *aggressu, quia*

Qualis debet esse qui Martyrium vult consequi. Deut. 20.

Ad victoriam consequendam quid requiratur.

quia Dominus Deus tuus tecum est; ergo eris virtuosus in congressu, *quia eduxit te de terra ægypti*; ergo eris victoriosus in regressu.

Circa secundum, possumus attendere, quòd ad hoc vt aliquis sit vincens, requiritur militaris expeditio, in aggressu; familiaris confortatio, in congressu; exemplaris informatio, in regressu. De his tribus suprà secundo cap. *vincenti*, ecce militaris expeditio; *dabo edere*, ecce familiaris confortatio; *de ligno vitæ*, ecce exemplaris informatio.

Circa tertium, sciendum quòd qui in tali pugna vicerit, imperialiter coronabitur, immortaliter viuificabitur, eternaliter decorabitur. Coronat militaris expeditio, viuificat familiaris confortatio, decorat exemplaris informatio. Apoc. secundo, *Vincenti dabo edere manna absconditum*: ecce vita immortalitatis, in esu mannatis. *Et dabo illi calculum nouum*: ecce decor æternalis; *Et in calculo nouo nomen meum scriptum*, ecce corona imperialis.

Apocal. 2.

VERSVS 3.

Sequitur, *Et cùm aperuisset sigillum secundum, audiui secundum Animal dicens, veni & vide, & exiuit alius equus rufus.* Hîc postquam ostensa est prosperitas Ecclesiæ in ortu, sequitur aduersitas in progressu. Vnde equus ille rufus est peruersus exercitus tyrannorum, sessor eorum Diabolus, qui equitat super eos, regit & gubernat. Vnde Iob decimo quinto, *Ille est rex super omnes filios superbiæ.* Apertio huius secundi sigilli est prædicatio Passionis Christi; sicut apertio primi, prædicatio Resurrectionis: sequitur enim prædicatio Passionis prædicationem Resurrectionis, licet Passio Resurrectionem præcesserit. Vt enim populus citiùs ad fidem veniret, quia Resurrectio magis mouet ad credendum Christum esse Deum, quàm aliquid aliud: imò Incarnatio, & Passio magis mouent ad contrarium, idcirco præcessit tempore primitiuæ Ecclesiæ prædicatio Resurrectionis: vt priùs habitâ de Resurrectione, ea per fidem Resurrectionis, homo ascenderet ad fidem Passionis, deinde ad fidem Incarnationis. Et bene immediatè sequitur apertio huius sigilli, scilicet Passionis, apertionem primi, scilicet Resurrectionis, quia prædicata Resurrectione Christi, per quam Christus innotuit, quammaximè esse Deus, multi de Iudæis crediderunt, quibus Diabolus inuidens mouit persequutiones, quæ à morte Stephani inceperunt, & ideo tunc necesse fuit prædicare Passionem, vt venientes ad fidem Christi contemnerent mortem pro Christo, quia & ipse pro eis voluit mori. Ergo Apostoli primò prædicauerũt resurrectionem, per quam magis Christus innotuit esse Deus, vt populus citiùs crederet. Et quia in Resurrectionis prædicatione, incepit prædicatio Passionis, vt audita Christi Passione, fideles exemplo sui libentiùs Martyrium sustinerent, spe Resurrectionis, quæ fuit verbo prædicationis.

Cur priùs prædicanda Christi Resurrectio, quam eius Incarnatio & Passio.

Iob. 15.

Dicit ergo, *Et cùm aperuisset*, scilicet Agnus, qui dicitur Christus, *sigillum, secundum*, & cum compleuisset, & consummasset Passionem, quę sigillata, figurata, & occulta erat in veteri Testamento, *Audiui secundum Animal*, id est, ordinem Prædicatorum, qui tempore ipsorum Martyrum, vel Pas-

Secundum animal ordo concionatorum.

sionum, Passionem Christi prædicabant; & sic ipsi ad agonem Martyrii animabant, quod, inquam Animal signatur per Lucam, qui specialiùs describit Passionem, & mortem Christi. Audiui inquam istud Animal, *dicens; veni & vide. Veni* feruenter attendendo, *& vide* diligenter intuendo, vel *veni* ad altiorem, & maiorem intelligentiam; *Et vide*, prouidendo Ecclesię per prudentiam, & sapientiam.

VERSVS 4.

Quis equus rufus, & quid denotat.

Et exiuit equus rufus, idest, tyrannorum exercitus. *Et exiuit*, inquam, scilicet ab occulta malitia cordis, ad apertam sæuitiam operis. Psal. 7. Psal. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem;* Exiuit, inquam, *equus rufus*, albo superius dicto contrarius. Ille enim bonus, scilicet cœtus primorum Prædicatorum, vt Apostolorum: hic malus, scilicet cœtus tyrannorum, qui dicitur *rufus*, id est, crudelis, Sanctorum sanguine cruétatus. Et nota quod exercitus tyrannorum dicitur equus effrenatus malitiâ ad inuadendum, indomitus superbia ad deiiciendum, ferrox nequitia ad occidendum. Vnde in isto equo fuit furor iracundiæ, tumor superbię, feruor vindictæ.

Tyrannus equus rufus cum esset Diabolus.

Exiuit ergo equus iste rufus, id est, tyrannorum exercitus ad inuadendum, ad deiiciendum, ad perdendum: *Et qui sedebat super eum datũ est ei, vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficerent. Et qui sedebat super eum*, scilicet super equum rufum, id est, super tyrannorum exercitum, scilicet Diabolus, qui tyrannos excitabat ad persequutionem Martyrum, Ei scilicet Diabolo, *datum* est, id est, permissum à Deo, vt *sumeret pacem*; vt tolleret, & amoueret quietem, & tranquillitatem temporalem; *de terra*, id est, de militante Ecclesia: nunquam enim amicus Dei habuit quietem temporalem; sed finaliter habebit æternalem. Psal. *Tribulatio & angustia inuenerunt me.* Christus in suo Testamento Apostolis, & aliis amicis suis in hoc mundo, nil nisi tribulationem, & angustiá reliquit. Ambros. [Author ipse pietatis in cruce pendens, in sæcularibus negotiis pietatis officia reddebat, relinquens persecutionem Apostolis, pacem & corpus Iudæis, Patri spiritum, Virgini paranymphum, latroni paradisum, peccatoribus infernum, Christianis pœnitentibus crucem & supplicium.] Permissum est igitur Diabolo tollere pacem temporalem ab Ecclesia militante, & mittere odium, & rancorem, *vt inuicem se interficiant*, scilicet Deo permittente, & Diabolo suggerente. Psal. 118. *Tribulationem Christus in suo Testamento nobis dimisit.*

Ad litteram, istud factum fuit in primitiua Ecclèsia, quando Iudæi conuertebantur ad fidem Christi; nam tunc frater fratrem, pater filium insequebatur ad mortem. Math. decimo, *Tradet autem frater fratrem, & pater filium, & morte afficient eos, & eritis odio omnibus hominibus, propter nomen meum*, propter quod ipse dixit. *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Vel *datum est ei*, scilicet Diabolo, Deo permittente, *vt sumeret*, id est, vt auferret *pacem de terra*, id est, de cordibus Iudæorum, & vt inuicem se interficerent, Deo permittente, propter peccata eorum, quia Titus & Vespasianus Ierusalem destruxerunt, ipsi etiam multoties de regno, & prælatione certantes, se inuicem interfecerunt. Math. 10. *Diabolus ab initio homicida.*

Diabolus maxime pacis osor.

Quis gladius magnus datus Diabolo.

Et datus est ei gladius magnus, ideſt, *datus eſt illi*, ſcilicet Diabolo, ita permittente Deo, *gladius magnus*, id eſt, potentia magna occidendi Sanctos, quantùm ad corpus, non quantùm ad animam. Iob. *Verumtamen animam eius ſerua*: vel occidendi Iudæos, quantùm ad animam, & corpus, & hoc ſecundum aliam expoſitionem. *Datum eſt*, ergo Diabolo *ſumere pacem*, &c.

Iob. 1.

Nota quòd triplex eſt pax; peccatorum, contemnenda; iuſtorum, quærenda: beatorum, deſideranda: pax peccatorum eſt pax mundana, pax iuſtorum eſt pax interna, pax beatorum eſt pax æterna: pax peccatorum contemnenda, quia eſt ignominioſa; inficit, quia eſt ſeditioſa; decipit, quia periculoſa, & ad infernum trahit. Hanc pacem habebat Ioab cum Amaſa, de quo legitur Reg. ſecundo, quod ex vna parte tenebat mentum Amaſæ, quaſi oſculando eum, & ex alia infigebat ei gladium. Eſt etiam pax temporis, pectoris, & æternitatis. Pax igitur peccatorum contemnenda, quia ignominioſa, ſeditioſa, periculoſa; pax iuſtorum quærenda, & hoc per dilectionem & amorem ad Deum: per conſolationem & ſubuentionem ad proximum; per inſpectionem, & purgationem ad ſeipſum. Et hæc habet ſimplicitatem ſine faſtu; tranquillitatem ſine caſu; ſtabilitatem ſine lapſu. Et hæc eſt pax, quam annunciat Angelus Luc. ſecundo, *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, &c. Pax beatorum deſideranda, quia aufert odium, odium turbat; defert gaudium, gaudium lętificat, confert prędium, præmium coronat. Pſal. *In pace in idipſum dormiam & requieſcam*, propter quod dicit ille verſus.

Pax triplex peccatorum iuſtorum, & ſanctorum.

2. Reg. 2.

Vox temporis, rectoris, & æternitatis.

Quænam pax iuſtorum.

Luc. 2.

Quænam pax ſanctorum.

Pſal. 4.

O pax ſecura, munitio non ruitura. Continet electos ad cælica regna proiectos.

VERSVS 5.

Et cùm aperuiſſet ſigillum tertium, audiui tertium animal dicens, veni & vide. Et ecce equus niger, & qui ſedebat ſuper eum habebat ſtateram in manu ſua.

Hîc ponitur apertio tertii ſigilli, ſcilicet incarnationis Domini, & reuelationis tertii ſtatus Eccleſiæ Dei: Videns enim Diabolus quòd magis Eccleſia per apertam perſecutionem, & Martyrum necem proficeret, occultam perſecutionem immiſit per hæreticos. Vndè prędmiſſa corporali perſequutione tyrannorum, quæ ſignificatur per equum rufum, hîc ponitur ſpiritualis perſequutio hæreticorum, quæ ſignificatur per equum nigrum.

Eccleſia per perſecutionibus tyrannorum proficiens.

Vnde illa fiebat per violentiam gladii & mortis, hæc per apparentiam argumenti, & rationis: videns enim Diabolus ſe nihil proficere in occiſione Martyrum, ſed magis Eccleſiam per eorum necem & patientiam roborari, hęreticos peruersè Scripturas exponentes procurauit, quia omnes fere hæreſes, circa articulũ Dominicæ Natiuitatis verſantur: ideo oportuit eſſe ordinem prędicatorum, qui natiuitatem Domini prædicarent.

Et tertium animal loquutum eſt, per quod ſignatur Matthęus, qui expreſſiùs ſcripſit de Incarnatione & Natiuitate Chriſti. Equus igitur niger eſt cętus hæreticorum, confeſſor eſt Diabolus: ſtateram autem in manu tenet, id eſt, ſacram Scripturam peruersè exponit.

Dicit ergo, *Et cum aperuiſſet*, ſcilicet Agnus, *ſigillum tertium*, id eſt, tertium ordinem prędicato-

Quænam equus niger.

Cur hæretici compara-tur equo nigro.

rum, prædicantium, & promulgantium Christi Incarnationem, & elidentes ipsorum hæreticorum falsam eruditionem, contra Christi Incarnationem. Vnde apertio tertij sigilli, proprie est prædicatio Incarnationis Christi, quam maxime impugnabant hærætici: tertium Animal aperiens istud sigillum, tertius ordo Prædicatorum est, Christi Incarnationem prædicantium.

Audiui igitur istud tertium Animal dicens, *veni*, scilicet credendo, *& vide*, tibi scilicet, & Ecclesię prouidendo. Et quare sit prouidendum ostendit dicens, *Et ecce equus niger*, id est, cœtus hæreticorum denigratus, & à multis velaminibus obscuratus, id est, ferox ad prælíandum contra Ecclesiam. Iste equus contrarius primo, id est, cœtus Apostolorum cœtui hæreticorum, nam ille albus, iste niger, ille fidem construit, iste destruit. Ille equus hæreticorum effrenatus, indomitus, ferox, qui dicitur niger, propter defectum à veritate iustitiæ; à veritate doctrinæ: nam eorum vita simulata, eorum iustitia damnata, doctrina toxicata. Sessor huius equi est Diabolus, qui eos dirigebat, ducebat, & ad malum infestabat.

Hæreticorũ vita simulata, doctrina pestifera.

Vnde & hic, *qui sedebat super equum*, id est hęreticorum cœtum, *habebat stateram in manu sua*, id est, sacræ Scripturę expositionem: sicut enim statera per astutiam falsi mercatoris potest malè & inquè inclinari, sic sacra Scriptura per malitiam & astutiam falsi expositoris, potest male & peruerse exponi, ipso Diabolo docente & ducente. Habent igitur hæretici, vel sessor eorum, *stateram in manu sua*, id

Sacra Scriptura statera denotatur.

A est, Scripturam falsè allegantes, falsiùs exponentes, falsissime intelligentes. Oseé duodecimo, *Statera dolosa in manu eius.* Nota, triplex est statera, scilicet Dei, hominis. & Diaboli. Statera Dei est discretio iudiciorum, Prou. decimo quinto. *Pondus & statera iudicia Domini*; Examinatio meritorum. Iob. trigesimo quinto. *Apprehendet me in statera iusta.* Propositio suppliciorum. Iob. B sexto; *Vtinam appenderentur peccata mea in statera iusta.* Statera hominis debet habere discretionem loquutionis, cauere peruersionem persuasionis, remouere receptionem negotiationis. De primo Ecclesiasti. trigesimo primo. *Verba prudentiæ statera ponderabuntur.* De secundo in proposito. De tertio Michęe sexto. *Nunquam iustificabo stateram impiam.* C Statera Diaboli in medio dolosa ad decipiendum; iniuriosa ad puniendum; opprobriosa ad confundendum.

Oseé. 12. *Quomodo hæretici habent stateram nemo est iudex scripturarum in manu sua.*

Tr plex statera Dei, hominis & Diabolo.

Prouer. 15. Iob. 31. Iob. 6.

Eccli. 31.

Mich. 6.

VERSVS 6.

Et audiui tanquam vocem in medio quatuor Animalium dicentium bilibris tritici denario vno, & tres bilibres tritici denario vno, & vinum & oleum ne læseris. Hîc ostensa persequutione hæreticorum; ostenditur remeD dium contra ipsam, vel auxilium quod est prędicatio, veritatem indicans fidei, & potestas Dei refrenantis eorum malitiam.

Dicit ergo, *Et audiui*; Ita dixi, quia Diabolus qui sedebat super equum nigrum, id est, super cœtum hęreticorum, Dei Ecclesiam impugnantium, habebat stateram in manu, & non solùm hoc vidi, verùm & audiui tanquam vocem, id est, vocem Angeli *exeuntis in medio quatuor animalium*, id est, in me-

dio prędicatorum, per quatuor partes mundi prædicantium, *tanquam vocem* Christi, qui in medio prędicatorum est, vt doctor, vt rector; & angelus qui loquebatur tenebat palmam Christi.

Audiui, ergo, *vocem* Angeli, id est, vocem Christi in medio quatuor animalium, id est, prædicatorum, *dicentium Bilibris tritici denario vno*. Bilibris ad litteram est vas capiens duos sextarios, vel duas libras; & designat sacram Scripturam habentem duplicem intelligentiam, scilicet historicam & mysticam; Et vna libra est sensus litteralis, altera sensus spiritualis. Triticum vero qui est cibus nobilium, nouum Testamentū signat; Ergo triticum est nouum Testamentum duas libras, id est, duos sensus continens. *Hordeum* quod est cibus rusticorum, & iumentorum, duriciem habens in cortice, sed medullam interiùs dulcem, signat vetus Testamentum, quòd in tres partes diuiditur apud Hæbreos; scilicet in legem, Prophetas, & Agiographa; Ideo res bilibres hordei, tres signant partes Testamenti, quarū quælibet est bilibris, id est, duos sensus habens litteralem & spiritualem. Per denarium significatur vnitas fidei; quia habet regis imaginē, & subscriptionē: imago pertinet ad Christi Diuinitatem; subscriptio ad Christi humanitatem, de quibus est nostra fides. Vnde denarius est vnitas fidei perfectæ; & quia vtrumque Testamentum vnitatem fidei continet, ideo rectè dicitur Vendi, *denario vno*, id est, fidei vnitate.

Quid bilibris, & quid denotat.

Triticum denotans nouum Testamentum, hordeum autem vetus.

Bilibris igitur tritici, sunt tres partes veteris Testamenti etiam habentes duos sensus, quasi duas libras contra hæreticos peruerse Scripturas exponentes.

Vult ergo dicere, vos fideles nolite timere, quia, *audiui vocem in medio quatuor animalium*, scilicet prædicatorum per quatuor mundi partes prædicantium, dicentem, *quod bilibris tritici*, id est, intelligentia duplex noui Testamenti litteralis, & spiritualis, *denario vno*; supple emitur, id est, in vnitate fidei perfectè datur, vt hæretica prauitas confundatur. Et insuper tres bilibres hordei; id est, tres partes veteris Testamenti, vno denario emuntur, id est in eadem fidei vnitate dantur. Et meritò idem pretium est vtrobique, quia eadem intelligentia vtrobique quasi rota in medio rotæ. Ezechiel. In vanum igitur laborant hæretici, nam scripta habent motiua vtriusque Testamenti. Iudæis enim & hæreticis occultatur medulla tritici & hordei id est, vtriusque Testamenti; quia totaliter adhærent cortici; sed Christianis fidelibus manifestata est medulla vtriusque Testamenti tritici & hordei, & ideo ab eis tam Iudæi, quam hæretici faciliter possunt deprehendi, & deuinci.

Noui Testamenti intelligentia duplex, quæ in vnitate fidei datur.

Audiui, igitur, *in medio quatuor animalium dicentium bilibris tritici, &c.* & non solum hoc, sed etiam, *dicentium vinum & oleum ne læseris*; vinum pungit, oleum lenit. Ergo audiui vocem quatuor Animalium dicentium, *vinum*, id est, Prædicatores bonos consolantes, & vngentes, *ne læseris*, id est, tu Diabole sessor hęreticorum, *ne læseris*, scilicet læsione spirituali, licet lædere possis lęsione corporali. Vel moraliter totum hoc, & legatur sic littera; *Audiui vocem dicentium*, &c. *ne læseris*, *Bilibres*, Precepta Christi adimplentes dicuntur

Quid per oleum & vinum intelligitur.

bilibres, quia duas libras habentes, scilicèt Dei & proximi; vel quia ex vtroque populo congregati: qui etiam sunt triticei, id est, dulces in conspectu Dei, & ideo eos ne *læseris*, quia empti sunt denario vno, id est, meo sanguine pretioso: sed etiam nec illos qui habent tres bilibres, scilicet fidem sanctæ Trinitatis tenentes, qui sunt hordeacei asperi, quia à nullis potest perfectè fides Trinitatis cognosci. Nec etiam *læseris vinum*, id est, prædicatores prædicatione sua alios inebriantes, & *oleum* misericordia sua alios delectantes, & consolantes.

Triticum significat Scripturam expositam animam expiatam.

Nota quòd triticum dicitur Scriptura exposita; Anima expiata. Triticum Scripturæ expositæ est, esse trituratum meditatione, dispensatum prædicatione, incorporatum meditatione. Triticum animæ expiatæ, est excussum in area pœnitentiæ; extersum à palea scoriæ; collectum in horrea gloriæ, Matth. decimo tertio, *Triticum*, ait, *congregate in horreum meum.* Matth.13.

Hordeũ denotat asperitatem legis & austeritatẽ pœnitentiæ.

Nota quòd hordeum signat asperitatem legis Mosaïcæ, austeritatem Pœnitentiæ. Hordeum quod est lex Mosaïca, habet palearum obscuritatem in velamine, tectum ruditatis in cortice; medullam suauitatis in spirituali expositione, Ioan. quinto, *Est puer vnus hîc qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces.* Hordeum quod est Pœnitentia, habet asperitatem victus; nuditatem vestitus; suauitatem gustus, Ierem. quadragesimo sexto. *Habeamus thesaurum in agro frumenti & vini, & olei & mellis.* Vinum signat prædicationem peccatorum. Vinum contemplatiuorum est limpidissimum visu, sapidissimum olfactu. Hester primo, *Vinum vt regia magnificentia dignum erat, abundans & præcipuum ponebatur.* Vinum est potens compunctione, curans cognitione, fragrans consolatione, Luc. decimo. *Alligauit vulnera eius, infundens vinum & oleum.* Ioan. 5. Ierem. 40 Hester. 1. Luc. 10.

Nota etiam quòd oleum signat compassionem feruidam, cóuersationem splendidam; Compassio feruida est remissiua iniuriæ; ostensiua beneuolentiæ, impensiua beneficentiæ, Iob vigesimo nono, *Petra fundebat mihi riuos olei.* Conuersio splendida est pulchra visu, pura aspectu, vera affectu, Ecclesiasti. nono, *Omni tempore vestimenta tua sint candida, & oleũ de capite tuo non deficiat.* Iob. 29. *Oleum significat cõpassionem feruidam conuersationem splendidam* Eccles. 9.

Nota etiam quòd denarius sumitur aliquando pro vnitate pretij, Lucæ decimo, *protulit duos denarios*, id est, corpus & animam; aliquando sumitur pro vnitate fidei, Matthæi vigesimo, *Nonne ex denario conueneristi mecum? tolle quod tuum est & vade*; aliquando sumitur pro fidelitate præmij, Matth. vigesimo, *Acceperunt singulos denarios*; aliquando pro dignitate imperij, Matth. vigesimo secundo, *Obtulerunt & denarium, & dixit eis Iesus, cuius est imago hæc & superscriptio?* Luc. 10. Matth. 20 *Denarius vnitè sumitur & pluraliter significat.* Matth. 20 Matth. 22.

VERSVS. 7.

Et cùm aperuisset sigillũ quartum, audiui vocem quarti Animalis, dicentis, veni & vide, & ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi mors, & infernus sequebatur eum. Descriptâ persequutione tyrannorum, & Hæreticorum, hîc describitur persequutio falsorũ fratrũ, vel hypocritarũ, vbi agitur de quarto statu Ecclesiæ in quo per hypocritas Diabolus, tanquam per domesticos, Ecclesiam posse turbare se securus putauit. Videns enim Diabolus quòd *Falsi fratres & hypocritæ sanctissime Ecclesiam persequentes,*

nec per apertas tribulationes tyrannorum, quæ signantur per equum rufum, neque per occultas deceptiones hæreticorum, quæ signantur per equum nigrum, Ecclesiam deiicere potuit, imò magis profecit, introduxit vulpes subdolas, id est, falsos hypocritas, per quos vineam demoliri nititur. Cant. secundo, *Capite nobis vulpes parvulas quæ demoliuntur vineam.* Et hic est tertius status Ecclesiæ, in quo impugnatur Ecclesia per simulationem sanctitatis, qui incipit à Mahometo. Et hic benè per equũ pallidum designatur, qui est color medius inter album & nigrum, qui fuit caput hypocritarum, quia legem suam constituit ex duplici colore, ex lege Iudæorum, & lege Christianorum, medium quasi tenens, sicut sciunt illi qui nouerunt legem Sarracenorum. Et meritò per colorem pallidum designatur status hypocritarum; nam color pallidus medius inter album & nigrum naturam sapit extremorum, sic hypocrita albedinem habent in apparentia, nigredinem in existentia.

Cant. 2.

Mahometas legem suam constituit ex lege Christianorum, & Iudæorum.

Quinam hypocritæ.

Dicit, ergo, *Et cum aperuisset sigillum quartum*, id est, secreta quarti status manifestasset, *audiui vocem quarti animalis*, scilicet Ioannis ad modum Aquilæ altiùs volantis ad verbum increatum & incarnatum; & designat istud quartum Animal, quartũ ordinem prædicatorum cõtra falsos fratres, & hypocritas prædicantium; *Veni & vide*, non imitando, Math. sexto, *Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas, vt videantur ab hominibus ieiunãtes. Amen dico vobis, acceperunt mercedem suam. Et vide* cauendo. *Attendite à fermento Pharisæorum, quod est* hypocrisis; Vnde attendendum & cauendum est ab eis, quia decipiunt per apparentiam, quia inficiunt per fallaciam, quia interficiunt per maliliam.

A

VERSVS. 8.

Veni ergo, *& vide. Et ecce equus pallidus*, id est, hypocritarum cœtus, qui dicitur equus effrænatus malitia, callidus astutia; sed pallidus quia extenuatus liuore proprii cõmodi, & ex rancore alterius boni; non enim intendunt, nisi proprium commodum, eis displicet alienum bonum, id est, libenter decipiunt proximum; & ideo *qui sedebat*, scilicet Diabolus; *super eum*, id est super hypocritarum cœtum, *Nomen illi mors*, quia principium & finis est mortis.

B

Cœtus malorũ equus effrenatus.

Et nota quod in aliis equis non nominatur sessor: simulati magis lædunt quàm alii, quia difficilè potest ab eis caueri; & per consequens per istos hypocritas, magis intrat mors in orbem terrarum, quàm per alios: & ideo sessor illorum mors non immeritò appellatur: hypocrita enim videtur viuere, & tamen in veritate mortuus est, vt suprà tertio cap. *Nomen habes quòd viuas, & tamen mortuus es.* Et *infernus sequebatur eum*, scilicet hypocritarum cœtum: sequitur enim hypocritam infernus, qui est pœnæ acerbitas, pœnæ diuersitas, pœnæ æternitas. Vel infernus sequitur eos qui sunt de lege Mahometi; id est voluptas insatiabilis: numquam enim satiatur, sicut infernus; nam Mahometus posuit legem laxam; quia Sarraceni eius discipuli possunt habere multas vxores, & ideo multi sunt eum sequuti, & ista voluptas insatiabilis sicut infernus sequitur eos.

C

Maius periculum in simulatis quam in aliis peccatoribus.

D

Quomodo infernus sequatur hypocritas.

Voluptas inferno denotatur.

Mors eur Diabolus

Ergo nomen sessoris huius equi, *mors*, id est, Diabolus, qui trahit ad mortem inferni, & ita mors sequitur eum, & non solùm hoc; verùm etiam, *data est ei*, scilicet Diabolo, *super quatuor partes mundi*, id est, super omnes qui sunt in quatuor partibus orbis; vel super quatuor partes mundi, id est, super quatuor hominum genera, qui sunt in terra, scilicèt superbos, auaros, B inuidos, luxuriosos. Intelliguntur per Orientem superbi, qui eleuantur gloriâ vanitatis; per Aquilonem auari, qui accenduntur face cupiditatis; per Septentrionem inuidi, qui regulantur motu iniquitatis; per Occidentem luxuriosi, qui ducuntur gressu brutalitatis. Super istos Diabolus habet potestatem & authoritatem, & hoc *interficere gladio*, quoad pœnam afflictionis; *& fame*, propter defectum C consolationis; *& morte*, propter æternitatem durationis; *& bestiis terræ*, propter vniuersalitatem punitionis. Vel interficere gladio, scilicet peccati; *fame*, defectu verbi; *Morte*, scilicet doctrina mortifera; *& bestiis terræ*, id est, crudelibus mundi principibus, homines deuorantibus & occidentibus.

Super quos Diabolus habet potestatem

Diabolus in suos etiam sæuissimus.

VERSVS 9.

Et cùm aperuisset sigillum quartum, vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant, & clamabant voce magna dicentes, vsquequo verus & sanctus non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum, de his qui habitant super terram? Præmissâ persecutione contra Ecclesiam, hîc ponitur consilium conseruans eam. Consolatur autem primò tribulatos Ioan. pro Christo ibi, *Vidi sub altari*, id est, A sub protectione Dei: secundò, propter stolas quibus vidit eos ornari, ibi, *Datæ sunt illis singulæ stolæ albæ*: tertiò propter promissionem de implendo eorũ desiderio, de vindicta inimici, ibi; *Et dictum est illis vt requiescerent tempus adhuc modicum.* Hoc ergo quintum sigillum est consolatio animarum in ætate quinta quiescẽtium, quæ priùs occulta erat, sed fuit Ioanni ostensa, & per eum Ecclesiæ releuata, & hîc per Christum fuit quintum sigillum apertum.

Dicit ergo, *& cùm aperuisset quintum sigillum*, id est, secreta quinti status Ecclesiæ, *Vidi subtus altare Dei*, id est, sub protectione filij Dei, *animas interfectorum* à prædictis persequutoribus: nam multi *visi sunt oculis insipientium mori*; *illi autem sunt in pace*, *Interfectorum*, dico, *propter verbum*, & Euangelium, quod scilicet D prædicabant: vel *propter verbum Dei*, id est, præceptum Dei, quod implebant, *& propter testimonium*, id est, Christianitatis titulum, quem habebant & allegabant.

Quintum sigillum quintum statum Ecclesiæ.

VERSVS 10.

Et clamabant voce magna, id est, de magno desiderio, de corporis glorificatione, *dicentes*, id est, desiderantes. Desiderium enim est dictio interioris hominis: *Vsquequo*, id est, vsque ad quod tempus expectas *Domine* qui omnia potes, *sanctus* in operibus, *& verus* in promissis, Expectas inquam, supple quòd *non vindicas sanguinem*, id est, sanguinis nostri effusionem, pœnas debitas occisoribus inferendo: quod dicunt Sancti interfecti, non pœnam occisoribus optando, sed Iustitiæ Dei congratulando, & voluntati eius se cõformãdo. De omni enim eius voluntate gaudent, etiam de pœnis propriorum

Quomodo sancti postulent vindictã pro effusione sanguinis sui ab impijs.

priorum parentum, Psal. *Lætabitur* Psal. 57. A *iustus cum viderit vindictam.* Ad maiorem autem expressionem desiderij id verbum duplicatur.

Vsquequo, igitur, *Domine non iudicas sanguinem nostrum, & non vindicas de his, qui habitant in terra*, non solum corpore, sed etiam mente, infra octauo cap. *Væ, væ, væ, qui habitant in terra.* De his quare plurimum conqueruntur Sancti? quia isti propter B amorem terrenorum capti ad cœlestia non festinant. Propter quod tardat compleri numerus electorum, & sic etiam tardat perfecta gloria electorum, quæ erit in vtraque glorificatione, quando glorificabuntur in anima & corpore: vel superius, *Iudicas sanguinem nostrum*, hîc, *vindicas de his, qui habitant super terram.* Quia iudicium & vindicta pertinet ad filium Dei.

Cur sancti conqueruntur de mora.

VERSVS 11. C

Sequitur, *Et datæ sunt illis singulæ stolæ* Ostenso Sanctorum desiderio, hîc ostenditur desiderij eorum impletio: & primò proponitur certitudo de stola animæ, secundò promittitur certitudo de stola corporis, ibi *& dictũ est illis vt requiescerent*; Primò sancti Martyres monentur, expectare modicum; secundò redditur ratio expectandi præmium, donec expleantur conserui eorum.

Longe plura Deus confert desiderantibus quàm speramus. Et nota quod prævalet Diuina largitas, quia sanctis peretribus de malis & de persequutoribus suis vindicari, dat consolationem de præmij adeptione, de spei confirmatione, de malorum punitione. D

Dicit ergo, *& datæ sunt.* Ita continua, sicut dictum est, quod Sancti petunt vindictam de his qui suum sanguinem effuderunt, & sanctos interfecerunt, *& datæ sunt illis*, scilicet sanctis alte clamantibus, *singulæ stolæ*, Indumentum scilicet animæ, clarum propter cognitionem, calidum propter dilectionem, incorruptibile propter fruitionem; hîc diuiditur prima stola, respectu secundæ stolæ scilicet corporis, quæ dabitur in die iudicij. *Et dictum est*, id est, à DEO vt sperarent vsque ad diē generalis resurrectionis, quod est tempus modicum & breue respectu æternitatis.

Stola duplex, & quando data est sanctis.

Dictum est, igitur eis, à Domino, *vt expectarent modicum*, & hoc, *donec compleantur conserui eorum*, qui DEO sicut illi seruituri sunt, *& fratres* eorum qui interficiendi sunt vt illi, id est, eadem causâ quâ illi, scilicet *propter verbum* DEI, *& testimonium* IESV CHRISTI. Et certè hoc congruè est factum, vt magis sit gaudium in omni remuneratione & glorificatione: tunc enim maximum erit festum, quando erit congregatio omnium electorum.

Datæ sunt illis singulæ stolæ. Et nota quòd duplex est stola, gratiæ, & hæc est reducens exulem ad gradū pristinum, reuocans absentem ad meritum debitum; ornãs DEI formam per virtutum cumulum: & hæc est stola prima de qua Lucæ decimo quinto, *Proferte cito stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius.* Alia stola, gloriæ, & hæc secunda animæ, vel mentis. Stola autem gloriæ consistit in præclaritate visionis inoffuscalibus, in perennitate tentionis indissolubilis, in præclaritate fruitionis inexplicabilis. De his Ecclesiastici decimo quinto, *Implevit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus*, *& stolam gloriæ induit eum.* Stola corporis consistit in libertate subiugali: in agilitate irrecessibili, in formositate indefor-

Quæ stola gratiæ, quæ stola gloriæ.

Luc. 15.

In qua consistit stola animæ & corporis.

Eccl. 15.

Genes. 45. mabili. Genes. quadrageſimo quinto; *Singulis iuſsit proferri ſtolas binas.*

Datæ ſunt illis, id eſt, Sanctis, *ſingulæ ſtolæ: Et dictum eſt eis, vt requieſcerent adhuc tẽpus modicum donec impleantur conſerui eorum.* Conſerui Sanctorum implentur vino dilectionis, & amicitiæ, oleo compaſſionis & gratiæ, Pſal. *Dilata os tuum, & implebo illud*; frumento conſolationis, & Pſal. 80. Geneſ. 43. gloriæ. geneſ. quadrageſimo tertio, *imple ſaccos eorum frumento, quantum poſſunt capere.*

Quibus implentur ſerui Dei.

VERSVS. 12.

Et vidi, cum aperuiſſet ſigillum ſextum, & ecce terræ motus factus eſt magnus, & ſol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus, & luna facta eſt, ſicut ſanguis. Declarata viſione eorum quæ contingent Eccleſiæ vſque ad ſtatum circa finem, hîc ponitur viſio eorum quæ contingent in fine, quæ prędicuntur ad præueniendum, vt caueantur: nam minùs feriunt iacula quæ præuidẽtur. Sunt autem quæ prædicuntur duo, grauis tribulatio Antichriſti, & breuis, atque magna conſolatio Dei; primum, in principio, ſecundùm, in fine ſeptimi cap. & in apertione ſeptimi ſigilli ibi. *Et cum aperuiſſet ſeptimũ ſigillum, factum eſt ſilentium in cœlo*, vnde apertio ſtatus perſecutionis Antichriſti, eſt apertio ſexti ſigilli: Erit autem tunc temporis duplex perſequutio, vna corporalis tanta, vt *moueantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.* Mat. 24. Math. vigeſimo quarto. &c. de qua tractatur hìc; alia ſpiritualis, ſcilicèt impedimentum verbi Diuini, infrà in principio ſeptimi cap. ibi, *Poſt hæc, vidi quatuor Angelos.* Item primò oſtenditur principium perſequutionis; ſecundò effectus ibi, *& ſol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus.*

Iacula minus feriunt quæ præuidentur.

Dicit ergo, *Et vidi cum aperuiſſet ſextum ſigillum*, Continuatur autem hæc pars præcedenti parti per hũc modum: ita dixi ſuprà, quòd Chriſtus oſtendit mihi tribulationes, quæ contingent Eccleſiæ vſque ad ſtatum circa finem, & non ſolùm vidi has tribulationes, verùm & vidi illas quæ contingent in fine, id eſt tempore Antichriſti, quia *& vidi cum aperuiſſet*, ſcilicet *Agnus* qui dicitur Chriſtus, pro nobis *ſextũ ſigillum* id eſt, cum ſtatum futurum tempore Antichriſti mihi oſtendiſſet, tunc vidi oculis. ſcilicèt mentis, non carnis, & *ecce*, admiratiuè *terræ motus factus eſt magnus*, loquitur in præterito, ac ſi factum fuiſſet; quia quod futurum erat, iam in exiſtentia factum eſſe cernebat in Dei præſentia. *Ecce*, quid? *terræ motus factus eſt magnus.* Ad litteram, quia tunc terra mouebitur. Math. vigeſimo quinto, *Surget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræ motus per loca.* Vel *terræ motus*, id eſt, commotio terrenorum contra ſanctos & Dei electos; & dicitur *magnus*; quia vbique erit tribulatio magna, & perſecutio tempore illo. Daniel. duodecimo. *Veniet tempus quale non fuit ante, ex quo gentes eſſe cœperunt vſque ad tempus illud, & in tẽpore illo ſaluabitur omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro vitæ*, propter quod dicit Greg. [Quoties illum diẽ cogito, toties toto corde, & corpore contremiſco.] Vndè nota quòd Antichriſtus erit homo deceptor pecuniis, illector concupiſcentiis, illuſor prodigiis, illector concupiſcentiis ſcilicet fœminarum; & ideo tunc tribulatio maxima erit.

Math. 25.

Quid nam terræ motus magnus denotatur.

Daniel. 12.

Qualis futurus eſt Antichriſtus.

Ecce ergo, *terræ motus factus est.* Vel ad litteram, vel quia tunc temporis terrenorum contra Sanctos motio magna. *Et sol factus est niger tanquam saccus cilicinus.* Hîc ponitur persequutionis effectus, sed hîc primò quoad fortes duplex effectus, secúdò quoad debiles, ibi *& stellæ*, quoad fortes duplex effectus, persecutionis scilicèt fidelium, vilificatio & fugatio. *Et cœlum recessit sicut liber involutus.*

Dicit ergo, *Et sol factus est niger tanquam saccus cicilinus.* Ad litteram tunc enim obscurabitur sol, & luna, & alia cœli luminaris. Iohelis secundo. *Sol & Luna obtenebratæ sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum.* Ponit autem præteritum, pro futuro, more Prophetico, Vel moraliter Sol iste CHRISTVS qui dicitur Sol splendore luminosus, decore speciosus, dulcore gratiosus. Hîc Sol factus est niger tãquam saccus per passionis supplicium. Vnde *non erat ei species; neque decor.* Ante passionem erat hæc facies splendore luminosissima: decore speciosissima, dulcore gratissima, amore desideratissima: sed in passione hæc facies fuit velata contra claritatẽ, inflata contra specioſitatẽ, conſputa cótra graciosítatem, abominata contra desiderabilitatem; propter quod dicit Chrysosto. [Cœli structor adstringitur, mellis dator felle cibatur, propinator fontium aceto potatur, subleuator omnium in cruce leuatur, ibi tandẽ mortuus lancea perforatur, captiuorum libertas traditur, gloria Angelorum illuditur, omnium DEVS flagellatur, speculũ sine macula, & candor lucis æternæ conspuitur, morientium vita occiditur, & quid nobis miseris vlterius restat, nisi vt eamus & moriamur cum illo.]

Iohel. 2.

Christus secundum quod & quando factus est niger sicut saccus cilicinus.

Hic ergo *Sol* Iustitiæ *factus est niger tanquam saccus cilicinus, & Luna tota facta est sicut sanguis.* Ad litteram etiam, quia tunc claritas Lunæ in colorem sanguinum conuerteretur, ad terrorem & persequutionem peccatorum, Iohel quinto. *Sol conuerteturin tenebras, & Lunain sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis,* vel *Luna*, id est, Ecclesia à sole Christo illuminata, *facta est*, reputatione malorum *tota*, id est secundum aliquem statum sui, *sicut sanguis*, id est, peccatrix; vel *facta est sicut sanguis*, quia tunc temporis qui adhærebunt Ecclesiæ, erũt laureati sanguinis effusione, tunc enim temporis erit tota Ecclesia sanguine Martyrum coronata. *Luna* igitur *facta est tota sicut sanguis, vel Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus*, qui est vestis vilis à cilicio dictus, vbi primò fuit repertus, qui est vestis pœnitentium.

Ioel. 3.

Ecclesia luna quomodo cõuertetur in sanguinem.

Nota quòd Sancti tunc temporis erũt in magna vilitate, & magnum sustinebunt flagitium. Et *Luna tota facta est sicut sanguis*, id est, mediocres fideles lumen à maioribus recipientes, sicut Luna à Sole, tempore Antichristi erunt sicut sanguis; ita viles sicut homicidæ aliorum sanguinem effundentes, vel morientur per sanguinis proprii effusionem.

VERSVS 13.

Et stellæ de cœlo ceciderunt super terram, hîc primò ostenditur debilium casus: secundò duplex dispositio istius lapsus ibi, *Sicut ficus emittit grossos suos.*

Dicit ergo, *Stellæ ceciderunt de cœlo*, quasi diceret. Non solum, *Luna facta est sicut sanguis*, verùm *& stellæ ceciderunt.* Ad litteram. Tunc vide-

Quare stellæ cadunt.

buntur ſtellæ cadere de cœlo; quia ſecundum Hyeronimum [tunc omnia ſydera errantia, & ſtationaria ſpargent ex ſe igneas comas; & tunc frequenter generabantur cometę.] Vel ſtellæ, id eſt, minores fideles qui minùs habent de lumine, quã maiores, vel mediocres, *ceciderunt*, id eſt, receſſerunt de *cœlo*, id eſt, de fide, & hoc *ſuper terram*, adhærentes terrenis promiſſionibus Antichriſti. Et etiam hodie multos auertit à Chriſto amor terrenorum: ſicut patet de diuite, cui Chriſtus dixit, *Vade, vende omnia quę poſsides & da pauperibus*, & ſequitur, *contriſtatus abiit, erat enim diues.* Sic Antichriſtus per diuitias multas, multos auertet à Chriſto. Vel ſtellę ſunt Miniſtri Eccleſiæ lucentes, per fidei claritatem, & conuerſationis honeſtatem. Cœlum eſt Eccleſia, de iſtis aliqui cadent ſuper terram, id eſt, reuocabuntur ad terrena.

A fide Chriſti, amor terrenorum auocat.

Cur ſtellis Miniſtri Eccleſiæ conferuntur.

Nota quod benè ſtellis Miniſtri Eccleſiæ comparantur; quoniam ſicut ſtella eſt aſpectu radioſa, influxu gratioſa, effectu virtuoſa, ſic in Miniſtris Eccleſię debet eſſe lux ſplendoris, fax tenoris; vel ſplẽdor veritatis, ardor charitatis. Iſtæ ſtellæ ſunt in Eccleſia militante, quæ dicitur cœlum ſphæricum cõtinuitate durationis; concauum capacitate perfectionis; ſolidum firmitate tolerationis. In iſto cœlo ſunt ſtellę iam dictæ, ſicut ſancti Miniſtri & Dei electi. Per ipſos eſt militans Eccleſia adornata, & illuſtrata, de iſtis etiam aliqui cadent ſuper terram, Antichriſti terrenis, promiſſionibus adhærentes, & Eccleſiam relinquentes.

Tempore Antichriſti plures à fide deficient.

Sed meliùs dicitur primò, vt per ſtellas minores fideles intelligãtur, quia omnes iſti cadent in terram, & hoc ſicut *ficus emittit groſſos ſuos*, id eſt, inutiles ficus, quę non poſſunt comedi; *emittit*, inquam, *ad terram*, & hoc; *cùm à vento magno mouetur*: ſic iſti minores, & in fide debiles, qui ſunt quaſi groſſi inutiles, cum ab Antichriſti tribulatione magna, & terribili mouebuntur, *ad terram* proſternentur. *Et non* ſolum iſti ad terram ceciderunt.

VERSVS. 14.

Verum etiam *cœlum*, id eſt, maiores, *receſsit*, ſcilicet à perfectione, & fide, *ſicut liber inuolutus*, quia etiam in maioribus erit tanta concuſſio, quòd non poterit tunc legi in ipſis perfectio aliqua, nec ſtabilitas in fide Catholica; Iſai. vigeſimo, *Complicabuntur ſicut liber cœli*; ideſt, maiores ſcilicet cœlici Catholici. Certe iſtud erit ad litteram, quia tunc temporis erit tanta tribulatio, quòd pauci ſtabunt, ſed quaſi omnes à fide recedent. Vel cœli, ſcilicet maiores qui nunc ſunt in fide rotundi, ſapientia lucidi, virtutibus præclari, conuerſatione alti, mobiles per obedientiam, firmi per patientiam, ſtellati per prudentiam, tunc temporis erunt, *ſicut liber inuolutus*, quia præ nimietate perſecutionum non audebunt apparere, nec librum Sacræ Scripturæ aperire, nec verbum Dei aliis prędicare. Vnde ad litteram. Tunc boni abſcondent ſe in ſpeluncis, & cauernis, ſicut in primitiua Eccleſia faciebant: ſicut legitur de Silueſtro, & de aliis ſanctis multis, vnde tunc erit maior tribulatio, quam in primitiua fuit.

Iſai. 10.

Quid nomine libri inuoluti intelligitur.

Cur perfectiores tempore Antichriſti recedent, ſicut liber inuolutus.

Ergo, *Cœlum receſsit ſicut liber inuolutus, & omnis mons, & inſulæ de loco ſuo motæ ſunt.* Hîc exponit quod di-

xerat, scilicet quòd maiores tunc mouebuntur, qui sunt in duplici differentia, quia quidam sunt contemplatiui, & virtutibus eminentes, qui per montem designantur; quidam sunt actiui in fide, & bonis operibus laborantes, qui per insulas designantur.

Perfecti in duplici differentia.

Omnis, igitur, *mons*, id est, contemplatiui, qui sunt montes alti separati à mundiali conuersatione, illustrati fidei cognitione. Vnde de his potest dici, *Mons coagulatus, mons pinguis*; floridi irrigati mentali deuotione; floridi impinguati spirituali consolatione. Hi inquam, montes tunc etiam mouebuntur; scilicet à fide recedendo, quoad aliquos: vel mouebuntur ab impiis recedendo, firmiter in fide permanendo, quoad alios, vel & contemplatiui mouebuntur, id est, concutientur.

Omnes etiam insulæ, id est, omnes actiui in fide, & operibus laborantes, fluctibus tribulationum huius mundi vallati mouebuntur etiã, vel fidem relinquendo, vel statum contemplationis dimittendo, vel concutiendo, vel patiendo. Vnde si montes concutiantur, tanto magis insulæ, quia maiores minoribus præferuntur. *Omnis*, igitur, *mons*, id est, omnes contemplatiui, *& insulæ*, id est actiui, *de locis suis*, id est, de statibus suis in quibus erant, *moti sunt*, id est, mouebuntur & concutientur; Ad litteram. Et non solùm hoc, verum etiam.

VERSVS 15.

Tempore Antichristi plures etiã potentes & sæculi confugient ad montes.

Reges terræ & principes, & tribus, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber abscondérunt se in speluncis, & petris montium, & dicunt petris, & montibus, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum: & quis poterit stare? Ad Litteram, coram Antichristo homines videntes se deceptos, timentes DEI iram, & vindictam, petent auxilium & suffragia sanctorum. Et hoc est, quod dicit; *Reges terræ*, id est, principes maiores terrena regentes; *& principes*, id est, minores qui sunt inter alios principaliores; *& diuites*, tam terreni quam spirituales; *& fortes*, tam in corpore quam in mente; *& omnis seruus*, id est, coniugatus; *& liber, abscondérunt se*, id est, abscondent se; *in speluncis*, id est, tũc temporis consilium petent ab Heremitis, vel ab illis sanctis, qui propter metum Antichristi abscondérunt se in speluncis, & in petris montiũ, & in fide permanserunt & eorum suffragia postulabunt, *& tunc dicent montibus*, id est, viris perfectis & contemplatiuis, *& petris*, aliquibus firmiter in fide permanentibus.

Tribulationis & angustiæ dies.

Tribulationis dies in speluncis, & antris.

VERSVS 16.

Cadite supernos, id est, abscondite, & protegite nos sanctis operibus vestris; *Et abscondite nos*, sub velamento orationum vestrarum; *à facie*, id est, ab ira *sedentis super thronum*; *& ab ira Agni*, id est, Christi iudicis; Et causam quare petent auxilium, statim subiungit.

VERSVS 17.

Quia venit, id est, veniet, *dies magnus iræ ipsorum*, scilicèt principum terrenorum, *Dies*, scilicèt Iudicij extremi, in qua Chris. maximè ostendet iram suam malis, qui verè dies tribulationis & angustiæ, quo ad malos: *Et quis poterit stare?* certè nullus, nisi fuerit bonus ad Galat. quarto. *Quis poterit cogitare diem ad-*

Terribilis dies Domini.

Ad Gal. 4.

uentus eius? Vel sic potest exponi per tempus Antichristi, *reges terræ,* id est, viri Apostolici alios in hoc terreno regno spiritualiter regentes, *& principes,* id est, Archiepiscopi, *& Tribuni,* id est, Episcopi, *& diuites,* id est, Sacerdotes, in manu Dominum tenentes, *& fortes,* id est, Diaconi Euangelium quod reddit hominem fortem legentes, *& omnis seruus* scilicet, Dei, *& liberi* scilicet à peccato, *absconderunt se,* id est, se abscóderunt ad litteram *in speluncis, & petris montium,* propter metum Antichristi, *&* tunc *dicunt,* id est, dicent omnes isti viri Catholici absconsi propter metum, *montibus,* id est, Angelicis sublimitatibus, & *petris,* id est, sanctis cœlestibus super firmam petram, id est Christum, se firmantibus; *Cadite super nos,* id est, adiuuate nos precibus vestris, *à facie sedentis super thronum.* Sanctæ Trinitatis quantum ad Diuinitatem, *& ab ira Agni,* id est, Christi quantum ad humanitatem. Et causam quare perfecti isto tempore rogabunt sanctos, statim subiungit. *Quoniam venit,* id est, veniet tempore scilicet Antichristi, *dies magnus iræ ipsorum: dies,* scilicet, tribulationis, & mortis corporalis *ipsorum,* scilicet sanctorum hominum tunc in fide permanentium; Tunc enim perfecti illius temporis rogabunt DEVM, & sanctos omnes, vt sint eis in adiutorium, & vt liberent eos de manibus impiorum. Tũc autem erit tanta tribulatio, quòd iusti sine speciali DEI adiutorio, & sanctorum suffragio in fide CHRISTI vix permanere possint, quasi diceret, pauci erunt.

Angeli per montes designati.

Sol factus est niger quasi saccus cilicinus, In verbis istis describitur Christi passio, quoad tria. Tanguntur

Quoad tria Christus passio describitur.

A namque sublimitas personalis, honor personæ, sublimitas in diuino suppositio; ibi *sol,* acerbitas pœnalis, dolor pœnæ: acerbitas pœnalis in supplicio illata; *factus est niger,* infirmitas naturalis, languor infirmitatis in indumento assumpto, *quasi saccus cilicinus.*

Circa primum vbi personalis tangitur sublimitas in diuino supposito, Sciendum quòd Christus fuit
B Oriens in Incarnatione, ortus mirabilis. *Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ.* Malach. quarto, Occidens in passione, occasus flebilis Isai *Occidet vobis sol meridie,* descendens ad inferos, descensus humilis 1. Mach. primo. *Tempus affuit quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo.* Ascendens ad cœlos, ascensus amabilis Isai trigesimo octauo. *Reuersus est sol decem lineis per gradus per quos ascendit.* Malach. 4 Isai. 1. Mach. 1 Isai. 38

Circa secundum vbi tangitur pœ-
C nalis acerbitas, *factus est niger.* Sciendum quòd in passione Christi fuit pœna super pœnam, ratione anxietatis; pœna citra pœnam, ratione Diuinitatis; pœna vltra pœnam, ratione nobilitatis; pœna destruens, ratione vtilitatis. Vnde ipse Christ. fuit denigratus in Concilio, pecuniam promittendo, in prætorio, famam auferendo, in patibulo, pœ-
D nam inferendo, in tumulo, petram suponendo; suprà, *veni & vide; & ecce equus niger.* Iste equus portans omnia, Christus fuit, qui fuit niger factus in Concilio, prætorio, patibulo, tumulo.

Christi in passione dolor acerbissimus.

Circa tertium vbi tangitur naturalis infirmitas, *saccus cilicinus.* Sciendum quod saccus dicitur caro Christi, qui fuit saccus indutus verbi coniunctione, ecce nexus indissolubilis Ion. tertio. *Rex Niniuæ* Ion. 3.

vestitus est sacco & sedit in cinere; consutus Spiritus Sancti operatione, ecce acus mirabilis. Iob. decimo sexto. *Saccum meum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam.* Iob. 16.
Consciſus supplicii passione; ecce gladius penetrabilis. Psal. *Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.* Assumptus in assumptione, ecce manus remunerabilis. Prou. septimo, *Non est vir in domo sua, abiit via longissima, saccum pecuniæ secum tulit.* Psal. 29. Prou. 7.

SYNOPSIS CAPITIS SEPTIMI.

Electi ab Angelo signantur, ne plagâ impiorum tangantur ac eorum supplicio inuoluantur. Signantur autem duodecim millia ex singulis tribubus Israël: Vt autem absque nocumento seruentur, signo in fronte notantur. Deinde videt Ioannes innumeram turbam ex gentibus stantem ante thronum Dei; cum stolis albis & palmis, gratias agentes, & laudantes Deum & Agnum.

CAPVT SEPTIMVM.

1. POST hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in vllam arborem. 2. Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari. 3. Dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. 4. Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati, ex omni tribu filiorum Israël. 5. Ex tribu Iuda duodecim millia signati: Ex tribu Ruben duodecim millia signati: Ex tribu Gad duodecim millia signati: 6 Ex tribu Aser duodecim millia signati: Ex tribu Nephthali duodecim millia signati: Ex tribu Manasse duodecim millia signati: 7. Ex tribu Simeon duodecim millia signati: Ex tribu Leui duodecim millia signati: Ex tribu Issachar duodecim millia signati: 8. Ex tribu Zabulon duodecim millia signati: Ex tribu Ioseph duodecim millia signati: Ex tribu Benjamin duodecim millia signati. 9. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti sto-

lis albis: & palmæ in manibus eorum. *10.* Et clamabant voce magna dicentes: Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & agno. *11.* Et omnes angeli ſtabant in circuitu throni, & ſeniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt Deum. *12.* Dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro, in ſæcula ſæculorum, Amen. *13.* Et reſpondit vnus de ſenioribus, & dixit mihi: Hi, qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? & vnde venerunt? *14.* Et dixi illi: Domine mi, tu ſcis. Et dixit mihi; Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. *15.* Ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos. *16.* Non eſurient, neque ſitient amplius, nec cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus. 17. Quoniam Agnus, qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

VERSVS.

Post hæc vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor Angulos terræ, tenentes quatuor ventos; ne flarent ſuper terram, neque ſuper vllam arborem. Oſtenſa corporali perſequutione tempore Antichriſti futura, vbi *ſol factus eſt niger, luna facta eſt, ſicut ſanguis, & ſtellæ ceciderunt de cælo, & reges, & tribuni, & principes, & diuites, & fortes. & liberi, & ſerui, dicunt montibus cadite ſuper nos*; Et hoc propter magnam tribulationem quæ erit illo tempore, hic loquitur de perſequutione ſpirituali, quæ erit eodem tempore ex ſubſtractione prædicationis. Et hæc perſequutio erit magis periculoſa, quam prima: vndè apertio ſeptimi ſigilli nihil aliud ſignificat, quam manifeſtationem ſtatus Eccleſiæ tempore Antichriſti, in ſubſtractione prædicationis verbi Diuini; vndè præſens cap. diuiditur in

Cum ſubtrahitur verbum Dei, magna cenſenda perſecutio.

A duas partes. Nam primò oſtenditur perſequutio prima ſpiritualis, ſecundò remedium, ibi. *Et vidi alium Angelum aſcendentem ab ortu ſolis.* Et in hac ſecunda parte quia remedium illius perſequutionis ſpiritualis eſt ſignorum ſignatio, quã ſignificationem debet ſequi gratiarum actio, ibi. *Et clamabant voce magna dicentes. ſalus Deo noſtro.* Ité primò ponitur ſignificatio iudęorum, ſecundo, gentilium, ibi. *Poſt hæc vidi turbam*, &c.

Diuiſio Lucæ capitis.

Secundum alios, præſens cap. in ſeptem partes diuiditur: & in principio oſtenditur conatus Diaboli ſubnitentis contra verbum Dei, tempore Antichriſti. In ſecunda parte de apparitione Angeli boni, refrœnantis ipſum Diabolum, ibi. *Et vidi alterum angelum.* In tertia ponitur numerus electorum Dei, ibi, *Et audiui vocem ſignatorum.* In quarta ponitur de electione ſiue ſignatione, vel gratiarum actione, ibi,

ibi, Et clamabant voce magna dicentes, Salus Deo nostro. In quinta, Angelorum congratulatio, ibi, *Et omnes Angeli stabant in circuitu throni.* In sexta, de cognitione electorum Ioanni proponitur quæstio, ibi, *Et respondens vnus de senioribus dixit mihi, hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt?* In septima & vltima, datur ad quæstionem responsio, & manifestatio, ibi, *& dixit mihi: hi sunt qui venerunt de tribulatione magna.*

Dicit ergo, *post hæc vidi*, &c. Hæc dictio, *post*, in hac parte non notat diuersitatem visionis, sed diuersitatem persequutionis, quia in præcedenti cap. agitur de corporali Antichristi persequutione, hîc de persequutione eiusdem Antichristi, spirituali, scilicet de subtractione verbi diuini. Continua ergo sic: Ita dixi quòd vidi prosperitatem Ecclesiæ in ortu, tempore scilicet Apostolorum; aduersitatem in progressu, scilicet in persequutione tyrannorum, hæreticorum, hypocritarum; & persequutionem Antichristi futuram corporalem.

Dæmones diuisionis auctores. Virtutum Cardinalium impugnatores.

Sed *post hæc vidi*, oculo interiori, non exteriori, *quatuor Angelos*, id est, quatuor spiritus malignos; vel Dæmones vniuersos, qui dicuntur quatuor, quia quatuor est numerus diuisibilis maximè, & ipsi intendunt semper diuisionem facere; vel quia quatuor virtutes Cardinales maximè impugnant, scilicet Iustitiam, Fortitudinem, Prudentiam, Temperantiam, quibus vita præsens regitur; vel quia per quatuor mundi partes, fideles & Catholicos tentant.

Vidi, inquam, *quatuor Angelos*, id est, Dæmones vniuersos, per quatuor principalia vitia inferentes insipientiam, iniustitiam, intemperantiam, & inconstantiam; & hoc, *super quatuor angulos terræ*, id est, super quatuor partes mundi habitantes homines tentantes; vel *super quatuor angulos*, id est, super omnes malos & reprobos eis seruientes, & eos possidentes. Per quatuor enim angulos, vniuersos signat reprobos. Angulum enim faciunt duæ lineæ; omissio boni, & commissio mali, & coniunguntur in puncto appetitus inordinati.

omissio boni commissio mali reprobos efficiunt.

Vidi igitur istos, *super quatuor angulos terræ stantes, tenentes quatuor ventos terræ*, id est, impedientes omnes prædicatores Ecclesiæ, qui dicũtur quatuor, propter doctrinam quatuor Euangelistarum, quam habent. Vel quatuor ideo quòd vidit prædicanda vitia, & virtutes, & pœnam & gloriam. Isti quatuor venti prædicuntur à Scriptura, exponendo, Psal. *Qui producit ventos de thesauris suis*; disponuntur in mensura proponẽdo, inuoluuntur in læsura, imprimendo, Psal. *Qui percussit Ægyptum, ab homine vsque ad pecus.*

Cur solùm quatuor Angelorũ hic fit mentio.

Nota quòd prædicatores verbi diuini quatuor ventis habent comparari, scilicet Orientali, qui est placidus: Australi, & hic calidus; Boreali, & hic frigidus; pluuiali, & hic roridus. Sic prædicatores verbi diuini debent esse placidi per honestatis decorem, contra horrorem infamiæ; calidi per charitatis amorem, contra teporem accidiæ; frigidi per castitatis pudorem, contra ardorem concupiscentiæ; Roridi per vtilitatis valorem, contra angorem inuidiæ.

Prædicatores comparantur ventis.

Quales debent esse conuersi.

Isti etiam venti debent peccatores dissoluere ad lamentum contritionis: mouere ad vomitum confessionis: fœcundare ad fructum meritoriæ actionis: eleuare ad cul-

tum sanctæ meditationis. Istos tenebant dæmones istius Antichristi doctores, ne auderent flare, & verbum Domini manifestare: propter quod dicitur *tenentes*, id est, impedientes ventos; id est, prædicatores. *ne flarent*, id est, prædicarent, & hoc *super terram*, id est, super illos qui sunt vomere prædicationis arabiles; *neque super mare*, id est, super illos qui sunt fluctuantes sicut mare, id est, instabiles, disciplinam non libenter recipientes; *neque in vllam arborem*, id est, super illos qui habent radicem fidei, & ad fructificandum sunt habiles. Quasi diceret, Dæmones tempore Antichristi maximè conantur impedire prædicatores, ne prædicét bonis, nec malis, nec ad exhortationem bonorum, nec ad reuocationem malorum.

Dæmones quid non tentant, vt prædicatis verbi diuini cesset?

VERSVS 2.

Sequitur, *Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui, & clamantem voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari dicens.* Hîc ponitur remedium Angeli arcentis Dæmones, ne impediant prædicatores. Hic Angelus, secundùm Glossam, est iste lapis manibus non præcisus, qui statuam quatuor metallis constantem confregit, scil. est Christus. Hic quatuor ventos, id est, prædicatores soluit, & Dæmones ipsos impedientes ligauit. Hoc specialiter faciet, quando Heliam, & Henoch, contra Antichristum mittet.

Quis Angelus ille adeo fortis qui quatuor dæmones ligauit.

Dicit ergo, *vidi alterum Angelum*: Continua sic. Ita dixi quòd vidi Angelos malos, prædicatores verbi diuini impedientes. Sed cõtra istos supple, *vidi*, id est, per spiritum intellexi, *Angelum*, id est, Christum, *alterum*, qui illis contrarius; quia illi mali, hic bonus; illi superbi, hic humilis, & mansuetus: illi creati, hic increatus, illi serui, hic Dominus; illi impellunt ad malum, hic inducit ad bonum; illi trahunt ad peccatum, iste ad meritum; illi ad luctum inferni, iste ad gaudium paradisi; illi ad gehennam, hic ad gloriam.

Vidi ergo *alterum Angelum*, id est, Christũ, propter officium dirigendi, quia est Doctor incipientium scientissimus; custodiendi, quia est protector proficientium circumspectissimus: defendendi, quia est defensor bellantium fortissimus. Hic Angelus liberat à malo, promouet in bono, saluat in regno. Hic est ille Angelus, *qui descendit de cœlo, habens potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius.* Infrà decimo tertio.

Multiplex Christi officium.

Apoc. 13.

Vidi ergo *Angelum* istum *ascendentem* supra carnem, carnem assumendo; supra mentem, mentem reformando; supra crucem, crucem tolerando. Sed *ascendentẽ ab ortu Solis*, id est, à dextra Dei Patris, qui dicitur Sol & caput totius Trinitatis. Sed quomodo ascendit ad Patrem, qui descendit à Patre? Certè descendendo à Patre, ascendit ad carnem, Isai. decimo nono; *Ascendit Dominus super nubem leuem, vt ingrederetur Ægyptum.*

Cur Christus dicitur ascendisse ab ortu Solis.

Isai. 19.

Ergo *vidi* cum *ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui*, id est, immunitatem peccati: quia nullus fuit præter ipsum, qui careret peccato; vel signum Dei viui, id est, potestatem miracula faciendi; vel peccata dimittendi, quæ omnia sunt solius Dei. *Vt autem scias quòd filius hominis habet potestatem*

vide signũ Dei viui. Ioan. 5. Ecce dedit vir. &c. nemini miracula.

dimittendi peccata, &c. Tamen ſecundùm Gloſſam ſignum DEI VIUI crux Chriſti. Sed quomodo crux fuit ſignum Dei viui: imò ſignum potius hominis mortui. Solutio; Signum fuit crux Dei viui, quia homine moriente Deus vixit, & Deus apparuit: vndè centurio viſis miraculis dixit, *Verè filius Dei erat homo iſte.*

Crux ſignũ Dei viui.

Vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu Solis habentem ſignum Dei viui. In verbis propoſitis Saluator noſter Chriſtus introducitur, & noſtræ ſalutis procurator, quia noſtrę ſalutis cura, & ſic dicitur actor; *Angelum*, nam fuit operatòr quia noſtræ ſalutis cauſa; & ſic dicitur factor; *aſcendentem*, inſpirator, quia noſtræ ſalutis. ET ſic dicitur dator, *ab ortu Solis*, exemplator, quia noſtræ ſalutis forma, & ſic dicitur Doctor, ibi, *habentem ſignum Dei viui.*

Chriſtus multa nuncupatur noſter Actor.

Circa primum, vbi Chriſtus introducitur vt procurator, cùm dicit *Angelum*; Sciendum quòd Chriſtus dicitur Angelus non naturâ, ſed officio: habuit enim officium prolocutoris in erudiendo indoctum; mediatoris, in intercedendo ad Deum; propugnatoris, in eripiendo proſtratum. DE his Apoc. quarto, *Vidi alium Angelum fortem*, quoad tertium, *deſcendentem de cœlo*, quoad primum, *amictum nube*, quoad ſecundum.

Chriſtus Angelus non natura ſed officio.

Circa ſecundum, vbi introducitur vt operator cùm dicit *aſcendentem*, ſciendum quòd Chriſtus aſcendit ſuper carnem, in reparationem naturæ. Iſai. decimo nono, *Aſcendit Dominus ſuper nubem leuem*, ſuper mortem, in reparationem prædæ. Pſal. *Aſcendit ſuper occaſum Dominus*; ſuper orbem in reſtaurationem gloriæ; Ad Epheſ. quarto, *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona.*

Chriſtus aſcendit in carnem.

Iſai. 9.

Pſal. 67.

Epheſ. 4.

Circa tertium, vbi Chriſtus introducitur vt inſpirator; cùm dicit *ab ortu ſolis*, Sciendum quòd Sol Pater æternus, miſit nobis radium ſuum, ſcilicet vnigenitum, qui eſt radius veritatis, vnitatis, & ſanctitatis: veritatis, per ſplendorum intelligentiæ, Lucę primo, *viſitauit nos oriens ex alto.* Vnitatis, per ardorem amicitię, Pſal. *Ortus eſt ſol, & congregati ſunt.* Sanctitatis, per vigorem influentiæ. Malac. *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ.*

Luc. 1.

Pſal. 103.

Malach. 4

Circa quartum, vbi Chriſtus introducitur vt exemplator, cùm dicit *habentem ſignum Dei viui*; ſciendum quòd hoc ſignum fuit tunica mortalitatis, quâ ſuccinctus in pręſepio. Lucę ſecundo, *Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis ſaluator, & hoc vobis ſignum, inuenietis*; doctrina exemplaritatis; quâ fuit pręcinctus in patibulo. Lucę. vigeſimo, *poſitus eſt hic in ruinam, & in ſignum, cui contradicetur*; potentia Diuinitatis, quâ erit accinctus in ſolio. Math. ecundo. *Tunc apparebit ſignum filii hominis in cœlo.*

Luc. 1.

Luc. 20.

Matth. 2.

Ergo *vidi alterum Angelum*, ſcilicet Chriſtum, *habentem ſignum Dei viui, & clamauit voce magna*, id eſt, cum magna authoritate imperauit quatuor Angelis, id eſt, ſupradictis Dęmonibus prædicationem impedientibus, *quibus*, ſcilicet DÆmonibus, *datum eſt*, id eſt, permiſſum, *nocere terræ*, id eſt, auaris & terrena amantibus. *Et mari*, id eſt, luxurioſis, concupiſcentiis fluctuantibus, quia ad iſta duo totus mundus inclinatur. *Vel datum eſt nocere mari*, id eſt, omnibus peccatoribus,

Auaris terrenis.

per mare enim omnia peccata designantur; nam proprietates continet in se omnium peccatorum. Mare enim tumet quantùm ad superbiam; liuet quantùm ad inuidiam; feruet quantùm ad iracundiam; absorbet quantùm ad auaritiam, stat quantùm ad accediam; fœtet quantùm ad luxuriam; submergit quantùm ad gulam.

Per mare peccata designantur.

VERSVS 3.

Nolite nocere mari, neque arboribus, id est, peccatoribus verbo doctrinæ fructificantibus. Sed quare prohibet eos ne noceát eis, cùm dictum sit suprà, quòd data est potestas nocere talibus? Dicendum, quòd hîc prohibet CHRISTVS solum excessum, quia Dæmones semper excedunt, & ideo suprà non fuit positum sicut hîc.

Nolite ergo *nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos* DEI *nostri in frontibus eorum:* quousque signemus, ego scilicet CHRISTVS efficiendo, & ipse se præparando; nam prædestinatio DEI est manente libero arbitrio. DEVS enim neminem signat, vt sit eius filius, vel dilectus, libero arbitrio contradicente. Et dicitur in plurali, *signemus*, ad signandum quòd adoptio, & spiritualis signatio est à DEO efficiente, & libero arbitrio se disponente, & præparante. Vel, *Nolite* vos Diaboli, *nocere terræ*, &c. *quoadusque signemus*, ego scilicet CHRISTVS, gratiam infundendo, & ministri mei Ecclesiæ Sacramenta ministrando.

Quid prædestinatio, & quæ includit.

Dei gratia cooperandum.

Signemus in frontibus, id est, in mentibus, quod fit in Baptismo per impressionem characteris, aut per fidem Dominicæ passionis: vtramque significationem facit CHRISTVS per gratiæ infusionem, & Spiritus Sancti vnctionem. Ponit enim CHRISTVS in mente, & in anima characterem Baptismalem, quod est signum spiritualis regenerationis; & fidem Dominicæ passionis, quod est signum Christianæ religionis. Faber enim in denario ab vna parte facit imaginem Regis, & ab alia parte imaginem crucis: sic CHRISTVS denarium, seruum scilicet suum pretioso suo sanguine redemptum, signat fide benedictæ suę passionis, & charactere Baptismalis regenerationis; aliter non est eius seruus, si istis duobus signaculis non fuerit signatus.

Christus apponendo signum fidei in mente regenerationem.

Nisi seruum eius.

Nolite ergo *nocere quoadusque signemus seruos*, scilicet futuros, DEI *nostri*, scilicèt Patris, & Spiritus Sancti, & hoc, signo characteris Baptismalis, & fide Dominicæ passionis; & hoc *in frontibus eorum*, scilicèt in mentibus. Et nota per hoc quòd dicitur *Nolite nocere*, &c. non dat intelligere, quòd postquam serui DEI signati fuerint, tunc Diaboli nocerent. Imò includit omne tempus, ante & post.

Nolite, inquam, *nocere quoadusque signemus*, & tamen minùs post: sicut dicitur de Ioseph viro Mariæ, Matt. secundo, quòd *non cognouit eam, donec peperit filium suum primogenitum*, nec ante, nec post. Matth. 2.

VERSVS 4.

Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati, ex omni tribu filiorum Israël Suprà fuit posita signatio seruorum, hîc ponitur numerus signatorum. Et diuiditur in duas partes: nam primò ponit signatos de Iudæis; secundò signatos & electos de Gentibus, ibi, *Post hæc vidi turbã magnam*: & debetis notare quòd pauciores fuerunt

Pauciores electi de Iudæis quàm de gentibus.

electi de Iudæis quàm de gentibus, ideo ipſorum Iudæorum ponitur numerus limitus & certus, ſcilicet *centum quadraginta quatuor millia*, ipſorum gentilium numerus incertus. Tamen ſecundùm gloſſam, per hunc numerum, *centum quadraginta quatuor*, intelligitur numerus electorum omnium, qui licèt ſit nobis incertus, eſt DEO certus.

Dicit ergo, *Audiui numerum ſignatorũ*. Ita dixi ſuprà, quòd Chriſtus mãdauit ſignari ſeruos, *& audiui*, id eſt, per reuelationem cognoui, *numerum ſignatorum*, tempore Antichriſti ſignãdorum, præteritum pro futuro more Prophetico, ne eis nocerent Dæmones, ipſius ſcilicet Antichriſti duces.

Audiui, inquam, *numerum*, iſtorum *centum quadraginta quatuor millia ſignatorum*. Per hũc numerum ſignantur omnes ſaluandi; vnde hic numerus non eſt realis, ſed figuralis, ſecundum triplicem ſtatum ſalutis, Vrginum, Continentium, Cõiugatorum. Omnes enim ſaluandi ſunt de aliquo iſtorum ſtatuum.

Triplex ſtatus ſaluandorum.

Numerus centenarius eſt numerus Virginum, quibus debetur fructus centeſimus; numerus quadragenarius, eſt numerus Continentium, qui competit Pœnitentiæ & auſteritati, vndè Chriſtus quadraginta diebus ieiunat. Et benè hic numerus quadragenarius eſt numerus Continentium, qui ſemper ſunt in Pœnitentia, quibus debetur fructus ſexageſimus, qui conſtat ex partibus quadragenarii numeri, ex viginti ſcilicet duplicatis, & ex denario duplicato. Bis enim viginti, & bis decem ſexagenarium reddunt. Quaternarius numerus Coniugatorum, non quia competit diuiſibilitati, & in coniugatis eſt diuiſio carnis, quibus debetur fructus triceſimus. Partes enim quaternarii ſuper ipſum ſumptæ, decem faciunt, & decem triplicati triginta faciunt, Millenarius eſt numerus vniuerſorum, quia fœlicitati vniuerſi ſtatus competit.

Numerus centenarius competit virginibus, quadragenarius continentibus, & quaternarius coniugatis.

Ergo benè per centum quadraginta quatuor millia numerus Virginum, Continentium & Coniugatorum deſignatur; & per conſequens omnes. Vel quadragenarius ſignat perfectam deteſtationem peccatorum, & ſic quadragenarius remiſſionis, centenarius perfectam obſeruationem præceptorum, & ſic centenarius obſeruationis; quaternarius exercitationem meritorum, & ſic quaternarius operationis. Millenarius perfectam conſummationem inceptorum, & ſic millenarius conſummationis. Vel quadragenarius ſignat numerum incipientium, quaternarius proficientium, centenarius perfectorum, millenarius perſeuerantium. Et generaliter per iſtum numerum centum quadraginta quatuor millia comperhẽduntur omnes electi, & omnes ſaluandi.

Hi numeri myſtice expenſuntur.

VERSVS 5.

Ex Tribu Iuda duodecim millia ſignati, & ſimiliter deſignãtur per nomina duodecim tribuum; ita quòd tria nomina tribuum prima pertineant ad ſtatum incipientium, qui inquam ſtatus ſignatur per numerum quadragenarium, ſcilicet tribus Ruben, Iuda, Gad. *Iudas* interpretatur confitens, & ſignat pudorem confeſſionis; *Ruben* interpretatur filius viſionis, & ſignificat dolorem contritionis; *Gad* interpretatur accinctues, & ſignat laborem ſatisfactionis. Ex quo patet ſtatus

Iudas interpretatur confitens.

Ruben filius viſionis.

Gad. accinctus.

incipientium, vel pœnitentium: in quibus debet esse pudor confessionis, dolor contritionis, labor satisfactionis.

VERSVS. 6.

Ex tribu Aser duodecim millia signati, &c. Et in his tribus tribubus, *triginta sex millia signati.* Tria nomina pertinent ad statum proficientium de virtute in virtutem euntium, qui inquam status signatur per numerum ternarium, scilicet tribus *Aser*; Aser interpretatur beatitudo, & signat rectitudinem æquitatis, *Nepthalim* interpretatur latitudo, & signat latitudinem charitatis. *Manasse* interpretatur obliuio, & signat obliuionem carnalitatis. Ex quo apparet status proficientium, quia in proficientibus debet esse rectitudo æquitatis, latitudo charitatis, obliuio carnalitatis. Et in his tribus tribubus triginta sex millia signati.

Aser beatitudo. *Nephtalim latitudo.* *Manasse obliuio.*

VERSVS 7.

Ex tribu Simeon duodecim millia signati. Alia tria nomina pertinent ad statum perfectorum, & virginum, qui significantur per numerum centenarium, scilicet tribus *Simeon*, qui interpretatur audiens mœrorem, & signat auditionem miserorum; *Leui*, qui interpretatur additus, & signat additionem consiliorum; *Isachar*, qui interpretatur merces, & signat attentionem præmiorum, ex quo apparet status perfectorum, quia in perfectis debet esse auditio miserorum, additio consiliorum, attentio præmiorum. Et in his tribus tribubus triginta sex millia signati.

Simeon audiens mœrorem. *Leui additus.* *Isachar merces.*

Ex tribu Zabulon duodecim millia signati, &c. Alia tria nomina tribuum pertinet ad statum perseuerantiũ, qui status signatur per millenariũ, scilicet tribus *Zabulon*, qui interpretatur habitaculum fortitudinis, & signat triumphum victoriæ *Ioseph*, qui interpretatur augmentum, & signat augmentum gratiæ; *Benjamin*, qui interpretatur filius dexteræ, & signat titulum gloriæ: ex quo patet status perseuerantiũ, quia in his est triumphus victoriæ, cumulus gratiæ, titulus gloriæ: & in his tribus tribubus triginta sex millia signati: & sic de omnibus tribubus sunt *quadraginta quatuor millia signati.* Hi sunt filii Iacob. Genes. trigesimo quinto. *Hi sunt filij quos habuit de Lia, Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Isachar, Zabulon. Hi sunt filii quos habuit de Rachele, Ioseph, Benjamin. Hi sunt filii quos habuit de Bala, ancilla Rachelis, Dan, Nepthalim: Hi sunt filii quos habuit de Zelpha ancilla Liæ, Gad, Aser.*

Zabulon habitaculum fortitudinis. Ioseph augmentum. *Benjamin, filius dexteræ.*

Sed quæritur quare hîc omnes filii Iacob non ponuntur. Non enim ponitur inter istas, tribus Dan, sed Manasses loco eius, filius Ioseph. Et quæritur quæ est causa? Dicendum, quòd hîc ponuntur nomina tribuum, vt ostendatur quòd saluandi debent habere virtutes per dicta nomina significatas: & ideo vt ostẽdat aliquos filios Israël ab hoc numero excludendos: nam tribus Dan & Epraim non ponuntur hîc. Ex Dan enim nascetur Anti-Christus, qui omnino est cum seruis excludendus. Ex Epraim natus est Ieroboam, qui filios Israël duxit ad Idololatriam, qui est excludendus à numero signatorum.

Cur non ponitur tribus Dan.

Quæritur etiam quare non seruatur hîc ordo filiorum Israël? Di-

Quare in his tribus recensendis:

non seruatur ordo filiorum Isaac.

cendum quòd hoc est, quia hîc agitur de signatione electorum, quæ fit per gratiam, quæ nec genus, nec tempus, nec dignitatem attendit. Nota etiam quòd de qualibet tribu ponuntur duodecim millia, non quòd tot præcisè de qualibet tribu sint saluandi, vel quòd tam paruus numerus sit in qualibet tribu: quia per duodecim Apostolos, ad quorũ prædicationẽ multi conuertuntur. Vnde non est numerus litteralis, nec realis, sed figuralis. ex singulis tribubus duodecim millia ponit signata propter prærogatiuam duodecim Patriarcharum, & duodecim Apostolorum, quia duodecim Parochiæ suas prædicationes habuerunt, sed millia propter perfectam iustitiã, sed signatos, propter veram Dei confessionem.

Quotuplex esset Christi seruus suos signat.

Vndè sciendum quòd Christus signat nos electos suos infula Pontificali, corona regali, gloria spirituali, & hoc in signum munditiæ, & honestatis, constantiæ, & firmitatis, amicitiæ & charitatis. Nam signat munditiam ipsos desponsando, ne inficiantur; firmat ipsos protegendo, ne deiiciantur; caros ipsos amplectendo, vt reficiantur.

Isai. 49. D. his Isaiæ quadragesimo nono, *Leuabo ad gentes manum meam, & ad populos signum meum.*

VERSVS. 9.

Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum; & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Ostensa multitudine signatorum & electorum ex Iudæis, hîc ostendit multitudinem signatorum ex Gentibus, quorum describit, & ostendit collectionem, ibi, *vidi turbam magnam*, dispositionem, ibi, *stantem ante thronum*; compositionem, ibi, *amicti stolis albis.*

Numerus electorum ex Gentibus.

Dicit ergo, *post hæc vidi*, quia ita dixi, quòd vidi numerum signatorum ex Iudæis, *centum quadraginta quatuor millia*, & nó solùm hoc, verùm etiam *post hæc vidi*, oculis mentis, non oculis carnis, *turbam magnam*, & congregationem hominum copiosam, *quam dinumerare nemo poterat*, id est, hominibus innumerabilem, & incertam. Licèt enim electorum numerus sit Deo certus, & homini assũpto à Verbo manifestatus, tamen omni homini puro occultus, & incertus est: & ideò dicit, *quòd dinumerare nemo poterat*, scilicet homo purus, sed benè ille qui multitudinẽ stellarum nouerat: vndè hîc exprimitur ipsorum electorum indifferentiæ communitas, quia pauperes, & diuites, in nomine turbæ, *turbam*, excellentiæ nobilitas in magnitudine, *magnam*; excedentiæ innumerositas, in incertitudine, *quam dinumerare nemo poterat.*

Examen per numerum aliqui saluandi.

Et ne quis putaret nullum esse numerandum, vel saluandum nisi de Iudæis, ideo dixit quòd sequitur, *Ex omnibus gentibus*, etiam ex barbaris, *& tribubus*, scilicet gẽtium; *& populis*, scilicet tribuum gentiliũ, *& linguis*, scilicet populorum gentium in gentibus, quoniam diuersæ sunt; & tribubus, quia etiã diuersæ sunt, & in populis diuersæ linguæ, & de omnibus aliqui sunt saluandi. Mat. 13. Mat. decimo tertio. *Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti.* Sicut enim sagena congregat ex omni genere piscium, sic Dei misericordia ex omni genere hominum. Vel

dicendum quòd in his verbis oſtendit diuerſitatem obſeruantiarum in gentibus; genealogiarum in tribubus; habitantium in populis; idiomatum in linguis: & ſic oſtendit electorum collectionem: deinde oſtendit eorum diſpoſitionem, in qua diſpoſitione vidit eos, cùm dicit *ſtantes*.

Cur electi dicuntur ſtare ante thronum.

Vidi, inquam iſtos omnes, *ſtantes ante thronum*, quia parati obedire, vel quaſi eleuati ad cœleſtia, non curuati ad terrena: vel *ſtantes*, quoniam non dabitur ſententia contra eos, ſed contra malos, qui non ſtabunt, ſed cadent in infernum, Amos nono. *Cadent & non reſurgent vltrà.* Amos 9.

Chriſtus bonis & malis in iudicio diuerſè apparebit.

Vidi, inquam iſtos, *ſtantes ante thronum*, DEI patris, CHRISTI hominis; B. Virginis, & hoc *in conſpectu Agni*, id eſt, in contemplatione humanitatis; quia in judicio quaſi ridens & hilaris, & manſuetus ſicut Agnus apparebit bonis; ſed malis, quaſi leo turbatus, atque crudelis: & ipſi ſupplebunt, *in conſpectu Agni*, ſcilicet Chriſti, *amicti ſtolis albis*, id eſt, innocentia Baptiſmali, ſanctitate Pœnitentiali. Primam ſtolam dealbat aqua Baptiſmalis, Pſal. *Aſperges me hyſſopo*: ſecundam, aqua lachrymalis, Pſal. *Lauabo per ſingulas noctes lectũ meum.* Pſal 50. Pſal 6. *Et palmæ in manibus eorum*, id eſt, coronæ pro operibus bonis, & victorijs peccatorum. In iſta igitur viſione oſtenduntur Ioanni omnes Sancti dotati fruitione Diuinitatis, ibi, *ſtantes ante thronum*; viſione humanitatis, ibi, *in conſpectu Agni*; aſſumptione immortalitatis, ibi, *amicti ſtolis albis*. Et dicuntur ſtare ante thronum, quia illuminati veritatis cognitione, inflammati charitatis dilectione, inebriati vbertatis delectatione, Pſal. *Satiabor cùm apparuerit gloria tua*: quia DEVS eſt eis decoroſus ad oblectandum, gratioſus ad amandum, radioſus ad ſpeculandũ, 3. Reg. tertio. *Beati viri tui, qui ſtant coram te ſemper.* Sed dicuntur *amicti ſtolis albis*, ſcilicet tribus; prima eſt animæ beatificatio; ſecunda eſt corporis reſumptio; tertia ſocietatis cõpletio, ſuprà ſexto. *Datæ ſunt illis ſtolæ.* Sed dicuntur habere palmas in manibus eorum, quia habẽt fructũ meritoriæ actionis, guſtum conſolatoriæ contemplationis, vsũ charitatiuæ dilectionis: hoc enim eſt palmam in manibus portare, fructum, guſtum, vſum percipere. Pſal. 16. *Quanta ſãctorum felicitas in conſpectu Dei.* *Tribus ſtolis & quibus donabuntur beati.* 3. Reg. 1.

Vidi turbam magnam ſtantem ante thronum in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. Curia beatorũ quãtũ ad quatuor deſcribitur in his verbis: Omniũ Sãctorũ tenor ſtatus, quo confirmantur, *vidi turbam magnam, ſtãtes ante thronũ*; dulcor vultus, quem contemplantur, ibi, *in conſpectu Agni*, decor cultus, quo decorantur, ibi, *amicti ſtolis albis*; honor fructus, quo dulcorantur, ibi, *& palmæ in manibus eorum.* *Curia beatorum quãtũ ad quatuor deſcribitur.*

Circa primum, vbi Sanctorum omnium deſcribitur tenor ſtatus quo confirmantur, cùm dicitur *vidi*, &c. ſcilicet *ſtantem ante thronum*, Sciendũ quòd Sãcti ſtãt ante thronum, vt ſuſpenſi ſpeculatione veritatis, tertij. Reg. primo. *Beati viri tui, & beati ſerui tui, qui ſtant coram te*; accenſi præ dilectione charitatis, Iſai. ſexto. *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni*, &c. abſorpti delectatione voluptatis, Io. tertio. *Amicus ſpõſi ſtat, & audit eum, gaudet propter vocem ſponſi.* *Quomodo ſancti ſtant ante thronũ DEI.* 3. Reg. 1. Iſai. 6. Ioan. 3.

Circa ſecundum, vbi Sanctorum omnium

omnium describitur dulcor, quem contemplantur in conspectu Agni. Sciendum quòd Sancti stant in cóspectu Agni, vt prætio reparati impretiabili, primæ Petri primò, *Non corruptibilibus auro, vel argẽto*, lauacro, dealbati indeformabili, infrà in isto cap. *Hi sunt, qui venerant ex magna tribulatione*; pabulo satiati insatiabili, infrà in isto cap. *Agnus qui in medio throni est, reget eos, & deducet ad fontes.*

Sancti quomodo stant in conspectu Agni.

1. Pet. 1.

Circa tertium, vbi Sanctorum omnium describitur cultus, quo decorantur, ibi, *amicti stolis albis*, Sciendum quòd Sancti amicti stolis albis sunt summæ claritatis quo ad animam. Eccles. quarto, *Beatificauit illum in gloria, & stola gloriæ*; vigore æternæ immortalitatis, quoad corpus, Isai. quadragesimo tertio, *Iste formosus in stola sua, gradiens*; valore supernæ libertatis, quoad vtrumque, suprà sexto cap. *Datæ sunt illis stolæ albæ in multitudine virtutis suæ.*

Quibus intendunt Beati.

Eccles. 4.

Isai. 43.

Circa quartum, vbi Sanctorum omnium describitur honoris fructus, quo dulcorantur, cùm dicitur, *Et palmæ in manibus eorum.* Sciendum quòd palmæ in manibus Sanctorum sunt triumphi peccatorum quæreliquerunt, Ioan. duodecimo, *Acceperũt ramos*, &c. Manipuli meritorum quæ habuerunt, Leuitici trigesimo quarto, *Sumetis vobis fructus arboris pulchræ, spatulásque palmarum*; tituli gaudiorum quæ meruerunt, Canticor. septimo. *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius.*

Ioan. 12.

Leuit. 34.

Cant. 7.

VERSVS 9.

Et clamabant voce magna dicentes, Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno. Hic ponitur ipsorum signatorum de signatione gratiarum actio. Ita dixi, quòd vidi multos signatos de Iudeis, & plures de gentibus, ne nocerent eis Dæmones Antichristi ductores: & non solùm hoc vidi, verùm etiam vidi ipsos signatos de sua signatione, Deo gratias reddentes, vnde & *clamabant voce magna*, id est, magno affectu, *dicentes*, scilicet corde, ore, & opere, hæc enim dictio est Christiana, *salus*, quam habemus, supple in remissione peccatorum, vel in retributione præmiorum, *Deo nostro*, supple attribuitur; quasi dicat, quòd salui sumus non à nobis, sed à Deo habemus, Apostol. *Regi sæculorum immortali inuisibili*; *soli Deo honor, & gloria.*

Salus nostra Deo tribuenda.

1. Timot. 1.

Notat Ambrosius. [Omnia nobis est Christus: si vulnera tua curari desideras, medicus est; si febribus æstuas, fons est; si grauaris iniquitate, iustitia est; si auxilio indiges, virtus est; si cœlum desideras, via est; si mortem times, vita est; si tenebras fugis, lux est; si cibum quæris, alimentum est; si periculum times, salus est.] Ergo de salute nostra, & de aliis bonis, quæ habemus, soli Deo gratias agere debemus.

Soli Deo de tanti gratiarum actiones agenda.

Qui sedet super thronum, scilicet iudex omnium, quia Deus, *& Agno*, id est, homini Christo, semper cóiungit hæc duo, scilicet Deum; cum Agno, & Agnum cum Deo: quasi dicat: A Christo, qui est Deus & homo, habemus salutem. Dixit Angelus Mariæ, *vocabis nomen eius Iesum*, id est, saluatorem omnium. Matth. vigesimo, *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum* Vnde salus dicitur Domini, vt generaliter offerentis, Isai. 56 *Prope est salus mea*, liberaliter largientis,

Christus Deus, & homo.

Matth. 1.

Christus salutem effert multiplicater.

Isai. 56.

Isai. 16. Isai. decimo sexto, *Ego feci, ego faciam, ego portabo: & saluabo*; specialiter fluentis, Psal. *Dominus illuminatio mea*, &c. Finaliter circumstantis, Psal. *Saluasti nos de affligentibus nos, & odientes nos confudisti.* Sanat autem quosdam flagello correptionis, Iob, *Vulnerat & medetur, percutit, & manus eius*, &c. Solo verbo prædicationis, Sapient. decimo sexto, *Neque herba, neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus Domine, qui sanat omnia.* Propter quod dicit versus.

Psal. 26.

Psal. 43.

Iob 5.

Sap. 16. *Quotupliciter nos sanat Christus.*

Sanat clementer, si vis audire libenter,
Sanat clementer, si vis pugnare potenter,
Sanat clementer, si vis parere decenter.
Sanat clementer, si pœniteas vehementer,
Sanat clementer, si das tua conuenienter,
Sanat clementer, si fert ieiunia venter.

Hi ergo clamabant, *salus Deo nostro*, id est, Deo Patri, *& Agno*; id est, Iesu Christo.

VERSVS 10.

Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium. Hîc ponitur congratulatio Angelorum de signatione seruorum, & primò ipsorum Angelorũ ponitur dispositio; secundò laudatio, ibi, *Benedictio & claritas.* Ita dixi quòd signati, de eo quòd de signatione Deo gratias reddebant, & ipsum laudabant; & hoc vidi, & non solùm hoc, verùm etiam vidi quòd ipsi Angeli *stabant in circuitu throni.* Stabant, inquam, ad obedientiam parati; ad occurrendum prompti; ad procedendum strenui; ad recipiendum signatos voluntarij; ad nuprias festiui, de confortatione electorũ læti; Et vbi stabant; *In circuitu throni*, vt ex omni parte protegerent thronum, id est, Ecclesiam, & exequerentur sedentis mandatum.

Cur stant Angeli in circuitu throni.

Stabant etiam *Angeli in circuitu seniorum*, id est, Prælatorum, vel Doctorum ad muniendum eos cõtra Antichristum, quia totum pondus belli verteretur contra Prælatos Ecclesiæ, & Doctores sanctæ Scripturæ. Stabant etiam Angeli *in circuitu quatuor Animalium*, id est, in circuitu prædicatorum per quatuor partes mundi prædicantium doctrinam quatuor Euangeliorũ, ex vtraque parte ipsos defendendo, & contra ipsum Antichristum protegendo. Isai. decimo octauo, *Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam, ad populum terribilem, & ad gentem expectantem, & conculcatam. Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam*, ob amorem terrenorum, *dilaceratam*, multitudine tormentorum; *ad populum terribilem*, in bello Dæmoniorum; *ad gentem expectantem*, gaudia cœlorum, *& conculcatam*, pedibus Antichristi, & aliorum persecutorum. Tunc Angeli maximè hominibus adstabũt ipsos dirigendo, custodiendo, defendendo, quia tunc temporis magis erit necessarium, quia secundùm magnitudinem tribulationum est adiutorium necessarium.

Isai. 18.

Exponitur locus Isaiæ.

Stabant igitur *Angeli in circuitu throni*, &c. *& ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes Amen.* Hîc ostenditur confirmatio. Ita dixi, quòd Angeli gaudentes de seruorum Dei signatione, & de ipsorum reparatio-

ne, *stabant in circuitu throni* ; & non solùm hoc supple vidi, sed etiam quòd *ceciderunt in conspectu throni*, id est, Christi, sedentis in solio curiæ cœlestis, vel in throno iudicis. *Ceciderunt*, inquam, *in facies suas*, se humiliando, & ei dè signatione seruorum, & de reparatione generis humani gratias agendo, ac honorem & gloriam tribuendo. Casus autem in facie, & in ante, semper inuenitur in significatione bona in sacra Scriptura, & in retro semper in mala; *Et adorauerunt eum*, scilicet cultu latriæ, qui soli Deo debetur.

Casus anterior in bona parte, sicut posterior in mala sumitur.

VERSVS. 12.

Dicentes Amen, id est, confirmantes ipsorum signatorum laudes; vnde *Amen*, id est, confirmatio præteritorum, & ideò *Amen* semper ponitur in fine orationum, ad confirmationem eorum, quæ in oratione petuntur. In quo notatur humilitas Angelorum, quasi dicerent Angeli ad signatos, verum est quod vos dicitis, & nos congratulamur vobis, & dicta confirmamus, dicentes *Amen*, & ita est, vt vos dicitis, vel ita fiat.

Amen non cõfirmasti.

Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum. Ostenso quòd Sancti, & Dei electi, & signati laudant Deum, salutem ei attribuentes, dicentes, *salus Deo nostro*, qui est salus, nam casus hominum fuit reparatus per ipsum Christum, Hîc ostendit quomodo ipsi Angeli laudant, quorum casus per nullum fuit reparatus, & ideo aliter laudant ipsum Angeli; aliter Sancti. Ita dixi quòd ipsi Angeli adorauerunt Deum, & non solùm adorauerunt, A verùm etiam laudauerunt dicentes, *Benedictio*, semper sit tibi Deo creanti; *claritas*, recreanti; *sapientia*, illuminanti; *gratiarum actio*, saluanti; *honor*, permanenti; *virtus*, Diuinitati; *fortitudo*, immensæ potestati; *Benedictio*, ratione creationis; *claritas*, ratione recreationis; *sapientia*, ratione illuminationis *gratiarum actio*, ratione saluationis; *virtus*, ratione Diuinitatis; *fortitudo*, ratione insuperabilis potestatis. Vel *Benedictio* potest referri ad Christũ, ratione Incarnationis; *claritas*, ratione miraculorum operationis; *sapientia*, ratione prædicationis; *gratiarum actio*, ratione Passionis; *virtus*, ratione Diuinitatis; *honor*, ratione resurrectionis; *fortitudo*, ratione extremæ examinationis.

Dine sè ab Angelis, & ab hominibus laudatur Christus.

Deo nostro, ista, supple, attribuuntur à nobis, & non alicui creaturæ. Et hoc non ad tempus, *sed in sæcula sæculorum, Amen*, id est sine fine, ita erit. Vel aliter, Christus pro nobis sustinuit septem vituperia, ideo dicunt hîc Angeli septem præconia: fuit enim mendaciter accusatus, contra hoc, *benedictio*; facie velatus, contra hoc, *claritas*; aceto potatus, contra hoc *sapientia*; derisoriè adoratus, contra hoc, *gratiarum actio*; inhonoratus contra hoc, *honor*; in stipe ligatus contra hoc, *virtus*; in patibulo perforatus, contra hoc, *fortitudo*.

Christus pro nobis septem opprobria sustinuit.

VERSVS. 13.

Et respondens vnus de senioribus dixit mihi: hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt? Ostenso numero, & statu saluandorum, hîc ostenditur via, per quam peruenitur ad salutem, & gloriam electorum. Et primò de hoc Ioanni quæstio proponitur; secundò additur solu-

Christus est salutem nostrorum reparator.

tio, *hi sunt qui venerunt de tribulatione magna.* Item primò quæstio proponitur, secundò exponitur ibi, *& dixi illi, Domine mi tu scis.*

Dicit ergo, *& respondens vnus de senioribus*, &c Ita dixi quòd seruos Dei signatos vidi, & supple mihi cogitanti de tali visione, & intra me quærenti, cui quæstio hæc poterat fieri, *vnus de senioribus*, de est, Christus magni Consilij Angelus à diebus, æternitatis, *mihi* intra me sic quærenti *respondit*, & antequam supple responderet, à me quæsiuit ad modum hominis multum volentis alterum docere, qui facit in instanti quæstionem, vt possit respondere, & respondendo docere.

Quæsiuit inquam & *dixit mihi*, id est desiderantem scire interrogauit, *hi qui amicti sunt stolis*, &c. scilicet quantùm ad animam, vt vestiendi sunt, scilicet stolis albis, id est, habituri sunt aliam stolam scilicet corporis, *qui sunt* enim, id est, nosti, qui sunt, *& vnde venerunt*? qui sunt, id est, qui non immundi per luxuriam, non elati per superbiam, non nigri per vitiorum caracterem, sed pulchri castitatis victoriâ, benigni humilitatis amore, vestiti omnis virtutis decore. Attende, etiam vndè venerint, quia de exilio ad patriâ, de magna miseria ad magnam gloriam, de magna paupertate ad magnas diuitias, de magna angustia ad magnas delicias. *Vnus*, ergo, *de senioribus dixit mihi hi qui amicti sunt stolis albis qui sunt, & vnde venerunt?*

qui sũt electi & vnde venerunt.

VERSVS 14.

Et dixi illi, nescius scilicet respondere per me, *Domine mi tu scis*, non ego, ideo doce me, vel secundum Glossam, *vnus de senioribus*, id est, vnus Sanctorum, qui sunt A vniti amoris vinculò. Et iste sciens, qui erant & vnde venerant, *dixit mihi, hi qui amicti sunt stolis albis qui sunt, & vnde venerunt? Et dixi, Domine mi tu scis*, non solùm interiori notitia, sed experimẽto noti sunt tibi: secundum Glossam, Ioãnes quemlibet sanctorum majorem se representat, quia maior in mundo, minor est quocumque existente in regno cœlorum, Matth. vndecimo. *Qui autem minor est in regno cælorum, maior est eo*, scilicet Ioanne Baptista. Matth. 11.

Dixit ergo *illi, Domine mi tu scis & dixit mihi*, id est, mihi humiliter respondit dicẽs, *Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Hi sunt qui venerunt*, id est, venient continuò vsque ad finem sæculi, *De tribulatione magna*, quia multiplici; nã ex vna parte Dæmones expugnant pacem cordium; ex alia falsi Christiani corrumpunt bonos mores hominum; ex alia hæretici destruunt fidem Catholicam; ex alia Tyranni corpus occidunt.

Electos Dei multiplex probat tribulatio.

Ergo *hi venerunt ex magna tribulatione & lauerũt stolas suas*, scilicet lauacro regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abundè: reformationis pœnitentialis, Psal. *Lauabo per singulas noctes*, candidationis virtualis, Is. decimo. *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Et dealbauerunt eas*, id est, cum essent albæ per lauacrum Baptismalis regenerationis, magis albas fecerunt. Psal. 4. Isai. 10.

In sanguine agni, id est, in fide & imitatione Passionis Iesu Christi: Sed cùm sanguis sit rubeus, & non albus, videtur quòd deberet dicere rubeas eas fecerunt & non dealbauerunt. Solutio. Sanguis decoctus in venis, calore naturali conuerti-

Quomodo sãguis Christi cum sit rubeus dealbare potest.

tur in lac, & mutat colorem rubeũ: & sic sanguis qui prius fuit rubeus fit albus, sic sanguis Christi igne charitatis decoctus in mente sanctorum, albos facit eos, id est rubeos.

Lauerunt, ergo, *stolas suas*. Et nota quòd hæc dealbatio est dealbatio per extenuacionem vitiorum; & tunc quasi nix, Isai. primo. *Si fuerint peccata vestra quasi coccinum, quasi nix dealbabũtur*, per exercitationem meritorum, & tunc nix, Psal. *Super niuem dealbabuntur in Selmon, mons Dei, mons pinguis*; per edificationem exemplorum, *& tunc super niuem*, Psal. *Lauabis me, & sic super niuem dealbabor. Dealbauerunt ergo stolas suas in sanguine Agni.*

Isai. 1.

Psal. 67.

Psal. 50.

VERSVS 15.

Et ideò, *sunt ante thronum Dei.* Ostensâ viâ salutis, hîc ostenditur prçmium, in quo duo, presentia omnium bonorum, & carentia omnium malorum, ibi, *& qui sedet super thronum*, &c.

Dicit ergo Ioan. scilicet quia, *dealbauerunt, stolas suas in sanguine agni, sunt ante thronum Dei*, Glossa, gaudentes de consortio Angelorum, *& seruiunt ei*, per laudum decantationem, per reuerentiæ exhibitionem, per latriæ adorationem. *Ante thronum Dei*, ad ministrandum, ad honorandum, ad iubilandum, & hoc *die ac nocte*, id est sine fine, sine intermissione, Isai. sexagesimo secundo. *Tota die, & tota nocte perpetuò non tacebunt.*

Isai. 62.

Seruunt, inquam, *ei die ac nocte, in templo eius.* Primò in tẽplo Ecclesiæ militantis, post, triumphantis. Psal. *In templo eius omnes dicent gloriam.* Attende ergo in seruis & electis Dei seruiendi actum, *seruiunt ei die ac nocte*, die tempore prosperitatis, *nocte* tempore aduersitatis. Actum, quia seruiunt Deo reuerenter propter imperium maiestatis: lætanter propter præmium fœlicitatis: feruẽter propter cumulum bonitatis: perseueranter, propter titulum æternitatis. Sic Deo seruiendum est in templo eius, scilicet Ecclesiæ militantis, vteri virginalis, animæ spiritualis, Ecclesiæ triumphantis. Nota quòd Christus est templum vteri virginalis, ex artifice vel causa gratiosum, Paralip. *Strauit Salomon pauimentum templi pretioso marmòre*, ex materia preciosum, tertij Reg. sexto. *Nihil erat in templo quod non tegeretur auro*; ex forma speciosum, tertij Reg. sexto. *Omnes parietes templi strati fuerunt varijs celaturis*; Ex fine glorioſum, Sapientiæ nono. *Dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo.*

Quomodo electi seruiunt Deo.

Templum multipliciter accipitur pro vtero virg.

2. Paralip. 3.

3. Reg. 6.

ibid.

Sapient. 9.

Templum animæ spiritualis est dispositum mensuris per temperãtiam, Apoc. vndecimo. *Datus est ei calamus*, vt metiretur tẽplũ à lõgitudine in latitudinẽ eius, est depictũ cælaturis per sapientiã, Esech. quadragesimo primo. *Celata erant in ipsis ostiis templi Cherubin, & sculptura palmarum*; est completum ædificijs per perseuerantiam, Hieremiæ trigesimo. *Ædificabitur ciuitas in excelso tuo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur*

Anima spiritualis. Apocal. 11.

Eccles. 41.

Ierem. 30.

Templum Ecclesiæ militantis fuit in angustia fundatum, Esdræ septimo, *Fundato templo domus Domini steterunt sacerdotes in ornatu suo & cum tubis*, vnde Ecclesia fundata fuit in abundantia ornatus. In lætitia purgata, cemento confecta ex sanguine sanctorũ Martyrũ, ex sabulo cõfessorũ, ex calce Virginum. De primo Esdræ, *Filij Iuda quasi vir*

Pro Ecclesia militante Esdræ. 7.

vnus stabant super eos, qui ædificabant templum. De secundo, Esdræ primo, *Protulit Rex vasa aurea, & argentea in templo*, De tertio primi Esd. sexto, *Consummato templo Sacerdotes purificati fecerunt solemnitatem in lætitia magna.*

Esdræ. 1.

Esdræ 6.

Pro Ecclesia triumphante.

Templum Ecclesiæ triumphantis est claritate radiosum, ibi namque est claritas inoffuscabilis; vetustate pretiosum, quia ibi venustas indeformabilis; societate gaudiosum quia ibi est Societas imperturbabilis; vtilitate copiosum, quia ibi est vtilitas inexplicabilis. De primo Ecclesiastici quinto, *Quasi stella matutina in medio nebulæ, sic ille effulsit in templo Dei.* De secundo, Machab. quarto, *Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & dedicauerũt altare Domino.* De tertio, Psal. *Et in templo eius omnes dicent gloriam.* De quarto, Isaias, *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & plena erat*, &c.

Eccles. 5.

2. Mach 4

Psal.

Isai. 6.

Seruiunt ergo Sancti & electi Dei, in templo Dei; *die ac nocte, & qui sedet super thronum, habitat super illos*; ecce pro impenso seruitio maius prẽmium. *Et qui sedet super thronum*, id est, Dei Filius, qui sedet super thronum gloriæ cœlestis ad dexteram Dei Patris, & sedebit in throno iudicis, in die extremæ examinationis, *stat super illos*, id est, eos custodit, gubernat, & bona sua eis communicat.

Quomodo Christus stat super electos.

VERSVS 16.

Quia non amplius esurient, neque sitient neque cadet super illos Sol, neque vllus æstus. Non esurient pane vitæ satiati, quia panem Angelorum manducauit homo: *Neque sitient amplius*, scilicet aquâ sapientiæ potati, & refocillati. Vnde Glossa, *Non esurient, neque sitient*, quia fruentur pane vitæ, & fonte viuo; *Amplius*, quia tolletur omnis miseria interior & exterior. Contra hoc, Ecclesiastici tertio, *Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient.* Solutio: Duo sunt in esurie, scilicet defectus, & hic omnino tolletur; & similiter in siti, propter quod hîc dicitur; *Non esurient, neque sitient*: & desiderium comedendi, & bibendi, quia manebunt in patria ad excludendum fastidium, propter quæ dicitur in Ecclesiastico, *qui edunt me*, &c. quia ibi sic semper reficientur, quod nunquam fastidient. Vnde tolletur defectus, & fastidium, ponetur affectus & desiderium. Et esuries est spiritualis, & rei habitæ; hæc semper possidebitur, non corporalis, quæ est rei non habitæ, vt haberetur.

obiectio. Eccles. 3.

Quæ esuries & quæ sitis in cœlo.

Non esurient igitur, &c. *neque cadet super illos Sol*, id est, ardor alicuius tribulationis; *neque vllus æstus*, id est, cuiuslibet infirmitatis, vel æstus alicuius iniquitatis. Et ita per primum, *Non esurient, neque sitient*, excluditur ab eis omnis miseria interior, *Neque cadet super illos Sol; neque vllus æstus*, ibi omnis miseria excluditur exterior.

VERSVS 17.

Quoniam Agnus, qui in medio throni est reget eos, & deducet ad vitæ fontes aquarũ. Ecce causa istorum bonorum: Ita dixi quòd neque esurient, neque sitient, &c. Et hæc est causa, quare Agnus Christus pius, innocens, & immaculatus, *qui in medio throni est*, id est, Ecclesiæ, & Prælatorum, & omnium beatorum, *reget eos*, & ideo nihil eis deerit, quia vbi est Deus, nullus defectus est, & vbi

Vbi Deus nullus defectus.

Deus non est omnia, est defectus. *Et deducet eos ad fontes vitæ aquarum*, id est, ad indeficientem æternæ vitæ amœnitatem, & satietatem, vbi continuè potabunt aquam viuam, conferentem vitam æternam. Ostendit hîc illam satietatem sub metaphora ouium, & pastorum, quia primò ducuntur oues ad pascua, vt saturentur, postea ad aquas, vt post pastum bibant, & refocillentur. Sic Christus in via regit Sanctos, & deducit de virtute in virtutem; Sap. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas*; tandem deducet eos ad aquam vitæ in patria, ad contemplandam majestatem diuinam, & participandum vitam æternam.

Sap 10.

Christus qualis est Agnus.

Considera ergo prædicta verba, *Agnus qui in medio throni est, reget eos, & deducet ad vitæ fontes aquarum.* Hîc ponitur Agnus deducens, ibi, *Agnus reget eos*; fons scaturiens, *ad fontes*; vita proficiens, *vitæ*; reficiens, *aquarum*. Hîc Agnus Sanctos deducens mitissimus in conuersatione, mansuetissimus in passione, victoriosissimus in resurrectione, gloriosissimus in Ascensione. De primò Is. decimo quinto, *Emitte agnum*. De secundo, Ierem. nono. *Ego quasi Agnus mansuetus*. De tertio Ioan. primo, *Ecce Agnus Dei*. De quarto in proposito. Hîc Agnus deducet Sanctos ad fontes, qui sitiuntur cum desiderio, hauriùtur cum gaudio, bibuntur sine fastidio, oriuntur sine exordio. De primo Psalm. *Quemodmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum*. De secundo Isai. vigesimo octauo, *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*. De tertio, Psalm. *Quoniam apud est fons vitæ*. De quarto Cant. quarto, *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium*, & in proposito, *deducet eos*; Sed ad fontes vitæ, quia ipse vitam dat: & confirmat, scilicet quòd est æterna statu, Ioan. primo, *Annunciamus vobis vitam æternam*; excelsa gradu Apoc. quarto, *Esto fidelis vsque ad mortem*; lucida visu, Psal. *Notas mihi feciſti vias vitæ*; iucunda fructu; Ioan. primo, *Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.*

Is. 15. Ierem. 9. Ioan. 1.

Fons datus à Christo cum desiderio hauritur cum gaudio bibitur.

Psal. 41. Isai. 28.

Psal. 35. Cant. 4. Ioan. 1. Apoc. 4. Psal 15. Ioan. 13.

Agnus iste deducet Sanctos ad fontes vitę. Hæ aquæ sunt claritas vniuersi, fœlicitas regni, societas Dei, satietas desiderii. Isai. decimo quinto, *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum.* Ergo Agnus deducet Sanctos *ad fontes vitæ aquarum*, & non solùm hoc, verùm & *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum*, id est, omnem dolorem, & tristitiæ causam ab oculis remouebit, Isai. sexagesimo primo. *Non audietur in ea vox fletus*: Et dicit *omnem lachrymam*, quia veræ sunt lachrymæ electorum, nam alius plangit propter omissionem; alius propter commissionem; alius iaculis peccatorum pungitur, alius quia tam diu peregrinatur. Sed omnes istæ lachrymæ cessabunt, quia fletui succedet iucunditas sempiterna, Mat. quinto, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.*

Quales sunt aquæ ad quas Christus deducit. Isai. 15.

Isai. 61.

Quales sunt lachrymæ.

Matth. 5.

SYNOPSIS CAPITIS OCTAVI.

POst quàm apertum est septimum sigillum, admiranda Ioanni apparuerunt; nam septem Angeli cum tubis ostenduntur, effusóque igne altaris ab alio Angelo, fiunt variæ tempestates. Similiter quatuor Angelis tuba canentibus, fiunt variæ plagæ in hominibus. Primò enim sonante tubâ facta est grando, & ignis cum mixtione sanguinis. Secundò tuba canente mons magnus igne ardens missus est in mare. Tertiò tuba canente magna stella ardens, tamquam facula cecidit de cælo in tertiam partem fluminum. Quartò tuba canente percussa est tertia pars Solis, & tertia pars Lunæ, & tertia pars stellarum, & audita est vox vnius aquilæ volantis per medium cœli, dicentis voce magna, væ, væ, væ, habitantibus in terra.

CAPVT OCTAVVM.

1. ET cùm aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cælo, quasi media hora. 2. Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei: & datæ sunt illis septem tubæ. 3. Et alius Angelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. 4. Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo. 5. Et accepit Angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræ motus magnus. 6. Et septem Angeli, qui habebant septem tubas, præparauerunt se vt tubâ canerent. 7. Et primus Angelus tubâ cecinit, & facta est grando, & ignis, mista in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est. 8. Et secundus Angelus tubâ cecinit: & tamquam mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris sanguis. 9. Et mortua est tertia pars creaturæ eorum quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauium interiit. 10. Et tertius Angelus tubâ cecinit: & cecidit de cælo stella magna, ardens tamquam facula,

cula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum. *11.* Et nomen ſtellæ dicitur Abſinthium, & facta eſt tertia pars aquarum in abſinthium: & multi hominum mortui ſunt de aquis, quia amaræ factæ ſunt. *12.* Et quartus Angelus tubâ cecinit: & percuſſa eſt tertia pars Solis, & tertia pars Lunæ, & tertia pars ſtellarum, ita vt obſcuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis ſimiliter. *13.* Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ, habitantibus in terra, de ceteris vocibus trium Angelorum, qui erant tuba cantaturi.

VERSVS 1.

ET *cùm aperuiſſet ſigillũ ſeptimum, factũ eſt ſilentium in cælo quaſi dimidiâ horâ.* Hîc oſtẽditur ſtatus Eccleſiæ poſt tempus Antichriſti, in quo dabitur quies Sanctis, & Dei electis; vnde oſtenſâ perſequutione, quæ erit tempore Antichriſti, oſtẽditur breuis quies, quæ erit poſt mortem eius: vnde apertio ſeptimi ſigilli eſt reſeratio, & manifeſtatio illius ſtatus vltimi, in quo erit *ſilentiũ*, ideſt, pax & tranquillitas, *in cælo*, id eſt, in Eccleſia poſt mortem Antichriſti. Sed non multùm durabit quies illa, ſcilicet *quaſi dimidiâ horâ*, quia citò veniet judicium poſt mortem eius: vt hoc manifeſtaret, *factum eſt ſilentium*, id eſt pax, & ceſſatio mundanorum, *in cælo*, id eſt, in Eccleſia, mortuo Antichriſto. Tũc liberè licebit Sanctis prędicare, nec aliquis impediet eos. Iſtud ſilentium, ſiue hæc tranquillitas erit quaſi mediâ horâ, quia citò veniet iudicium poſt mortem eius: vel quia à morte Antichriſti, vſque ad diẽ iudicij erit tanta quies, quòd iſtud ſpatium videbitur quaſi media hora. Dicitur autem quòd iſtud ſpatium à morte Antichriſti vſque ad diem Iudicij erit quadraginta dierum: vnde ſicut Iudæi quadraginta dies à Paſſione Chriſti pœnitendi tempus habuerunt, ſic imitatores Antichriſti quadraginta dies ante diem Iudicij.

Quale eſt illud ſilentium factum per medium horam.

VERSVS 2.

Et vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei, & datæ ſunt illis ſeptem tubæ. Oſtenſâ reuelatione myſteriorum Dei factâ per Angelos Ioanni, hîc oſtenditur manifeſtatio eorum facta per prædicatores Chriſti; & in ſingulis ſtatibus Eccleſiæ fuerunt prædicatores animantes Eccleſiam: vndè ſicut ſuprà ſeptem ſigilla monſtrantur, ita hîc ſeptem Angeli tubâ canentes; ſicut ſuprà impugnatio Eccleſiæ oſtenditur per contradictores, ita hîc animatio per prædicatores. Vnde in quolibet ſtatu Eccleſiæ prædicatores mittuntur, qui prædictas impugnationes annuncient, ad confortandum fideles, & qui hîc mittuntur à Deo Ioanni in hac viſione, quę continet quatuor capita, ſcilicet, octauum, nonum, decimum, vndecimum.

Primò agitur de fidei commiſſione; ſecundò de impugnatione, ibi, *& alius Angelus venit*; tertio de executione, ibi, *& primus Angelus*, &c.

Ponitur ergo ordo huius visionis ad præcedentem: in prima enim aperiuntur omnes status Ecclesiæ, in quibus multas sustinet passiones, in ista ponuntur cõsolationes, quas habet à prædicatoribus. Aliter dicunt alij sic; hîc incipit tertia visio. Prima visio fuit de correctione Prælatorum; secunda de reuelatione Mysteriorum; tertia de numero Angelorum tubâ canentium; & ista tertia incipit hîc. Vnde hîc agitur de Angelis tubâ canentibus, & cõtinet hæc visio quatuor capitula, sicut dictum est suprà & diuiditur in tres partes, sicut dictum est.

Post tribulationem & afflictionem sequitur diuina consolatio.

Dicit ergo, *& vidi.* Ita dixi, quòd mihi fuit reuelata correctio Prælatorum, apertio mysteriorum & sigillorum; & non solùm hoc, verùm etiam Angelorum tubâ canentium, quod nihil aliud est, nisi numerus Prædicatorum prædicantium, & Ecclesiam contra persequentes cõsolantium. Vidi ergo correctionem Prælatorum; & non solùm hoc, verùm etiam & vidi oculis mentis, *septem Angelos*, id est, Prædicatores vniuersos, tali numero signatos, quia habent facere septem; septem vitia extirpare, septem virtutes plantare, septem Sacramenta prædicare, septem petitiones formare, septem opera misericordiæ clamare, septem dotes prænunciare; Ieremiæ primo, *Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas, dissipes, & dissperdas*, scilicet vitia, *& ædifices*, scilicet mores, *& plantes*, scilicet virtutes. Istæ enim sunt septem tubæ, de quibus habetur Iosue septimo. Vnde dicitur ibi, quòd sacerdotes cum tubis septem diebus circuierunt Iericho, septima die muri corruerunt. Isti sacerdotes sunt prædicatores vociferantes. Iericho interpretatur Luna, quæ defectibilis est, & significat istum mundum, cuius muri corruunt per prædicatores, corruunt per prædicatorum clangorem. Muri mundi sunt vanitas elationis, vilitas infectionis, breuitas durationis, leuitas mutationis, falsitas deceptionis, infidelitas dilectionis, malignitas actionis. Ergo benè prædicatores vniuersi per septem numerum signati sunt. Sed dicuntur Angeli prompti executione: vnde stabat ille Angelus Raphaël succinctus, *quasi paratus ad ambulandum.* Tob. tertio; puri affectione, ad Hebræos, *qui facit Angelos suos spiritus, & ministros*; clari contemplatione, *Angeli eorum semper vident faciem Patris*; lucidi speculatione, Psalm. *Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te.*

Cur prædicatores numero septenario Angelorum denotantur.

Septem annunciare debent prædicatores, & qua

Iosue 7. Ierem. 1.

Iericho interpretatur Luna mũdi huius symbolũ.

Quales sunt muri huius mundi.

Prædicatores cur Angeli.

Tobiæ 3. Hebræos.

Psal.

Dicuntur etiam prædicatores Angeli, & non solùm Angeli, sed Angeli *stantes*, id est, strenui laborantes, non torpentes, aut timore cadentes. Stantes ergo erant obedire parati, Ioan. *Posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Et nota quòd hîc Angeli dicuntur stãtes, scilicet actiuè, & passiuè; actiuè ad Deum contemplandum, venerandum, imitãdum; passiuè ad laudem Dei, ad meritum sui, ad fructum proximi. Vel dicũtur stantes contra insolertiam, contra inconstantiam, contra impotentiam; vel stantes sanctitate gratiæ, veritate scientiæ, firmitate constantiæ; vel stantes ex conculcatione terrenorum, ex bonorum operatione, ex prædicandi conditione.

Cur prædicatores non solum dicũntur Angeli sed stantes Angeli.

Vidi ergo istos Angelos *stantes in conspectu Dei*, vt Deum aspiciant, & alios Deum aspicere faciant. Nihil aliud nisi laudem & vtilitatem in-

tendant, *& datæ sunt illis septem tubæ*, id est, prædicationis officium, septem tubis designatum, quia per prædicatores septem mutationes signatæ per muros Iericho destruũtur, Iosue duodecimo. Prima est amor honoris; secunda, amor diuitiarum; tertia, obliuio mortis; quarta, amor deliciarum; quinta, amor parentum; sexta, ignorantia sui; septima, obliuio Dei. Hi sunt septem funes, quibus ligatus fuit Samson, sed ruente Spiritu Dei in se, rupit illos, Iudicum decimo sexto. Nihil ergo debet esse in prædicatore, quod sit in mutatione mundi, cùm officium eius sit disrumpere muros eius.

Quales sũt septem tubæ septem Angelis datæ.

Quales sunt mundi huius mutationes.

Et vidi quomodo rupti sunt muri. Sacerdotes tulerunt tubas, quarum vsus erat in Iubilæo, & clangẽtes septies circumeuntes ciuitatem, in septimo circuitu tubis clangentibus muri corruerunt. Sacerdotes sacris tubis clangentes, sunt sancti prædicatores, qui debent tubas tenere & clangere, idest, opere complere, & prædicare ore. Septem circuitus sunt septem mundi considerationes, quas si quis habet in corde, muros Iericho primò in se, postea in alijs destruet. Prima est consideratio vanitatis, Ecclesiast. primo, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, dixit Ecclesiastes*, & sic destruitur primus murus, scilicet amor honorum; secundus est consideratio breuitatis, Ecclesiastici primo, *Omnis potentatus breuis, nam ventus, & vapor est vita nostra*, & sic destruitur murus secundus, scilicet obliuio mortis; tertia, consideratio vilitatis ad Philipp. tertio, *Omnia arbitratus sum vt stercora, vt* CHRISTVM *lucri facerem*, & sic destruitur tertius murus, amor diuitiarum; quarta, consideratio instabilitatis, vnde appellatur mare, Isai. sexagesimo tertio, *Impij quasi mare feruescens*, & sic destruitur quartus murus, amor deliciarum; quinta, consideratio infidelitatis, Luc. decimo septimo. *Dum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra?* & sic destruitur quintus murus, amor parentum; sexta, consideratio humanæ nobilitatis, quæ est dignissima creaturarum, ex qua destruitur murus sextus, scilicet ignorantia sui; septima, consideratio Diuinæ benignitatis, ex qua destruitur septimus murus, scilicet obliuio Dei. Propriè ergo dicitur pro prædicatoribus, vniuersis, *vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei, & datæ sunt illis septem tubæ.* Et nota quòd in ista clausula prædicatores commendantur à quinque; à perfectionis integritate, ibi, *vidi septem*; à cognitionis claritate, ibi, *Angelos*; ab actionis solliditate, ibi, *stantes*; ab executionis authoritate, ibi, *& datæ sunt illis*; à prædicationis leueritate, ibi, *septem tubæ.*

Isai. 63.

Luc. 17.

A quinque commendãtur ordinatæ.

Concinnatur quæ instituit operetur plcat.

Quid nobis sentiendũ de hoc sæculo. Eccles. 1.

Eccles. 1.

ad Phil. 3.

VERSVS 3.

Sequitur, *Et alius Angelus venit ante altare, habens thuribulum aureum in manu sua, & data sunt ei incensa multa, vt daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei.*

Hîc, postquam de Officij eorum cõmissione dictũ, agitur de eorum pręparatione; & primò de præparatione passiua, quâ fuerunt præparati à Christo; secundò de actiua, quando ipsi se præparauerunt; ibi, *& septem Angeli, qui habebant septem tubas, parauerunt se.* Præparauit autem Christus suos prædicatores dupliciter; primò per exemplum passionis, per quod docet, vt præ-

Ad prædicationem qualis præparatio.

dicatores mortificati prædicarent. Maior enim præparatio ad prædicationem post fundamentum fidei est bona vita, & sancta; secundò præparat eos per affectum orationis, per quod docet, vt orationem præmittant. Nam prædicationi debet oratio & præmitti, & adiungi, vndè Augustinus de doctrina Christiana; [Orare debet, vt munus cógrui sermonis accipiat, qui pro æterna salute hominũ in verbo & doctrina laborat;] Vnde prædicator ante debet esse orator, quá rhetor.

Qualis debet esse dispositio prædicatoris.

Primò ergo prępărat prædicatores per exemplum passionis, vel mortificationis; secundò per affectum deuotæ orationis, *Et data sunt ei incensa multa.* Et nota ad euidentiam eorum quæ dicuntur, quòd ad litteram Angeli veniunt, vbi sermo de Deo, & multum delectantur in eo: & dicit Glossa super Iosue decimo quinto. Secundum ergo Glossam, totũ hoc legitur de Christo, qui est magister & caput prædicatorum. Sed videtur secundum, hoc, quòd hic versus debet præcedere præcedentem, quia ipse prædicatores elegit, ergo primò de ipso, deinde de alijs prædicatoribus. Solutio; Christus in quantum est causa, præcedit, in quantum materia, sequitur; rectè. Nam secundum hoc prius, Angelus in sex diuiditur, nam Dei filius prædicator eximius per sex hic describitur, primò per excellẽtiam diuinitatis, ibi, *& alius Angelus*; secundo quantùm ad eminentiam humanitatis, ibi, *venit* per veram carnis assumptionem; tertiò quantùm ad vehementiam charitatis; ibi, *stetit ante altare*, quartò quantùm ad obedientiam voluntatis, ibi, *habens thuribulum aureum in manu sua*; quintò ad exolutionem pœnalitatis, ibi, *& data sunt ei incensa multa*; sextò quantùm ad placationem diuinæ Maiestatis, ibi, *& ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum, de manu Angeli* coram Deo. Ista sex hîc ostenduntur de Christo.

Cùm de Deo sermonẽ habemus Angeli adsunt præsentes.

CHRISTVS *eximius prædicator per sex considerationes diuersas describitur.*

Dicit ergo, *& alius Angelus.* Ita dixi, quòd *Angelos*, id est, prædicatores vniuersos, *vidi stantes in conspectu Dei, tenentes septem tubas*: & cùm supple hoc viderem, *alius Angelus*, id est, Christus; qui dicitur Angelus, quia missus, quia Patris nuncius pacem annunciant. Sed alius à cæteris prædicatoribus potentiâ, sapientiâ, dignitate, & sanctitate: Isai. *Vocabitur nomen eius magni Cõsilij Angelus*: licèt ad litteram alius ab alijs Angelis, quia alij creati, hic increatus; alij creatura, hic creator. Hic inquam Angelus *venit*; ecce eminentiam humanitatis, tunc enim venit, quando humanitatem sibi vniuit. Venit ergo per incarnationem, venit vt medicus curans vulnera, Luc. *Ego veniam & curabo eum*; vt Dominus, donans munera, Genes. *Modicum habuisti, antequàm venirem ad te*; vt salus ferens fœdera; Michææ quinto. *Erit pax nostra dum venerit.* Venit ergo de sinu Patris in vterum Virginis matris; de vtero Virginis in cápum certaminis hujus, vt præberet præsidium miseris. Et non solùm supple venit, verùm etiam *stetit ante altare*, ex vehementia charitatis; vndè stetit *ante altare*, id est, ante crucem, vbi fuit pro nobis peccatoribus immolatus. Vndè nota quòd altare significat aliquándo Christum, Isai. decimo quinto, *Offerẽtur super altare meum placabilia*, vnde super istud altare offert Ecclesia preces suas semper dicendo, per Dominum Iesum Christum. Ali-

Cur Christus dicitur Angelus.

Isai.

Qualis Christus venit.

Luc.

Genes.

Mich. 5.

Crux altare in qua CHRISTVS *immolatus.*

Isai. 15.

Leuit. 11. *Altare pro multis sumitur.* Psal. 42.

quando fidem, Leuit. vndecimo, *Ignis in altari meo semper ardebit.* Aliquando Ecclesiam, Psal. *Introibo ad altare Dei.*

Christus ergo ante altare steterit, dum in ara crucis pro nobis peccatoribus immolatus fuit; ibi corpus suum sanctissimum obtulit, & sanguinem suum pretiosissimum effudit, vt à peccatis nos mundaret, à Diabolo eriperet, Deo reconciliaret, & in cœlesti solio collocaret.

Quomodo corpus Christi thuribulo donatur

Stetit ergo *Angelus*, id est, Christus, *ante altare*, id est, ante crucem, *habens thuribulum*, id est, corpus omnium virtutum odore ornatum. Et nota quòd istud thuribulum, quod est corpus Christi, verum thuribulum est, generosum facturâ, pretiosum naturâ, spatiosum figurâ, speciosum sculpturâ: & est rotundum exteriùs, clausum inferiùs, apertum superiùs, accensum interius; & signat in Christo rotunditas exterior exteriorem subiectionem obedientiæ; clausio inferior extinctionem concupiscentiæ; superior apertio contemplationem intelligentiæ; accensio interior vehementem dilectionem in vnione vtriusque naturæ. De hoc thuribulo habetur tertij Regum septimo, 3. Reg. 7. *Fecit Salomon de auro purissimo thuribulum.* Corpus enim Christi fuit aurum purum tempore innocentiæ in Adam, quia peccatum non habebat, fuit enim innocentissimus, & purissimus; in Beata Virgine, quæ peccatum non habuit, nec habere voluit, licèt peccare potuerit: purissimum in vnione, quia peccatum non habuit, nec habere voluit, nec potuit, Prouerb. vigesimo quinto, Prouerb. 25. *Auferrubiginem de argento*, id est de Beata Virgine, id est, peccati fomitem, *& egrèdietur vas purissimum.* Et istud thuribulum Christus habuit *in manu sua*, id est, voluntate propria, quia non necessitate incarnatus, passus, & mortuus est, sed propria voluntate. *Et data sunt ei incensa multa*, id est, Christo, multæ orationes Deo acceptabiles sunt oblatæ; Vel *data sunt ei incensa multa*, id est, deuotionum, orationum, Sanctorum merita sunt Christo attribuenda, multa enim sanctorum merita, imò omnia à passione sua virtutem acceperunt.

Merita nostra a Passione Christi virtutem accipiunt.

Virgo immunis à peccato originali.

Data sunt ergo Christo *incensa multa*, id est, Sanctorum merita, *vt daret*, id est, Patri præsentaret, *de orationibus Sanctorum omnium.* Non dicit orationes, sed de orationibus, quia non omnes orationes Sanctorum Christus Patri suo repræsentat. Aliquando enim Sancti viri petunt quæ non expediunt, & illa Christus non repræsentat; quia non pertinent ad Filium: in isto enim thuribulo omnes orationes Sanctorum ponuntur, quia omnes orationes Ecclesiæ ad Patrem per Christum diriguntur.

Cur non omnes orationes sanctorum à Christo Patri offerantur.

Et nota quòd oratio debet esse spontanea, & ideo dicit, *data*; odorifera, & ideo vocat orationes, *incensa*; in Deum directa, & ideo significanter subdit *ei*, scilicet Christo; frequentata, & ideo subdit *multa.* Hęc supple sumens pręsentat Christus Patri super *altare aureum*, id est, super crucem, vbi Patrem orauit dicens; *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt*; Luc. vigesimo tertio. Et dicitur crux *altare*; quia ibi pretiosissima hostia, scilicet Christus, est oblata. Dicitur autem *aureum*, quia Christus ex sola charitate est passus; Ierem. trigesimo primo, *Incha-* Luc. 23. Ierem. 31.

Qualis debet esse oratio.

Crux altare aureum, & quare.

ritate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Et istud *altare aureum*, id est, crux Christi, est *ante thronum Dei*, id est, ante Ecclesiam, quæ dicitur thronus, in qua sedet, habitat, & quam protegit, & gubernat. De isto throno dictum est suprà. Ante autem istum thronum, scilicet ante Ecclesiam, est crux Christi, vt eam vulnerati à veneno Diaboli inspiciant, & sanentur, quod signatum est per serpentem æneum, in quem aspicientes vulnerati aliorum serpentum morsibus, curabantur. Num. vigesimo primo.

Efficacia crucis.

B

VERSVS. 4.

Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum, & de manu Angeli coram Deo. Hic ostenditur placatio Diuinæ majestatis. Ita dixi, quòd *incensa*, id est, orationes Sanctorum, per Christum Patri præsentatæ sunt, *& ascendit*, scilicet in cœlum, *fumus incensorum*, scilicet deuotio, vel petitio cordium deuotorum: procedit enim deuotio ex orationibus Sanctorum, sicut fumus ex aromatibus incensorum. Sed ne credatur quòd orationes Sanctorũ habeant virtutem ascendendi ab eis, ideo addit quòd fumus orationum ipsorum Sanctorum, *ascendit de manu Angeli*, id est, virtute Christi, qui est Angelus magni cõsilii, & hoc *coram Deo*, id est, coram Patre suo, primæ Ioannis secundo, *Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris*; propter quod Bernardus, [O homo securum habes accessum ad Deum, vbi habes Filium ante Patrem, & Matrem ante Filium. Filius ostendit Patri latus, & vulnera; Mater ostendit Filio pectus, & vbera: nulla ergo potest esse repulsa, vbi tot sunt charitatis insignia.]

Orationum nostrarum virtus & ascensus à Christo D.

1. Ioan. 2.

C

D

VERSVS 5.

Et accepit Angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura; & terræ motus factus est magnus. Suprà Christus præparauit per exemplum passionis, ostẽdendo passionis eius promptitudinem, hîc hoc idem, ostẽdendo passionis amaritudinem. Ita dixi, quòd *orationes Sanctorum* ascenderunt ad Patrem, *de manu Angeli*, id est, virtute Christi, qui est Angelus magni consilij, nam orationes per ipsum representantur Deo Patri. Et non solùm hoc, verùm etiam Angelus, Christus, *aureum thuribulum*, proprium corpus, *accepit*, quando sponte passioni se exposuit, illud scilicet corpus, quod dicitur *thuribulum aureum*, quod suprà dictum est.

De igne Altaris, id est crucis, *impleuit*, quando amaritudinem passionis sustinuit, *& misit in terram*, quando sepultum fuit; vnde *misit in terram*, vt verè mortuus probaretur, vt humilitatis signum daretur.

Sed videtur quòd contradicit sibi ipsi; hîc enim dicit quòd istud thuribulum, scilicet corpus proprium, accepit; suprà dixit quòd habebat in manu sua, quomodo ergo quod iam habebat, accepit? Solutio. Primò habebat Diuinitati vnitum, nondum habebat morti expositũ. Sed tunc accepit, quando voluntariè passioni exposuit, & morti sponte obtulit. Ergo tempore passionis iste Angelus thuribulum aureum accepit, *& impleuit illud de igne altaris, & misit in terram; & tunc*

Quando thuribulum accepit.

temporis, scilicet Passionis Christi, *facta sunt tonitrua*, scilicet terribiles comminationes Iudæis ab ipso Christo; secundum illud Lucæ vigesimo tertio, *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, quia ecce venient dies, in quibus dicent, beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt.* Luc. 23.

Ergo in passione Christi *facta sunt tonitrua*, id est, comminationes terribiles, sicut tonitrua terrorem concutientia; factæ sunt *voces*, scilicet dulcium prædictiones, secundum illud Lucæ vigesimo tertio; *Hodie mecum eris in Paradiso*; & *fulgura*, scilicet mirabilium operationes, secundum Matth. vigesimo sexto, *A sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque in horam nonam, & Sol obscuratus est, & velum templi scissum est per medium.* Vnde sicut fulgura habét scindere, ita velum templi scissum est per medium. Facta sunt in Passione fulgura mirabilium operationum; *& terræ motus*, ad litteram: *terra tremuit, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt*, Matth. vigesimo septimo. Luc. 23. Matth. 27. *Quænam contigerunt tempore Passionis Christi.* Matth. 27

Ostenditur in hac particula depositio benedicti corporis Christi; *misit in terram*; ostensio miraculosi operis, *facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræ motus magnus.* Vnde & maxima fuit in ipsorum Iudæorum cordibus duritia, qui saltem per miracula in ipsa Passione facta ipsum non cognouerunt. Propter quod dicit Gregorius [Terra cognouit Dominum suum, quia tremuit; Sol cognouit, quia radios suæ lucis abscondit; saxa, & parietes cognouerunt; quia tempore Passionis eius scissa sunt; infernus A cognouit, quia hos quos tenebat mortuos reddidit; & tamen quem omnia senserunt elementa insensibilia, adhuc infidelium Iudæorum corda Deum esse minimè cognouerunt,] propter quod dicunt isti versus: *Iudæorum duritia pertinacissima.*

Cuncta creata sua senserunt vulnera dura.
Christi tormenta cognouerunt elementa.
Sunt lapides fracti, plures tumuli patefacti,
Et scissum velum, celauit lumina cœlum.

Ergo in Passione Christi prætiosissima, fuerunt *tonitrua, terræ motus, voces, & fulgura*, & multa miraculosa opera. Sic ergo Christus præparauit prædicatores ad macerationem carnis, per exemplum suæ benedictissimæ Passionis; hæc enim est materia prædicationis, & per mortificationem carnis: & sic patet præparatio prædicatorum passiua, qua à Deo fuerunt præparati. *Exemplo Christi Domini ad macerationem carnis inuitamur.*

Accepit Angelus *thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram.* In verbis propositis Sanctus Spiritus introducit Christum vt incarnatum in vtero, quod probat vnio assumptionis, ibi, *Angelus accepit thuribulum aureum*; immolatum in patibulo, quod probat crucifixio, cùm addit, *& impleuit illud igne*; tumulatum in sepulchro, quod probat positio repositionis, cùm subiungit, *& misit in terram.*

Circa primum, sciendum quòd thuribulum istud aureum est corpus Christi innocentissimum. Sacrificium sibi oblatum in hoc thuribulo legem terminauit implédo; lapsum reparauit erigendo, Dominum placauit pacem faciendo; cœlum reserauit portam aperiendo. *Corpus Christi thuribulum aureum.*

de primo, Numeri decimo sexto, A requies in sepulchro sepulchri re-

Num. 16. *Tollite singuli thuribula vestra*, & sequitur Aaron quòd *teneat thuribulum suum, & cùm fecissent, apparuit cunctis gloria Domini.*

Ibidem. De secundo Num. decimo sexto, *Tolle tu thuribulum tuum Aaron*, & sequitur; *stans inter viuos & mortuos pro populo deprecatus est, & plaga cessauit.* De tertio ibidem, *Accipe thuribulum, & hausto igne de altari mitte incensum, iam enim egressa erat ira à Domino, & plaga desæuit*; & sequitur, *Placatus est Dominus & plaga cessauit.*

Leuit. 6. De quarto Leuitici, *Assumpto thuribulo, quod prunis altaris impleuit, introiuit in sancta.*

Qualis virtutis est lignū S. crucis. Circa secundum, vbi Spiritus Sanctus introducit Christum immolatum, cùm dicit, *impleuit illud de igne altaris*; Sciendum quòd istud altare, scilicet lignum Crucis est placatiuæ oblationis, quia salus præuaricantium; protectiuæ munitionis, quia clypeus bellantium; ignitiuæ dilectionis, quia calculus amplectentium; suspensiuæ dilectionis, quia titulus contemplantium: propter quod dicit Rabanus de laude Crucis. [Tu sancta crux peccatorum es remissio; pietatis exhibitio, meritorum augmentatio, infirmorum remedium.] De

Crucis encomia.

Iudic. 6. primo Iudicum sexto, *Ædificauit Gedeon altare Domino, vocauitque illud Domini pax.* De secundo ibi-

Iudic. 13. dem vndecimo tertio, *Surge metire templum, & altare*, & sequitur, *Si quis nocere voluerit, ignis exiet, & deuorabit*

Isai 3. *inimicos.* De tertio, Isaiæ tertio, *In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta terrā eius.*

Circa tertiū, vbi Spiritus Sanctus introducit Christum vt tumulatū, cùm dicit, *& misit in terram*; Scien-

Quomodo Christus requiuit in tumulo. dum quòd ista missio in terrā, fuit

requies in sepulchro sepulchri reserator; subtus terram, limbi spoliator, vel speculator; super terrā, vnde Christus requieuit, intus terram, mortis triumphator. De primo, Matth 12. Matth. duodecimo. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde ter-* Ephes. 4. *ræ.* De secundo, Eph. quarto, *Quòd autem ascendit, quid est nisi quia descendit in inferiores partes terræ?* De tertio, Isai. 53. Isaiæ quinquagesimo tertio, *Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut ra-* Isai. 4. *dix de terra sitienti.* De quarto, Isai. quarto, *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis.*

VERSVS 6.

Et septem Angeli, qui habebant tubas septem, parauerunt se vt tubâ canerent.

Ostensâ præparatione prædicatorum facta à Deo, hîc ostenditur præparatio facta à se ipsis. Ita dixi, quòd prædicatores vniuersi per septem Angelos designati, fuerunt à Deo præparati, tàm per exemplum passionis, quàm per officium orationis. Et hoc supple ego Ioannes vidi, & non solùm hoc, verùm etiam & vidi, supple, quòd septem Angeli, id est, prædicatores vniuersi, septenario numero designati, quia habēt septem vitia extirpare, & septem virtutes plantare, &c. *qui habebant septem tubas*, id est, officium prædicationis septem tubis designatum, sicut suprà dictum est, *parauerunt se*, non solùm à Deo præparati, verùm etiam à se ipsis; *parauerūt se*, scilicet in ostendendo, in conuersatione, & in opere quæ dicta erant in sermone, & prædicatione, ad exemplum sui magistri, qui primò *cœpit facere*, & postea *docere*; Actuum primo. Cuius enim Actu. 1. vita despicitur, restat vt eius prædicatio

Quomodo conciones sui in sua mente se gerere debet.

dicatio contemnatur, vt ait Grego. [Vana est doctrina, quam maculat culpa impudica. Malè autem parauit se, qui quod dicit ore, destruit opere.]

Vana est doctrina quæ maculatur culpâ impudicâ.

Parauerunt se boni prædicatores, id est, debent se præparare præcogitando, & diligenter studendo, quid, quibus, qualiter sit loquendum. Aliter laicis, aliter clericis, aliter sapientibus, & scientibus; aliter ignorantibus, aliter sæcularibus, aliter Religiosis. Et ad istorum imitationé nos prædicatores verbi Dei debemus parare, vt valeamus fructificare, & meritum habere. *Parauerunt se* igitur prædicatores veri iudicij, & hoc vt *tuba canerent*, id est, vt prædicarent.

Nota hæc duo verba, *tuba canerent*; in tuba signantur terror & amor; in cantu, lætitia, & amor: per quod signatur, quòd prædicatio debet habere terrorem comminationis, & lætitiam consolationis. Debet etiam terrere malos, & lætificare bonos; debet etiam habere terrorem comminationis, ostendendo pœnam ratione peccatorum; lætitiam consolationis, promittendo gloriam, ratione operum bonorum. Vnde prædicatori dicitur, *Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia*, &c. Nota quòd bene per tubam prædicatio designatur, quoniam sicut tuba non sonat, nisi manu teneatur, sic nec prædicatio valet, nisi opere cópleatur. Et sicut tuba est arctior ex parte canétis, latior ex parte audientis: sic prædicator debet esse ex parte sui arctus, ex parte auditorum latus: & debet esse vt tuba buccinans cótra peccantiũ vilitatem, ad cógregandum charismatum pluralitatem, infrà cap. 19. *Audiui vocem tubæ magnæ*, & sequitur,

Qualis debet esse prædicator.

Isai. 58.

Cur per tubam prædicatio designatur.

A *Venite & congregamini ad cœnam magnam Agni*, ad formidandum aduersarij potestatem, ibidem nono, *Angelus tuba cecinit, & data ei clauis putei abyssi, & ascendit fumus putei abyssi, sicut fumus fornacis magnæ.*

Dicit ergo, *Et septem Angeli, qui habebant septem tubas, parauerunt se vt tuba canerent.* Vnde in ista clausula ostenduntur quatuor, quæ debent esse in ipso prædicatore; scilicet vitæ sanctitas, ibi, *Angeli*; scientiæ veritas, ibi, *qui habebant septem tubas*; prouidentiæ sagacitas, ibi, *parauerunt se*; efficientiæ strenuitas, ibi, *vt tuba canerent.*

Quatuor debent esse in prædicatore.

B

VERSVS. 7.

Sequitur, *Et primus Angelus tubâ cecinit, & facta est grando, & ignis, mista in sanguinem, & missum est in terram, & tertia pars arborum combusta est, & omne fœnum viride combustum est.* Hîc agitur de prædicationis executione, quoad septem status præmissos, ad animandum fideles. Primò igitur describitur missio prædicatorum; tempore persequutionis apertæ; secundò occultæ, ibi, *Et secundus Angelus tubâ cecinit.* Item primò Apostolorum, secundò Martyrum. In ista igitur clausula singulariter agitur de singulis Angelis suprà dictis. Sunt enim septem status Ecclesiæ, in quibus scilicet sunt septem Angeli; id est, septem ordines prædicatorum consolantium Ecclesiam Dei: id est, septem status: vnde post Ecclesiæ tribulationem rectè ponitur consolatio per prædicationem. Primò ergo in isto cap. agitur de prædicatoribus consolantibus Ecclesiam ab initio progressus sui; secundò de consolantibus circa finem mundi, in sequenti cap. ibi; *Et Primus An-*

C

D

gelus tuba cecinit. Ita dixi: quòd septem prædicatores septenario numero congruè designati, quia habent septem vitia extirpare, & septem virtutes plantare; *parauerunt se, vt tuba canerent*, id est, vt prædicarent: & ego Ioannes vidi, & non solùm hoc vidi, scilicet etiam executionem, verùm etiam vidi supple, quòd *primus Angelus*, id est, primus prædicatorum cœtus, vt Apostolorum chorus, *tuba cecinit*, id est, fortiter prędicauit, contra persequentes ab initio Ecclesiam Dei, cui Diabolus à principio multos suscitauit, & Christus è contra consolatores & defensores misit. Suscitauit enim Diabolus primò Iudæos, contra quos Christus misit Apostolos; secundò suscitauit tyrannos, contra quos misit Martyres robustos; tertiò suscitauit hæreticos, contra quos misit doctores peritos; quartò suscitauit falsos Christianos, contra quos misit prædicatores pauperes, & veros religiosos; quintò suscitabit Antichristũ, cõtra quem mittet Eliam, & Enoch; sextò principes Dæmonum suscitabit, scilicet Dæmonum sæuitiam, contra quos erit ipse Christus, qui solus potest Dęmonem, & eius malitiam superare. His victis pax erit; vnde in voce septimi Angeli, scilicet Christi, nullum obstaculum iuuenitur, imò voces dicentium, *Factum est regnum huius mundi, Dei nostri, & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum.*

Quales persecutores suscitauit Diabolus contra Ecclesiam Dei, & quos defensores Christus aduersus eos misit.

Dicit ergo, *& primus Angelus*, id est, primus ordo prædicantium tempore gratiæ, qui, inquam, ordo primus, est Apostolorum cœtus, dictus primus fide, dignitate, & familiaritate. Vnde primi fuerunt in suppliciis, in obsequiis, in præsidiis; primi in certamime, in ordine, in examine, in culmine, scilicet Angeli, quia primi antecessores, prouidissimi pugnatores, propitij intercessores. Sed dicuntur Apostoli tubâ canere; nam in veteri Testamento non legitur cantus tubę, sed clamor, sed in nouo cantus: & in veteri Testamento erat tuba, id est, prædicatio, & clangor timoris; sed in nouo est tuba, id est, prædicatio, vel cantus amoris. Illa enim lex timòris, hæc amoris. Fuit autem cœtus Apostolorum tuba arcta, ex parte inferiori, lata ex parte auditorum; vacua ex parte interiori, vel superiori; propter temperantiam, propter obedientiam, propter animæ humilitatem internam, vel per peccatorum carentiam: vnde tubâ cecinit, & buccinauit, ad vitia vilia extirpanda, ad virtutum insignia inferenda, ad Infernorum pœnalia exhorrenda.

Apostolorum varia encomia.

Apostoli primi, & in obsequijs, & in suppliciis.

Hic ergo Angelus, primus fuit Apostolorum cœtus, qui prædicauit in Iudæa primus contra malitiam Iudæorum; vnde hæc tuba lætificabat per promissiones, bonos; & terrebat per comminationes, malos. Postquam Angelus, id est, Apostolorum cœtus, cecinit, id est, prædicauit, scilicet consolationem bonorum, punitionem malorum, *& facta est grando*, id est, commotio timoris in Iudæis, quia ad prædicationem Apostolorum fuerunt contriti, confusi, & exanimati, *& ignis*, id est, ardor æmulationis, quia eis non poterãt resistere, Lucæ vigesimo primo, *Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri*, Et Actu. sexto, *Non poterant resistere sapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur, & disceptа-*

Luc. 21.

Act. 6.

bant cordibus suis & stridebant dentibus in eum, scilicet Stephanum, quod est signum maximæ æmulationis. Et nota, quòd grando, quę est aqua congelata, signat Iudæorum duritiem, vel induratam malitiam, sed ignis eorum æmulationem ardentissimam.

Cùm ergo primus Angelus, id est, prædicatorum cœtus in primo statu Ecclesiæ cecinit charitatem, id est, prædicauit, *facta est grando*, id est, Iudæorum concussio; vel infidelium destructio: & quia facta est Iudæorum concussio, vel infidelitatis destructio, *factus est ignis*, id est, æmulatio contra ipsos Apostolos, & prædicatores alios: sed ipsa Iudæorum supple grando, id est, malitia, *& ignis*, id est, æmulatio, vel inuidia, fuit *mixta sanguine*, quia Iudæi malitia & inuidia commoti, sanguinem Apostolorum aliquorum fuderunt, vt B. Stephani, & vtriúsque Iacobi, & multorum aliorum prædicatorum, tempore primitiuæ Ecclesiæ prædicantium: *& missum est*, scilicet hoc mistum sanguine & igne, id est, malitia & inuidia, scilicet Diaboli, *in terram*, scilicet in corda terrenorum, scilicet vt interficerent Apostolos, & prædicatores alios illius temporis, *vnde missum est in terram*, id est, in Iudæam, quæ erat terra culta lege & Prophetis. Gentiles enim erant non terra culta, sed desertum inultum: nunc autem Iudæa magis facta est terrestris, quia sine rege, sine sacrificio, & sine altari. Ozee tertio. *Sedebunt Filij Israël, sine rege, sine principe, sine duce, sine sacrificio sine altari sine ephod & sine Teraphin*, vnde nunc facti sunt Iudæi cunctis populis viliores.

Et tertia pars terræ combusta est; A Ostensa Iudæorum culpa, ostenditur pœna: vnde sicut dictum est, per terram intelliguntur Iudæi, quia seruabunt legem. Ad litteram verò secundum spiritualem intelligentiam, prima pars fuerunt illi Iudæi, qui ante prædicationem Christi, & Apostolorum crediderunt; secunda illi, qui per Christum & Apostolos conuersi sunt; pars tertia illi, qui credere noluerunt: & hæc tertia pars combusta est igne peccati, & pòst igne inferni,

Et tertia pars arborum concremata est. Dicuntur Iudæi terra, quia lege & Prophetis sati & culti: sed dicuntur arbores, quia per fidem vnius Dei fuerunt eleuati. Istarum autem arborum, scilicet Iudæorum, quidam crediderunt, per præcursorem, quidam per mediatorem, quidam nullomodo; & hæc tertia pars similiter combusta igne peccati, & postea igne inferni. Iudæi enim dicuntur fœnum viride propter auaritiam & cupiditatem, in quibus fuerunt inuoluti, & quia nemo benè potest vti auaritia,

Idco addit, *Et omne fœnum viride combustum est.* Vel aliter, terra signat statum subditorum, & laïcorum ruralium, & operantium, qui ab omnibus teruntur, & omnes suo labore sustentant. Horum subditorum & laïcorum sunt tres partes, innocentes, pœnitentes, pertinaces. Hæc tertia pars est combusta igne peccati, & pòstea comburetur igne inferni. Per arbores intelliguntur Prælati, & maiores, qui sunt super alios elati, qui dicuntur arbores, habentes folia in medicamentum, fructus in nutrimentum, & horum sunt tres partes; quidam vacant orationi,

Quenam est hæc tertia pars ipsa cum dicta est.

Cur Iudæi num terra nunc arbores dicuntur nunc autem fœnum viride.

Cur Prælati dicuntur arbores.

Persecutio prima in Apostolos ex malitia & inuidia Iudæorum.

Osee.3.

Iudæi pejus in aliis tenebitur.

lectioni, contemplationi: quidam prędicationi, actioni, & visitationi; quidam litibus, causis, & negotiationibus. Et hęc tertia pars combusta est igne gehennalis flammę. Vel per terram cupidi, qui comburuntur igne auaritię, per arbores, elati qui comburuntur igne superbię, per fœnum, immundi, qui comburuntur igne luxurię. Ex his tribus tertia pars hominum comburetur, quia sunt aliqui hominum incipientes, & pœnitentes, aliqui proficientes, aliqui peccantes, & impœnitentes, qui inquam impœnitentes, & pèccantes sunt in triplici differentia, Superbi, Auari & Luxuriosi: & hi dicuntur terra, Arbor, fœnum: Arbor infructuosa, fœnũ vile, terra arida: & sic his tribus pestibus percutientur, *Grandine* contra grandes & superbos, Psal. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, pars calicis eorum*; *Igne* contra cupidos, & auaros. Ecclesiastici secundo, *Anima calida quasi ignis ardens, & non extinguetur donec aliquid glutiat; sanguine*, contra fœtidos & luxuriosos, Osee tertio, *Sanguis sanguinem tetigit, propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea.*

Superbi Auari & impudici quâ pœna puniuntur.

Psal.

Eccl. 2.

Osee. 3.

VERSVS 8.

Et secundus Angelus tubâ cecinit, & ecce tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare. Hîc agitur de secundo Angelo, id est, de secunda consolatione Ecclesiæ, quæ est cœtus martyrum. Nam cùm Apostoli & Discipuli à Iudæis fugati recessissent ad gentes, & cœpissent prædicare fidem Christi, Diabolus excitauit contra eos tyrannos Romanos, qui dominium obtinebant in mundo, & multos interfecerunt.

Dicit ergo, *& secundus Angelus*, id est, secundus prædicatorum cœtus, idest, Martyres, qui Apostolis successerunt, & eorum cotemporanei fuerunt, *tubâ cecinit.* Dicuntur autem Martyres secundus Angelus, quia primò Iudæis per Apostolos prædicatum est, secundò gentibus per Apostolos & Martyres aliquos: vnde & Apostoli, qui gentibus prædicauerunt ad secundum Angelum pertinent, licèt prædicando Iudæis pertineant ad primum. Ergo *secundus Angelus*, id est, secũdus prædicatorum cœtus, hi sunt Apostoli & prædicatores alij, qui secundò prædicabant gentibus.

Quis hic secundus Angelus & quid tuba canit.

Et iste Angelus *tubâ cecinit*, id est, terribiliter, & dulciter prædicauit, terribiliter comminando malos, dulciter consolando bonos, comminando pœnam, *ecce securis ad arborem posita*, cantando *agite pœnitentiam, ecce appropinquabit regnum cœlorum.* Hic secundus Angelus, scilicet Martyrum cœtus, tubâ prædicationis cecinit, & eius cantus fuit iubilantis in templo, Psal. *Sumite psalmum, & date tympanum, buccinate, &c.* Prælliantis in campo, Iohelis quinto, *Canite tuba in Sion sanctificate ieiunium, vocate cœtum*; triumphantis in cœlo, ibidem decimo nono, *Audiui vocem tubæ magnæ*, & sequitur, *Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam, quia venerunt nuptiæ Agni.*

Psal.

Iohel. 2.

Hic igitur Angelus tubâ cecinit, & semper canet, *& ecce tanquam mons magnus*, id est, Diabolus, qui dicitur *mons*, propter tumorem elationis, & grauitudinem oppressionis. Sed *magnus* altitudine, propter superbiam, nam contra Deum erigitur, Psal. *Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper*; latitudine pet

Diabolus cur mons magnus.

Psal. 73.

inuidiam, nam contra omnem ho-
Sapient. 3. minem excitatur, Sapientiæ tertio, *Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum*; spissitudine per iracundiá,
Zachar. 4 nam ab initio homicida, Zacha. *quid tu mons magne Zorobabel.* Et hic mons, scilicet Diabolus, est *ardens*, scilicet igne inuidiæ ad nocendum, igne gehennæ ad comburendum. Et hic ardens igne inuidię ad nocendum, *missus est in mare*, id est, ad gentiles amaros, & fluidos, sicut mare, vt eos contra prędictos prędicatores excitaret. Sed à quo missus est? potest dici quòd à Deo permissiuè, à propria libidine affectiuè. Diabolus ergo dicitur *mons* per superbiam, *magnus* propter excellentiam, *igne ardens*, propter inuidiam, *missus in mare*, propter malitiam.

Et facta est tertia pars maris sanguis. Prima pars maris, id est, gentilium, sicut mare fluctuantium, sunt illi, qui fidem acceperunt, & ore confessi sunt; secunda pars sunt illi, qui crediderunt, sed confiteri ore noluerunt; tertia pars est, qui neque apertè, neque occultè crediderunt, sed in sua pertinacia extiterunt, & ipsos prædicatores occiderunt, & ideo hæc tertia pars facta est, sanguis, sanguine Martyrum cruentata.

VERSVS 9.

Et mortua est tertia pars creaturæ, quæ habebant animas. Hoc dicitur per excellentiam in vita, & scientia, vt Philosophi, qui habebant virtutes politicas, & mundanam sciẽtiam, per excellentiam creaturæ. Et hi habebant animas in mari, id est, vitam inter gentiles. Et horum Philosophorum quidam sunt conuersi per prædicationem, quidam per miraculorum operationem, quidam neutro modo: & hæc tertia pars mortua est morte culpæ, & morte gehennæ; *& tertia pars nauiũ interiit*, id est, maiorum vt principum, qui naues & sustentacula debent esse aliorum, *interiit*; quidam enim crediderunt per prædicationem, & clementiam in se ipsos conuersam, vt Constantinus: quidam per potentiam & clementiam, in aliis, & aliis additam, & exhibitam: quidam neutro modo, & hæc *interiit* interitu culpæ, & interitu animæ.

VERSVS. 10.

Et tertius Angelus tubâ cecinit, & cecidit de cœlo stella magna, ardens tamquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminis, & in fontes aquarum, & nomen stellæ dicitur Absinthium. Descripto cœtu prædicatorum animãtium Ecclesiam, tempore corporalis persequutionis; hîc describitur cœtus animantium Ecclesiam tempore persequutionis spiritualis, tempore hæreticorum peruertentium intelligentiam Scripturarum: & primò ostendit officium, secundò sequelam, ibi, *& cecidit in tertiam partem fluminis.*

Dicit ergo, *& tertius Angelus*, id est, tertius prædicatorum cœtus, scilicet Confessores, & Doctores; *tubâ cecinit*, id est, contra hæreticorum astutiam, terribiliter prædicauit: quos contra Ecclesiã, post Iudæorum sæuitiem, & gentilium malitiam, Diabolus eorum loco suscitauit, scilicet post mortem Apostolorum, & Martyrum, contra quos etiam Dominus Confessores, & Doctores suscitauit, qui eos rationibus, & Scripturæ authoritatibus confutarent, &

Quarum est tertia pars Maris quæ facta est sanguis.

Aliqui ex Philosophis ad fidem conuersi alios in infidelitate permanserunt.

Principes per naues denotantur.

Hic tertius Angelus cecinit est Confessorũ & Doctorũ.

cùm iſte tertius tubâ contra hæreticos caneret, *cecidit de cœlo ſtella magna*, cecidit inquam de cœlo, id eſt de fide Catholica, vel de Eccleſia, vel de fidelium dilectione, qui fideles dicuntur cœleſtes, non habentes corruptionem, alti per contemplationem, lucidi per honeſtatem, rotundi per obedientiæ velocitatem. De iſto, inquam, cœlo *cecidit ſtella magna*, id eſt, quilibet Hæreſiarcha, qui dicitur *ſtella* de nocte lucens, id eſt, in latibulis, & locis obſcuris docens, inter tenebras, & ignorantias; habés ſcientiæ, & veritatis, apparentiam, nullam tamen habens exiſtentiam. Sed *magna* propter multitudinem ſequentium, & ſtultorum numerum infinitum, iuxta illud Eccleſiaſtici; *Stultorum infinitus eſt numerus*: quæ ſtella *eſt ardens tamquam facula*. Nam ſicut facula alios illuminando, ſeipſam conſumit, ſic Hęreſiarcha, vel princeps hæreticorum, alios illuminando per abſtinentiam, & ſimulatam vitam, ſeipſum conſumit, & quicquid incendit in carbonem conuertit, nam facies eorum nigra, quaſi olla, vel

Quænam ſtella magna cadens de cœlo.

Eccleſ. 11. *Cur hæreticus ardet, tamquam facula.*

Ad litteram, hæc ſtella, quæ cecidit de cœlo, ſecundum Hieronymum, ſunt illiterati, qui Scripturam peruerterũt: vnde narrat Hieronymus, quòd tria cœnobia Monachorum erant vltra mare, in Ægypto, qui fidem habentes, poſteà Scripturam malè intelligentes, peruerterunt, & ibi ſecundum Hieronymum, omnes Hæreſes ortum habuerunt; & Imperator Alexandriæ ab Arrio hæreticus tunc fuit factus, & interim hæreſis Arrij creuit, quæ quaſi totum mundum occupauit. Stella ergo magna, quæ de cœlo Alexãdriæ ardens, quaſi facula totum mundum incendens cecidit, iſte hæreticus Imperator fuit, qui magnam multitudinem populi ad ſe traxit.

Et cecidit in tertiam partem fluminis. Deſcripto capite hęreticorum, hîc oſtenditur actus in peruerſa expoſitione Scripturarum, ex qua ſequitur occiſio animarum. Dicit ergo, *& cecidit*, ſcilicet *ſtella*, id eſt, Imperator iſte hæreticus, vel quicunque alius Hæreſiarcha per ſuperbiam principatus; *Cecidit* inquã *in tertiam partem fluminum*, ſcilicet Scripturarũ; vel fluminis, id eſt, ſacræ Scripturæ, quæ comparatur flumini, quoniam ſicut flumen eſt clarum aſpectu, ſic ſacra Scriptura eſt clariſſima per euidentiã Hiſtoriæ; profundũ ſitu, ſic ſacra Scriptura eſt profundiſſima, propter eminentiam intelligentiæ; fœcundum fructu, ſic ſacra Sriptura eſt fœcundiſſima, propter excellentiam ſapientiæ. Prima pars huius fluminis vetus Teſtamentum, ſecunda nouum, tertia expoſitio Sanctorum. In hanc tertiã partem hæretici cadunt, quia ipſam non recipiunt. Vel prima pars, expoſitio hiſtorica, ſecunda myſtica, tertia eſt inuentio falſa: in hanc cadunt hæretici, quia ſequuntur ſenſum proprium, & non expoſitionem Sanctorũ; *Et in fontes aquarum*, quæ propriè ſunt Conſilia à paradiſo ſacræ Scripturæ egredientia, quæ ipſi hæretici malè exponendo depreuant, & etiam falſè allegant, & litteram mutant: *& nomen iſtius ſtellæ*, ſcilicet prauitatis hæreticorũ, *dicitur Abſinthium*, quia ſicut abſinthium amaritudinem inducit, ſic qui ab hæretico ſeducitur, in amaritudinem gehennæ perducitur: & ſicut Abſinthium iunctum cibo ſapido

Sacra Scriptura ſtamẽ & qua de cauſa.

Quando & cur infiuunt pu-tiſſimas aquas Sacræ Scripturæ Abſinthium.

totum facit amarum, sic praua ex- A
positio hæreticorum, cibum sacræ
Scripturæ dulcem, & sapidum, red-
dit vilem, & amarum.

Et tertia pars aquarum, Scriptu-
rarum scilicet expositio falsa, *facta
est absinthium*, id est, habens, & in-
ducens amaritudinem, ex quorum
sequela *multi homines mortui sunt*,
id est, à Deo separati; *de aquis*, id
est, propter Scripturas malè expo-
sitas, quia amaræ factæ sunt, id est, B
peruersè expositæ, & malè intelle-
ctæ. Admixta enim aqua hæreticę
prauitatis in vino Catholicæ veri-
tatis. Ad litteram multi hodie
mortui, & moriuntur morte culpę,
& pòst morientur morte gehennæ.
Dicunt enim hæretici, quòd illud
verbũ ad litteram intelligi debet,
Non vidi iustum derelictum, nec semen
eius quærens panem: & ideo damnant
statum paupertatis, quem statum
Deus stabiliuit, voluit, & elegit.
Et sic moriuntur, à Deo separati.
Sed hæ aquæ amaræ possũt dulco-
rari per lignum veræ sapientiæ, &
expositionis Catholicæ. Exod. de-
cimo quinto, *Ostendit Moysi Domi-
nus lignum, quod cùm misisset in aquas,
in dulcedinem versæ sunt.* Est enim li-
gnum vitæ his qui apprehenderint
eam, scilicet sacram Scripturam.
Hæc enim est lex, in qua legitur
cultus iustitiæ; in qua tollitur gu- D
stus insipientiæ; in qua ligatur
luxus insolentiæ; in qua colligitur
fructus æternæ vitæ. Vnde Grego-
rius secundo Moral. cap. primo,
[Sacra Scriptura quasi quoddam
speculum menti opponitur, vt ibi
sentiamus quantum proficimus, &
quàm longè à profectu distamus.]
Ergo est lex vitæ & disciplinæ. Er-
go spernentes sacram Scripturam,
moriuntur, quia à Deo, qui est vi-
ta, separantur.

Peruersè exponũt hæretici sacra volumina.

Exod. 15.

Sacra Scripturæ encomia.

VERSVS 12.

Sequitur, *Et quartus Angelus tubâ
cecinit, & percussa est tertia pars Solis,
&c.* Suprà descripto cœtu prædi-
catorum missorum tempore per-
sequutionis apertæ, hîc describi-
tur cœtus prædicatorum missо-
rum tempore persecutionis oc-
cultæ, scilicet tempore falsorum
fratrum, schisma facientium. Vi-
dens enim Diabolus, quòd non
poterat peruertere Ecclesiam Dei
per hæreticos, persequutus est eam
per falsos fratres, & per mores
malos: vnde iste quartus Angelus
est cœtus prædicatorum falsorum,
in quarto statu Ecclesiæ.

Dicit ergo; *& quartus Angelus*, id
est, quartus prędicatorum cœtus,
id est, falsorum fratrum exercitus,
in quarto statu Ecclesiæ; *tuba cecini-
nit*, id est, altè prædicauit, & cùm
supple sic caneret, non in Deo,
nec de Deo, sed contra Deum,
percussa est, scilicet iaculis falsorum
prædicatorum, *tertia pars Solis*, id
est, pars tertia majorum Prælato- *Prælatus debet esse Sol aliorum.*
rum, qui ad modum Solis debent
alios per bonum exemplum illu-
minare: vnde Prælatis dicitur illud
Matthæi, *Vos estis lux mundi*; horum Matth. 5.
Prælatorum per Solem designato-
rum, etiam majorum, tertia pars
percussa est gladio hypocrisis, &
falsę simulationis. Sol enim pote-
statis eminentis, significat in prę-
lato authoritatis eminentiam;
claritatis euidentis, significat in
prælato claritatis fidei euiden-
tiam; caliditatis efficacis, signi-
ficat in prçlato charitatis ef-
ficaciam: & hac claritate ferè in
omnibus Prçlatis percussa, author-
tatem & fidem informem retinent,
& charitate carent. Vnde in cha-

ritate, primò maiores, vt Prælati percutiuntur, ſuprà ſecundo cap. *Charitatem primam reliquiſti.* Propter quod dicitur in libro de laude charitatis. [Periclitatur caſtitas in deliciis, humilitas in diuitiis, pietas in negotiis, charitas in Prælatis: nam ſuperflua, quibus egeni ſuſtentandi ſunt, impiè, ſacrilegéque in vſus ſuæ ſuperbiæ, aut laſciuiæ, victum pauperum conſumere non verentur.] Dicuntur peccantes, quia aliena rapiunt, & ſacris, in vanitatibus, & turpitudinibus abuntur; & ita in Prælatis & maioribus charitas periclitatur. Et per hoc tertia pars Solis eſt percuſſa. Item Prælatorum quidam ardent per charitatem, & lucent per doctrinæ veritatem; quidam ardent per charitatem, ſed non lucent per doctrinæ profunditatem; quidam lucent per doctrinæ ſagacitatem, & non ardent per charitatem. Et hæc tertia pars percuſſa, vt dicit, mortua eſt, quia fidem tenent, ſed percuſſi ſunt in moribus fidei, & in charitate, quam non habent.

Charitas maxime in prælatis periclitatur.

Quanam tertia pars prælatorum percutitur.

Et tertia pars Lunæ, ſimiliter percuſſa eſt, gladio hypocriſis, & falſę ſimulationis. Per Lunam intelliguntur Prælati, vel minores clerici, qui lumen à Sole, id eſt, à maioribus recipiunt, ſicut Luna à Sole. Horum Prelatorum, vel minorum clericorum, quidam ſunt ſcholares, quidam chorales, quidam curiales, ſequentes curias Principum. Hæc pars tertia tota percuſſa eſt, quia clerici ſequentes curias Principum falſiſſimi, & nequiſſimi ſunt inter omnes. Vnde omnis curia, quæ per clericos regitur, falſitatibus malitiæ eſt percuſſa, propter quòd dicit Hierony. [Negotiatorem clericum ex inope diuitem; ex ignobili generoſum, quaſi peſtem quandam deuita.] Vnde malitia & falſitas clericorum vbique terrarú turbant pacem & tranquillitatem: alienis laboribus locupletantur, comedunt fructus terræ abſque pecunia, & procedit quaſi ex adipe iniquitas eorum; & ideo melius eſſet, vt terreni Principes laicis, quàm clericis regerentur.

Per Lunam minores clerici intelliguntur.

Clerici curiales damnantur.

Tertia igitur *pars Lunæ*, vt Prælatorum, & minorum, vt curiales & curias Principum ſequentes, *percuſſa eſt*, ſcilicet gladio nequitiæ, & falſitatis. Vel à Luna dicuntur Plebani, & medii Sacerdotes; à Sole, id eſt, à Prælatis ſuperioribus lumen, & virtutem recipientes, quorum Plebanorum tres ſunt partes; prima eſt temporalium adminiſtratio, ſecunda officii iniuncti executio, tertia Sacramentorum diſpẽſatio: hæc tertia pars percuſſa eſt quaſi totaliter, quia Sacramenta hodie non diſpenſant, ſed potiùs vendunt, & diſſipant: vnde ij percutiuntur, quia ſunt cupidi, & auari.

Plebanorum tres partes quarum tertia percuſſa eſt gladio nequitiæ.

Tertia igitur, *pars Lunæ percuſſa eſt, & tertia pars ſtellarum pariter percuſſa eſt.* Stellæ dicuntur Religioſi, qui videntur parui ſibi ipſis, & mundo; ſunt magni tamen coram Deo, ſicut ſtella eſt parua in apparentia, eſt tamen maior tota terra in exiſtentia: vnde Religioſi noctem, id eſt, mundum tenebroſum illuminant. Harum ſtellarum, id eſt, Religioſorum tres ſunt partes, propter tria quæ vouent, ſcilicet obedientiam, paupertatem &, caſtitatem. Prima & ſecunda, ſcilicet obedientia, & caſtitas, ſunt in parte percuſſæ; ſed tertia pars, ſcilicet paupertas, quaſi omnino, &

Cur ſtellis religioſi cõferuntur.

vbique

ybique percussa est. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Vnde quidam Religiosi sunt, qui volunt esse pauperes sine defectu, humiles sine despectu, patientes sine contumelia. Et hi certè sunt percussi gladio; quia licèt sint pauperes factis, non tamen voluntate. Et ita obscuratur tertia pars eorum, qui volunt videri pauperes, & humiles, cùm tamen hæc non habeant. Vnde Augus. [Pauperes esse volunt, vt nihil eis desit: & sic diligunt inopiam, vt nullam inopiam patiantur.]

Falsi & apparenter esse Religiosi reprehenduntur.

Et tertia pars diei similiter percussa est. Dies dicuntur clerici simplices, lucem scientiæ habentes, quorum quidam sequuntur diuinam scientiam; quidam artes, vt veniant ad sacram Scripturam, id est, ad Theologiam; quidam lucratiuã scientiam, vt præferantur, & diuites fiant. Et hæc tertia pars percutitur, quia lumine gratiæ, & gloriæ priuantur: & hoc est quod ait, *tertia pars diei percussa, vt non luceret, & noctis similiter.* Hoc exponitur de laicis, vnde hîc agitur de hypocrisi, & falsitate laicorum, qui nomine *noctis* intelliguntur; nam sicut dies à Sole, & nox à Luna, & stellis illuminantur; sic à Prælatis omnes laici, & à clericis, & Religiosis illuminantur & informantur. Horum, scilicet laicorum, tres sunt partes, quidam qui dominantur aliis, & nulli seruiunt, vt Principes, & maiores; quidam qui seruiunt omnibus, & nulli dominantur, vt rustici laborantes; quidam medium statum habentes, qui maioribus seruiunt, & rusticis dominantur: tertia pars istorum, qui nulli dominantur, & omnibus seruiunt, vt rustici, percussa est, quia omnes illam opprimunt, & spoliant, & nullus est qui eam defendat. Vnde omnes reddunt eis de bono seruitio malum præmium. Vel quidam laicorũ boni, & sancti, alij non item, & hæc tertia pars percussa est.

Qui nituntur operã Theologiæ vt diuites fiant arguuntur.

Tres partes laicorum, quarum tertia pars percutitur.

VERSVS. 13.

Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis permedium cælum, dicentis voce magna, væ, væ, væ, habitantibus in terra. Hîc ostenditur processus prædicatorum consolantium Ecclesiam, circa finem mundi: & primò ostenditur illius grauitas, secundò Angelorum consolatio, & benignitas, decimo cap. in principio, ibi, *& quintus Angelus tuba cecinit.*

Dicit ergo, *& vidi.* Hîc mutatur stilus, sicut apertè apparet: vnde mutatio stili grauitatem designat status circa finem mundi. Vel secũdum aliquos, hîc ostenditur differentia quatuor precedentiũ Angelorũ, ad tres sequentes, in quo notatur quòd status Ecclesiæ sequentes, graviores sunt, quàm primi. Ita dixi, quòd vidi quatuor Angelos, id est, quatuor prædicatorum cœtus, & ordines in quatuor statibus Ecclesiæ ante finem mundi, tubâ canentes, & fortiter prædicantes; & non solùm hoc, supple vidi, verùm etiam vidi oculis mentis, non carnis, id est, intellexi; *& vidi*, scilicet auditu interiori: quasi diceret, in visione permansi, & permanendo audiui, *vocem vnius aquilæ*, id est, vnius ordinis prædicatorum, *volantis*, id est, celeriter ad modum aquilæ alta appetentis, & prædicantis, *per medium cælum*, id est, per mediam Ecclesiam, non ad dexteram, vel ad sinistram, id est, non tantùm ad pauperes, vel ad diuites,

Contingit ne quisquam sit perfectus qui per.

ſed communiter ad omnes, ſine perſonarum pauperum, vel diuitum acceptione; vnde cantatur de beato Anthonio, [veritatis iaculis æquè feriebat.]

Audiui, inquam, *vocem* huius *aquilæ dicentis magna voce*, quia magno affectu prædicabat; vel quia magna ſignificabat; vel quia in toto mũdo rẽſonabat, quaſi diceret: Nolite mirari quia percuſſa eſt tertia pars maris, terræ, Solis, & cæterorum dictorum, quia maiora adhuc futura in Eccleſia, circa finem mundi erunt; ex quo ſignatur quòd deſcribitur grauitas illius ſtatus.

Audiui ergo *vocem vnius Aquilæ*, ſicut dictum eſt, *dicentis voce magna*, quid? *Væ, væ, væ, habitantibus in terra.* Dicit ter *vę*, propter triplex ternarium, de quo Ioannes in Canonica, *Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut oculorum, aut ſuperbia vitæ.* Ergo *vę* auaris, propter ignem cupiditatis; *væ* immundis, propter ſulphur iniquitatis; *væ* ſuperbis, propter fumum faſtuoſitatis. Extinguunt enim auari flammam charitatis; extinguunt lubrici odorem caſtitatis; extinguunt ſuperbi flatum benignitatis: propter quod debetur eis ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarũ &c.

Cur triplex væ annuntiatur habitantibus in terra.

Væ præcipuè auaris ſuperbis & immundis.

Vnde ad litteram dicitur de iſtis Iſai. vigeſimo quarto, *Formido, fouea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ.* Formido auaris, fouea luxurioſis, laqueus ſuperbis: *ſuper te, qui habitas terram*, id eſt, ſuper te qui terrena, & non cœleſtia ſapis: ideo núquam inueni in bona ſignificatione *habitare terram*. *Væ* igitur auaris habitantibus terram: nam dicit Hieron. [Auaritia eſt radix vitiorum, ſeruitus idolorum, fomes peccati, genitrix culpę, mater Simoniæ, nutrix gehennæ.] *Væ* etiam luxurioſis habitantibus in terra. Vnde Gregor. [Luxuria eſt ſitis arida, corruptio fœtida, amaritudo continua, delectatio momentanea, pœna æterna, per quam etiam ſenſus conſumitur, hebetatur intellectus, obſcuratur, vel obtenebratur,] Et ſequitur, *væ* illi qui habuit terminum luxuriæ, quando vitæ. *Væ* etiam ſuperbis habitantibus in terra, quia ſecundum Tobiam capite quarto, *In ipſa ſumpſit initiũ omnis perditio*, propter quod dicitur Iſaiæ vigeſimo octauo, *Væ coronæ ſuperbiæ, Væ* igitur *habitantibus in terra*, propter quod dicit Gregor. [Non indignemini, ſi mali florent in mundo, & vos patimini, quia non eſt Chriſtianæ dignitatis in temporalibus exaltari, ſed potiùs deprimi: mali etenim terreni nihil habent in cœlo, & vos nihil in mundo; ſed ſpe illius boni, ad quod tenditis, quicquid contingit in vita, gaudere debetis.]

Quid auaritia & eius mala quid luxuria & eius damna. Tobiæ 4. Iſai. 28.

Dicit ergo, *Væ, væ, væ habitantibus in terra.* Secundum Gloſſam, hoc triplex *væ* conuenit tribus ſequentibus Angelis, & tribus ſequentibus ſtatibus. Quaſi diceret, vos qui fuiſtis in quatuor ſupradictis ſtatibus, nolite mirari de his quæ venerunt, quia multò majora venient in tribus ſequentibus ſtatibus. Sed quomodo *væ* conuenit ſeptimo Angelo, qui inter omnes pacem, & victoriam, & bona alia nunciat? Reſponſio.

Væ conuenit ſeptimo Angelo, gloriam electorum denuncianti, per accidens, & occaſionaliter, quia gloria electorum erit pœna reproborum, & ideo dicit *væ* de illo ſicut de cæteris vocibus trium Angelorum, qui debebant tubâ canere

Gloria electorum eſt pœna reproborum.

dicitur hîc triplex *væ*. Vnde hæc clausula de tribus vocibus, *væ* titulus est ad tres sequentes, quibus proprior titulus, quia maior erit tribulatio in illis tribus, quàm in quatuor primis antecedentibus.

Audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cælum dicentis, voce magnâ, væ, væ, væ, habitantibus in terra. Hîc tanguntur quinq; quæ debent esse in quolibet prædicatore, scilicet charitas dilectionis, ibi, *Audiui vocem vnius*; claritas contemplationis, ibi, *Aquilæ*; velocitas executionis, ibi, *volantis*; maturitas discretionis, ibi, *per medium cælum*; authoritas correctionis, ibi, *voce magna dicentis væ, væ, væ, habitantibus in terra.*

Quinq; requiruntur in concionatore.

Charitas dilectionis.

Circa primum, vbi ostenditur quòd in Prædicatore debet esse charitas dilectionis, quod probat vinculum vnitatis, ibi, *Audiui vocem vnius*: Sciendum quòd omnes Prædicatores debent esse quasi vnus, sibi ipsis, sine rebellione, 1. Machab. *Omnes obediunt vni*; Deo, sine auersione secundæ ad Cor. *Qui adhæret Deo vnus Spiritus est*; proximo, sine dissensione, Actu. *Erat multitudinis credentium cor vnum, & anima vna.*

Concionatores omnes debent esse quasi vnus.

1. Mach.

2. Cor.

Act. 1.

Claritas contemplationis.

Circa secundum, vbi ostenditur quòd in Prædicatore debet esse claritas contemplationis, ibi, *Aquilæ*, Sciendum quòd Prædicator debet esse Aquila perspicax in contemplatione veritatis, Iob, *Oculi eius de longè contemplantur escam*; capax in prægustatione bonitatis, Iob trigesimo nono, *Pulli eius lambunt sanguinem eius*, scilicet Christi; sagax in conseruatione puritatis, Psalm. *Renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua.*

Iob 39.

Psal.

Velocitas executionis

Circa tertiũ, vbi ostenditur quòd in Prædicatore debet esse velocitas executionis, cùm dicitur, *volantis*, sciendum quòd Prædicator debet volare fortiter, vt columba, Psalm. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?* celeriter vt aquila, Deut. trigesimo secundo, *Sicut aquila prouocat pullos*, &c. Dulciter vt nubecula, Isai. sexto, *Qui sunt hi qui vt nubes volant?*

Psal.

Deut. 32.

Isai. 6.

Circa quartum, vbi ostenditur quòd in Prædicatore debet esse maturitas discretionis, vbi dicitur *per medium cælum*, id est, per medium Ecclesiæ, Sciendum quòd Prædicator debet volare per medium discretiuè, ne sit acceptor personarũ, peruersor Scripturarum, offensor animarum. De his tribus Ecclesiastici decimo quinto, *In medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus.*

Maturitas discretionis.

Eccles. 15.

Circa quintum, vbi ostenditur quòd in Prædicatore debet esse authoritas correctionis, cùm dicitur *dicentis voce magna, væ*; sciendum quòd Prædicator debet clamare, & prædicare triplex *væ*, in terra, scilicet coniugatis, & transgressoribus thori, viduarum violatoribus; virginibus fatuis, carentibus liquore olei. Vel triplex *væ*, contra triplex peccatum, scilicet cordis, oris, operis: Vel triplex *væ*, nascentibus cum languore, viuentibus cum labore, morientibus cum dolore. Vel *væ*, triplex habitantibus in terra propter deformitatem peccatorum, Isai. primo, *Væ genti peccatrici, populo graui, pleno iniquitate, semini nequam*; propter diuersitatem flagellorum, Ierem. quarto, *Væ nobis, quoniam vastati sumus*; propter peruersitatem periculorum, Matth. decimo octauo, *Væ mundo à scandalis, necesse est enim vt veniant scandala.*

Authoritas correctionis.

Isai. 1.

Ierem. 4.

Matth. 18.

SYNOPSIS CAPITIS NONI.

TErtiam huius libri visionem prosequitur Ioannes: cúmque superiori capite è septem Angelis, quos cum tubis in cœlo conspexerat, quatuor tantùm recensuerat, pergit deinceps tres alios explicare, eorúmque visionem commemorat tribus capitibus sequentibus. Hoc verò caput quinti et sexti Angeli narrationem complectitur. Quinto ergo Angelo tubâ canente, stella cadit, et locustæ à fumo putei egressæ describuntur, quæ homines crucient. Sexto verò Angelo canente, soluuntur quatuor Angeli, qui ingenti equestri exercitu tertiam partem hominum occidant.

CAPVT NONVM.

1. ET quintus Angelus tubâ cecinit: & vidi stellam de cæ-
lo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi.
2. Et aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est Sol & aër de fumo putei. 3. Et de fumo putei exierunt locustæ in terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ: 4. Et præceptum est illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem: nisi tantùm homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis: 5. Et datum est illis, ne occiderent eos; sed vt cruciarent mensibus quinque: & cruciatus eorum, vt cruciatus scorpii, cùm percutit hominem. 6. Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. 7. Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium: & super capita earum, tamquam coronæ similes auro: & facies earum tamquam facies hominum. 8. Et habebant capillos sicut mulierum; & dentes earum, sicut dentes leonum erant: 9. Et habebant loricas sicut loricas ferreas, & vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum: 10. Et habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum: & potestas earum nocere hominibus mensibus quinque: & habebant super se 11. Regem Angelum abyssi, cui nomen Hebraice Abaddon, Græcè autem Apollyon, Latinè habens nomen Exterminans. 12. Væ vnum abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ post hæc. 13. Et sextus Angelus tubâ ce-

cinit: & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, 14. Dicentem sexto Angelo, qui habebat tubam: Solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphratè. 15. Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum, vt occiderent tertiam partem hominum. 17. Et ita vidi equos in visione: & qui sedebat super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, & capita equorum erant tamquam capita leonum: & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. 18. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne, & de fumo, & de sulphure, quæ procedebant de ore ipsorum. 19. Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum, nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita: & in his nocent. 20, Et cæteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, vt non adorarent dæmonia, & simulacra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare. 21. Et non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque à veneficiis suis, neque à fornicatione sua, neque à furtis suis.

VERSVS 1.

ET quintus Angelus tubâ cecinit, & vidi stellam cadentem, vel cecidisse *in terram, & data est ei clauis putei abyssi.* Hîc ostenditur Angelorum, vel prædicantium missio, & consolatio circa finem mundi: horum autem quidam mittentur tempore persequutionis, quidam finitâ persequutione, infrà vndecimo cap. ibi, *Et septimus Angelus tubâ cecinit*, circa finem capit. Item primò de persequutione agitur, sub præcursoribus Antichristi futura, & de quinto Angelo tunc temporis consolante Ecclesiã; secundò de persequutione sub Antichristo futura, & de sexto Angelo consolante Ecclesiam, ibi, *Et sextus Angelus tubâ cecinit.* Item primò describitur cœtus Prædicatorum munientium Ecclesiam ad prælium; secundò necessitas munitionis in expugnatione inimicorum insurgentium, ibi, *Et vidi stellam &c.* Et primò agitur de quinto Angelo, per quem quintus status Ecclesiæ cõtra Antichristũ confortatur, secundò de sexto Angelo per quem status Ecclesiæ tempore Antichristi consolatur, ibi, *Et sextus Angelus quasi in medio cœli.* Primò ergo ostenditur potestas, quam habebit in membris suis, ibi, *Et data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ*; secundò ostenditur quales erunt prædicatores, & ministri Antichristi, id est, *similes locustarum, equis paratis ad prælium.*

Quales erũt prædicatores & ministri Antichristi.

Dicit ergo, *Et quintus Angelus*, ita dixi; quòd in quatuor statibus Ecclesiæ supradictis ante finem mũdi, fuerunt quatuor Angeli, id est, quatuor prædicatorum ordines tubis canentes, & fortiter prædican-

res, & non ſolùm quatuor prædicti Angeli, tuba cecinerunt, verùm etiam *& quintus Angelus*, id eſt, prædicatorum cœtus, circa finem mundi ſub præcurſoribus Antichriſti *tuba cecinit*, id eſt, conſolari, & exhortari Eccleſiam, ad prælium cœpit. *Et vidi.* Hîc oſtendit neceſſitatem prędicationis iſtorum prædicatorum, ſcilicet propter tribulationes inſurgentes: & primò oſtenditur tribulatio inſurgens, ſcilicet furor Diaboli contra genus humanum: ſecundò neceſſitas prædicandi contra tribulandi momentum, ibi, *Et aſcendit fumus putei abyſſi.*

Quintus ergo *Angelus tuba cecinit*, id eſt, quintus prædicatorum cœtus conſolari, & exhortari Eccleſiam ad prælium contra tribulationes inſurgentes cœpit. Et cùm ſic caneret, id eſt, prædicaret, prętéritum profuturo, more prophetico, *vidi*, ſcilicet ſpiritualiter, *ſtellam*, id eſt, Diabolum, qui priùs ſicut ſtella ſplendidiſſima, luxit. Hęc eſt ſtella erratica, quæ mouetur contra firmamentum, id eſt, Chriſtum. *Vidi* ergo *ſtellam* iſtam, id eſt, Diabolum in quinto ſtatu, *cecidiſſe de cœlo* ad litteram; & hoc per ſuperbiam, Luc. decimo, *Videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem in terram*, id eſt in iſtum aërem caliginoſum terræ vicinum. Vel *in terram*, id eſt, in carcerem, ſcilicet infernum, vt pote Luciferum: vnde in carcerem Inferni, vt creditur, ſunt aliqui detruſi, vt Lucifer, & aliqui alij, Iſai. decimo tertio, *Quomodo cecidiſti de cœlo, Lucifer, qui mane oriebaris?* Et ſequitur, *Verumtamen in Infernum detraheris, in profundum laci*, id eſt, in aërem caliginoſum terræ vicinum, id eſt, in carcerem tartareum, ſcilicet in Infernum.

Diabolus ante lapſum ſtella. Caſus Luciferi ex ſuperbia.

Luc. 10.

Iſai. 13.

Et data eſt, id eſt, à Deo conceſſa, *clauis putei*, id eſt, poteſtas manifeſtandi illos, & illorum doctrinam, qui ſunt *puteus*, per aſtutiam, & malitiæ profunditatem, ſed *abyſſi*, per conſcientiæ tenebroſitatem. Abyſſus tenebroſa, ſunt peccatores tenebroſi, ſed profundiores, qui alios mergunt in peccatis; ſunt putei, quorum Diabolus habet poteſtatem. *Vel data eſt ei*, id eſt, Diabolo, *poteſtas putei*, id eſt, profundæ, & præcipitantis doctrinæ ad mortem, *putei abyſſi*, id eſt, hæreticorum, in quorum doctrina eſt abyſſus intellectus peruerſi, & ſermonis falſi: vnde hîc primò ponitur malę poſtatis conceſſio; ſecundò vſus poteſtatis, & executio, ibi, *Et aperuit puteũ*: tertiò effectus conſequutio, ibi, *Et aſcendit fumus putei.* Poteſtas Diaboli eſt mala, quia eſt ad decipiendũ per fraudulẽtiam, ad ſubjiciendum per ſuperbiam, ad confundendum per nequitiam, & inuidiã, ad puniendum per malitiam. Diaboli namque habent poteſtatem decipiendi, ſubjiciendi; confundendi, puniendi. Poteſtas Angeli boni è contra bona, quia eſt ad dirigendum contra Diaboli deceptionem, ad erigendum contra Diaboli ſubiectionem, ad honorandum contra Diaboli confuſionem, ad lætificandum contra Diaboli punitionem, qui eſt magiſter hæreticorum, ſuperborum, mundanorum, tyrannorum. Ergo *data eſt* Diabolo *poteſtas putei abyſſi*, id eſt, illorum qui ſunt puteus profundus per aſtutiæ, & malitiæ prauitatem, vel prædeceſſores Antichriſti, & abyſſus tenebroſa, vt ſunt hæretici errore obtenebrati.

Abyſſo tenebros denotantur peccatores peſſimi.

Poteſtate ſua peruerſe vtitur Diabolus non autem bonus Angelus.

Et nota quòd puteus, cuius Diabolus habet poteſtatem, eſt qua-

Diabolus habet poteſtatem qua-

Druplicis putei. Genes. druplex; puteus malus præuaricationis transgressorũ, Gen. *Fodit Isaac duos puteos bonos, & post duos malos*; deprædationis seductorum, Psal. *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum*; conclusionis obstinatorum; Psal. *Deduces eos in puteum interitus*; condemnationis damnatorum, vt in proposito, *Data est ei potestas putei abyssi.*

Psal.

VERSVS 2.

Et aperuit puteum abyssi. Hîc ostenditur vsus potestatis concessæ Diabolo, non enim est negligens, sed statim exequitur, & vtitur potestate donatâ, & acceptâ. Diabolus ergo potestate acceptâ, *aperuit puteum abyssi*, id est, malitiam & astutiam præcursorum, & satellitum Antichristi, nam aperiet puteum iniquitatis cordium, quia tunc iniquitates absconsæ exibunt in effectum.

Et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ. Hîc ostenditur effectus potestatis acceptæ, & hoc primò per falsos prædicatores Antichristi; secundò per iniquos Principes, ibi, *Et similitudines locustarum similes equis paratis ad prælium.* Item quantum ad primum, primò ostenditur executio bonorum; secundò multiplicatio perueršorum Doctorum, ibi, *Et de fumo putei exierunt locustæ.*

Fumus allegatus peruersa Doctrinæ.

Dicit ergo, *& ascendit fumus putei.* Ita dixi, quod Diabolus *aperuit puteum abyssi*, & *ascendit fumus putei*, id est, peruersa doctrina præcursorum, & satellitum Antichristi, vt hæreticorum, inualuit, & multorum oculos *fumus* iste excæcauit. Dicit ergo *ascendit*, scilicet per superbiam Antichristi, & præcursorum eius, nam *superbia eorum ascendit semper.* Ascendit igitur *fumus* præcursorum Antichristi, vt hæreticorum, & hoc, *sicut fumus fornacis magnæ*, quoniam sicut fumus fornacis magnæ vicina loca obnubilat, sic doctrina hæreticorum mentes debilium excæcat. Vnde comparantur isti præcursores Antichristi fumo, & fornaci, propter abundantiam ignis, & malitiæ, & propter magnam cupiditatem nocendi.

Cur præcursores Antichristi fumo comparantur.

Et nota, quòd doctrina istorum erit fastuosa propter superbiam, & ideo dicit, *ascendit*; tortuosa propter fallaciam, & ideo dicit, *sicut fumus*; malitiosa propter nequitiam, & ideo dicit *putei*; libidinosa propter inuidiam, & ideo dicit, *sicut fornacis.* Vel fumus ascendens est mala cogitatio ipsorum satellitum Antichristi, de corde in corpus exiens; vnde ascẽsus fumi exterius signum est ardoris ignis accensi interius: sic mala operatio exterius signum est malitiæ accensæ interius, scilicet in corde; & quia non modicùm, imò multũ inualescit mala doctrina, vel praua eorum cogitatio, ideo dicit, quòd *ascendit sicut fumus fornacis magnæ*: *ascendit*, id est, ascendet, præteritum pro futuro, more prophetico; quia quod adhuc erat futurum in re, iam videbat Ioannes esse factum in diuina mente.

Qualis hæreticorum Doctrina.

Sequitur, *& obscuratus est Sol, & aër de fumo putei*: Per Solem intelliguntur Doctores alios illuminantes ad cognitionem; inflammantes ad dilectionem; trahentes ad bonam operationem. Habet enim Sol illuminare tenebrosa, inflammare frigida, attrahere leuia; sic Doctores sunt alios illuminantes ad cognitionem, inflammantes ad

Quare Doctores Solis cõparentur.

dilectionem, attrahentes ad bonam operationem. Ergo bene per Solem doctores intelliguntur. Sed per *aërem* eorum discipuli, qui per ipsos illuminantur, sicut aër à Sole illuminatur. Et omnes hi tam doctores Ecclesiastici, quàm eorum discipuli obscurantur *de fumo putei abyssi*, ex praua doctrina prædicatorum Antichristi: pro nihilo enim vera doctrina, & Catholica reputabitur, propter vanam doctrinam Prophetarum eius; & certè iam videtur venisse in parte illud tempus; nam plus placet hodie falsitas, & nouitas, quàm Catholica veritas, & libentiùs auditur vana subtilitas faciens admirationem, quàm vtilis veritas faciens compunctionem. 1. ad Tim. Ad Timoth. quinto; *Erit enim tempus cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed coaceruabunt, &c.* Vel Sol doctrina Euangelica, à Sole Christo dicta, aër Sanctorum doctrina, quæ lumen recipit à doctrina Euãgelica. Et istæ doctrinæ tunc obscurabuntur, nam vix aliquis tunc temporis istas doctrinas audebit prædicare & docere.

Lubentius audit vana subtilitas, quam vtilis veritas.

VERSVS 3.

Et *de fumo putei exierunt locustæ.* Hîc ostenditur multiplicatio peruersorum Doctorum & malorum prædicatorum, tempore Antichristi. Et primò ostendit eorum speciem, & similitudinem; secundò eorum potestatem, ibi, *Et data est illis potestas, sicut habent scorpiones terræ*; tertiò potestatis limitationem, ibi, *Et præceptum est illis, ne lederent fœnum terræ*; quartò subsequentem hominum tribulationem, vel afflictionem, ibi, *Et cruciatus eorum, vt cruciatus scorpionis, cùm percutit hominem.*

Dicit ergo, *de fumo putei*, id est, de doctrina Antichristi, *ascendit fumus*, id est, praua doctrina prædicatorum & præcursorum Antichristi, *sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est Sol*, id est, doctrina Euangelica, *& aër*, id est, doctrina aliorum Sanctorum, *de fumo istius putei*; & non solùm hoc, verùm etiam *& vidi*, supple quòd *de fumo putei*, id est, de praua doctrina præcursorum Antichristi, *exierunt locustæ in terram*, id est, exierunt falsi prædicatores Scripturam sacram peruertentes. Vnde nota quòd prædicatores Antichristi dicuntur locustę, quia non volabunt per contemplationem, non gradientur per bonam operationem, non salient per eleuationem, sed capientur per terrenorum adhæsionem. Plus enim diligent terrena, quàm cœlestia, quod signatur per locustarum crura, quæ retrò longa sunt, Threnorum tertio, *Custodes tui quasi locustæ.*

Cur peruersi concionatores comparantur locustis.

Thren. 3.

Prædicatores ergo Antichristi *exierunt de fumo putei*, id est, præcursorum Antichristi, *quasi locustæ in terram*, id est, in militantem Ecclesiam, quæ est terra culta reddens centesimum, sexagesimum, & tricesimum fructum: *& data est illis*, scilicet à Deo permissiuè, scilicet prædicatoribus & præcursoribus Antichristi, *potestas nocendi, sicut habent scorpiones terræ*, id est, sicut blandiuntur facie, & caudâ pungunt occultè, sic prædicatores Antichristi blandis verbis decipient, & venenum infundent. Et sicut punctio scorpionum non sentitur in principio, sed pòst paulatim venenum diffunditur, sic decepti ab istis in principio non sentient deceptionem, nec compunctionem: sed postmodum ipso Antichristo mortuo

Adulator est scorpio.

mortuo, lethalem cognoscent vulnerationem, & percussiones. Vnde meritò prædicatores eius dicuntur scorpiones, quia suauiter pungent, lethaliter inficient, finaliter interficient.

VERSVS 4.

Et præceptum est illis ne lederent fœnum terræ, nec omne viride, nec omnem arborem, nisi tantùm homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis. Hîc ostenditur refrænatio potestatis præcursorum, & prædicatorum Antichristi: & primò ostenditur, & tangitur refrænatio, quâ refrænantur quantùm ad subiectum, scilicet ne extendant se ad electos, & ne possint nocere omnibus, quibus vellent; secúdò refrænatio, quâ refrenantur quantùm ad actum, scilicet ne possent nocere quantùm vellent. *Et datum est illis ne occiderent eos, sed vt cruciarent mensibus quinque.*

Dicit ergo, *& præceptum est illis ne lædere fœnum terræ.* Ita dixi, quòd data est potestas prædicatoribus & præcursoribus Antichristi nocendi, sed hæc potestas est à Deo refrænata, ne nocerent quibus vellent, & quantùm vellent; Quia etiam *præceptum est illis,* id est, diuinâ virtute, licèt occultè prohibitum, ne *lederent fœnum terræ,* id est, incipientes adhuc in fide viuere, de facili deceptibiles, qui sunt quasi fœnum in flore, quia tenelli & nouelli in fide, sed in terra sunt, propter terrenorum sustentationem, & propter animi affectionem: *Neque omne viride,* id est, omnes in fidei virore proficientes, vel virtutibus, & bonis operibus in se virentes, alios aspectu delectantes. *Neque omnem arborem,* id est, perfectos, qui iam ad soliditatem, quasi lignum, peruenerunt.

Fœnum terræ etiam in fide debiles intantur.

Et prohibitum est eis, à diuina virtute, præcursoribus, & prædicatoribus Antichristi, *ne lederent fœnum terræ,* id est, electos incipientes, *neque omne viride,* id est, proficientes: *neque omnem arborem,* id est perfectos. Sed quare non apponitur omne ad primum, sicut ad alia, vt dicatur omne fœnum, sicut omnem arborem, & omne viride? Quia incipientium major est numerus, nec incipere ita signum est gloriæ, sicut proficere, vel perficere: ideo præcursores, vel prædicatores Antichristi de incipientibus parú curabunt: sicut in bellis patum de ruralibus curatur. Dicit autem, *ne lederent,* non dicit ne percuterent, quia Sancti, & electi Dei continuè persequutionem patiuntur: & tunc temporis corporali persequutione maximè percutientur: sed hæc percussio non erit læsio, sed magis consolatio. Vel

Maior est numerus bene incipientium quam proficientium & perficientium.

Persecutio electorum est eorum consolatio.

Præceptum est eis ne lederent fœnum terræ, id est, coniugatos electos, in anima, licèt affligant in corpore: qui, inquam coniugati, sunt sicut fœnum terræ, id est, terrena tollentes. Præcepit ergo Dominus præcursoribus Antichristi, ne læderent tale fœnum, id est, coniugatos electos, in anima, licèt affligant corpus, Iob secundo, *Ecce in manu tua cuncta quæ possidet, verumtamen animam eius serua: Neque omne viride,* id est, electos continentes, qui virorem corporis seruant. *Neque omnem arborem,* id est, virgines, quæ sunt arbores opportunum fructum, & completissimum afferentes. Iob. 2.

Ergo *præceptum est eis ne lederent tales, nisi tantùm homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis.* Quasi diceret, non lædant nisi homines

Qui non habent signum Dei in frontibus.

scilicet terrena inhabitantes, nunquam dij, vel cœlestes fieri cupientes; *qui non habent signum Dei in frontibus suis*, id est, illos audacter lædant, qui non deferunt signum *Thau*. *Thau* enim est vltima littera alphabeti Iudæorum, & interpretatur confirmatio. Vnde *Thau* significat finalem perseuerantiam in bono, quæ habet hominem confirmare & coronare, Ezech. nono, *Signa Thau super frontes virorum gementium*. Vult ergo dicere, non lædant præcursores Antichristi, *nisi homines, qui non habent signum Dei in frontibus eorum*, id est, eos qui erubescunt confiteri nomen meum, scilicet Christi. Hoc enim est portare in frontibus signum Dei, apertè confiteri nomen Christi, vel crucem, & perseuerare omni tempore, & maximè tempore Antichristi. Tunc enim non sufficit istud signum habere in corde, nisi habeatur in fronte, scilicet apertè confiteri, scilicet in opere.

Ezech. 9.

VERSVS 5.

Et datum est illis ne occiderent eos, sed vt cruciarent eos mensibus quinque. Hîc ostenditur refrænatio, potentiæ quantùm ad actum, vel effectum, quæ ad aliquid subtrahitur. Vnde dicit, *& datum est illis*, scilicet prædicatoribus, & præcursoribus Antichristi, id est, diuinâ prouidentiâ est permissum, vel concessum, *ne occiderent eos*, scilicet electos supradictos, *fœnum viride, arborẽ*, id est, incipientes, proficientes, & perfectos: *ne occiderent*, scilicet in animabus, quamuis in corpore occidi permittantur: *sed* supple *datum est*, hoc est, permissum, vel concessũ à Deo, *vt cruciarẽt eos mẽsibus quinque*, supple in corporibus: quæ, inquã, corpora quinque mensibus, hoc est, quinq; A sensibus reguntur, & mensurantur in multis defectibus. Vnde Matth. vigesimo secundo, *Vni dedit quinque talenta*: perfecti enim quinque sensibus perficiuntur, dum pro Deo cruciantur. Et ideo dedit illis potestatem, vt electos quinque mensibus cruciarent, id est, vt eos in corporibus, quæ quinque sensibus, quasi quinque mensibus reguntur, flagellarent: vel vt cruciarent quinque mensibus, id est, toto tempore vitæ suæ; quæ, inquam, vita, quinque mensibus mensuratur, id est, quinque sensibus gubernatur.

Limitatur potestas impiorum.

Matth. 22.

Quid est cruciare electos quinque mensibus

Alia littera secundùm Glossam habet *mensibus sex*, propter sex ætates, quibus hæc vita distinguitur; vnde electi Dei in sex ætatibus tribulantur, vt in septima sint securi, Iob quarto, *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum*. Communior est tamen prima littera, *vt cruciarent mensibus quinque*, id est, corporibus, quæ quinque sensibus, quasi quinq; mensibus regũtur. Vnde Glossa, [Cùm per dolos nequeunt hæretici conuertere volunt circa quos Dei præceptum est, vt corpora occidant, sed animam non perdant.]

Iob. 4.

Et cruciatus eorum, vt cruciatus scorpionis, cùm percutit hominem: quia enim posset aliquis dicere, ex quo Dominus refrenauit eos, non oportet timere; & ideo subdit, quòd oportet timere, quia *& cruciatus eorum*, id est ab eis illatus, *erit vt cruciatus scorpionis*: qui, inquam, cruciatus est valde grauis, & à quo homines vix possunt sanari. Scorpio enim blandus facie, caudâ pungit; sic prædicatores Antichristi dicent primò aliqua verba, apparentiam veritatis habentia, & etiam dulcia, sed

Prædicatores Antichristi & hæretici scorpiones sunt.

post miscebunt venena mortifera, & ideo cauenda eorum doctrina, cautela, & astutia, quia cruciatus eorum *vt cruciatus scorpionis*, inficientis, decipientis, interficientis: vnde tantus erit illo tempore cruciatus quòd

VERSVS 6.

In diebus illis quærent homines mortem, & fugiet ab eis. In diebus illis, scilicet tempore Antichristi, quando alij lędent perviolentiam, alij per fraudulentiam, *quærent homines mortem*, tanquam remedium & finem tormentorum, præ terrore, timore, dolore, & magnitudine tribulationũ, Tobiæ tertio, *Expedit mihi magis mori.* Vnde nota, *in diebus illis* homines boni reputabunt mortem bonam, propter malorum temporalium euasionem; meliorem, propter malorum æternalium exclusionem; optimam, propter bonorum æternalium adeptionem. *Quærent* igitur *in diebus illis homines mortẽ*, scilicet corporalem, *& non inuenient eam*, quia Deus non permittet eos omnes occidi, vt magis possint mereri: *& quærent mori*, scilicet zelo fidei, *& mors fugiet ab eis.* Hoc dicitur quoad perfectos, qui desiderabunt mori morte tormentorum, vt habeant vitam beatorum, & præmium; & istud quoad imperfectos bonos, qui desiderabunt mortem corporalem, siue naturalem, vt euadant mortem tormentorum, & pœnæ. Desiderabunt enim tunc temporis perfecti mori zelo fidei, *& mors fugiet ab eis*, quia Dominus eos non exaudiet, ob consolationem simplicium, & imperfectorum, vel propter majorem probationem eorum.

Et nota, quòd tempore Antichristi solum vnum verbum licebit loqui, & expediet, & sufficiet, scilicet non disputo, sed sicut dictum est, & prophetatum, ita credo, & firmiter teneo, & propter hoc libenter mori volo. Tortores enim tunc temporis mirabilia facient, cum fallacia. Vnde Bernardus, [O Domine Iesu Christe; quãtus dolor erit videre, quando amici tui temporaliter occidentur, nec audebunt loqui, & inimici tui florebunt diuitiis, & honoribus, & affluent delitiis, nec audebit aliquis contradicere,] Primi Machab. secundo, *Væ mihi, quia natus sum, vt viderem contritionem ciuitatis sanctæ.*

VERSVS 7.

Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prelium. Postquam descripsit falsos Antichristi prædicatores, & præcursores, hîc describit malignos Principes, quorum primò ostendit crudelitatem; secundò limitatam potestatem, ibi, *potestas earum nocere hominibus mensibus quinque*; tertiò describit eorum Imperatorem, ibi, *Et habebant regem*, super se, *Angelum abyssi.* Item primò ostenditur crudelitas in inferendo mala; secundò in defendendo mala facta, ibi, *& habebant loricas, sicut loricas ferreas.* Item primò ostenditur crudelitas occulta, secundò aperta, ibi, Et *dentes eorum, sicut dentes leonum.* Item primò ostenditur crudelitas Principum; secundo satellitum, ibi, Et *habebant capillos sicut capillos mulierum.* Item primò ostendit nocendi affectionem, secundò præsumptionem, ibi, *Et super capita earum, tamquam coronę similes auro*; tertiò ostendit deceptionem, ibi, *& facies earum sicut facies hominum.*

Dicit ergo, *Similitudines locustarum*

Tobiæ. 3.

Mors iustorum bona melior optima.

Cur aliquãdo mors iustorum differtur.

Quanta tribulatio tum.

pere Antichristi.

1. Mach 2

Principum impiorum immanitas.

similes equis paratis ad prælium. Ita dixi supra, quòd *de puteo abyssi*, id est, de falsa doctrina Antichristi, *exierunt locustæ*, id est, falsi prædicatores doctrinam Euangelicam mordentes, & corrodentes, sicut locustæ sunt deuorantes. Et non solùm hoc, verùm *& locustarum*, id est, prædicatorum ipsorum *similitudines*, id est, maligni Principes, qui dicuntur illis prædicatoribus similes, intentione malâ, affectione iniquâ, actione peruersâ, *Similes equis paratis in prælium, exierunt de puteo abyssi*: *similes equis*, propter currendi velocitatem; *paratis*, propter nocendi ferocitatem; *in prælium*, propter pugnandi atrocitatem: nam isti equi erunt veloces ad discurrendum, feroces ad resistendum, atroces ad persequendum. Current enim per vniuersum mundum, non præuidendo in quos sæuient, siue in bonos, siue in malos, sed tantummodo domini sui facient voluntatem. Vel *similes equis*, id est, prædicatoribus veris, verbo & exemplo: quia habebunt maximum desiderium ad exaltandum nomen Antichristi, sicut modò veri prædicatores nomen Christi. Isti ergo Principes, qui dicuntur habere *locustarum similitudines*, *vidi* quòd erant *similes equis paratis ad prælium*, contra cœtum fidelium.

Cur contionatores peruersi similantur equis paratis in prælium.

Cur principes mali dicuntur habere locustarum similitudines.

Et vidi quòd super capita eorum, id est, malignorum Principum tempore Antichristi Ecclesiam persequentium, *erant tamquam coronæ similes auro*: *super capita eorum*, id est, super ipsos, qui erant capita populorum, *tamquam coronæ*, quia putabunt se habere de Ecclesia victoriam. *similes auro*, quia putabunt se mouere ex iustitia contra ipsam, & ideo bene dicitur, *tamquam coronæ*, non coronæ, quia & si reputent se habere victoriam de Ecclesia, non tamen habebunt. *Vel supra capita eorum*, id est, supræ eorum maiora membra, *tamquam coronæ similes auro*, id est, victoriæ mundo fulgentes de bonis interfectis, & cruciatis. Tota enim exaltatio eorum erit exaltare suos majores, & superare Christi fideles: vnde dicit, *similes auro*, quia à populo reputabunt victores, vt Apostoli fuerunt, sed non erunt: vnde ista corona vanitatis, & superbiæ; falsitatis, & astutiæ; prauitatis, & nequitiæ.

Quam falsa & vana est corona impiorum.

Ergo, *Super capita eorum tamquam coronæ similes auro, & facies eorum, sicut facies hominum, & facies eorum, sicut facies locustarum*, id est, Principum sequentium Antichristum, *sicut facies*, id est, videbuntur mansueti, & rationabiles, & discreti, qui dicuntur plures, propter eorum varietatem, quod contra de Euangelistis; *Facies quatuor vni, & quatuor pennæ vni. Facies* ergo *eorum*, *sicut facies hominum*, extrà gratiosa, interiùs odiosa, exteriùs ostendens agninam simplicitatem, interiùs lupinam voracitatem, extrà homines, interius Dæmones malignitatem habentes. Psal. *Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum.* Et non solùm *facies eorum*, *vt facies hominum*, verùm,

Dolosissimi hæretici, & hypocritæ.

VERSVS. 8.

Et habebant capillos, sicut capillos mulierum. Hîc posita crudelitate Principum sequentium Antichristum, ponit crudelitatem satellitum. Ita dixi, quòd vidi, quòd facies Principum Antichristi erant sicut hominum, & non solùm hoc, verùm etiam vidi, quòd *habebant*, scilicet Principes Antichristum se-

quentes, *capillos*, id est, satellites peruersos, qui dicuntur capilli, insensibiles ad veram doctrinam, immiserabiles per cognitam malitiam, dependentes per auaritiam; *sicut capilli mulierum*, collum, scilicèt cœtum Principum sub Diabolo, & Antichristo, tegentes, velando eorum malitiam, sicut capilli flexibiles ad omne malum.

Cur satellites Antichristi conferuntur capillis mulierum.

Et nota quòd dicit duo, *capillos & mulierum*: In illis potest intelligi interior cogitatio, exterior conuersatio, societatis conditio, sed ad modum mulierum. Mulier inficit fœditate, prauitatem, allicit dolositate, astutiam; abjicit potestate, malitiam: & addit *mulierum*, nam mulieres dolosæ sunt. Sic satellites Antichristi, & Principum eum sequentium, inficient verbis, & doctrinis; allicient promissionibus, & donis: abjicient suppliciis, & tormentis. Vult ergo dicere quòd actus eorum erunt, *sicut capilli mulierum*, quibus delectabunt & vocabunt.

Et dentes eorum sicut dentes leonum, scilicet crudeles, & lacerantes sunt, sicut leonum dentes. Vnde nota quòd hîc ostenditur malitia detractionis, & inuidiæ satellitum Antichristi, quia *dentes eorum vt dentes leonum*: *dentes leonum*, velociter conterentes, fortiter scindentes, voraciter interimentes, fœtentes. Dentes istorum erunt potentiores ad conterendum, fortiores ad mordendum, acutiores ad interimendũ, fœtentiores ad corrumpendum: fallacis astutiæ, mendacis calomniæ, mordacis inuidiæ, rapacis violentiæ: sed istos dentes eorum confringet Dominus. *Dentes ergo eorum vt dentes leonum.*

Cur dentes satellitum Antichristi sicut dentes leonum.

VERSVS 9.

Sequitur, *Et habebant loricas ferreas.* Hîc ostenditur crudelitas eorum in defendendo mala facta: & quia talem defensionem præcedit obstinatio in animo, simulatio in facto, & pòst sequitur defensio mala in verbo, ideo primò agitur de obstinatione; secundò de simulatione, ibi, *Et habebant caudas similes scorpioni*; tertiò de mali defensione, ibi, *Et aculei erant in caudis earum.*

Dicit ergo, *Et habebant loricas, &c.* Ita dixi, quòd *dentes* satellitum majorum Antichristum præcedentium, erant *sicut dentes leonum*: & non solùm hoc, verum etiam *habebant loricas ferreas*, id est, corda in malis, & sententiis deceptoriis, tamquam loricis munita. Vnde dicit *ferreas*, propter duritiam talium cordium in malis obstinatorum, quæ non poterunt sagittis sacræ Scripturæ penetrari, nec etiam perforari, Iob quadragesimo primo, Iob. 41. *Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.* Pluraliter autem dicit *loricas*, propter tarditatem, intellectus ad credendum, & affectus ad amandum. Vnde dicit quòd satellites, vel prædicatores Antichristi *habebant loricas ferreas*, in quo interpretatur malitiam pugnationis, & iracũdiæ. Vnde satellites, vel prædicatores Antichristi erunt loricâ armati pertinacitate, compacti perplexitate, graues ponderositate. In his enim pertinacitas ad resistendum contra veritatem, perplexitas ad decipiendum per falsitatem. Vnde legitur de Goliath primi Regum vigesimo quinto,

Cor obstinatum loricæ ferreæ.

Cur satellites Antichristi loricæ armati.

quòd loricâ ferreâ induebatur.

Et vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum. Hîc ostéditur malorum obstinatio in verbo, suprà in facto. Dicit ergo *vox alarum*, &c. Ita dixi, quòd *locustæ*, id est, prædicatores, satellites, principes ipsum Antichristum sequentes, *habebant loricas*, id est, corda obstinata, & sententijs munita; & hoc ego vidi, & non solùm hoc, verùm etiam & vidi quòd *vox alarum earum*, scilicet locustarum iam dictarum, id est, rationes ipsorum prædicatorum Antichristi, quibus quasi quibusdam alis eleuabuntur, vtiusti, & prudentes putarentur, *sicut vox curruum equorum multorum currentium ad bellum.* Quasi diceret, vox earum erit clamosa, & furiosa, *quasi vox curruum* irrationabilis, & impetuosa quasi *equorum multorum*; Multiplex est iunctura, quia multùm periculosa, & malitiosa, *quia currentium ad bellum.* Vnde nota omnia ista vocabula per ordinem: in voce loquacitatem; in alis vanitatem; in curru ductibilitatem; in equo animositatem; in cursu velocitatem; in bello ferocitatem: omnia ista habebunt isti pessimi prædicatores Antichristi.

Vox hæreticorũ quã importuna.

VERSVS 10.

Et habebant caudas similes scorpioni, vel scorpionis. Hîc ostenditur eorum simulatio. Ita dixi, quòd vox istarum alarum, siue prædicatorum Antichristi *sicut vox curruum equorũ*, &c. Non solùm hoc, verùm *& habebant caudas*, id est, rationes simulatas, vel astutas doctrinas, licèt falsas, turpitudinem occultantes. Vnde sicut cauda turpitudinem velat, & non aufert, sic eorum astutia, & exterior apparentia velabunt A eorum turpitudinem, & falsitatem, sed non tollent. Vnde *eorum caudæ similes caudæ scorpionis*, qui facie blanditur, sicut dictum est, sed caudâ percutit & nocet, sic isti exteriùs apparebunt boni, & in principio prætendent dulcedinem & bonitatem, sed in fine caudâ pungent, & venenum immittẽt: vnde eorum caudæ erunt similes caudæ scorpionis decipientis per fraudulentiam, inficientis per nequitiam, interficientis per malitiam, vnde Isaiæ, *Propheta docens mendacium, ipse est cauda.* Isai. 9.

Cur hæreticorum doctrina caudæ scorpionum assimilatur.

Et non solùm *caudæ earum similes scorpioni*, verùm & *aculei in caudis earum erunt*, id est, sed mores acuti, & pungitiui, & aculei violẽti, quibus se defendent, & alios percutient; *Erant in caudis earum aculei*, id est, in fine sermonis, exhortationis, & prædicationis eorum. Sicut enim equus vel asinus aculeis pungitur, ne recalcitrent, sic isti pungent eos, qui eis non obtemperant, vt per impatientiam, & malitiam frangant. *Vel aculei in caudis earum*, quia finaliter ad mortem ducent.

Cur in caudis hæreticorum aculei.

Et potestas earum nocere hominibus mensibus quinque. Hîc ostédit limitatam earum potestatem. Ita dixi, quòd *aculei erant in caudis earum*, & non solùm hoc, verùm etiam *& potestas earum* scilicet satellitum, prædicatorum, & præcursorum Antichristi erit nocere hominibus, scilicet carnalibus, humum, & terram sapientibus, *mensibus quinque*, id est, in corporibus, quæ quinque sensibus, quasi quinque mensibus reguntur, & mensurantur, sicut dictum est suprà.

Potestas ergo *earum nocere hominibus*, scilicet terrenis, carnalibus, humum & terram sapientibus,

Talis est quilibet qualis diligit eius.

propter quòd dicit Augustinus su-
per Canoni.Ioannis. [Talis est qui-
liber,qualis est dilectio eius,terram
diligis, terra eris; Deũ diligis, quid
dicam? Deus eris, quoniam ego di-
xi, *Dij estis, & filii excelsi omnes.* Si
cœlum es, Deus es, & in potestate
Dei es; si terra es, in potestate Dia-
boli es.] Ergo potestas præcurso-
rum Antichristi seruorum Diaboli
est nocere hominibus huius mundi
terreni. Terrena ergo fugiamus, vt B
potestatem pręcursorum Antichri-
sti euadamus.

VERSVS 11.

Et habebant super se Angelum re-
gẽ abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon,
Græcè Apolyon, & Latinè habens nomẽ
exterminans. Hic describitur rector
eorum. Ita dixi, quòd potentia illa-
rum locustarum, scilicet præcurso-
rum & satellitum Antichristi, *erat*
nocere hominibus, & hoc ego Ioannes C
vidi, & non solùm hoc, verùm etiam
& vidi, quod huiusmodi locustæ
Antichristi habebant regem super
se; scilicet *Angelum abyssi*, id est, dia-
bolum inferni, qui eos reget & gu-
bernabit, & ducet; qui dicitur rex
propter temeritatem superbiæ, Iob
quadragesimo primo, *Ipse est Rex* Iob. 41.
super omnes filios superbiæ; Angelus,
propter nobilitatem naturæ, de
quo Apostolus, *Datus est mihi Ange-* D
lus Sathanæ qui me colaphizet, secundæ
ad Corinth. decimo tertio; *Abyssi,* 2. Cor. 13.
propter profundităatem pœnæ,
quia est de abysso inferni, & sine
byssо, & candore omnis boni, & sic
aliquando transfigurat se in ange-
lum lucis.

Habebant ergo *regem super se An-*
gelum abyssi, id est, Diabolum infer-
ni, *cui nomẽ Hebraicè Abadden*, aliqui
libri habent *Abedon*, qua littera est

Diabolus Angelus abyssi.

Vide quæ dixi secund. tom. commenta-tionum

A *Laabadon.* Vnde Hieronymus, *meminit in Ep. ad Nepotian. de vocabulis locorum huius-modi nomen. Hieronymus in nominibus Hebraicis & malitia Diaboli intellecta manifestatur.*
[Laabadon nomen Hebraicum, &
interpretatur iudicans,] Vnde cùm
apponatur nomen in Græco Apol-
lyon, in Latino *exterminans*, & ista
tria nomina idem debent significa-
care, per quod dicitur ibi esse *Laa-*
badon in Hebraico, & exterми-
nans in Latino, idem significant, &
tres linguas ponit, & vnum signifi-
cat, vt in omni lingua, versutia, &
malitia Diaboli intellecta monstre-
tur, & præcipuè in illa triplici lin-
gua doctrina Euangelij est scripta;
Matthæus enim linguâ Hebraicâ.
Lucas, & Ioannes Græcâ; Marcus
Latinâ scripserunt; & titulus Do-
minicæ crucis hac triplici linguâ
fuit scriptus, Ioannis decimo, *Scri-* Ioan. 19.
psit autem titulum Pilatus, & posuit su-
per crucem, erat autem titulus, Iesus Na-
zarenus Rex Iudæorum: hunc titulum
multi legerunt; erat autem scriptus He-
braicè, Græcè, & Latinè. In omni ergo
lingua, siue Græca, siue Hebraica,
vel Latina, sonat *exterminans*, quia
de omnibus aliquos exterminat, id
est, extra terminos fidei ponit; vt in
exterminium inferni ponat. Vnde
in Psal. *Exterminauit eam aper de sylua,* Psal.
& singularis ferus depastus est eam:
Aper, id est, Antichristus, qui dici-
tur aper, propter crudelitatem, *de*
sylua, id est, syluestris, propter irra-
tionabilitatem. *Habebant* ergo An-
tichristiani *regem super se*, id est, Dia-
bolum, *cui nomen Hebraicè Abaddon,*
Græcè, Apollion, Latinè exterminans.

VERSVS 12.

Væ ergo *vnum abiit*, id est, tribu-
latio, quæ sub tuba quinti Angeli
continetur, quæ dicitur vna, quia
comparatione aliarum est paruula,
& ecce venient adhuc duo væ, id est,
propè est, quòd veniant aliæ duæ

tribulationes sequentes, quæ sub tubâ sexti, & septimi Angeli continentur; quasi dicat, dictum est de vna primùm percussione, adhuc dicendum est de duabus post hæc.

VERSVS. 13.

Et sextus Angelus tubâ cecinit, & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, dicentem sexto Angelo, qui habebat tubam; solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in magno flumine Euphrate. Præmissâ descriptione quinti Angeli consolantis Ecclesiam Dei sub persequutione prædicatorum, & præcursorum Antichristi, hîc ponitur descriptio sexti Angeli consolantis Ecclesiam, sub persequutione Antichristi; & primò ponitur ipsius Antichristi prædicatio; secundò multa, & magna contra Ecclesiam persecutio, ibi, *Et numerus exercitus eius vicies millia.* Item primò ponitur solutionis dæmonum prædictio; secundò ipsa solutio, ibi, *Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant occidere tertiam partem hominum.* Vel aliter, in prima parte ostenditur acerbitas persequutionis, quæ erit sub Antichristo; in secunda consolatio fidelium, quæ erit in tempore illo. Nunquam enim Deus suos derelinquit. De primo, ibi, *& vidi alterum Angelum fortem descendentem de cœlo.* Prima pars diuiditur in octo partes: primò enim ostendit testimonium Sanctorum, quia tunc debet relaxari potestas Dæmonum; secundò ostendit quamdiu dura bit conatus eorum, ibi, *& soluti sunt quatuor Angeli, qui parati sunt*; tertiò ostendit ad quid erit conatus eorum, ibi, *occidere tertiam partem hominum*; quartò ostendit numerum equitum, ibi, *& numerus, equestris exercitus*; quintò ostenditnumerum equorum, ibi, *Et ita vidi equos in visione*; sextò agit de armatura equitum, ibi, *& qui sedebant habebant loricas*; septimò de potestate eorum, ibi, *& capita equorum tanquam capita leonum*; octauò ostenditur mors eorum, qui credent Antichristo, contra quos non conabuntur dæmones, ibi, *ceteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, nec pœnitentiam egerunt.*

Deus non deserit nisi prius eum deseramus.

Dicit ergo, *Post hæc sextus Angelus tubâ cecinit.* Ita dixi, *quòd quintus Angelus tubâ cecinit*, id est, quintus prædicatorum cœtus fortiter prædicauit. Et dum prædicauit facta est persequutio in Ecclesia Dei per præcursores Antichristi. Et hoc ego Ioannes vidi, *& post hæc* dicta vidi, quòd *sextus Angelus*, id est, sextus prædicatorum cœtus, qui erit tempore Antichristi, *tubâ cecinit*, id est, dulciter bonis, terribiliter malis prædicauit, id est, prædicabit, præteritum pro futuro more prophetico; quia quod futurum erat in re, iam factum esse cernebat in Dei præcognitione. Hæc enim tuba dulciter sonabit, & prædicabit bonis, & terribiliter malis: quæ duo signantur in cantu, & in tuba: in cantu dulcor consolationis, ad consolandum bonos; in tubâ terror comminationis ad terrendum malos. Talis enim debet esse prædicatio, scilicet dulcis pro consolatione, & promissione quoad iustos; terribilis, per comminationem, & increpationem, quoad peruersos, vt per promissionem prouocet ad bonum, & per comminationem reuocet à malo.

Qualis debet esse prædicatio.

Vidi ergo, quòd iste, *sextus Angelus tubâ cecinit*, & dum sic tubâ caneret, *audiui vocem vnam*, id est, intellexi per spiritum, prædicationem futuram

Quatuor Euangelistæ quatuor Ecclesiæ protectores.

ram procedentem *ex quatuor cornibus altaris aurei*, id est, ex quatuor Euangelistis, qui sunt *quatuor cornua*, id est, quatuor protectores *altaris aurei*, id est, Ecclesiæ Dei, in qua offertur omnis oblatio, quæ accepta est Deo, Psalm. *Tunc imponent super altare tuum vitulos.* Et nota quòd Ecclesia dicitur aurea, quia rubra per charitatem, fulgida per castitatem, solida per patientiam, ponderosa per conuersationem maturam. Vel altare illud, est sacra Scriptura habens duo capita, scilicet nouum, & vetus Testamentũ, & in quolibet capite duo latera, scilicet mysticum, & historicum sẽsũ. *Vox vna*, id est, vniformis prędicatio contra Antichristum. Ista vox egredietur ex quatuor *cornibus altaris*, id est, ex quatuor eximiis prædicatoribus contra Antichrist. quorũ duo fuerunt in veteri Testamento, scilicet Dauid, & Daniel, qui expressè loquuntur contra Antichristum. Dauid in Ps. nono, ab isto loco, *Vt quid Domine recessisti longè? despicis in tribulatione, in opportunitatibus*: & in isto Ps. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo*, qui intitulatur. *In finem pro occultis filij Dauid.* Daniel, cap. 8. cùm agitur de Ariete, qui ventilabat cornibus cõtra Occidentẽ, & contra Aquilonem, & omnes bestiæ non poterãt resistere ei: & multa alia mirabilia alibi, quę narrat de Antichristo. Duo alij fuerunt in nouo Testamento, Petrus & Paulus: Paulus enim ad Thessal. 2. *Rogamus*, inquit, *vos per aduentum Domini Iesu Christi, vt non seducat vos homo peccati, filius perditionis.* Et sequitur, *tunc ruinæ dabitur iste iniquus serpens, quem Deus interficiet spiritu oris sui*, scilicet Antichristus. Petrus similiter prædicat contra ipsum secundæ Pet.

Altare aureum sacra Scriptura.

Psal. 50. *Vanis ephi tetis gaudet Ecclesia.*

Psal. 9. *Quales sunt quatuor prædicatores expresse loquentes cõtra Antichristum.*

2nd Tes. 2.

Pet..

A secundo, *Erunt pseudoprophetæ in populis, sicut in nobis fuerunt, qui introducent sectas perditionis*, & multa alia ibi de Antichristo, & eius sequacibus continentur.

Ex his igitur *quatuor cornibus altaris aurei procedit vox vna*, id est, prædicatio conformis, & vera cõtra Antichristum, quam prædicti prædicatores prædicabunt contra ipsum. *Audiui* ergo *vocem vnam*, & intellexi per Spiritum prædicationem futuram conformem & veram, procedentem *ex quatuor cornibus altaris aurei*, id est, ex quatuor Euangelistis, qui sunt cornua, & protectores *altaris aurei*, id est, Ecclesiæ Dei, *quod est ante oculos Dei*, in quantùm Deus respicit Ecclesiam oculis misericordiæ suę. Illud enim Deus habet ante oculos suos, quod placet sibi. Vel *altare* Christus, super quod omnis oblatio offertur, Exod. secundo, *Altare de terra facies mihi*, id est, Christum natum de Virgine fœcunda: quod dicitur *aureum*, propter Diuinitatem, scilicet vnitam. Quatuor cornua sunt quatuor prædicatores quatuor Euangeliorum, per quæ Christus eleuatur, & malitia Diaboli superatur. Vnde in Psalm. *Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti*, id est, bonos; & fideles prædicatores extollam. *Vox vna*, quam Ioannes audiuit, est prædicatorum concordia, *ex quatuor cornibus*, id est, ex quatuor Euangelistis; quæ inquam Euangelia sunt *cornua altaris aurei*, id est, Christi. Nam nomẽ Christi quatuor cornib⁹ exaltatur, qui, inquã Christus, dicitur *altare*, quia supra illũ tanquam super *altare*, omnes orationes Ecclesiæ sic offeruntur dicendo, *Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum*, sed

Cur prædicatio vna cùm sit multiplex.

Exod. 2. *Christus altare aureũ.*

Psal. 74.

aureum, quia auro diuinitatis ornatum, quod etiam altare dicitur esse ante oculos Dei, id est, Patris sui, propter singularem acceptationẽ, propter singularem intercessionem, nam aduocatus dicitur apud Patrem primæ Ioan. secundo, *Aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris*, propter quod dicit Bernar. [O homo securum accessum habes ad Deum, vbi habes filium ante Patrem, & Matrem ante filium; Filius ostendit patri latus, & vulnera, Mater ostendit filio pectus & vbera. Nulla ergo poterit esse repulsa, vbi tot sunt charitatis insignia.] *Audiui* ergo *vocem vnam*, &c. sicut dictum est, scilicet

I. Ioan. 2. *Christus aduocatus noster erga Patrem.*

VERSVS. 14.

Dicentem sexto Angelo, id est, sexto ordini prædicatorum, qui futurus erit prædicare tempore illo, scilicet imminente persecutionis Antichristi articulo, qui inquam sextus Angelus, *habebat tubam*, id est facultatem prædicandi à Deo sibi datam. Sed quid dicebat illa vox vna huic sexto Angelo? statim addit, dicendo quòd dicebat ei, *Solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Solue quatuor Angelos*, id est, Dæmones vniuersos prædica solutos, vt homines magis caueant, & cautiores reddantur, quia secundùm Gregorium [Minus feriunt iacula quæ præuidentur.] Et nos tolerabiliùs sustinemus mundi mala, scilicet tempore Antichristi, vt magis caueant electi.

Pugnantibus contra nos Dæmonibus cauti esse debemus.

Et nota quòd Dæmones vniuersi sunt per quaternarium designati, quia discurrunt per quatuor mũdi climata, pungunt ad quatuor vitia principalia mundi, stimulant contra quatuor Euangelia, tenent quatuor mũdi dominia, & quia Danielis septimo dicitur, *Ecce quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari. Prima quasi leæna; secunda quasi vrsus, tertia quasi pardus, quarta dissimilis his omnibus.* Dicuntur Dæmones *bestiæ*, quia contra quatuor Euangelia; *grandes*, quia ad quatuor vitia; *ascendentes*, quia ad quatuor climata, diuersæ, quoad quatuor mundi dominia. *Prima* bestia *leæna*, contra quatuor Euangelia; secunda *vrsus*, ad quatuor vitia; tertia *pardus*, ad quatuor mundi climata; quarta *dissimilis*, quantùm ad quatuor dominia.

Daniel. 7.

Cur Dæmones bestiæ dicantur.

Cur Dæmones omnes numero quaternario comprehensi.

Solue ergo, id est, prædica solutos, *quatuor Angelos*, id est, Dæmones vniuersos, *qui alligati sunt in flumine magno Euphrate*, id est, in mundanorum congregatione. Vnde nota quòd Euphrates est fluuius profũdus, impetuosus, & per Babyloniam currens, & interpretatur humus, vel puluerulentus, vel crescens: & signat mundi amatores, qui sunt profundi astutiâ, & in puluere crescentes, impetuosi in malitiâ, & in deliciis; & in temporalibus currunt per mundum, ex auaritia diuitiis abundantes. Et in his sunt alligati Dæmones, quia in his nunc habitant, quasi in propriis domiciliis, & habitaculis, nec adhuc permittuntur sæuire contra homines sanctos, sicut tunc fiet. Tunc enim Dæmones, qui nunc alligati sunt in isto flumine magno Euphrate, id est, in mundanorum hominum congregatione, soluentur, & vti eorum potestate permittentur maximè. Et ideo bene dicit, *solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.* Vnde in ista clausula ostenditur Dæmonio-

Euphrates cur dicatur mũdi amatores.

Alligantur Dæmones præcipuè mũdi amatoribus.

rum expeditio, *solue*; expeditorum conditio, *quatuor Angelos*; præpeditorum cohibitio, *qui alligati sunt*; impedientium expressio, *in flumine magno*.

Nunc alligati sunt Dæmones ex meritis Passionis Christi sed soluentur in fine mundi.

Solue ergo Dæmones ad tentandum vehementiùs, ad discurrendum velociùs, ad puniendum atrociùs, *qui* nunc *alligati sunt* per meritum Passionis, per sanctitatem perfectionis, per acerbitatem punitionis.

VERSVS 15.

Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati sunt inter horam, & diem, & mensẽ, vt occiderent tertiã partem hominum. HIC ostenditur solutio Dæmonum tempore Antichristi, & primò ostenditur eorum libertas, sine impedimento exteriori; secundò facultas sine impedimento interiori, ibi, *qui parati sunt*. Dicit ergo, *& soluti sunt*. Ita mandaui; *solue quatuor Angelos*, id est, prædica solutos tempore Antichristi, Dæmones vniuersos, *& soluti sunt*, id est, impletum est quod fuerat prædicatum, & imperatum. Vnde dicit *soluti sunt* in præterito, propter euentus certitudinem, more Prophetico, vtens præterito pro futuro.

Quadruplici modo tentant Dæmones.

Soluti ergo *sunt*, id est, soluentur illo tempore, *quatuor Angeli*, id est, Dæmones vniuersi, qui dicuntur *quatuor*, propter quadruplicem modum tentandi: est enim tentatio quædam grauis, & occulta; quędam grauis & aperta; quædã leuis & occulta; quædã leuis, & aperta: & omnibus his modis Diabolus tentat, vt dicit Bernardus super illud Ps. *Non timebis à timore nocturno*, ecce prima tentatio grauis & occulta; *A sagitta volante in die*; ecce grauis & aperta: *A negotio perambulante in tenebris*, ecce leuis & occulta; *Ab incursu & dæmonio meridiano*, ecce quarta leuis & aperta. Ergo benè Dæmones vniuersi dicuntur *quatuor*, propter istũ quadruplicem modum tentandi.

Psal. 90.

Semper parati Dæmones ad nobis nocendum.

Ergo tempore Antichristi *soluti sunt*, id est, soluentur, *quatuor Angeli*, id est, Dæmones vniuersi, qui inquam Dæmones dicuntur *parati*, id est, erunt parati preparatione scilicet astutiæ dirigentis, malitiæ furentis. Vnde ipso tempore Antichristi Dæmones maximè parati erunt ad persequendum per inuidiam, ad nocendum per nequitiam, ad interficiendum ex malitia; primæ Petri vltimo, *Aduersarius vester tamquam leo rugiens circuit. Parati* inquam, *in horam, & diem, & mensem, & annum*, id est, tempore diei, horæ, mensis, & anni, quasi diceret; non est aliquod tempus inter partes horæ, vel diei, vel mensis, nec etiam anni, in quo non sint parati Dæmones nos tentare, nam nunquam dormiunt nec lassantur. Ex quo diligentia signatur Dæmonum ad tentandum. Vnde sic sunt, quòd nihil remaner, nec de hora, nec de die, nec de mense, nec de anno, imò omni horâ, & qualibet parte horæ sunt parati. *Parati* ergo *sunt in horam & diem, & mensem, & annum.*

1. Pet. vlt.

Tanto plus augebitur persequutio Antichristi quanto minus temporis duratura est.

Et nota quòd dies maior est horâ, & mensis maior die, & annus maior mense. Procedit ergo hic ascendendo ab hora ad diem, à die ad mensem, à mense ad annum, ad designandum quòd persequutio Antichristi tantò plus augetur, quantò plus sciet, quòd parum tẽporis habet: non enim durabit, nisi per tres annos & dimidium eius persequutio, sicut non duraut nisi per tres annos & dimidium Christi prædicatio.

Vnde nota quòd per horam intelligitur medietas anni, per diem primus annus, Ezechiel, *Diem pro anno dedi tibi*, per mensem intelligitur secundus annus; & per annum tertius annus. Vnde hîc non ponitur septimana, ad designandum quòd persequutio Antichristi durabit per tres annos, & dimidium, sicut dictum est: quoniam medius annus intelligitur per horam, & tres anni per alia tria, scilicet per diem, mensem, & annum. Vnde primò ponitur hora, pòst dies, pòst mensis, post annus; ad signandum quòd crescendo procedit tribulatio, & persequutio illa. Nam in principio erit grauis; in medio erit grauior; in fine erit grauissima. Ità vt vix ab aliquo possit sustineri: vnde quanto potestas Diaboli plus decrescet, tanto plus crescet in malitia. Videns enim Diabolus tempore Antichristi, quòd potestas eius durabit paruum tempus, ideo grauissimè tunc tentabit, infrà cap. 12. *Væ terræ, & mari, quia descendet super vos Diabolus, habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet.* Vnde signum est quòd tentatio Diaboli cessare debet, quando incipit multipliciter augeri. Vnde Dæmones, quando de corporibus exibant, grauiùs obsessos affligebant, sed quid Dæmones intendant, ostendit dicens:

Persequutio Antichristi gradatim crescet.

Vt occiderent tertiam partem hominum, id est, omnes reprobos: prima namque pars hominum innocentes sunt; secunda pœnitentes; tertia reprobi, & impœnitentes. Istam *tertiam partem hominum* Dæmones occident, & in Infernum deducent. Vel aliqui hominum sunt incipientes, proficientes, pœnitentes, impœnitentes. Et isti A impœnitentes sunt in triplici differentia, quidam sunt superbi, auari, luxuriosi, qui dicuntur suprà arida *terra*; *arbor* infructuosa; *fœnum viride*, & siccum. Et omnes isti à Dæmonibus interficientur, morte gehennalis flammæ, quæ est mors supra mortem, propter excessiuam acerbitatem, sine morte; propter continuam æternitatem, vltra mortem; propter æternitatem: propter B quod dicit Gregorius, [Quascunq; sæculi pœnas, quoscunque tormentorum dolores, quascunque dolorum acerbitates pateris, cõparatione gehennæ leue est illud omne.] *Parati* ergo *erãt* Dæmones istam *tertiam partem hominum*, scilicet peccantes, & impœnitentes, *vt occiderent*, & hoc morte gehennalis flammæ; vel *vt occiderent tertiam partem hominum.* C Duæ partes sunt Iudæi, & Gentiles, quos non conabuntur occidere Dæmones, quia iam occisi sunt; tertia pars sunt Christiani fideles, quos conabuntur occidere morte culpæ, & pœnæ.

Impœnitentes in triplici differentia.

Ad mortẽ nobis inferendam paratissimi semper Dæmones.

VERSVS. 16.

Sequitur, *Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia.* Hîc ostenditur processus eorum quæ fient circa Ecclesiam tempore Antichristi, quorum primum erit tribulatio à parte Antichristi persequẽtis eam; secundũ consolatio à parte Christi defendẽtis ipsam, ibi, *Et vidi alterum Angelum fortem descendentem de cælo.* Item circa persequutionem primò ostenditur persequentium exercitus; secundò actus & modus, ibi, *Et de ore ipsorum procedebat.* Item circa exercitum primò describitur multitudo, vel numerus; secundò armatura, vel vestitus, ibi, *Et qui sedebãt super eos habebant loricas igneas,*

& hyacinthinas & sulphureas. Item primò ostenditur multitudo rectorum; secundò subditorum, ibi, *& vidi equos in visione.* Item primò ponitur, secundum vnam expositionem, numerus impugnantium Ecclesiam; secundò custodientium eam, ibi, *dena millia.* Vel secundum aliquos ponitur primò numerus equorum Diaboli, qui signantur per *vicies*; secundò numerus equorum Dei, qui signantur per *dena millia.*

Et nota ad euidentiam dictorum, quòd plures sunt mali, quàm boni, vnde & hîc maiori numero signantur, quia mali per *vicies millies*, vel per viginti millia; boni autem per *dena millia* signantur. Millenarius est numerus cubitus habens ternam dimensionem, & ideo benè tam boni quàm mali sunt per millenarium numerum designati. Mali ternam habent dimensionem, quia peccát in tribus, in Deum, contemnendo per superbiam; in seipsos, negligendo per ignauiam; in proximum, lædendo per malitiam. Boni è conuerso seruiunt Deo piè per humilitatem; sibi sobriè per sanctitatem; proximo iustè per pietatem. Item mali habent aliam ternam malam dimensionẽ, scilicet vitæ superbiam, carnis lasciuiam, oculorum concupiscentiam. Boni habent aliam ternam bonam dimensionem, fidem veram in rationabili, spem firmam in irascibili, charitatem feruidam in appetibili.

Tam boni quàm mali bene per millenarium, numerum designantur.

Mali habẽt ternam dimensionem, & qua de causa; & boni similiter.

Ergo benè per millenarium habẽtem ternam dimensionem designátur tam boni, quàm mali. Ergo bene mille vtrobique ponitur. Denarius autem sumitur ex parte bonorum, cùm dicitur *dena millia*, quia boni simpliciter seruant Decalogum decem præceptorum. Sed denarius duplicatus componitur ex parte malorum, cùm dicitur *vicies millia*, quia binarius primò recedit ab vnitate, per quod signatur, quòd mali transgrediuntur præcepta Decalogi. Mille etiam perseuerantiam signat, quia est numerus perfectus, & perseuerentia habet perficere & coronare. Benè ergo equi Diaboli, vt prædicatores mali, dicuntur *vicies millies*, quia erunt Decalogi transgressores, & in transgressione perseuerantes. Sed equi Dei, vt prædicatores boni, qui tempore Antichristi prædicabunt, & portabunt nomen Christi, dicuntur *dena millia*, quia obseruabunt præcepta Decalogi, perseuerantes in amore Dei.

Cur mali dicuntur vicies millies.

Dicit ergo, *Et numerus exercitus vicies millies, dena millia.* Ita dixi suprà, quòd tempore Antichristi erit tribulatio maxima, quanta nunquã fuit, quia tunc temporis erit *numerus equestris exercitus*, id est, numerus equorum, & equitum, sequentium Antichristum *vicies millies* .i. multus, incertus, & quasi infinitus, & nunc equestris exercitus ex parte Dei, *dena millia*, id est, multi, sed pauciores quàm Diaboli, & Antichristi. Et nota quòd equi Diaboli, vel Antichristi, sunt prædicatores mali, qui portant Diabolum per vniuersum mundum, equites ipsi Dæmones, malos prædicatores regentes, & ducentes: equi verò Dei sunt boni prædicatores portantes per mundum nomen Christi; equites Angeli cœlestes, ipsos regentes, & gubernantes. Ponitur autem numerus equorum, & equitum Dei primò; deinde numerus equorum, & equitum Diaboli

Mali concionatores dicuntur equi Diaboli.

similes equis paratis ad prælium. Ita di- A xi supra, quòd *de puteo abyssi*, id est, de falsa doctrina Antichristi, *exierunt locustæ*, id est, falsi prædicatores doctrinam Euangelicam mordentes, & corrodentes, sicut locustæ sunt deuorantes. Et non solùm hoc, verùm *& locustarum*, id est, prædicatorum ipsorum *similitudines*, id est, maligni Principes, qui dicuntur illis prædicatoribus similes, intentione malâ, affectione iniquâ, actio- B ne peruersâ, *Similes equis paratis in prælium, exierunt de puteo abyssi*: *similes equis*, propter currendi velocitatem; *paratis*, propter nocendi ferocitatem; *in prælium*, propter pugnandi atrocitatem: nam isti equi erunt veloces ad discurrendum, feroces ad resistendum, atroces ad persequendum. Current enim per vniuersum mundum, non præuidendo in quos sæuient, siue in bonos, siue in malos, sed tantummodo domini sui facient voluntatem. Vel *similes equis*, id est, prædicatoribus veris, verbo & exemplo: quia habebunt maximum desiderium ad exaltandum nomen Antichristi, sicut modò veri prædicatores nomen Christi. Isti ergo Principes, qui dicuntur habere *locustarum similitudines*, vidi quòd erant *similes equis paratis ad prælium*, con- D tra cœtum fidelium.

Cur concionatores perueisi similẽtur equis paratis in prælium.

Cur principes mali dicuntur habere locustarum similitudines.

Et *vidi quòd super capita eorum*, id est, malignorum Principum tempore Antichristi Ecclesiam persequentium, *erant tamquam coronæ similes auro*: *super capita eorum*, id est, super ipsos, qui erant capita populorum, *tamquam coronæ*, quia putabunt se habere de Ecclesia victoriam; *similes auro*, quia putabunt se mouere ex iustitia contra ipsam, & ideo bene dicitur, *tamquam coronæ*, non coronæ, quia & si reputent se habere victoriam de Ecclesia, non tamen habebunt. *Vel supra capita eorum*, id est, supræ eorum maiora membra, *tamquam coronæ similes auro*, id est, victoriæ mundo fulgentes de bonis interfectis, & cruciatis. Tota enim exaltatio eorum erit exaltare suos majores, & superare Christi fideles: vnde dicit, *similes auro*, quia à populo reputabuntur victores, vt Apostoli fuerunt, sed non erunt: vnde ista corona vanitatis, & superbiæ; falsitatis, & astutiæ; prauitatis, & nequitiæ.

Quam falsa & vana est corona impiorum.

Ergo, *Super capita eorum tamquam coronæ similes auro, & facies eorum, sicut facies hominum, & facies eorum, sicut facies locustarum*, id est, Principum sequentium Antichristum, *sicut facies*, id est, videbuntur mansueti, & rationabiles, & discreti, C qui dicuntur plures, propter eorum varietatem, quod contra de Euangelistis; *Facies quatuor vni, & quatuor pennæ vni. Facies* ergo *eorum, sicut facies hominum*, extrà gratiosa, interiùs odiosa, exteriùs ostendens agninam simplicitatem, interiùs lupinam voracitatem, extrà homines, interius Dæmones malignitatem habentes. Psal. *Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum.* Et non solùm *facies eorum*, vt *facies hominum*, verùm

Dolosissimi haretici, & hypocrita.

VERSVS. 8.

Et habebant capillos, sicut capillos mulierum. Hic posita crudelitate Principum sequentium Antichristum, ponit crudelitatem satellitum. Ita dixi, quòd vidi, quòd facies Principum Antichristi erant sicut hominum, & non solùm hoc, verùm etiam vidi, quòd *habebant*, scilicet Principes Antichristum se-

quentes, *capillos*, id est, satellites peruersos, qui dicuntur capilli, insensibiles ad veram doctrinam, immiserabiles per cognitam malitiam, dependentes per auaritiam; *sicut capilli mulierum*, collum, scilicèt cœtum Principum sub Diabolo, & Antichristo, tegentes, velando eorum malitiam, sicut capilli flexibiles ad omne malum.

Cur satellites Antichristi conferuntur capillis mulierum.

Et nota quòd dicit duo, *capillos & mulierum*: In illis potest intelligi interior cogitatio, exterior conuersatio, societatis conditio, sed ad modum mulierum. Mulier inficit fœditate, prauitatem, allicit dolositate, astutiam; abjicit potestate, malitiam: & addit *mulierum*, nam mulieres dolosæ sunt. Sic satellites Antichristi, & Principum eum sequentium, inficient verbis, & doctrinis; allicient promissionibus, & donis: abjicient suppliciis, & tormentis. Vult ergo dicere quòd actus eorum erunt, *sicut capilli mulierum*, quibus delectabunt & vocabunt.

Et dentes eorum sicut dentes leonum, scilicet crudeles, & lacerantes sunt, sicut leonum dentes. Vnde nota quòd hîc ostenditur malitia detractionis, & inuidiæ satellitum Antichristi, quia *dentes eorum vt dentes leonum*: *dentes leonum*, velociter conterentes, fortiter scindentes, voraciter interimentes, fœtentes. Dentes istorum erunt potentiores ad conterendum, fortiores ad mordendum, acutiores ad interimendũ, fœtentiores ad corrumpendum: fallacis astutiæ, mendacis calomniæ, mendacis inuidiæ, rapacis violentiæ: vel istos dentes eorum confringet Dominus. *Dentes* ergo *eorum vt dentes leonum.*

Cur dentes satellitum Antichristi sicut dentes leonum.

VERSVS 9.

Sequitur, *Et habebant loricas ferreas.* Hîc ostenditur crudelitas eorum in defendendo mala facta: & quia talem defensionem præcedit obstinatio in animo, simulatio in facto, & pòst sequitur defensio mala in verbo, ideo primò agitur de obstinatione; secundò de simulatione, ibi, *Et habebant caudas similes scorpioni*; tertiò de mali defensione, ibi, *Et aculei erant in caudis earum.*

Dicit ergo, *Et habebant loricas, &c.* Ita dixi, quòd *dentes* satellitum majorum Antichristum præcedentium, erant *sicut dentes leonum*: & non solùm hoc, verum etiam *habebant loricas ferreas*, id est, corda in malis, & sententiis deceptoriis, tamquam loricis munita. Vnde dicit *ferreas*, propter duritiam talium cordium in malis obstinatorum, quæ non poterunt sagittis sacræ Scripturæ penetrari, nec etiam perforari, Iob quadragesimo primo, *Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.* Pluraliter autem dicit *loricas*, propter tarditatem, intellectus ad credendum, & affectus ad amandum. Vnde dicit quòd satellites, vel prædicatores Antichristi *habebant loricas ferreas*, in quo interpretatur malitiam pugnationis, & iracúdiæ. Vnde satellites, vel prædicatores Antichristi erunt loricâ armati pertinacitate, compacti perplexitate, graues ponderositate. In his enim pertinacitas ad resistendum contra veritatem, perplexitas ad decipiendum per falsitatem. Vnde legitur de Goliath primi Regum vigesimo quinto,

Cor obstinatum loricæ ferreæ.

Iob. 41.

Cur satellites Antichristi loricas armati.

quòd loricâ ferreâ induebatur.

Et vox alarum earum ſicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum. Hîc oſtẽditur malorum obſtinatio in verbo, ſuprà in facto. Dicit ergo *vox alarum*, &c. Ita dixi, quòd *locuſtæ*, id eſt, prædicatores, ſatellites, principes ipſum Antichriſtum ſequentes, *habebant loricas*, id eſt, corda obſtinata, & ſententijs munita; & hoc ego vidi, & non ſolùm hoc, verùm etiam & vidi quòd *vox alarum earum*, ſcilicet locuſtarum iam dictarum, id eſt, rationes ipſorum prædicatorum Antichriſti, quibus quaſi quibuſdam alis eleuabuntur, vtiuſti, & prudentes putarentur, *ſicut vox curruum equorum multorum currentium ad bellum.* Quaſi diceret, vox earum erit clamoſa, & furioſa, *quaſi vox curruum* irrationabilis, & impetuoſa quaſi *equorum multorum*; Multiplex eſt iunctura, quia multùm periculoſa, & malitioſa, *quia currentium ad bellum.* Vnde nota omnia iſta vocabula per ordinem: in voce loquacitatem, in alis vanitatem; in curru ductibilitatem; in equo animoſitatem; in curſu velocitatem; in bello ferocitatem: omnia iſta habebunt iſti peſſimi prædicatores Antichriſti.

Vox hæreticorũ quã importuna.

VERSVS 10.

Et habebant caudas ſimiles ſcorpioni, vel ſcorpionis. Hîc oſtenditur eorum ſimulatio. Ita dixi, quòd vox iſtarum alarum, ſiue prædicatorum Antichriſti *ſicut vox curruum equorũ*, &c. Non ſolùm hoc, verùm *& habebant caudas*, id eſt, rationes ſimulatas, vel aſtutas doctrinas, licèt falſas, turpitudinem occultantes. Vnde ſicut cauda turpitudinem velat, & non aufert, ſic eorum aſtutia, & exterior apparentia velabunt A eorum turpitudinem, & falſitatem, ſed non tollent. Vnde *eorum caudæ ſimiles caudæ ſcorpionis*, qui facie blanditur, ſicut dictum eſt, ſed caudâ percutit & nocet, ſic iſti exteriùs apparebunt boni, & in principio prætendent dulcedinem & bonitatem, ſed in fine caudâ pungent, & venenum immittẽt: vnde eorum caudæ erunt ſimiles caudæ ſcorpionis decipientis per fraudulentiam, inficientis per nequitiam, interficientis per malitiam, vnde Iſaiæ, *Prõpheta docens mendacium, ipſe eſt cauda.* Iſai. 9.

Cur hæreticorum doctrina caudis ſcorpionum aſſimilatur.

Et non ſolùm *caudæ earum ſimiles ſcorpioni*, verùm & *aculei in caudis earum erunt*, id eſt, ſed mores acuti, & pungitiui, & aculei violẽti, quibus ſe defendent, & alios percutient; *Erant in caudis earum aculei*, id eſt, in fine ſermonis, exhortationis, & prædicationis eorum. Sicut enim equus vel aſinus aculeis pungitur, ne recalcitrent, ſic iſti pungent eos, qui eis non obtemperant, vt per impatientiam, & malitiam frangant. *Vel aculei in caudis earum*, quia finaliter ad mortem ducent.

Cur in caudis hæreticorum aculei.

Et poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque. Hîc oſtẽdit limitatam earum poteſtatem. Ita dixi, quòd *aculei erant in caudis earum*, & non ſolùm hoc, verùm etiam *& poteſtas earum* ſcilicet ſatellitum, prædicatorum, & præcurſorum Antichriſti erit nocere hominibus, ſcilicet carnalibus, humum, & terram ſapientibus, *menſibus quinque*, id eſt, in corporibus, quæ quinque ſenſibus, quaſi quinque menſibus reguntur, & menſurantur, ſicut dictum eſt ſuprà.

Poteſtas ergo *earum nocere hominibus*, ſcilicet terrenis, carnalibus, humum & terram ſapientibus,

Talis eſt quilibet qualis dilectio eius.

propter quòd dicit Augustinus super Canoni.Ioannis. [Talis est quilibet,qualis est dilectio eius,terram diligis, terra eris; Deũ diligis, quid dicam? Deus eris, quoniam ego dixi, *Dij estis, & filu excelsi omnes.* Si cœlum es, Deus es, & in potestate Dei es; si terra es, in potestate Diaboli es.] Ergo potestas præcursorum Antichristi seruorum Diaboli est nocere hominibus huius mundi terreni. Terrena ergo fugiamus, vt potestatem præcursorum Antichristi euadamus.

VERSVS 11.

Et habebant super se Angelum regẽ abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè Apolyon, & Latinè habens nomẽ exterminans. Hic describitur rector eorum. Ita dixi, quòd potentia illarum locustarum, scilicet præcursorum & satellitum Antichristi, *erat nocere hominibus*, & hoc ego Ioannes vidi, & non solùm hoc, verùm etiam & vidi, quòd huiusmodi locustæ Antichristi habebant regem super se, scilicet *Angelum abyssi*, id est, diabolum inferni, qui eos reget & gubernabit, & ducet; qui dicitur rex propter temeritatem superbiæ, Iob quadragesimo primo, *Ipse est Rex super omnes filios superbiæ*; Angelus, propter nobilitatem naturæ, de quo Apostolus, *Datus est mihi Angelus Sathanę qui me colaphizet*, secundæ ad Corinth. decimo tertio; *Abyssi*, propter profunditatem pœnæ, quia est de abysso inferni, & sine byssо, & candore omnis boni, & sic aliquando transfigurat se in Angelum lucis.

Diabolus Angelus abyssi.

Iob. 41.

2. Cor. 13.

Habebant ergo *regem super se Angelum abyssi*, id est, Diabolum inferni, *cui nomẽ Hebraicè Abaddon*, Aliqui libri habent *Abedon*, qua littera est

Vide quæ dixi in secunda tomi commentatione.

A *Laabadon.* Vnde Hieronymus, [Laabadon nomen Hebraicum, & interpretatur iudicans.] Vnde cùm apponatur nomen in Græco Apollyon, in Latino *exterminans*, & ista tria nomina idem debent significare, per quod dicitur ibi esse *Laabadon* in Hebraico, & exterminans in Latino, idem significant, & tres linguas ponit, & vnum significat, vt in omni lingua, versutia, & malitia Diaboli intellecta monstretur, & præcipuè in illa triplici lingua doctrina Euangelij est scripta; Matthæus enim linguâ Hebraicâ. Lucas, & Ioannes Græcâ; Marcus Latinâ scripserunt; & titulus Dominicæ crucis hac triplici linguâ fuit scriptus, Ioannis decimo, *Scripsit autem titulum Pilatus, & posuit super crucem, erat autem titulus, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum: hunc titulum multi legerunt; erat autem scriptus Hebraicè, Græcè, & Latinè.* In omni ergo lingua, siue Græca, siue Hebraica, vel Latina, sonat *exterminans*, quia de omnibus aliquos exterminat, id est, extra terminos fidei ponit; vt in exterminium inferni ponat. Vnde in Psal. *Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam: Aper*, id est, Antichristus, qui dicitur aper, propter crudelitatem, *de sylua*, id est, sylucstris, propter irrationabilitatem. *Habebant* ergo Antichristiani *regem super se*, id est, Diabolum, *cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè, Apollion, Latinè exterminans.*

merum in dp cal. ad hoc caput circa huiusmodi nomen. Ioannis in ista scripsit & malitia Diab. intellecta monstratur.

Ioan. 19.

Psal.

VERSVS 12.

Væ ergo *vnum abiit*, id est, tribulatio, quæ sub tuba quinti Angeli continetur, quæ dicitur vna, quia comparatione aliarum est paruula, *& ecce veniunt adhuc duo væ*, id est, propè est, quòd veniant aliæ duæ

tribulationes sequentes, quæ sub tubâ sexti,& septimi Angeli continentur; quasi dicat, dictum est de vna primùm percussione, adhuc dicendum est de duabus post hæc.

VERSVS. 13.

Et sextus Angelus tubâ cecinit, & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, dicentem sexto Angelo, qui habebat tubam; solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in magno flumine Euphrate. Præmissâ descriptione quinti Angeli consolantis Ecclesiam Dei sub persequutione prædicatorum, & præcursorum Antichristi, hîc ponitur descriptio sexti Angeli consolantis Ecclesiam, sub persequutione Antichristi; & primò ponitur ipsius Antichristi prædicatio; secundò multa,& magna contra Ecclesiam persecutio, ibi, *Et numerus exercitus eius vicies millia.* Item primò ponitur solutionis dæmonum prædictio;secundò ipsa solutio, ibi,*Et soluti sunt quatuor Angeli,qui parati erant occidere tertiam partem hominum.* Vel aliter, in prima parte ostenditur acerbitas persequutionis, quæ erit sub Antichristo; in secunda consolatio fidelium, quæ erit in tempore illo.Nunquam enim Deus suos derelinquit. De primo, ibi, *& vidi alterum Angelum fortem descendentem de cœlo.* Prima pars diuiditur in octo partes: primò enim ostendit testimonium Sanctorum,quia tunc debet relaxari potestas Dæmonum; secundò ostendit quamdiu dura bit conatus eorum, ibi, *& soluti sunt quatuor Angeli, qui parati sunt*; tertiò ostendit ad quid erit conatus eorum, ibi,*occidere tertiam partem hominum*; quartò ostendit numerum equitum, ibi, *& numerus, equestris exercitus*; quintò ostendit numerum equorum, ibi, *Et ita vidi equos in visione*; sextò agit de armatura equitum,ibi, *& qui sedebant habebant loricas*; septimò de potestate eorum, ibi, *& capita equorum tanquam capita leonum*; octauò ostenditur mors eorum,qui credent Antichristo,contra quos non conabuntur dæmones, ibi,*cæteri homines,qui non sunt occisi in his plagis, nec pœnitentiam egerunt.*

Dicit ergo, *Post hæc sextus Angelus tubâ cecinit.* Ita dixi, *quòd quintus Angelus tubâ cecinit*, id est, quintus prædicatorum cœtus fortiter prædicauit. Et dum prædicauit facta est persequutio in Ecclesia Dei per præcursores Antichristi. Et hoc ego Ioannes vidi, *& post hæc* dicta vidi,quòd *sextus Angelus*, id est,sextus prædicatorum cœtus, qui erit tempore Antichristi, *tubâ cecinit*, id est, dulciter bonis, terribiliter malis prædicauit,id est, prædicabit, præteritum pro futuro more prophetico; quia quod futurum erat in re, iam factum esse cernebat in Dei præcognitione. Hæc enim tuba dulciter sonabit, & prædicabit bonis, & terribiliter malis: quæ duo signantur in cantu, & in tuba: in cantu dulcor consolationis, ad consolandum bonos; in tubâ terror comminationis ad terrendum malos. Talis enim debet esse prædicatio, scilicet dulcis pro consolatione,& promissione quoad iustos; terribilis, per comminationem, & increpationem, quoad peruersos, vt per promissionem prouocet ad bonum,& per comminationem reuocet à malo.

Vidi ergo,quòd iste, *sextus Angelus tubâ cecinit*, & dum sic tubâ caneret, *audiui vocem vnam*, id est, intellexi per spiritum, prædicationem futuram

Deus non deserit nisi prius eum deseruerimus.

Qualis debet esse prædicatio.

Quatuor Euangelistæ quatuor Ecclesiæ protectores.

ram procedentem *ex quatuor cornibus altaris aurei*, id est, ex quatuor Euangelistis, qui sunt *quatuor cornua*, id est, quatuor protectores *altaris aurei*, id est, Ecclesiæ Dei, in qua offertur omnis oblatio, quæ accepta est Deo, Psalm. *Tunc imponent super altare tuum vitulos.* Et nota quòd Ecclesia dicitur aurea, quia rubra per charitatem, fulgida per castitatem, solida per patientiam, ponderosa per conuersationem maturam. Vel altare illud, est sacra Scriptura habens duo capita, scilicet nouum, & vetus Testamentũ, & in quolibet capite duo latera, scilicet mysticum, & historicum sẽsũ. *Vox vna*, id est, vniformis prędicatio cõtra Antichristum. Ista vox egredietur ex quatuor *cornibus altaris*, id est, ex quatuor eximiis prædicatoribus contra Antichrist. quorũ duo fuerunt in veteri Testamento, scilicet Dauid, & Daniel, qui expressè loquuntur contra Antichristum. Dauid in Ps. nono, ab isto loco, *Vt quid Domine recessisti longè? despicis in tribulatione, in opportunitatibus*: & in isto Ps. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo*, qui intitulatur. *In finem pro occultis filij Dauid.* Daniel, cap. 8. cùm agitur de Ariete, qui ventilabat cornibus cõtra Occidentẽ, & contra Aquilonem, & omnes bestiæ non poterãt resistere ei: & multa alia mirabilia alibi, quę narrat de Antichristo. Duo alij fuerunt in nouo Testamento, Petrus & Paulus: Paulus enim ad Thessal. 2. *Rogamus*, inquit, *vos per aduentum Domini Iesu Christi, vt non seducat vos homo peccati, filius perditionis.* Et sequitur, *tunc ruinæ dabitur iste iniquus serpens, quem Deus interficiet spiritu oris sui*, scilicet Antichristus. Petrus similiter prædicat contra ipsum secundæ Pet.

Altare aureum sacra Scriptura.

Quales sunt quatuor prædicatores expressè loquentes cõtra Antichristum.

Psal. 50. *Tunc imponent super altare tuum vitulos.*

Psal. 9. *Vt quid Domine recessisti longè? despicis in tribulatione, in opportunitatibus.*

2. ad Tes. 2.

Pet..

A secundo, *Erunt pseudoprophetæ in populis, sicut in nobis fuerunt, qui introducent sectas perditionis*, & multa alia ibi de Antichristo, & eius sequacibus continentur.

Ex his igitur *quatuor cornibus altaris aurei procedit vox vna*, id est, prædicatio conformis, & vera cõtra Antichristum, quam prædicti prædicatores prædicabunt contra ipsum. *Audiui* ergo *vocem vnam*, & intellexi per Spiritum prædicationem futuram conformem & veram, procedentem *ex quatuor cornibus altaris aurei*, id est, ex quatuor Euangelistis, qui sunt cornua, & protectores *altaris aurei*, id est, Ecclesiæ Dei, *quod est ante oculos Dei*, in quantùm Deus respicit Ecclesiam oculis misericordiæ suę. Illud enim Deus habet ante oculos suos, quod placet sibi. Vel *altare* Christus, super quod omnis oblatio offertur, Exod. secundo, *Altare de terra facies mihi*, id est, Christum natum de Virgine fœcunda: quod dicitur *aureum*, propter Diuinitatem, scilicet vnitam. Quatuor cornua sunt quatuor prædicatores quatuor Euangeliorum, per quæ Christus eleuatur, & malitia Diaboli superatur. Vnde in Psalm. *Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti*, id est, bonos; & fideles prædicatores extollam. *Vox vna*, quam Ioannes audiuit, est prædicatorum concordia, *ex quatuor cornibus*, id est, ex quatuor Euangelistis; quæ inquam Euangelia sunt *cornua altaris aurei*, id est, Christi. Nam nomẽ Christi quatuor cornib⁹ exaltatur, qui, inquã Christus, dicitur *altare*, quia supra illũ tanquam super *altare*, omnes orationes Ecclesiæ sic offeruntur dicendo, *Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum*, sed

Cur Euangelium vna cùm multiplex.

Exod. 2. *Christus altare aureũ.*

Psal. 74.

aureum, quia auro diuinitatis ornatum, quod etiam altare dicitur esse ante oculos Dei, ideſt, Patris sui, propter singularem acceptationé, propter singularem intercessionem, nam aduocatus dicitur apud Patrem primæ Ioan. secundo, *Aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris*, propter quod dicit Bernar. [O homo securum accessum habes ad Deum, vbi habes filium ante Patrem, & Matrem ante filium; Filius ostendit patri latus, & vulnera, Mater ostendit filio pectus & vbera. Nulla ergo poterit esse repulsa, vbi tot sunt charitatis insignia.] *Audiui* ergo *vocem vnam*, &c. sicut dictum est, scilicet

I. Ioan. 2. Christus aduocatus noster erga Patrem.

VERSVS. 14.

Dicentem sexto Angelo, id est, sexto ordini prædicatorum, qui futurus erit prædicare tempore illo, scilicet imminente persecutionis Antichristi articulo, qui inquam sextus Angelus, *habebat tubam*, id est, facultatem prædicandi à Deo sibi datam. Sed quid dicebat illa vox vna huic sexto Angelo? Statim addit, dicendo quòd dicebat ei, *Solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Solue quatuor Angelos*, id est, Dæmones vniuersos prædica solutos, vt homines magis caueant, & cautiores reddantur, quia secundùm Gregorium [Minus feriunt iacula quæ præuidentur.] Et nos tolerabiliùs sustinemus mundi mala, scilicet tempore Antichristi, vt magis caueant electi.

Pugnantibus contra nos Dæmonibus cauti esse debemus.

Cur Dæmones omnes numero quaternario comprehensi.

Et nota quòd Dæmones vniuersi sunt per quaternarium designati, quia discurrunt per quatuor mũdi climata, pungunt ad quatuor vitia principalia mundi, stimulant contra quatuor Euangelia, tenent quatuor mũdi dominia, & quia Danielis septimo dicitur, *Ecce quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari. Prima quasi leæna; secunda quasi vrsus, tertia quasi pardus, quarta dissimilis his omnibus.* Dicuntur Dæmones *bestiæ*, quia contra quatuor Euangelia; *grandes*, quia ad quatuor vitia; *ascendentes*, quia ad quatuor climata, diuersæ, quoad quatuor mundi dominia. *Prima* bestia *leæna*, contra quatuor Euangelia; secunda *vrsus*, ad quatuor vitia; tertia *pardus*, ad quatuor mundi climata; quarta *dissimilis*, quantùm ad quatuor dominia.

Daniel. 7.

Cur Dæmones bestiæ cũ sint Angeli.

Solue ergo, id est, prædica solutos, *quatuor Angelos*, id est, Dæmones vniuersos, *qui alligati sunt in flumine magno Euphrate*, id est, in mundanorum congregatione. Vnde nota quòd Euphrates est fluuius profũdus, impetuosus, & per Babyloniam currens, & interpretatur humus, vel puluerulentus, vel crescens: & signat mundi amatores, qui sunt profundi astutiâ, & in puluere crescentes, impetuosi in malitiâ, & in deliciis, & in temporalibus currunt per mundum, ex auaritia diuitiis abundantes. Et in his sunt alligati Dæmones, quia in his nunc habitant, quasi in propriis domiciliis, & habitaculis, nec adhuc permittuntur sæuire contra homines sanctos, sicut tunc fiet. Tunc enim Dæmones, qui nunc alligati sunt in isto flumine magno Euphrate, id est, in mundanorum hominum congregatione, soluentur, & vti eorum potestate permittentur maximè. Et ideo bene dicit, *solue quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.* Vnde in ista clausula ostenditur Dæmonio-

Euphrates cur denotat mũdi amatores.

Alligantur Dæmones præsertim mũdi amatoribus.

rum expeditio, *solue*; expeditorum conditio, *quatuor Angelos*; præpeditorum cohibitio, *qui alligati sunt*; impedientium expressio, *in flumine magno.*

Nunc alligati sunt Dæmones ex merito Passionis Christi sed silentium in fine mundi.

Solue ergo Dæmones ad tentandum vehementiùs, ad discurrendum velociùs, ad puniendum atrociùs, *qui* nunc *alligati sunt* per meritum Passionis, per sanctitatem perfectionis, per acerbitatem punitionis.

VERSVS 15.

Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati sunt inter horam, & diem, & mensem, vt occiderent tertiam partem hominum. HIC ostenditur solutio Dæmonum tempore Antichristi, & primò ostenditur eorum libertas, sine impedimento exteriori; secundò facultas sine impedimento interiori, ibi, *qui parati sunt.* Dicit ergo, *& soluti sunt.* Ita mandaui; *solue quatuor Angelos*, id est, prædica solutos tempore Antichristi, Dæmones vniuersos, *& soluti sunt*, id est, impletum est quod fuerat prædicatum, & imperatum. Vnde dicit *soluti sunt* in præterito, propter euentus certitudinem, more Prophetico, vtens præterito pro futuro.

Quadruplex modus tentandi Dæmones.

Soluti ergo *sunt*, id est, soluentur illo tempore, *quatuor Angeli*, id est, Dæmones vniuersi, qui dicuntur *quatuor*, propter quadruplicem modum tentandi: est enim tentatio quædam grauis, & occulta; quędam grauis & aperta; quædã leuis & occulta; quædã leuis, & aperta: & omnibus his modis Diabolus tentat, vt dicit Bernardus super illud Ps. *Non timebis à timore nocturno*, ecce prima tentatio grauis & occulta; *A sagitta volante in die*; ecce grauis & aperta: *A negotio perambulante in tenebris*, ecce leuis & occulta; *Ab incursu & dæmonio meridiano*, ecce quarta leuis & aperta. Ergo bene Dæmones vniuersi dicuntur *quatuor*, propter istũ quadruplicem modum tentandi.

Psal. 90.

Semper parati Dæmones ad nobis nocendum.

Ergo tempore Antichristi *soluti sunt*, id est, soluentur, *quatuor Angeli*, id est, Dæmones vniuersi, qui inquam Dæmones dicuntur *parati*, id est, erunt parati preparatione scilicet astutiæ dirigentis, malitiæ furentis. Vnde ipso tempore Antichristi Dæmones maximè parati erunt ad persequendum per inuidiam, ad nocendum per nequitiam, ad interficiendum ex malitia; primæ Petri vltimo, *Aduersarius vester tamquam leo rugiens circuit. Parati* inquam, *in horam, & diem, & mensem, & annum*, id est, tempore diei, horæ, mensis, & anni, quasi diceret; non est aliquod tempus inter partes horæ, vel diei, vel mensis, nec etiam anni, in quo non sint parati Dæmones nos tentare, nam nunquam dormiunt nec lassantur. Ex quo diligentia signatur Dæmonum ad tentandum. Vnde sic sunt, quòd nihil remanet, nec de hora, nec de die, nec de mense, nec de anno, imò omni horâ, & qualibet parte horæ sunt parati. *Parati* ergo *sunt in horam & diem, & mensem, & annum.*

1. Pet. vlt.

Tanto plus augebitur persequutio Antichristi, quanto minus temporis durabitura est.

Et nota quòd dies maior est horâ, & mensis maior die, & annus maior mense. Procedit ergo hic ascendendo ab hora ad diem, à die ad mensem, à mense ad annum, ad designandum quòd persequutio Antichristi tantò plus augetur, quantò plus scit, quòd parum tẽporis habet: non enim durabit, nisi per tres annos & dimidium eius persequutio, sicut non durauit nisi per tres annos & dimidium Christi prædicatio.

Vnde nota quòd per horam intelligitur medietas anni, per diem primus annus, Ezechiel, *Diem pro anno dedi tibi*, per mensem intelligitur secundus annus; & per annum tertius annus. Vnde hîc non ponitur septimana, ad designandum quòd persequutio Antichristi durabit per tres annos, & dimidium, sicut dictum est: quoniam medius annus intelligitur per horam, & tres anni per alia tria, scilicet per diem, mensem, & annum. Vnde primò ponitur hora, pòst dies, pòst mensis, post annus; ad signandum quòd crescendo procedit tribulatio, & persequutio illa. Nam in principio erit grauis; in medio erit grauior; in fine erit grauissima. Ita vt vix ab aliquo possit sustineri: vnde quanto potestas Diaboli plus decrescet, tanto plus crescet in malitia. Videns enim Diabolus tempore Antichristi, quòd potestas eius durabit paruum tempus, ideo grauissimè tunc tentabit, infrà cap. 12. *Væ terræ, & mari, quia descendet super vos Diabolus, habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet.* Vnde signum est quòd tentatio Diaboli cessare debet, quando incipit multipliciter augeri. Vnde Dæmones, quando de corporibus exibant, grauiùs obsessos affligebant, sed quid Dæmones intendant, ostendit dicens:

Persequutio Antichristi gradatim crescit.

Vt occiderent tertiam partem hominum, id est, omnes reprobos: prima namque pars hominum innocentes sunt; secunda pœnitentes; tertia reprobi, & impœnitentes. Istam *tertiam partem hominum* Dæmones occident, & in Infernum deducent. Vel aliqui hominum sunt incipientes, proficientes, pœnitentes, impœnitentes. Et isti impœnitentes sunt in triplici differentia, quidam sunt superbi, auari, luxuriosi, qui dicuntur suprà arida *terra*; *arbor* infructuosa; *fœnum viride*, & siccum. Et omnes isti à Dæmonibus interficientur, morte gehennalis flammæ, quæ est mors supra mortem, propter excessiuam acerbitatem, sine morte; propter continuam æternitatem, vltra mortem; propter æternitatem: propter quod dicit Gregorius, [Quascunq; sæculi pœnas, quoscunque tormentorum dolores, quascunque dolorum acerbitates pateris, coparatione gehennæ leue est illud omne.] *Parati* ergo *erãt* Dæmones istam *tertiam partem hominum*, scilicet peccantes, & impœnitentes, *vt occiderent*, & hoc morte gehennalis flammæ; vel *vt occiderent tertiam partem hominum.* Duæ partes sunt Iudæi, & Gentiles, quos non conabuntur occidere Dæmones, quia iam occisi sunt; tertia pars sunt Christiani fideles, quos conabuntur occidere morte culpæ, & pœnæ.

Impœnitentes in triplici differentia.

Ad mortẽ quibis infferendam paratissimi semper Dæmones.

VERSVS. 16.

Sequitur, *Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia.* Hic ostẽditur processus eorum quæ fient circa Ecclesiam tempore Antichristi, quorum primum erit tribulatio à parte Antichristi persequẽtis eam; secundũ consolatio à parte Christi defendẽtis ipsam, ibi, *Et vidi alterum Angelum fortem descendentem de cælo.* Item circa persequutionem primò ostenditur persequentium exercitus; secundò actus & modus, ibi, *Et de ore ipsorum procedebat.* Item circa exercitum primò describitur multitudo, vel numerus; secundò armatura, vel vestitus, ibi, *Et qui sedebãt super eos habebant loricas igneas,*

& hyacinthinas & sulphureas. Item primò ostenditur multitudo rectorum; secundò subditorum, ibi, *& vidi equos in visione.* Item primò ponitur, secundum vnam expositionem, numerus impugnantium Ecclesiam; secundò custodientium eam, ibi, *dena millia.* Vel secundum aliquos ponitur primò numerus equorum Diaboli, qui signantur per *vicies*; secundò numerus equorum Dei, qui signantur per *dena millia.*

Et nota ad euidentiam dictorum, quòd plures sunt mali, quàm boni, vnde & hîc maiori numero signantur, quia mali per *vicies millies*, vel per viginti millia; boni autem per *dena millia* signantur. Millenarius est numerus cubitus habens ternam dimensionem, & ideo benè tam boni quàm mali sunt per millenarium numerum designati. Mali ternam habent dimensionem, quia peccát in tribus, in Deum, contemnendo per superbiam; in seipsos, negligendo per ignauiam; in proximum, lædendo per malitiam. Boni è conuerso seruiunt Deo piè per humilitatem; sibi sobriè per sanctitatem; proximo iustè per pietatem. Item mali habent aliam ternam malam dimensionẽ, scilicet vitæ superbiam, carnis lasciuiam, oculorum concupiscentiam. Boni habent aliam ternam bonam dimensionem, fidem veram in rationabili, spem firmam in irascibili, charitatem feruidam in appetibili.

Tam boni quàm mali bene per millenarium, numerum designantur.

Mali habẽt ternam dimensionem, & qua de causa; & boni similiter.

Ergo benè per millenarium habẽtem ternam dimensionem designátur tam boni, quàm mali. Ergo bene mille vtrobique ponitur. Denarius autem sumitur ex parte bonorum, cùm dicitur *dena millia*, quia boni simpliciter seruant Decalogum decem præceptorum. Sed denarius duplicatus componitur ex parte malorum, cùm dicitur *vicies millia*, quia binarius primò recedit ab vnitate, per quod signatur, quòd mali transgrediuntur præcepta Decalogi. Mille etiam perseuerantiam signat, quia est numerus perfectus, & perseuerentia habet perficere & coronare. Benè ergo equi Diaboli, vt prædicatores mali, dicuntur *vicies millies*, quia erunt Decalogi transgressores, & in transgressione perseuerantes. Sed equi Dei, vt prædicatores boni, qui tempore Antichristi prædicabunt, & portabunt nomen Christi, dicuntur *dena millia*, quia obseruabunt præcepta Decalogi, perseuerantes in amore Dei.

Cur mali dicuntur vicies millies.

Dicit ergo, *Et numerus exercitus vicies millies, dena millia.* Ita dixi suprà, quòd tempore Antichristi erit tribulatio maxima, quanta nunquã fuit, quia tunc temporis erit *numerus equestris exercitus*, id est, numerus equorum, & equitum, sequentium Antichristum *vicies millies* .i. multus, incertus, & quasi infinitus, & nunc equestris exercitus ex parte Dei, *dena millia*, id est, multi, sed pauciores quàm Diaboli, & Antichristi. Et nota quòd equi Diaboli, vel Antichristi, sunt prædicatores mali, qui portant Diabolum per vniuersum mundum, equites ipsi Dæmones, malos prædicatores regentes, & ducentes: equi verò Dei sunt boni prædicatores portantes per mundum nomen Christi; equites Angeli cœlestes, ipsos regentes, & gubernantes. Ponitur autem numerus equorum, & equitum Dei primò; deinde numerus equorum, & equitum Diaboli

Mali conciuatores dicuntur equi Diaboli.

ne boni desperent visâ multitudine malorum, sed consolarentur auditâ saluatione iustorum, propter quod additur, *& audiui numerum eorum*, id est, signatorum suprà septimo cap. *Audiui*, id est, visionem intellexi, *numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia signati.*

VERSVS 17.

Sequitur, *Et ita vidi* ego in *visione equos.* Hîc ponitur visio equorum Diaboli, vel Antichristi, & Dei, ibi, *& numerus equestris*, propriè numerus equitum. Dicit ergo, *& ita vidi equos in visione*, sicut suprà equites, & secundum numerum equitum bonorum & malorum, vidi numerum equorum, supra bonorum & malorum. Nam tot sunt equi mali portantes equites, quot equites, & idem de bonis. Et ita in visione equitum, *vidi equos*, tam malos, quàm bonos: & nota quod dicitur quòd prædicatores mali sunt equi nigri, propter defectum à veritate vitæ, nam eorum vita simulata est per apparentiam; & hi infrænati seuitiâ ad minandum à veritate iustitiæ, nam eorum iustitia deprauata est per nequitiam: & hi sellati superbia, ad dejiciendum à veritate doctrinæ, nam eorum doctrina toxicata est per malitiá; & hi ferrati inuidiâ ad occidendum, sup. cap. sexto, *Ecce equus niger, & qui sedebat super eum, habebat stateram in manu sua.* Equi enim Dei, vt sunt prædicatores veri, sunt equi albi, propter conscientiæ puritatem, & hi sunt effrenati ad persequendum infideles, propter sapientiæ veritatem, & hi sellati ad supportandum debiles, propter eloquentiæ claritatem, & sunt ferrati ad sustinen-

Mali quales equi.

Boni prædicatores, quales equi.

dum passiones, suprà sexto, *Ecce equus albus, & qui sedebat super eum habebat arcum.*

Et qui sedebant super eos habebant loricas igneas, hyacinthinas, & sulphureas. Hîc postquam posuit numerum equitum Antichristi, ponit armaturas eorum, & primò agitur de armatura comitiua; secundò de expugnatiua, ibi, *Capita eorum erant tanquam capita leonum.*

Dicit ergo, *Et qui sedebant super eos*, Ita dixi quòd vidi in visione, *equos*, id est, prædicatores Antichristi, & *vidi* supra quòd qui *sedebant super eos*, id est, super prædicatores Antichristi, *habebant loricas igneas, hyacinthinas & sulphureas.* Hæ loricæ sunt duritia obstinationis, perplexitas persuasionis, quæ dicuntur igneæ, propter feruorem malignitatis, hyacinthinç, propter similitudinem sanctitatis, sulphureæ propter fœtorem infidelitatis. Vel prædicatores Antichristi dicuntur habere *loricas* obstinatione munitas, *igneas* deceptione ignitas, *hyacinthinas* sanctitate apparenti syderatas; *sulphureas*, iniquitate fœtidas.

Loricæ ignea obstinationē denotant.

Loricæ impiorum sulphurea hyacintina & ignea.

Habebant ergo *loricas*, ecce obstinata peruersitas; sed *igneas*, ecce accensa malignitas *hyacinthinas*: ecce doctrinæ infidelitas. Vel sedentes super equos Antichristi, id est, super eius prædicatores, sunt praui homines eorum falsam doctrinam sequentes, vt hæretici, & ij *habebant loricas*, id est, corda ferrea, dura, & in malis obstinata; sed *igneas*, quia igne inuidiæ succensa *hyacinthinas*, quia fumo idololatriæ nebulosa. *Hyacinthus* est lapis subniger, per quē designatur nubilatio peruersa, *Sulphureas*, quia fumo luxuriæ fœtidas, & inuidia. Ergo qui sedebant super prædicatores Antichri-

sti, vt pote praui homines eorum falsam doctrinam sequentes, *habebant loricas*, id est, corda dura, ferrea, in malis obstinata; *ignitas*, igne inuidiæ; *hyacinthinas* ratione apertæ doctrinæ, sed falsæ; *sulphureas*, ratione luxuriæ fœtidæ, & immundæ.

Sequitur, Et *capita equorum erant tanquam capita leonum.* Hîc agitur de armatura expugnatiua, & de potestate, & virtute equorum, id est, prædicatorum falsorum. Armatura quę est expugnatiua prędicatorum sunt doctores, & majores authores ipsos prædicatores ducentes, & munientes. Ita dixi, quòd prædicatores Antichristi erant equi nigri, portantes per mundum equitem Diabolum, & duces eorum, id est, erant *tanquam capita leonum*, in quo signantur crudelitas, superbia, & malitia aperta, quibus prædicatores Antichristi contra Ecclesiam armabuntur, Iob sexto, *Sagittam & scutum accipiens crudelem, & non miserebitur.* Vnde sciẽdum quod doctores, vel majores Antichristum sequentes, dicuntur leones, veloces ad inuadendum, feroces ad mordendum, atroces ad interimẽdum: vnde erit in eorum capitibus corona superbiæ, mitra inuidiæ, & iniquitatis; cornua iracundiæ: vnde *hic rugient & formidabunt filii maris*, Ezech. vndecimo: Ergo *capita equorum*, id est, prædicatorum Antichristi, qui sunt doctores & majores *tanquam capita leonum.*

Et dẽ ore ipsorum procedebat ignis, & fumus, & sulphur. Scripta potestate ipsorum persecutorum, hic ostenditur qualitas persecutionis; & primò persequutio aperta; secundò occulta, ibi, *Nam cauda eorum similes serpentibus habentibus capita, & in his nocent.* Et quia actionem passionis sequitur passionis tolerantia, ideo primo ostenditur actio persecutionis; secundo tolerantia passionis, ibi, *Et in his tribus plagis occisa est tertia pars hominum.*

Dicit ergo, *& de ore ipsorum*, &c. Ita dixi, quòd *capita* prædicatorum Antichristi, *erant tanquam capita leonum*, & hoc vidi, & plus vidi; *& de ore ipsorum*, id est, de doctrina prædicatorum falsorum, *procedebat ignis, fumus, & sulphur*, id est, eorum doctrina erit inflammatiua per ignem inuidiæ, excæcatiua per fumum superbiæ, infectiua per sulphur luxuriæ: vel *de ore ipsorum procedebat*, id est, procedet, *ignis* auaritię, iræ, vel inuidiæ, *fumus* superbiæ, vel idololatriæ, mentem faciens caligare, ne possit veritatem cognoscere, *sulphur* luxuriæ, vel inuidiæ.

Quam peruersa haereticorum doctrina.

Haereticorum, & ministrorum Antichristi summa immanitas.

Iob. 6.

Ezech. 11.

VERSVS 18.

Sequitur, *& ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum.* Hic ostenditur passio tolerantium; & primo fidelium; secundò infidelium, ibi, *Et cæteri hominum, qui non sunt occisi ab his plagis.* Dicit ergo, *& ab his tribus plagis*, &c. Ita dixi, quòd de ore prædicatorum, & aliorum sequentium Antichristum, *procedebat ignis, fumus & sulphur*, & ab his plagis, id est, à persecutoribus istis, *occisa est tertia pars hominum*, id est, homines reprobi. Prima pars hominum innocentes; secunda pœnitentes; tertia reprobi, & impœnitentes; & hæc tertia pars occisa est morte culpæ, & finaliter occidetur morte æternæ pœnæ: vel vna pars illi qui latebunt in speluncis tempore Antichristi, propter metum, secunda qui audaciter confitebuntur Christum; tertia illi qui apertè negabũt ipsum: & hæc tertia pars occisa est

Qualis est tertia pars hominum occisa.

morte culpæ, & pœnæ.

Ab his ergo plagis, ſcilicet de igne, fumo, & ſulphure, quæ procedebát de ore ipſorum, ſicut dictum eſt, tertia pars hominum, vt illi qui negabunt Chriſtum, occiſa eſt. In iſta clauſula oſtenditur conditio criminalis, *tertia pars hominum*; damnatio æternalis, ibi, *occiſa eſt*; punitio gehennalis, ibi, *de igne, fumo*, &c. Aſſociatio dæmonialis, ibi, *& quæ procedebant de ore ipſorum*: & benè dicit quòd de fumo, & ſulphure, quę procedebant de ore ipſorum prędicatorum Antichriſti, *tertia pars hominum occiſa eſt*. quia

A

B

VERSVS. 19.

Poteſtas equorum prædictorum nigrorum *erit in ore ipſorum*, id eſt, in mala doctrina, & comminatione aſpera, & dura: vnde *in ore eorum erit poteſtas eorum*, vniuerſa promittendo, tormenta comminando, mendacia proferédo, Pſal. *Os doloſi ſuper me apertum eſt*: & non ſolùm erit *poteſtas eorum in ore ipſorum*, verùm etiá *in caudis eorum*, id eſt, in occultis deceptionibus: & benè dicitur, quòd hęc poteſtas erit in caudis ipſorum, *nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus*: ſicut ſcorpiones ſupradicti blándiuntur facie, ſed caudâ pungunt, ſic prædicatores Antichriſti in principio oſtendent dulcedinem & bonitatem, ſed in fine caudâ percutient, & venenum infundent. *Caudæ* ergo *ipſorum*, id eſt, deceptiones prædicatorum Antichriſtum ſequentium, & præcedentium, *ſimiles erunt ſerpentibus* decipientibus per aſtutiam; inficientibus per nequitiam, interficientibus per malitiam: in cauda malitia, & iniquitas; in ſerpente aſtutia, & fraudulentia. *Serpentibus* dico, *habentibus capita*,

hæretici & impii plura pollicentur fraudulēter vt decipiant.

Pſal. 108.

suauitas hæreticorū ſerpentina.

C

D

& hi ſerpentes ſunt habétes capita, ſcilicet Principes, vel doctores, vel Philoſophos, vt Platoné, Pythagoram, & Ariſtotelem, quorum dictis ſuas ſententias roborabunt, *& in his nocent*, id eſt, ex ſentétiis iſtorum doctorum, vel Philoſophorum nocebunt. Vel *in his nocent*, ſcilicet in ore & caudis; in ore, id eſt, ex doctrina falſa, & toxicata; in caudis, id eſt, ex aſtutia fraudulēta & venenata Ergo *caudæ* iſtorum, id eſt, deceptiones *ſimiles ſerpentibus* inficientibus, capita habentibus plena Philoſophicis ſententiis, & rationibus falſis. *Et in his nocent*, id eſt, inficient, & interficient.

quomodo hæretici ore & caudis nocent.

VERSVS. 20.

Sequitur, *Et cæteri homines, qui non ſunt occiſi in his plagis*, vbi primò oſtēditur damnum illatum infidelibus, & tangit peccatum infidelitatis, & mortis ſecundæ, ibi, *Neque egerunt pœnitentiam ab operibus manuum ſuarum*. Dicit ergo, *& cæteri homines*. Ita dixi, quòd tertia pars hominum infidelium occiſa eſt à plagis ſupradictis, & hoc ego Ioannes vidi & non ſolùm hoc, verùm etiam & vidi quòd *cęteri homines* à prædictis, ſcilicet infideles, contra quos non faciet Diabolus conatus per Antichriſtum, quia per omnia obedient ei, vt Iudæi, & Gentiles. Tales inquam *qui non ſunt occiſi in his plagis* ſupradictis, quaſi erunt occiſi per peccatum infidelitatis, tales enim mortui ſunt. Non ſolùm tertia pars infideliū iam dictorum mortui ſunt tempore Antich. ſed præcipuè morientur propter augmentum culpæ, & maiorem obligationem gehennæ, *qui non ſunt occiſi à plagis* ſupradictis, id eſt, tribulationibus tempore Antichriſti, tanquam ei obedientes.

Infidelitas vera mors animæ.

obedientes.

Neque egerunt pœnitentiam ab operibus manuũ suarum, vt non adorarent dæmonia, & simulacra aurea, & argentea, ærea, & lignea, & lapidea, quæ videre non possunt, neque audire, neque ambulare. Hîc ostendit damnum illatum alijs prædicatoribus, quamuis infidelibus, qui iam erant mortui ante tempus Antichristi, contra quos etiam non erit conatus Diaboli, in persequutione Antichristi. Ita dixi, quòd infideles qui non sũt occisi in plagis, & persecutionibus Antichristi, quia conatus Diaboli non erit contra eos, quia tales erũt ei subditi, & obedientes, *mortui sunt* morte gehennæ: & non solùm hi mortui sunt, verum etiam illi qui non *egerunt pœnitentiam de operibus manuum suarum*, id est, de aliis peccatis, & malis operibus perpetratis, & præcipuè illi morientur, qui peccato idololatriæ peccauerunt, & pœnitentiam non fecerunt.

Vana vitia simulachrorum nomina denotata.

Vt non adorarent dæmonia, & simulacra aurea & argentea, lignea, & lapidea, & aurea; quasi diceret, quòd illi morientur, & mortui sunt, qui pœnitentiam non egerunt, de hoc quòd idola talia coluerunt, quæ *nec videre possunt, nec audire, neque ambulare*. Et dicuntur singula de singulis, quia illi morientur, qui adorauerunt *dæmonia*, quoad inuidos; *simulacra* quoad simulatos; *aurea*, quoad auaros; *argentea*, quoad superbos; *lapidea*, quoad duros, & pigros; *lignea*, quoad gulosos: vnde in his præcipuè tangit illos, quoad litteram, qui magis idola adorauerunt. *Et hi mortui sunt, quia pœnitentiam non egerunt*, Ecclesiast. secundo, *Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei.* Dicit autem quòd hæc simulacra non possunt videre, scilicet per intellectum, nec audire per affectum, Baruch vltimo, *quia dii eorum nec sensum, nec motum habent.*

Eccles. 2.

Baruch.

VERSVS 21.

Et non egerũt pœnitentiam ab homicidiis suis, neq; à veneficiis suis, neque à fornicatione sua, neque à furtis suis. Suprà tanguntur peccata, quibus iniuriatur homo Deo, hîc quibus iniuriatur proximo. Iniuriatur autem proximo tripliciter, scilicet in corde proprio; & in hoc primò scilicet facto, & ideo dicitur ab *homicidijs*; & verbo, & ideo dicitur *à veneficiis*, id est, contumeliis illatis: est enim lingua venefica causa iniuriarũ: secũdò proximo in corpore coniuncto, & ideo dicitur, à *fornicatione*: iniuriatur tertiò proximo in corporis sui fulcimento, & ideo dicitur *à furtis suis*. Ergo non solum mortui sunt prædicti peccantes contra DEVM, verùm etiam peccantes contra proximum; *& non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis*, quibus læserũt proximũ, in corpore proprio, & hoc facto: *neque à veneficiis*, id est, à contumeliis, quibus læserunt proximũ in seipso, & hoc verbo: *neque à fornicatione*, quâ læserunt proximum in corpore sibi coniuncto; *neque à furtis suis*, quibus læserunt proximum in sui corporis fulcimento: hi, inquam mortui sunt, quia de his pœnitentiam non egerunt.

Iniuria proximo tripliciter irrogatur.

SYNOPSIS CAPITIS DECIMI.

VIdetur à Ioanne Angelus fortis de cœlo descendens, nube amictus, capite Iridem gestans, cuius facies lucidissima instar Solis, & cuius pedes tamquam columnæ ignis. Qui posuit pedem suum dextrum super mare, alterum verò super terram: & clamauit voce magna ad modum rugientis leonis: quo clamante loquuntur septem tonitrua. Porrò Angelus iurat non amplius fore tempus, sed consummandum ad vocem septimi Angeli mysterium: præbétque Ioanni librum deuorandum, quem in ore dulcem & mellcum, in ventre verò amarum experitur.

CAPVT DECIMVM.

1. ET vidi alium Angelum fortem descendentem de cælo amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt Sol, & pedes eius tamquam columnæ ignis. 2. Et habebat in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram. 3. Et clamauit voce magna, quemadmodum cùm leo rugit. Et cùm clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas. 4. Et cùm locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram: & audiui vocem de cælo dicentem mihi: Signa quæ locuta sunt septem tonitrua: & noli ea scribere. 5. Et Angelus, quem vidi stantem super mare, & super terram, leuauit manum suam ad cælum: 6. Et iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, qui creauit cælum, & ea quæ in eo sunt; & terram, & ea quæ in ea sunt; & mare, & ea quæ in eo sunt; quia tempus non erit amplius. 7. Sed in diebus vocis septimi Angeli, cùm cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas. 8. Et audiui vocem de cælo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade, & accipe librum apertum de manu Angeli stantis super mare, & super terram. 9. Et abii ad Angelum, dicens ei vt daret mihi librum. Et dixit mihi: Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulcis tamquam mel. 10. Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tamquam mel dulce: & cùm deuorassem eum, amaricatus est venter meus. 11. Et dixit mihi: Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

VERSVS 1.

ET *vidi alium Angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube, & Iris in capite eius.* Suprà fuit posita tribulatio à parte Antichristi persequentis Ecclesiam, hîc ponitur cósolatio à parte Christi defendentis eam; vel suprà fuit ostensa acerbitas persequutionis, quæ erit sub Antichristo, hîc ostenditur consolatio fidelium, quæ erit tempore illo. Vnde in toto isto cap. & in parte alterius cap. agitur de consolatione fidelium tempore Antichristi. Et diuiditur hæc pars in quinque partes. Nam primò consolatur fideles ex Angelica visitatione; secundò ex malorum punitione, ibi, *Et posuit pedem dextrum super mare;* tertiò ex bonorum præseruatione, & glorificatione, ibi, *Et Angelum quem vidi stare super mare;* quartò, ex futurorum permansione, ibi, *Et vocem quam audiui de cœlo interloquentem mecum;* quintò & vltimò, ex verorum testium, scilicet Heliæ & Henoch prædicatione, infrà vndecimo cap. *Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille.*

Diuisio huius capitis.

Item in prima parte tanguntur tria consolatoria, Primum est adiutorum diuinæ potentiæ, ibi, *Et vidi alium Angelum fortem*; secundum fomentum suę clementiæ, ibi, *Et facies eius erat sicut Sol*; tertium manifestatio suæ sapientiæ, ibi, *Et habebat in manu sua libellum apertum.*

Dicit ergo, *Et vidi alium Angelum, &c.* Ita dixi suprà quòd tempore Antichristi, *Vidi quatuor Angelos*, id est, Dæmones vniuersos solutos, *Vt occiderent tertiam partem hominum.* Vidi etiam quòd sequentes Antichristũ, *Habebant super se regem Angelum abyssi*, id est, Diabolum inferni, & ita vidi tribulationem magnam futuram tempore Antichristi. Et non solùm vidi tribulationem futuram per prædictum Angelum malum, verùm etiam vidi consolationem futuram eodem tẽpore per Angelum bonum, quia *& vidi alium Angelum*, id est, Christũ, B qui est *magni consilii Angelus*, Isai. nono; qui dicitur Angelus, id est, missus, quia missus est ad consolandum contra Antichristi, & Diaboli astutiam vtiliter, ad consolandum dulciter contra Antichristi, & Diaboli molestiam; ad defendendum viriliter, contra Antichristi, & Diaboli malitiam: qui etiam dicitur Angelus, quia Angelo *abyssi* contrarius, quia est seruus, hîc Dominus, ille creatus, hic increatus, ille impellens ad malum, hic prouocans ad bonum, ille Angelus inferni, hîc Dominus Paradisi.

Cur Christus dicitur Angelus.

Ergo *vidi alium Angelum fortem*, vnde fuit fortis, fortior, fortissimus, contra Diabolum, Angelum malum; fortis in deserto, resistendo, fortior in mundo ad ejiciendũ, fortissimus in patibulo, vincendo. Vel fuit fortis ad erigendum prostratos, ad defendendum obsessos, ad eripiendum inclusos. D

Cur Christus Angelus fortis dicitur.

Vidi ergo *istum Angelum fortem descendentem de cœlo*, id est, de sinu Patris in vterum matris; de vtero virginis in campum huius certaminis, vt præberet præsidium miseris, Psalm. *Descendit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicilidia stillãtia super terram.* Vnde iste Angelus descendit? *Descendit de cœlo* in Incarnatione, non

Psal. 71.

Christus descendit de cœlo dicitur.

figuraliter in subjecta creatura, sed visibiliter in assumpta natura; non mutando locum, quia Deus vbique est, sed producendo nouum effectum, quia Deus factus est homo, & homo factus est Deus; & sicut hîc descendit in Incarnatione carnem assumendo, sic in vltima tribulatione descendet, fidelibus suis virtutem, & constantiam tribuendo.

Cur Christus dicitur amictus nube. Isai.

Ergo *vidi alium Angelum fortem descendentem de cœlo amictum nube*, id est, vestitum carne, Isai. *Solem nube tegam.* Istam nubem formauit in vtero; tertij Reg. decimo octauo, 3. Reg. 18. *Ecce nubecula parua ascendebat de mari*, id est, paruulus filius de Maria Virgine. Cum ista nube ascendit in cœlum, Psalm. *Ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.* Cum ista nube veniet ad iudidium, Luc. quinto, *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna.* Vidi ergo *istum Angelum amictum nube*, id est, in Incarnatione, in Ascensione, in extremi iudicij examinatione.

Psal. *Virgo nubecula.*

Luc. 5.

Ad quid iris.

Et Iris in capite eius. Iris est signum fœderis, per quod signatur quòd iste Angelus fœdus posuit inter Deum & hominem, inter Dominum & seruum, Gen. nono, *Arcum meum ponam in nubibus cœli; & erit signum fœderis mei inter me, & terram.* Ista Iris est veneranda ad contemplandum, ad imitandum, ad gratias agendum, Eccles. *Vide arcum ipsum* venerando, ipsum imitando, *& benedic illum qui fecit illum*, gratias agendo. Vnde *Iris erat in capite eius*, id est, fœdus in Christi diuinitate. Est enim diuinitas caput Christi. *Et facies eius sicut Sol:* Ecce consolatio suæ clementiæ, nam eius facies erat clemétissima pietate, venustissima puritate, lucidissima veritate, fulgore clarior, suprà primo cap. *Facies eius sicut Sol*, dulcore gratiosior, Hester 15. *Valdè mirabilis es Domine.* Adamante fortior Ezech. tertio, *vt adamantem dedi faciem tuam*; honore dignior, Genes. trigesimo tertio, *Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta, &c.* Propter quod Fulgentius. [Dei faciem si omnes carcere inferni inclusi viderent nullam pœnam, nullum dolorem, nullámque tristitiam sentirent.] Hæc facies erat sicut Sol, clarificans veritate, glorificans charitate, viuificans fœlicitate. De primo Eccles. quadragesimo tertio, *Sol illuminans per omnia resplendet*, De secundo Ecclesiast. quadragesimo tertio, *Sol tripliciter exurit montes*, De tertio Psalm. *Ortus est Sol, & congregati sunt.*

Hester 15. Ezech. 3. Genes. 33. *Christi facies mirabilis.* Eccl. 43. *Facies Christi sicut sol.* Psal.

Facies eius igitur, *sicut Sol, & pedes eius tamquam columna ignis. Et pedes eius*, id est, prædicatores Euangelici, qui dicuntur pedes Christi, ipsum per vniuersum mundum portantes, & viam salutis ostendentes; Isai. quadragesimo secundo, *Quàm pulchri sunt pedes annuntiantium pacem, annuntiantium bona.* Et hi pedes præcipuè fuerunt Apostoli nomen Domini portantes per omnes partes mundi, Act. nono, *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum.* Hi, inquam pedes erant tamquam columnæ ignis. Vnde nota quòd Apostoli, & alij prædicatores Euangelici possunt dici colúnæ claritate sapientiæ, argenteæ suauitate eloquentiæ, marmoreæ soliditate patientiæ, æreæ austeritate pœnitentiæ, igneæ feruore charitatis, & amicitiæ.

Isai. 42. *Prædicatores Euangelicus pes Christi.* Act. 9. *Prædicator Euangelicus columna ignis.*

Nota ista tria verba *pedes, ignis, columnæ* prædicatores signant. Vnde

Genes. 9. *Christus inter Deum & homines fœdus instituit.* Eccle. 43. *Cur iris in capite Christi.*

Cur prædicatores columna & ignis dicũtur.

Ambrof. [Quia prædicatores ad prædicationem mittuntur; ratione huius pedes dicuntur; quia verò ad amorem Dei , quibus prædicauerunt accendunt, ignis dicuntur; quia autem ſuper ædificium Eccleſiæ conſtituuntur, columnæ ea ratione vocantur.] Pſalm. *Ego confirmaui columnas eius.* Vel pedes dicũtur rectæ actiones, in quibus portatur Deus , & ſuſtentatur, qui inquam, pedes , ſcilicet actiones , debent eſſe columnæ , habentes rectitudinem figuræ per intentionem; altitudinem ſtaturæ per contemplationem ; pulchritudinem ſculpturæ per charitatis informationem. Debent enim actiones noſtræ eſſe conformatæ per charitatem: propter quod dicitur, quòd hi pedes erãt *tamquam columnæ ignis*, Luc. decimo tertio, *Ignem veni mittere*, &c. Ergo vidi quòd *pedes* huius *Angeli*, ſcilicet Chriſti, erant *tanquam columnæ ignis* , &c. Eccleſiam Dei ſuſtantes: & tales erunt tempore Anchriſti, *vt vidi* , & non ſolùm hoc, verum etiam & vidi quòd prædictus Angelus, ſcilicet Chriſtus ,

Pſalm. 74

Luc. 13.

VERSVS 2.

Habebat in manu ſua libellum apertum, id eſt, myſteria de Deo dicta in ſacra Scriptura fuerunt per iſtum Angelum, ſcilicet Chriſtum, opere completa, & manifeſtata, ſcilicet myſterium incarnationis, paſſionis, & reſurrectionis; & multa alia, quæ de ipſo erant dicta: hæc enim latebant in ſcripturis, quæ omnia ipſe opere manifeſtauit, &c. legem reſerauit, & librum ſignatum ſigillis ſeptem aperuit. Et hoc eſt habere in manu libellum apertum. Dicit autem *libellum*, & non *librum*, quia hæc ad humanitatem referuntur, quæ reſpectu diuinitatis libellus dicitur. Et nota quòd quidam habent librum in arca, vt illi qui in corde retinent , & ore non docent; in lingua , vt ille qui ore docuit, & opere non compleuit; in manu ſua, vt ille qui ore docuit, & opere compleuit: & ſic Chriſtus, qui ore docuit, & opere compleuit.

Cur Chriſtus habet in manu libellum apertum.

Et vidi alium Angelum, &c. In iſta clauſula tanguntur octo conditiones de Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui commẽdatur primò ab authoritate noſtræ redemptionis, cùm dicitur, *vidi alterum Angelũ*; ſecundò à virilitate executionis, cùm dicitur *fortem*; tertiò ex humilitate exinanitionis, cùm dicitur, *amictum nube*; à pietate reconciliationis, cùm dicitur; *Iris in capite eius*; à claritate contemplationis cùm dicitur, *facies eius ſicut Sol*; ab æquitate rectæ actionis, cùm dicitur, *pedes eius tanquam flamma ignis*; à veritate prædicationis, cùm dicitur, *Habebat in manu ſua libellum apertum.*

Abeccle plurogatiui commendatur Chriſtus Dominus.

Sequitur, *Et poſuit pedem dexterum ſuper mare, ſiniſtrum ſuper terram.* Hic tangitur conſolatio Eccleſiæ tempore Antichriſti ex denuntiatione, & prædicatione damnationis malorum. Et primò ponitur ipſorum prædicatorum diuerſitas, ſiue ſeparatio; ſecundò ipſa denuntiatio, ibi, *Et clamauit voce magna*: & hic primò denuntiatio iam dicta de teſtimonio Chriſti: ſecundò de teſtimonio membrorum, ibi, *& cùm clamaſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.*

Dicit ergo, *Et poſuit pedem ſuum.* Ita dixi quòd *vidi Angelum fortem deſcendentem de cælo, qui habebat libellum in manu ſua*, & multa alia, quæ erunt ad magnam conſolationem

tempore Antichristi; & non solum hoc vidi de isto Angelo, ideſt, Christo, qui consolabitur Ecclesiá Dei per se, sed etiam vidi quòd consolabitur per pedes suos, id est, prædicatores bonos, denuntiando dánationem malorũ: nam vidi quòd prædictus Angelus, id est, Christus, *posuit pedem suum dextrum*, scilicet prędicatores maximos, magis amatos, scilieet Petrum & Paulum, qui vbi maxima fuit crudelitas, scilicet Romæ, positi fuerunt: & ibi martyrium susceperunt: vnde per mare intelliguntur maximi peccatores, quia sunt fluidi per luxuriam, tumidi per superbiam, feruidi per malitiam, Ps. *Hoc mare magnum, & spatiosum manibus*, ideo *posuit*, id est, ponet tempore Antic. *pedem dextrũ*, maximè virtuosum, id est, prædicatores fortissimos, *super mare*, ideſt, super peccatores maximos, magis amaros, vt eis denuntient eorum futuram damnationem.

Quinam pedes dexteri Christi Domini.

Psal. 130.

Posuit etiam *sinistrum*, id est, inferiores prędicatores & debiliores *super terram*, id est, super minores peccatores, minùs amaros, id est, cupidos & terrenos. Vel *posuit pedem dextrum*, scilicet prædicatores majores, sicut dictum est, *super mare*, id est, super gentes, sine lege fluctuantes, Lucæ secundo, *Lumen ad reuelationem gentium*; *sinistrum* verò *super terram*, id est, super Iudæos, lege & Prophetis cultos, ad Romanos vndecimo, *Cæcitas ex parte contingit, donec plenitudo gentium intraret.* Vel per *mare* tribulatio maxima, per *terram*, tribulatio modica: vnde vbi fuit major tribulatio, ibi Christus *posuit pedem dextrum*, id est, prædicatores firmiores; & vbi minor, ibi *pedem sinistrum*, scilicet prædicatores debiliores, & hoc etiam faciet

Quinam pedes sinistri Christi Domini. Luc 2.

Rom. 11.

tempore Antichristi. Et hic ordo etiam modò in Ecclesia debet obseruari, vt majores minoribus prædicent: nam secundum facultatem audientium debet esse facultas prædicatorum. *Posuit* Christus *pedem suum super mare.* Nota quòd Christus mare calcauit, mare placauit, mare transiuit; mare calcat, quando tribulationem suppeditat; mare placat, quando tribulationé mitigat; mare transit, quando tribulatio cessat. *Posuit* ergo Christus *pedem suum dextrum super mare*, id est, prædicatores fortissimos super peccatores maximos, & amaros, *sinistrum super terram*, id est, prædicatores debiliores super peccatores minores, terrena sapientes.

Quid significat Christum mare calcare, mare placare, mare transire.

VERSVS 3.

Et *clamauit*, scilicet Angelus iste *voce magna*, quoad scilicet prędictos peccatores, *quemadmodum cùm leo rugit*, id est, terribiliter commi-nando, rugitus enim leonis bestias terret: sic & rugitus leonis de tribu Iuda terrebit peccatores bestialiter viuentes. Nam rugitum suum non valebit aliquis sustinere, Prouerb. secundo, *Sicut rugitus leonis, sic & terror regis.* Vnde *leo rugiet quis non timebit?* Certè omnes terrebit.

Vox Christi tamquam rugitus leonis aduersus peccatores.

Clamauit ergo *voce magna. Clamauit*, in templo prædicans, Ioan. septimo, *Iesus clamauit voce magna dicens, si quis sitit veniat ad me, & bibat*; in campo, vel in cœmeterio suscitans, Ioan. vndecimo, *Iesus clamauit voce magna, Lazare veni foras*; in patibulo orans, Matth. vigesima septimo, *Iesus clamauit voce magna dicens, Eli Eli, & cùm clamasset*, scilicet Iesus Christus, id est,

Ioan. 7.

Ioan. 11.

Mat. 27.

cùm contra peccatores terribiliter prædicasset, simili modo ad exemplum eius *loquuta sunt quatuor tonitrua voces suas*, id est, vniuersi prædicatores Euangelici prædicauerunt, denuntiando damnationem reproborum, & præcipuè Antichris. sequentium, secundum Christi documentum, & exemplum. Et nota quòd vniuersi prædicatores dicuntur septem tonitrua, propter septem comminationes septem pœnarum, quarum vna est carentia diuinæ visionis; alia carentia curiæ cœlestis; alia carentia societatis Angelicæ; alia carentia gloriæ corporis, & animæ; alia vermis intùs corrodens; alia ignis exteriùs affligens; alia horror omnes inuadens.

Concinnatoriatur septem tonitrua dicuntur.

Sed quare dicitur Christus clamare, & Christus loqui? Respondeo quòd eius est terrere, cuius est punire, & ideo Christi est clamarè comminando, aliorum prædicatorum loqui, cum modestia proponendo. Cùm igitur Christus clamasset contra peccatores duros, *loquuta sunt* similimodo, *septem tonitrua voces suas*, id est, cuncti prædicatores septem pœnas prædicantes, & eis similiter comminantes.

VERSVS 4.

Et cùm clamasset, loquuta sunt septem tonitrua, id est, cùm tales minas intellexissent, & contra Antichristũ, & ipsum sequentes terribiliter sic prædicassent, *Ego scripturus eram*, id est, hæc supradicta eram paratus scribere, & aliis manifestare, vt Antichristum fugiant, & minas peccatorum euadant. In quo notatur summa Ioannis obedientia, nam quod vidit scribere non tardauit, vnde & mandatum Christi statim adimpleuit dicentis, *quod vides Ioannes scribe*, id est, in mente reconde, & post alios doce, & opere comple: vnde sic debet bonus scriptor scribere: primò, corde retinendo memoriter; secundo, ore proferendo veraciter; tertiò, opere complendo vtiliter.

Ioannes pro insta obedientia.

Ergo *quod vidi paratus eram scribere & cum ego paratus essem scribere, audiui quandam vocem de cælo dicentem, signa quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. Audiui vocem de cælo dicentem*, id est, intellexi per inspirationem missam à Deo, quid est? *signa*, id est, sub sigillo memoriæ tuæ reconde *quæ locuta sunt septem tonitrua* supradicta; quasi diceret: Noli ea aliis multum clarè manifestare, ne vilescant, id est, ne fructum studij amittant: *& noli ea scribere*, scilicet lacte indigentibus, sed & non solido cibo; quia tales non sunt terrendi per comminationes, sed potiùs nutriendi per dulces exhortationes: vnde in hoc habemus quòd infirmis, & in fide debilibus magis sunt prædicanda gaudia, vt alliciantur, quàm supplicia, vt terreantur.

Audiui vocem de cælo dicentem, signa, id est, claude, *quæ loquuta sunt septem tonitrua*. Glossa; Sigilla vt amicis pateant, & inimicis lateant, *Et noli ea scribere*, Glossa; [noli ea infidelibus manifestare, quia sicut ait Apost. secundæ ad Timo. quarto, *Sanam doctrinam non accipient, sed coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus, & à veritate auditum auertent*, maximè tempore Antichristi; *& ad fabulas conuertentur*. *Noli ea scribere*, quia in vanum laborares.

2 ad Timoth. 4.

VERSVS 5.

Et Angelus, quem vidi ſtantem ſuper mare, & ſuper terram, leuauit manũ ſuã ad cælum, & iurauit per viuentem in ſæcula ſæculorum. Hîc conſolatur Eccleſiam, ſiue fideles, ex bonorum præmiatione, & glorificatione, vt magis valeant Antichriſto reſiſtere, & in fide conſtantes eſſe. Et diuiditur in tres partes, nam primò bonis præmium vitæ ſub atteſtatione iuramenti promittitur; ſecundò dicitur quando tempus præmiandi complebitur, ibi, *Sed in diebus vocis ſeptimi, Angeli, cùm cœperit tubâ canere, conſummabitur myſterium Dei*; tertiò promiſſionem eſſe ſolutam concluditur, ibi, *Sicut Euangelizauit per ſuos Prophetas.*

Eccleſiam cum maioribus premitur angustiis Chriſtus D. viriliter protegit.

Dicit ergo, *Et Angelus quem vidi, &c.* Ita dixi quòd Angelus, ſcilicet Chriſtus; *poſuit vnum pedem ſuper mare, & alium ſuper terrã*, id eſt, tã terruit peccatores majores, qui intelliguntur per mare, quàm peccatores minores, qui intelliguntur per terram, ſicut expoſitum eſt, & ſic cõſolatus eſt Eccleſiam: ſed terruit infideles per comminationem dãnationis malorum; & præcipuè Antichriſti, & ipſum ſequentium. Et nõ ſolùm hoc vidi, verùm etiam vidi quòd conſolatus eſt eam per promiſſionem præmiationis bonorum, quia & *Angelus*, qui eſt Chriſtus, *quem vidi ſtantem ſuper mare*, id eſt ſuper majores peccatores, crudeles & amaros, *& ſuper terrã*, id eſt, ſuper minores terrenos, terrena ſapientes, ipſos comminando, *leuauit manum ſuam*, id eſt, auxilium ſuum, *ad cælum*, id eſt, ad Eccleſiam, ipſam ſcilicet defendendo, ſuſtinendo, & erigendo, ad ſimilitudinem incipientis cadere, cui aliquis extendit manum ſuam, vt ſubleuet ne cadat. In tempore enim Antichriſti Eccleſia videbitur cadere, ſed non cadet, quia *Angelus* ille *magni conſilij* apponet conſilium, ideſt, potentiam, & defendet à morſibus luporum, ipſum Antichriſtum interficiendo ſpiritu oris ſui. *Leuabis* Chriſtus *manum ſuam*, hæc eſt manus ſuperans ſuperbos, Deut. vigeſimo ſecundo, *Ego occidam, & ego viuere faciam*; æquitas iudicans vniuerſos, Deuteron. trigeſimo ſecundo, *Si arripuero vt fulgur gladium meũ, & arripuerit iudicium manus mea*: pietas adiuuans oppreſſos, *manus tua erexit me*; Largitas præmians electos, Sapient. decimo, *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.*

Qualis eſt manus Chriſti D.

Deut. 22.

Deut. 32.

Sap. 10.

Leuauit ergo Chriſtus *manum iſtã ad cælum*, id eſt, ad Eccleſiam conſolandam, defendendam, liberandam. Dicitur autem Eccleſia cœlum, altum ſtatura ſublimitate perfectionis; rotundum figura, perennitate durationis. Vel *leuauit* Chriſtus *manum ſuam ad cælum* id eſt, ad bonos & fideles, qui dicuntur cœ conuexi ſphæracitate, propter obedientiam executionis; concauica pacitate, propter continentiam perfectionis; ſolidi perpetuitate, propter tolerantiam perſecutionis.

Qualis Eccleſia.

Quid eſt quod Chriſtus leuauit manum ſuam in cælum iuſti quales cæli.

Leuauit Chriſtus *manum ſuam* ſuper iſtos cœlos, conſolando in voragine maris abſorbentis, defendendo in certamine hoſtis impetentis; roborando in examine pœnam inferentis: vnde *Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Et Prouerb. decimo tertio, *Dominus ſapientiâ fundauit terrã, ſtabiliuit cœlos prudentiâ.* Vel Chriſtus *leuauit manum ſuam ad cœlum*, Haymo: Manum ſuam ad cœlum leuauit, quando Dei filius carnem, quam

Prou. 13.

quam pro nobis assumpsit, ad Patris dextram exaltauit. Deut. trigesimo secundo, *Leuabo ad cælum manum meam, & dicam, viuo ego in æternum.*

Deut. 32.

Leuauit ergo Christus *manum suam ad cælum*, id est, ad fideles, vel ad Ecclesiam, sicut dictum est. Et *iurauit*, id est, infallibiliter, & immobiliter promisit, & veraciter confirmauit; *per viuentem in sæcula sæculorum*, per Patrem, vel per se Deũ, qui viuit sine principio, & sine fine, qui inquam Pater ipsemet, in quã- B tum Deus, *creauit cælum*, ad litteram, *& ea quæ in illo sunt*, id est, Angelos, qui sunt in cœlo Empyreo, vel stellas, quæ sunt in cœlo sydereo; volucres, quæ sũt in cœlo aëreo: *qui* etiam *creauit terram*, etiam ad litteram, *& ea quæ in ea sunt*, scilicet animalia grestibilia, tam mitia, quàm immitia; *& mare*, etiam ad litteram, *& quę in eo sunt*, id est, pisces. *Iurauit* inquam, *per illum, qui creauit, quòd* C *tempus amplius non erit: tempus* scilicet persequutionis, & tribulationis, & desolationis; quasi diceret, vos alij, qui nunc estis in tribulatione, & maximè vos, qui eritis tempore Antichristi, estote ad tempus patientes, & libenter pro me passiones sustinentes, quia iuro vobis per viuentem in sæcula sæculorum, & fideliter, & veraciter, vobis per Patrem meum viuentem in sæcula sæculorum, qui verax est in promissis, & per me ipsum, qui sum via, veritas, & vita, quòd finitâ hac persequutione Antichristi momentanea, non erit amplius persequutio illa.

Sed quæritur, cùm dicitur Matthæi quinto, *Nolite iurare*, quid est quod hîc Deus iurat? Respõdet Haymo, Omnes homines iurare prohibentur, quia sæpiùs iuramento falluntur, non enim à iuramento Deus prohibuisset, si in eo peccatum deesse cognouisset: Deus autem iurare potest, quia quicquid loquitur, absque ambiguitate vlla completur. Estote igitur modicum tempus patientes: quia Christus vobis iurauit, & firmiter promisit, quòd finitâ persequutione hac, scilicet Antichristi momentaneâ, non erit amodò tempus persequutionis.

Mat. 5.

Sed in diebus septimi Angeli, id est, septimi ordinis prædicatorum, post tempus Antichristi, & post eius mortem, *cùm coeperit tubâ canere*, id est, fortiter prædicare ille prædicatorum cœtus, vt Helias & Enoch, *Consummabitur mysterium Dei*, id est, secretum promissum de retributione, & damnatione malorum. Et dicitur secretum, *quia oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit* Dominus *diligentibus se*, propter quod dicit iste versus:

Quale mysterium cõsummetur in diebus septimi Angeli.

Lætitiam post tristitiam contingit habere,
Qui cœli pãtriam non stultitiam cupiere.
Dulcis amabilis vrbs, venerabilis est paradisus,
Almus & vtilis innarrabilis est ibi risus.

In diebus igitur *septimi Angeli, cùm cœperit tubâ canere, consummabitur mysterium Dei*, de damnatione malorum, & retributione bonorum. Vel iste septimus Angelus est Christus, donis septiformis gratiæ plenus, qui cùm cœperit illa nouissimâ tubâ canere, venient mortui ad iudicium, *& consummabitur mysterium Dei*, id est, quæ scripta sunt de Filio Dei, *Sicut Euangelizauit per suos Prophetas*, quasi dicat, prædicta certitudinaliter euenient, *Sicut Euan-*

D

gelizauit & annuntiauit per suos Prophetas, in nouissimo tempore esse consummandum.

VERSVS. 8.

Et audiui vocem de cælo, iterum loquentem mecum, & dicentem, &c. Hîc consolatur Ecclesiá in prę miatione futurorum, vt mala præuisa minùs lædant. Vnde scilicet exhortatur Ioan. tenentem typum præteritorũ, iterùm futura prædicare ad consolationem Ecclesię: quasi si dicatur apertè, ecce reuelabo tibi omnia pleniùs, quàm fecerim, *Vade, & noli tardare.* Vnde hæc pars diuiditur in duas partes, primò enim prædicare præcipitur; secundò præceptum exequitur, ibi, *Et abii ad Angelum dicens, vt daret mihi librum.* Vel primò prædicatori præcipitur, vt aliquid addiscat; secũdò de modo prædicandi instituitur, ibi, *Et datus est mihi calamus*, vt in principio sequentis capituli. Item primò prędicatori præcipitur, vt addiscat; secundò instituitur, ibi, *Et dixit mihi, accipe librum; & deuora eum.* Item primò addiscere præcipitur; secundò præceptum exequitur, ibi, *Et abij ad Angelum dicens, &c.*

Christus librum scripturarum clausum nascẽdo, & moriendo aperuit.

Dicit ergo, *Et vocem quam audiui iterum loquentem mecum.* Ita dixi suprà, quòd *vidi alium Angelum, qui habebat in manu sua librum apertum.* Dixi etiã, quòd *audiui vocem de cælo dicentem mihi, Signa quæ loquuta sunt septem tonitrua*: & non solùm audiui id de cœlo dicentem, verùm etiam *& audiui iterum vocem de cælo. Audiui*, id est, per diuinam inspirationem cognoui, *vocem de cælo loquentem mecum*, id est, mandatum mihi de cœlo esse factum. *Vocem* dico *dicentem*, id est, prædicantem in voce omnium prędicatorum, quid est. *Vade*, scilicet A passibus mentis, *& accipe librum*, id est, addisce & in mente tene doctrinam sacrę Scripturę, quem inquam librum in veteri Testamento clausum & sigillatum Christus nascendo, moriendo, & resurgendo aperuit. *Accipe* inquam *de manu Angeli*, id est, Christi, qui ipsum aperuit, & septem signacula eius soluit. Suprà nono, dixit Angelum *stantem super mare, & supra terram*, & suprà majores, & minores peccatores, ipsos B terribiliter comminando, sicut suprà expositum fuit: quasi dicat accipe scientiam à me, quia sine me nullus potest te docere. Haymo, [NON mirum si Christus tãquam de se loquitur, cùm Sancti de se tamquam de alio loquantur, Ioan. vltimo, *Hic est discipulus qui testimonium perhibuit de his, & scripsit hæc, &c.* Vade igitur, ne pigriteris tu clerice, tu religiose, tu curam animarum habés, qui debes alios instruere, C *& accipe librum apertum de manu Angeli*, id est, sacram Scripturam addisce, quę est aperta, & mundo manifesta, virtute Christi. Ante enim aduentum Domini Scriptura sacra clausa erat, & mundo velata, per Christum certè fuit aperta, & mundo reuelata. Ipse enim reuelat profunda, & nouit in tenebris constituta, & lux in eo est, Danielis secundo. Sed quid est? certè multi sũt adhuc quibus signatus est liber iste, nam multi sunt hodie indiscreti, & ignorantes, qui errores seminant, indiscretè soluunt, & ligant, & sic cæci cæcis ducatum prę stant, & propter hæc in infernũ prę cipitant subditos, & seipsos. Vnde de his dicitur, *Viam sapientię nescierunt, & quia non habuerunt prudentiam, perierunt propter suam insipientiam*, Baruch tertio. *Vade*, ergo *vade ac-* Baruch 3.

A Christo vera scientia.

Arguuntur Prelati in sacris scripturis non eruditi.

cipe librum de manu Angeli, ne meritò de negligentia valeas reprehendi.

VERSVS. 9.

Et *abii ad Angelum dicens, vt daret mihi librum.* Ecce executio præcepti, *abij*, scilicet recedendo, & accedendo, *abij* à mundo recedendo, ad mundum accedendo. Vel *abij* relinquendo mundanam sapientiá, & scientiam, & accedendo ad sacrá Scripturam. *Abij* igitur *ad Angelum* prædictũ, qui tenet librum apertũ, *dicens, vt daret mihi librum*, id est, vt aperiret mihi sacræ Scripturæ sensum, quia ipse est *qui claudit, & nemo aperit, aperit & nemo claudit.*

Quomodo accedẽdum ad Christũ Deũ vt nobis dignetur aperire sensum sacræ Scripturæ. Cant. 1

Debemus ergo abire ad istum Angelum, scilicet Christum, per incendium compassionis, per exercitium actionis, per documentum eruditionis, Cantic. primo, *si ignoras te ô pulcherima mulierũ, egredere, & abi.* Egredere de mundo, & vade ad Deum, egredere de insipida scientia, & vade ad sapidam scientiam, id est ad sacram Scripturam, quæ propriè sapientia, quasi sapida scientia nuncupatur.

Et abij, sicut dictum est, *ad Angelum, vt daret mihi istum librum, & dixit mihi, accipe librum, & deuora illum.* Contra illos, qui libros suos nulli volunt accómodare, sed potiùs in pulpito abscondere, & nullum bonum facere, & quod peius, ipsi nolunt studere, nec etiam auderent aperire, nec prodere. Quid facit liber in pulpito? nonne melius esset vt commodares fratri tuo? certè melius.

Dixit ergo *mihi Angelus magnus, accipe librum*, & intellige quid dicere debes, & prædicare, quia ego paratus sum te docere, dum tamen velis accipere, Matth. quinto, *Dum steteritis ante reges, & præsides, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini.* Mat. 5.

Accipe igitur *librum*, & *deuora illum*, id est, in ventre memoriæ reconde, sicut cibus deuoratur, cùm in vẽtre reconditur. Vnde nota tria verba hic posita, *vade, accipe, deuora.* *Vade* ad Deum postulando humiliter; *accipe*, intelligendo veraciter, *deuora* memoriæ imprimẽdo firmiter. Vnde Ambr. [Librum deuorare est sacræ Scripturæ intelligentiam secretis visceribus recondere.]

Quid est librum sacræ Scripturæ deuorare.

Eccles. 24.

Accipe igitur *librum, & deuora eum*, quia hic liber est, in quo legitur cultus iustitiæ, in quo colligitur gustus sapientiæ, in quo ligatur fluxus insolentiæ, in quo legatur fructus gloriæ, Eccles. vigesimo quarto, *Hic liber vitæ, & Testamentum Altissimi.* Eccles. 24

Vel *accipe librum*, id est, Corpus Christi verum, *& deuora illum*, id est; digne & sanctè in corpore tuo recondè. Hic liber habet in se summè pretiosam Scripturam, summè gratiosam clausuram, summè speciosam sculpturam. Est pretiosa Scriptura Diuinitas incarnata; est gratiosa clausura, Virginitas illibata; est speciosa sculptura, bonitas communicata, Psal. de primo, *In libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur*; De secundo suprà, *Vidi librum signatum sigillis septem*; De tertio in proposito, *Vade accipe librũ & deuora illum. Accipe* igitur librum, id est, doctrinam Dei, *& deuora illum*, id est, in mente reconde, & opere comple. Et si supple feceris, *faciet amaricari ventrem tuum*, & sensualitatem, quæ est receptaculum prauorum desideriorum, sicut venter sordium. Vnde incorporata doctrina Dei, per firmam impressionem

Corpus Christi est Eucharistia.

Psal. 38.

memorię, ſenſualitas amara, & dolens redditur; quia difficultas implendi mandata Scripturam amarã reddit. Sed certè quod eſt amarum ſenſualitati, dulce eſt rationi, quæ ori comparatur, quia per ipſam nutrimentum in animam mittitur, & propter hoc ſubditur:

Scriptura cur aliquibus amara.

Sed in ore tuo erit dulcis ſicut mel. Pſal. *Quàm dulcia faucibus meis ſuper mel ori meo* Amb. [Liber amarus dicitur, cùm arctam viam, quæ ducit ad vitam, prædicat; dulcis, cùm gaudia vitæ cœleſtis promittit, & repręſentat.] Vel hoc dicitur propter reliquos prædicatores, quibus dulce eſt, ore ferre doctrinam Dei, & prædicare; ſed amarum ſecundum illam facere, nam dicunt, & non faciunt: propter quod dicitur Matth. vigeſimo tertio, *Quæ dicunt vobis facite, quæ autem faciunt nolite facere.*

Pſal. 118.

Matth. 23

Accipe igitur *librum, & deuora illum*, quia licèt ſenſualitati ſit amarus, eſt tamen rationi, ſicut mel, dulcis, & ſapidus.

Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum. Ecce prompta obedientia, vnde *accepi illum de manu Angeli*, id eſt, ſubſequutus ſum præceptum Chriſti, qui eſt Angelus magni conſilij, & hoc doctrinam eius retinendo corde memoriter; proferendo ore veraciter; complendo opere vtiliter: hoc eſt enim librum accipere, & deuorare, cùm corde retinetur memoriter, ore profertur veraciter, opere completur vtiliter.

VERSVS 10.

Accipe igitur *librum, & deuora illum, & cùm deuoraſſem eum*, id eſt, cùm opere compleſſem quæ mandauit mihi Angelus in illo libro, *Amaricatus eſt venter meus*, id eſt, ſenſualitas mea, quæ refugit aſpera, & dura, quæ præcipit ſacra Scriptura. Et tamen in *ore meo*, id eſt, in ratione mea, *erat dulcis tanquam mel*, quia ad dulcedinem vitæ æternæ perducit. Vnde ſacra Scriptura eſt dulcis, & amara; amara ſenſualitati, & peccatoribus; ſed dulcis rationi, & hominibus cœleſtibus. Vel non eſt de textu ſecũdum aliquos, iſtud, *in ore erat dulcis tanquam mel*, ne ſe videatur iactare.

VERSVS 11.

Et dixit mihi, oportet te prophetare populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis. Hîc ſpecialiter iſte Angelus conſolatur Ioannem de prædicationis reſtitutione, & exilij relegatione. Ita dixi, quòd *accepi librũ de manu Angeli*, id eſt, doctrinam virtute Chriſti, *Et cùm accepiſſem dixit mihi, Oportet te iterũ prophetare, & prædicare populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis*: quaſi dicat, non morieris in Patmos inſula, ſed ſcribes Euangelium, quo prophetabis prædictis, ſcilicet Regibus, & alijs. Sed non videtur verum, quòd Regibus ex tunc prædicauit, quia poſt reditum ſuum de exilio, alijs non prædicauit. Reſponſio. Scripto prædicauit multis Regibus; & verbo gentibus, & populis, & linguis. Vel poteſt eſſe verbum Chriſti ad cœtum illorum prædicatorum, qui non audebunt tempore Antichriſti, ſed ipſo mortuo aſſument vires, & fortiter prædicabunt. Poteſt igitur dicere iſte cœtus prædicatorum: Dixit mihi Dominus, oportet iterùm, ſcilicet Antichriſto mortuo, prophetare, &c. ſicut dictum eſt.

Quomodo Ioannes Regibus prædicant euangelium.

SYNOPSIS CAPITIS VNDECIMI.

TEmplum metitur Ioannes, et non atrium, quod audit dandum esse Antichristo per menses quadraginta duos, auditque contra eum predicaturos duos testes Enochum, & Eliam, & in eum plagas immissuros, qui nihilominus ab eo tandem interficientur in Ierusalem, ac post tres dies, et dimidium resurgent publicè, ac in cœlum euocati ascendent. Tuncque fiet terræ motus, quo tertia pars Ierusalem corruet, et septem millia virorum occidentur. Canet septimus Angelus tuba, et mox fiet omnium consummatio, incipiétque regnum glorioſum. Quocirca viginti quatuor seniores gratias Deo agunt, eúmque laudibus celebrant, quòd iam dies iudicij, et resurrectio, ac impiorum supplicia, et sanctorum præmia adueniant. Denique aperitur cœlum, et apparet arca Testamenti, fiúntque fulgura, terræ motus, et maxima grando.

CAPVT VNDECIMVM.

1. ET datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi: surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. 2. Atrium autem, quod est foris templum, eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est Gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. 3. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. 4. Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes. 5. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: & si quis voluerit eos lædere sic; oportet eum occidi. 6. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga, quotiescumque voluerint. 7. Et cùm finierint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abyssо, faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos 8. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est. 9. Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & gentibus, corpora eorum per tres dies:

& dimidium: & corpora eorum non ſinent poni in monumentis. *10.* Et inhabitantes terram gaudebunt ſuper illos, & iucundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniam hi duo Prophetæ cruciauerunt eos, qui habitabant ſuper terram. *11.* Et poſt dies tres & dimidium, ſpiritus vitæ à Deo intrauit in eos. Et ſteterunt ſuper pedes ſuos, & timor magnus cecidit ſuper eos, qui viderunt eos. *12.* Et audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem eis: Aſcendite huc. Et aſcenderunt in cælum, in nube: & viderunt illos inimici eorum. *13.* Et in illa hora factus eſt terræ motus magnus, et decima pars ciuitatis cecidit: et occiſa ſunt in terræ motu nomina hominum ſeptem millia: & reliqui in timorem ſunt miſſi, & dederunt gloriam Deo cæli. *14.* Væ ſecundum abiit: & ecce væ tertium veniet citò. *15.* Et ſeptimus Angelus tubâ cecinit; & factæ ſunt voces magnæ in cœlo dicentes: Factum eſt regnum huius mundi, Domini noſtri, & Chriſti eius, & regnabit in ſæcula ſæculorum, Amen. *16.* Et viginti quatuor ſeniores, qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes. *17.* Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepiſti virtutem tuam magnam & regnaſti. *18.* Et iratæ ſunt Gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem ſeruis tuis Prophetis, & ſanctis, & timentibus nomen tuum puſillis & magnis, & exterminandi eos qui corruperunt terram. *19.* Et apertum eſt templum Dei in cælo: & viſa eſt arca Teſtamenti eius in templo eius, & facta ſunt fulgura, & voces, & terræ motus, & grando magna.

VERSVS 1.

ET *datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ.* Suprà fuit conſolatus fideles tempore Antichriſti ex Angelica viſitatione, ex malorum punitione, ex bonorum glorificatione, ex futurorum præmonitione; hîc conſolatur eos ex informatione modi prædicandi, & diuiditur in duas partes. Nam primò conſolatur fideles, ex modi prædicandi eruditione, ſecundò ex virorum teſtium, ſcilicet Eliæ & Enoch prædicatione, ibi, *Et dabo duobus teſtibus meis*; & quia quantùm ad prædicationem ſunt tria neceſſaria prædicatori, ſcientiæ collatio, officij executio, proponendi diſcretio, ideo primò promittitur ſcientiæ collatio, ibi, *datus eſt mihi calamus*; ſecundò imperatur officii executio, ibi, *Surge & metire templum*; tertiò, exhortatur proponendi diſcretio, ibi, *Atrium autem quod eſt foris templum eijce foras.*

Dicit ergo, *Et datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ.* Ita dixit mihi An-

gelus mihi apparuit, scilicet Christus, *Oportet te prophetare*, id est, prædicare *populis, ac gentibus, & linguis, & regibus*; & quia non possum prædicare sine collatione scientiæ à Deo mihi infusæ, *ideo datus* est mihi, scilicet ab isto Angelo, & à Spiritu Sancto, *calamus*, id est, notitia sacrę Scripturæ: quæ inquam sacra Scriptura meritò calamo comparatur, quia sicut calamo scribitur, ita sacrâ Scripturâ fides in mente imprimitur, ad Romanos quarto, *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei*. Item sacra Scriptura calamo comparatur, quia sicut calamo in pergameno littera imprimitur, sic sacræ Scripturæ scientia in animo generatur. Etenim hic calamus scribentis velociter, per veritatis apertionem, Psalm. *Lingua mea calamus scribæ*; imprimentis fortiter, per doctrinæ collationem, vt in proposito; intingentis vtiliter, per gratiæ infusionem, Ierem. *Offeretis mihi calamum suaueolentem de terra longinqua*. Nota etiã quòd calamus aliquando dicitur vox prædicatoris, Psalm. *Lingua mea calamus scribæ*; lex moderationis, in proposito, *Datus est mihi calamus similis virgæ*; pax conuersationis, Ezech. vigesimo quarto, *Statura, & calamus in negotiatione sua*; Ordo ædificationis, Ieremias, *Offeretis mihi calamum suaue olentem*. Datus est mihi calamus, id est, notitia sacræ Scripturæ, quæ inquam doctrina sacra, similis est virgæ; & certè rectam continet disciplinam, propter officium regendi, docet enim sacra Scriptura regere, Psalm. *Virga directionis virga regni tui*. Hæc virga dicitur doctrina sacra, vel propter officium flagellationis, docet enim flagellare ad informationem virtutum, Eccles. tertio, *Qui diligit filium, assiduat illi flagellum*: vnde hæc virga dicitur doctrina sacra, virga comminationis, quoad malos, Psalm. *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos*; correctionis quoad subditos lasciuos, Prouerb. vigesimo secundo, *Stultitia alligata est collo pueri, & virga disciplinæ effugabit eam*; consolationis quoad bonos, & electos, Esther quarto, *Extendit contra eam virgam auream, quam tenebat in manu*.

Cur sacra Scriptura calamo comparatur.

Rom. 4.

Psal. 44.

Ierem. 6.

Psal. 44. *Calamus multipliciter sumitur.*

Ezech. 24

Ietem. 6.

Psal. 44. *Sacra Scriptura cur similis calamo virgæ.*

Et nota quòd dicitur virga Mosaïca, insignis, potentissima, Exod. quarto, *Virgam hãc sume in manu tua, in qua facturus es signa*, virga Leuitica, id est, fœcundissima, Num. septimo, *Inuenit germinasse virgam Aaron, & gemmæ erumpebant in flores*; virga Dauidica in partu integerrima, Isai. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*; Angelica in exemplis clarissima, Iudicum sexto, *Extendit Angelus Domini summitatem virgæ*. Et hæc quarta pulchritudo in figura beatam Virginem signat.

Exod. 4.

Num. 7.

virga multiplex.

Isai. 11.

Iudic. 6.

Dicitur etiam alio modo beata Virgo, virga, cuius adoratur summitas. Ad Hebr. vndecimo, *Adorauit fastigium virgæ eius*; ex qua liberatur captiuitas, Exod. decimo quarto, *Eleua virgam tuam*, &c. per quam inflammatur charitas, Iudicum sexto, *Extendit Angelus Domini summitatem virgæ, & tetigit carnes, & azymos panes*; in qua confortatur infirmitas, Psalm. *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Datus est mihi calamus similis virgæ*, notitia sacræ Scripturæ, ratione comminationis, ratione correctionis, ratione consolationis, sicut dictum est.

Beatissima Virgo cur virga.

ad Hebr. 11

Exod. 14.

Iudic. 6.

Psal. 22.

Et dictum est mihi, surge, & metire

templum, & altare, & adorantes in eo. Hic imperatur officij prædicationis executio; & quia prædicator primò debet se ad Deum erigere, quàm aliis prædicare, ideò primò præmittitur hîc, *surge*, & pòst sequitur, *metire*. Ita dixi quòd data est mihi notitia sacræ Scripturæ, & cùm huiusmodi notitiam daret mihi, *dictum est mihi*, id est, à Deo præceptum, *surge*, scilicet à vilitate carnis impellentis; à vanitate mundi decipientis; à malignitate peccati corrumpentis: ab his enim debet surgere prædicator, vt eius prædicatio fructificet, nam secúdum Gregorium; [Vana est doctrina, quam maculat vita impudica.]

Surge ergo à lecto pigritiæ, *& metire templum.* Metiri templum est in Ecclesia docere, & prædicare, vel templum circuire. *Surge* ergo, *& metire templum*, scilicet Ecclesiam frequentando, conscientiam purgando. *Templum* igitur Ecclesiæ *metire*, per sacram oblationem, per deuotam orationem, per iugem prædicatiõnem: vnde Ecclesia est templum sacræ oblationis, Ioann. quarto, *Iam die festo mediante, ascendit IESVS in templum, & ibi docebat*; Deuotæ orationis, Act. tertio, *Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam*; Fructuósæ prædicationis, Malach. tertio, *Statim veniet ad templum suum.* Etiam cõscientiæ *templum metire* purgando. Vnde istud templum est purgandũ scopa contritionis, scopa confessionis, scopa satisfactionis. Scopa contritionis est auferẽs culpam; scopa cõfessionis est soluens ligata; scopa satisfactionis est tollens reatum. De his Ecclesiasti. quadragesimo quarto, *Ostende Domine Israël templum, vt confundantur ab iniquitatibus suis. Surge* igitur, *& metire templum*, scilicet Ecclesiæ, prædicando; conscientiæ, purgando: *& metire altare*, id est, Christum, super quod offeruntur omnes orationes Sanctorũ, sicut suprà est expositum: quasi diceret, prædica illa quæ prædicabis, ad honoré Christi, non ad laudem tuam, vel ad gloriam mundi. Vel *metire altare*, id est, fidem, ad Rom. decimo tertio, *Vnicuique sicut diuisit DEVS mensuram fidei*: Vel *metire templum, & altare*, id est, maiores & minores; maiores per templum; minores per altare, quibus denuntiandũ, & prędicandum est. *Metire* igitur *templum, & altare*, id est, diligenter inspice vnumquemque, siue majorem, siue minoré, instruens iuxta suam capacitatem; primæ ad Corinth. tertio, *Ego fratres non potui vobis loqui tanquam spiritualibus, sed tãquam parvulis in Christo lac dedi vobis non escam*, Et ibi ad Cor. secundo, *Sapientiam loquimini inter perfectos.*

Metire igitur templum & altare, Et non solùm hoc; verùm etiam *adorantes in eo. Metire*, id est, ostende, & doce, qualiter fideles adorantes debent adorare in eo, scilicet templo. Vnde Glossa; Considera qualiter adorent in templo minus perfecti, qui nesciunt quomodo adorare debent. Vnde nota quòd adorandum est cum humilitate timoris in corde, ratione creátis potentiæ. Psalm. *Adorabo ad templum sanctum tuum*; cum expressione honoris in ore, ratione gubernantis sapientiæ, infrà secundo, *Cecidi ad pedes eius, vt adorarem cũ*; cum ostensione amoris in opere, ratione rectitudinis, & clementiæ; Matth. secundo, *Et procidentes adorauerunt eum. Metire* ergo, *templum & altare, & adorantes in eo.*

Et nota

Quid est quod conscientiator debeat templum metiri.

Quomodo Ecclesia mensuranda.

In dedicatione templi, quomodo illud mensurator.

Et nota quòd Prælatus in dedicatione propriè habet templum metiri; & hoc tripliciter, circuit enim ter Ecclesiam antequam intret, vexillarii impressione facit duodecim cruces in circuitu Ecclesiæ; litterali inscriptione scribit in pauimento per medium litteris Græcis, & Latinis, totum Alphabetum. Circuit ter Ecclesiam antequam ingrediatur in eam, ad designandum quòd nullus ingreditur congregationem fidelium, nisi portet Trinitatis signum; facit & cruces in circuitu Ecclesiæ, ad designandum quòd qui vult esse de congregatione Ecclesiæ, oportet ipsum duodecim articulos fidei credere; scribit in pauimento totum Alphabetum, ad designandum quòd sacra Scriptura debet legi in Ecclesia, & non vana verba; sed litteris Grecis, & Latinis, ad designandum duplicem Ecclesiam.

VERSVS 2.

Sequitur, *Atrium autem, quod est foris templum, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est Gentibus.* Hîc describitur ipsius prædicatoris discretio in proponendo, vel magis in increpãdo. Ita dixi, quòd debes metiri, id est, dulciter instruere, monere, siuè docere, *templum*, id est, incipientes; *& altare*, id est, proficientes; *& adorantes in eo*, id est perfectos, quia omnium est adorare Deum. Et non solùm præcipio tibi metiri ista, id est, instruere istos bonos, & iustos, sed mando; quid? *Atriũ*, id est, peccatores, & maximè hypocritas falsos, *eijce foras*, id est, extra templum, vel Ecclesiam; & si non numero, propter Baptismalem regenerationem, tamen merito propter maculæ infectionem. *Atrium* enim est, in quo ponuntur cadauera mortuorum: similiter isti licèt sanctificati sint exteriùs per Baptismalem regenerationem, tamen interiùs fœtent, vt cadauera mortuorum, propter fœtorem vitiorum.

Sed videtur implicare contraria. Dicit enim *quod foris est, eijce foras*, quomodo foras potest emitti, quod foris est? Non videtur. Vnde Haymo. [Mira locutio, illud *foras eijci præcipitur*, quod iam foris esse ostenditur.] Solutio. *Eijce* secundum manifestationem, *quod foris*, secundum veritatem, intus secundum simulationem. Peccator enim, præcipuè hypocrita, & si sit intra congregationem fidelium secundum apparentiam, est tamen extrà secundum existentiam.

Quod nam atrium quod foras esse videtur.

Tu ergo prædicator verbi diuini, *eijce atrium*, id est, repelle de templo mortuum per peccatum, quod *atrium foris templum est*, secundum veritatem, peccatum perpetrando; *Et ne metiaris illud*, scilicet *atrium* per peccatum fœtidum, & ne sustineas illud cadauer mortuũ inter viuos, ne corrumpat illos. *Ne metiaris* illud, scilicet cadauer mortuum per peccatum, id est, noli computare in numero sanctorum, vel viuorum. Vel subtrahas eis prædicationis beneficium, si sunt proterui; & nolunt conuerti, Matth. septimo, *Nolite sanctum dare canibus.* Et reddit statim causam, quare *atrium* per peccatum mortuum, & fœtidum non debet *metiri*; id est, non debet inter bonos computari, *Quoniam datum est Gentibus*, id est, conformat se gentium moribus, Psal. *Commixti sunt inter gentes, &c.* id est, eorum erroribus dati.

Matt. 7.

Psal. 105.

Calcabunt ciuitatem sanctam mensibus quadraginta duobus. Calcabunt ciuitatem *sanctam*, id est, persequentur Ecclesiam militantem, *mensibus quadraginta duobus*, id est, tribus annis, & dimidio, sub Antichristo, nã tantùm durabit eius persequutio quadraginta duos menses, qui tres annos & dimidium faciunt, in quibus Antichristus, & sequaces eius calcabunt ciuitatem sanctam Ierusalem, id est, Ecclesiam militantem. Est enim Ierusalem metropolis regia in sensu historico, fidelis anima in sensu tropologico; militans Ecclesia in sensu allegorico, cœlestis patria in sensu anagogico. Huius ciuitatis, id est, Ecclesiæ militantis, triplex est murus, scilicet sacræ Scripturæ veritas, contra perfidiam hæreticorum, secularis brachii potestas, contra violentiam tyrannorum, iurisdictionis authoritas, contra contumaciam subditorum.

Antichristi persequutio tres annos, & dimidium durabit.

VERSVS 3.

Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. Suprà fuit consolatus fideles, vel Ecclesiam tempore Antichristi ex Angelica visitatione, ex malorum punitione, ex futurorum præmiatione: hîc consolatur eam ex duorum testium, scilicet Heliæ & Enoch promissione, & prædicatione. Et diuiditur in quatuor partes. Primò enim cõmendat eorum prædicationem; secundò ostendit eorum virtutem, & potestatem, ibi, *Hi habent potestatem claudere cœlum*; tertiò ostendit eorum mortem, & passionem, ibi, *Et cùm finierint Testimonium suum, bestia quæ ascendet de abysso faciet aduersus eos bellum*; quartò ostendit eorum resurrectionem, ibi, *Et post tres dies & dimidium spiritus vitæ à Deo intrabit in eos, & stabunt supra pedes suos.* In prima parte primo eorum prædicatio describitur; secundò tanguntur quædam, ex quibus eorum prædicatio commẽdatur, ibi, *Amicti saccis.* In prima parte tanguntur tria; primò diuinum donum eis impensum, ibi, *Et dabo duobus testibus meis*; secundò officij impensi exercitium, ibi, *Et prophetabunt*; tertiò ostendit quantùm durabit prædicationis eorum officium, ibi, *Diebus mille ducentis sexaginta.*

Sequitur prima pars, *amicti saccis*, in qua tangit illa, in quibus illorum prædicatio commendatur: & tanguntur quinque, quæ illos prædicatores, & eorum prædicationem reddunt commendabilem. Primum est humilitas, siue deiectio exterior in corpore, ibi, *Amicti saccis*; secundum spiritualis vnctio interior in mente, ibi, *Hi sunt duæ oliuæ*; tertium manifesta veritas in ore, ibi, *Et duo candelabra*; quartum ordinata intentio in opere, ibi, *In conspectu Dei stantes*; quintum constantia eorum in veritatis confessione, ibi, *Et si quis eis nocere voluerit, ignis, &c.*

Quia non reddebat humilem Eliam nisi cilicium eum commendabilem.

Dicit ergo, *Et dabo duobus testibus meis, &c.* Ita dixi suprà, quod Antichristus, & sequaces eius, *calcabunt*, id est, persequentur *ciuitatem Ierusalem*, id est, militantem Ecclesiam, *mensibus quadraginta duobus*, id est, tribus annis, & dimidio: sed nolite timere, quia dabo vobis tempore illo cõsolatores testes veros, & fideles, Heliam & Enoch, & hoc est quod dicit, *Et dabo duobus testibus meis. Et dabo*, scilicet ego Christus, *duobus testibus*, scilicet

Christus quo maior in suam Ecclesiam excitatur, persequutio eo maior præbet auxilium.

Heliæ & Enoch, ſed quid dabit non exprimit, ſed dicit ſimpliciter quòd dabit, ad ſignandum illud eſſe ineffabile documentum quòd dabit. Similiter habetur in Pſalmo, Pſal. 11. *Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo.* Non dicit quid ponet, ſed quòd ponet, ſimiliter hîc non dicit quid dabit, ſed quòd dabit. Dabit autem eis ſpecialiter tria, dabit ſanctitatem in mente, ne per Antichriſtum inficiantur, Eccleſ. trigeſimo ſeptimo, *Dabo vobis ſpiritum, & viuetis*: dabit veritatem in ore, ne per Antichriſtum decipiantur, Luc 21. *Dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere*, dabit firmitatem in opere, ne per Antichriſtũ ſubjiciantur, Threnorum tertio, Thren. 3. *Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum.* Vel dabit Dominus magnanimitatem ad dimicandum, æquanimitatem ad tolerandum, longanimitatem ad perſeuerandum.

Eccleſ. 37 *Quid daturus eſt Chriſtus duobus ſuis teſtibus Enoch & Elia.* Luc. 21.

Dabo ergo *his duobus teſtibus meis*, ecce ſufficientia teſtium: *nam in ore duorum teſtium ſtat omne verbum*, Matth. decimo octauo. *Dicit autem duos, quia teſtimonium perhibebunt de duobus*, ſcilicet de Chriſti diuinitate, & de Chriſti humanitate. Vel de duobus, ſcilicet de Chriſti magnificatione, & Antichriſti reprobatione. Nam Chriſtum magnificabunt, & Antichriſtũ reprobabũt, vel *duobus teſtibus*, quia teſtimonium ſuum confirmabunt duobus, ſcilicet veteri Teſtamento & nouo: vel *de duobus*, quia prædicabunt de præmiis bonorum Chriſ. imitantium, & de pœnis malorum, Diabolum, & Antichriſtum ſequentium. Hi duo teſtes ſicut dixi, ſunt Helias, & Enoch, qui ſunt in paradiſo voluptaris, ſeruati vſque ad tempus Antichriſti.

Mat. 18. *Cur ſolum duo teſtes præcipui aduerſus Antichriſtum.*

A *Dabo* ergo *duobus teſtibus meis*, ſcilicet officium prædicandi, & *prophetabunt teſtimonium* veritati perhibendo; ſecundò moriendo; tertiò reſurgendo. Prædicabunt ergo, id eſt, *prophetabunt diebus mille ducentis, ſexaginta*, id eſt, tribus annis, & dimidio, ſicut Chriſtus prædicauit, dicit gloſſa. Alia tamen Gloſſa dicit quòd hi dies non B perficient tres annos, & dimidium, quod verùm eſt, imò viginti & vnus dies deficiunt, quomodo ergo eſt verùm quod dicit, Et *prophetabunt diebus mille ducentis* 60. Reſponſio patet ex hoc quod Gloſſa dicit, quòd prædicabunt tribus annis cum dimidio, ſicut Chriſtus prædicauit, quaſi dicat, quia ſicut Chriſti prædicatio fuit tribus annis cùm dimidio, ſic & iſtorum erit prędicatio. Chriſtus autẽ poſtquam fuit baptizatus, ſuperuixit C tribus annis, & dimidio, non tamen integrè, ſed pro medio anno computatur iſtud tempus ab Epiphania vſque ad tempus mortis; ſic & illi prædicabunt tribus annis, & dimidio, non tamen integrè, & ideò dicitur quòd *prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta*, qui inquam dies non perficiunt totaliter tres annos & dimidium, imò deficiunt viginti quinque dies. Vel poteſt di- D ci quòd ſacra Scriptura non facit vim de minimis, propter quòd per prædictum numerum intelliguntur tres anni cum dimidio. Et ſi numerus ille non perficiat totaliter tantùm tempus, quia poſito majori numero, non eſt vis de minori.

Henoch & Elias adhuc ſunt in paradiſo voluptatis.

In ſacra Scriptura aliquando minor numerus non attenditur.

Dabo ergo *duobus teſtibus his, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta. Teſtibus* dico *amictis ſaccis*, ſcilicet pœnitentiæ, & alperitatis;

nam Ioannes erat indutus pilis camelorum. Sic præcones ſecundi aduentus præcedent ſigna humilitatis, paupertatis, & aſpertatis in veſtibus vilitatis, vt ſic valeant vincere Antichriſtũ regem ſuperbiæ, & vanitatis; nam erant *amicti*, & veſtiti *ſaccis*; Gloſſa, Pœnitentiam prædicantes, & exemplo oſtendentes: tales ſunt viri prædicatores.

Qualis debet eſſe Oratio naturpœnitentiam prædicant.

VERSVS. 4.

Hi ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conſpectu Domini ſtantes, Hic commendat iſtos teſtes à munditia interiori. Sicut dixi, quòd teſtes iſti erant *amicti ſaccis*, in quo exterior humilitas notatur; & ideò non ſolùm tales dico iſtos, imò etiam & dico, quòd hi duo teſtes *ſunt duæ oliuæ*, ſcilicet pingues Spiritus ſancti vnctione, in quo interior ſanctitas, & puritas intelligitur: vnde prædicator non ſolùm debet ſanctitatem exteriùs oſtendere, vel prætendere, ſed debet puritatem, & munditiam interiùs habere, & eſſe inunctus Spiritus ſancti inunctione per munus gratiæ.

Puritas interior ſit in concionatore.

Hi ſunt ergo *duæ oliuæ*, pingues oleo munditiæ, & puritatis, *& duo candelabra*, ſcilicet lucentia lumine ſapientiæ, & veritatis: vnde Gloſſa, [Dantes lumen aliis,] Matth. quinto, *Vos eſtis lux mundi*. Ergo *hi ſunt duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes*, contemplando ſolium regiæ maieſtatis: vnde Gloſſa, quod Deo placet attendentes; vnde hîc laudat eos, vt eis melius credatur. Hi autẽ dicuntur *duæ* propter duo præcepta charitatis; *Oliuæ* propter comparationem pietatis; *Candelabra lucentia*, propter illuſtrationem veritatis; *In conſpectu Domini terræ ſtantes*, id eſt, in

Matth. 5.

Quod Deo placet ſemper attendere debemus.

A paradiſo terreſtri permanentes, propter impletionem diuinæ voluntatis.

Hi ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes. Poteſt eſſe thema in feſtiuitate duorum Apoſtolorum, vt Simonis & Iudæ, Petri & Pauli; in quo quidem verbo commendãtur à dilectionis ſinceritate, quod probat geminatio numeralis, ibi, *hi ſunt duæ*, & *duo*; à perfectionis ſublimitate, quod probat fructificatio oliuarum, ibi, *Oliuæ*; à cognitionis claritate, quod probat diffuſio luminaris, ibi, *Candelabra*; à fruitionis ſinceritate, quod probat contemplatio facialis, ibi, *In conſpectu Domini terræ ſtantes.*

In feſtiuitatibus vel duorum martyrum vel duorum Apoſtolorum hæc verba pro themate inſeruient.

Circa primum, vbi commendantur à dilectionis ſinceritate, cùm dicitur, *duæ*, Sciendum quòd hi fuerunt duo vniti in religionis ſolitudine, in intentionis rectitudine, in operis ſuſtentatione. Vel hi fuerunt *duæ oliuæ*, vbertate miſericordiæ; duæ columnæ, firmitate conſtãtiæ; duæ tubæ, ſonoritate eloquentiæ, vel doctrinæ. De primo, *Duo filii Heli mortui ſunt*, primi Regum primo. De ſecundo, *Duo homines aſcendebant in templum, vt orarent*, Lucæ decimo octauo. De tertio, Eccleſiaſtici decimo, *Melius eſt eſſe duos, quàm vnum; habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ.*

1. Reg. 1.

Luc. 18.

Eccleſ. 10

Circa ſecundum, vbi commendantur à perfectionis ſublimitate cùm dicitur *oliuæ*, Sciẽdum eſt quòd iſti dicuntur *oliuæ* pingues vnctione gratiæ, vberes compaſſione clemẽtiæ, pulchræ puritate conſcientiæ: vnde hæ *oliuæ* miſerunt condimentum ſaporis, affectum inflammando; nutrimentum ſplendoris, intellectum illuminando; fulcimentum

Qualis oliua debet ſe conſcientiator.

vigoris, affectum confortando. De primo Iudicum nono, *Dixeruntque oliuæ, impera nobis; quæ respondit, non possum deserere dulcedinem meam*: De secundo, Leuitici primo, *Præcipe filius Israel vt offerant oleum oliuarum ad concinnandas lucernas.* De tertio Psalmus; *Ego sicut oliua fructifera.*

Iudic. 9.

Leuit. 1.

Psalm.

Circa tertium, vbi commendantur à cognitionis claritate, cùm dicitur; *candelabra lucentia*, Sciendum quòd hæc *candelabra* sunt aurea claritate sapientiæ, argentea suauitate eloquentiæ, ferrea soliditate constantiæ. De his Ierem. quinquagesimo secundo, *Tulerunt candelabra & cyathos, quæcumque aurea, aurea; & quæcumque argentea, argentea.*

Concionator debet esse candelabrum, & quale.

B

Circa quartum, vbi commendantur à fruitionis sinceritate, cùm dicitur, *In conspectu Domini terræ stantes*, sciendum quòd hi stant in conspectu Dei, vt suspensi contemplatione veritatis, vt accensi prædilectione charitatis, vt absorpti dilectione voluptatis. De his Apocal. septimo, *Vidi stantes in conspectu throni, amictos stolis albis*, Psalm. *In conspectu meo sunt semper*, Et Psalm. *In conspectu eius omnes dicent gloriam. Hi sunt duæ oliuæ, & duo candebra lucentia, in conspectu Domini terræ stantes.*

Apocal. 7.

Psalm.

Psalm.

VERSVS 5.

D

Et si quis eis nocere voluerit, ignis exibit de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum. Vbi ostenditur constantia istorum duorum testium in veritatis confessione. Ita dixi, quòd *hi stabunt in conspectu Domini terræ*, & ita semper finitur *stabunt*, quia *& si quis*, vel Antichristus, vel aliquis alius quantumcumque sciens, potens, vel magnus, *eis voluerit nocere*, id est, à bono proposito reuocare, vel à fide Christi euellere, vel eorum prædicationem annihilare, *ignis*, id est verbum Dei ardens sicut flamma ignis, *exiet de ore illorum, & deuorabit inimicos illorum*, & destruet obiectiones omnium aduersariorum, Lucæ vigesimo secundo, *Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt cõtradicere omnes aduersarii vestri.* Vel *deuorabit inimicos eorum*, id est, impotentes reddet aduersarios ad resistendum, & si *quis* quantumcumque potens, voluerit *eos ledere*, id est, corporaliter interficere, *sic*, id est, simili sentẽtia mortis oportet eum occidi, id est, occisione condemnari iuxta sententiam Domini, Matt. vigesimo quinto, *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*: vnde & ipsum Antichristum Dominus *interficiet spiritu oris sui*, secundæ ad Thessalon. secundo.

Luc. 21. *Sum Dominus promittit & confirmat concionatori.*

Matth. 25.

2. ad Th. 2.

VERSVS 6.

C

Sequitur, *Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum.* Hîc postquam commendauit istos testes, & ipsorum prædicationem, ostendit eorum virtutem, & potestatem, & quòd habebunt potestatem ad cœlum claudẽdum, ad aquas in sanguinem conuertendum, ad terram plagâ multiplici flagellandum, prima ibi, *hi habent potestatem claudendi cælum*; secunda ibi, *potestatem super aquas, conuertendi eas in sanguinem*; tertia ibi, *& percutere eam omni plaga*: vnde & hi mirabilia facient similia his, quæ Moyses in virga.

Septima potestas Enoch & Eliæ.

Dicit ergo, *Hi habent potestatem claudendi cælum.* Ita dixi, quòd hi, qui volunt illos testes occidere, oportet eos occidi, & quare? quia *& hi habẽt potestatem claudendi cælum*, scilicet aëreum; ad litterã, *ne pluat diebus pro-*

phetiæ eorum, id est, per tres annos & dimidium: quod fuit figuratum tertij Reg. decimo septimo, vbi
3. Reg. 13. dicitur quòd ad preces Heliæ *fuit clausum cœlum, vt non daret rorẽ, vel pluuiam annis tribus, & mensibus sex*, qui
Pluuia spiritualis prædicatio verbi Dei. faciunt medietatem anni. Vel potest intelligi de clausione spirituali, quâ claudentur arcana sacræ
Daniel 12 Scripturæ indignis, Danielis duodecimo, *Signati sunt sermones vsque ad tempus præfinitum*. Vnde hi testes
B *habent potestatem claudendi cœlum*, id est, non manifestandi veritatem sacræ Scripturæ, *ne pluat* pluuiam scilicet doctrinæ, & salutis, scilicet, propter indignitatem terrę, *diebus prophetię ipsorum*, id est, non congruo tempore. Dominus enim quandoque subtrahit pluuiam doctrinæ, propter indignitatem subditorum, quandoque effundit, vnde & tempore Antichristi subtrahetur tribus annis & dimidio fere, sed mortuo Antichristo effundetur.

Ergo *Hi habent potestatem claudendi cœlum*, id est, eloquium Dei, *ne pluat*, scilicet ros doctrinæ Dei, *diebus prophetiæ ipsorum*, id est, diebus prædicationis Antichristi, & ipsum sequentium, & hoc propter indignitatem hominum. Et non solùm habebunt hanc potestatem, verùm etiam *potestatem habent*, id est, habebunt, *Super aquas conuertendi eas in*
D *sanguinem* ad litteram: etiam sic ad litteram factum fuit per Moysen, vt habetur Exod. septimo: Vel aqua conuertitur in sanguinem, quando sacra Scriptura conuertitur reprobis in damnationem.
Quomodo Scriptura sacra conuertetur in sanguinem.

Habebunt ergo *hi potestatem conuertendi aquas in sanguinẽ*; *Aquas*, scilicet sacræ Scripturæ, *conuertendi* dico *in sanguinem*, quia ex illorum doctrina, & prædicatione multi conuertentur, & ab Antichristo interficientur, & sic aquæ *in sanguinem* conuertentur. Et non solùm in *aquas habebunt potestatem*, verùm etiam, *& percutere terram omni plaga, quotiescumque voluerint*: ad litteram omni pestilentia, sicut legitur de Moyse, Exod. septimo, octauo, & nono, & cęteris. Spiritualiter autẽ *habebunt potestatem percutere terram, quotiescumque voluerint*, id est, terrena sapientes, *omni plaga*, id est, omni genere damnationis, prædicando eis omnes pœnas æternæ calamitatis.

VERSVS. 7.

Sequitur, *Et cum finierint testimonium suum, bestia quę ascendit de abysso faciet aduersus illos bellum, & vincet illos, & occidet illos.* Hîc agitur
C de ipsorum testium morte, & primò tangitur tempus mortis, ibi, *Et cum finierint testimonium suum*; secundò auctor impietatis, ibi, *Bestia, quæ ascendit de abysso*; tertiò series illationis mortis, ibi, *Faciet aduersus illos bellum*; quartò locus interfectionis, ibi, *Et videbunt de populis, tribus, & linguis, & gentibus.*

Dicit ergo, *Et cum finierint testimonium*. Ita dixi, quòd hi testes prædicabunt in sua prædicatione testimonium Christi, qui est, & fuit
D verus Deus, & homo, *& cum finierint testimonium suum*, id est, prædicationem suam, in qua perhibebant Christo testimonium verum, quod erit post tres annos, & dimidium, secundùm clossam; Bestia, id est, Antichristus, qui dicitur *Bestia*, propter brutalitatem, crudelitatem, & voracitatem, quæ inquam *bestia ascendit de abysso* malitiæ, & iniquitatis, & tenebris infide-
Antichristus cur bestia dicitur.

litantis, *faciet aduersus illos bellum*, & multis modis, scilicet disputationibus, miraculorum operationibus, persuasionibus, promissionibus, tormentis. Vnde faciet contra illos bellum corporale, & spirituale, corporale per genus tormentorũ, spirituale, per allegationem rationum. Vnde hæc *bestia* erit *vrsus*, propter inuidiam; leo propter superbiam; *pardus*, propter fallaciam; *vipera*, propter veneni affluentiam. [Ergo hæc *bestia* malignitatis, *quæ ascendit* superbiâ vanitatis, *de abyssо*, id est, de profundo falsitatis, *faciet aduersus illos bellum multipliciter*, scilicet disputando, comminando, blandiendo, miracula faciendo, *& vincet illos*, scilicet violentiam inferendo; *vincet eos*, secundũm vulgi opinionem, qui iudicant secundum faciem exteriorem, non secundum veritatem: nam moriens pro Christo non vincitur, quamuis occidatur, *& occidet illos*, corporaliter interimendo.

A B C

VERSVS 8.

Et corpora illorum iacebunt, scilicet inhumata, *in plateis ciuitatis magnæ*, scilicet Ierusalẽ. Et nota quod dicit, *in plateis*, vel quia in diuersis plateis interficientur, vel quia ab vna platea ad aliam eorum corpora portabuntur, vt plures videntes ipsos imitari non audeant. Nota etiam quòd Ierusalem dicitur ciuitas magna, magnitudine ædificiorum, quibus renouatur; magnitudine prodigiorum, quibus illustratur; magnitudine flagitiorum, quibus obligatur: quæ ciuitas appellatur spiritualiter *Sodoma, & Ægyptus*, Sodoma vocatur, id est, à laude Dei muta; *Sodoma* enim interpretatur muta, & ipsa est nunc muta, & maxime erit tempore Antichristi muta à confessione nominis Christi, quia tunc, nisi vix audebit confiteri nomen Christi. Vel vocabitur tũc temporis Sodoma, propter abominationes, quæ fient in ea, sicut fuerunt in illa, propter quod fuit destructa. Vocatur etiam Ægyptus, id est, cæca, propter tenebras infidelitatis. Vnde tempore Antichristi vnâ catenâ cæcitatis erunt omnes colligati.

Cur Ierusalem dicatur Sodoma & Ægyptus.

D

Ergo *in plateis huius ciuitatis magnæ* Ierusalem iacebunt inhumata corpora istorum duorum testium Heliæ & Enoch, *in qua ciuitate Dominus illorum*, scilicet Christus, *crucifixus est*, propter genus humanum redimẽdum. Reducit autem hîc ad memoriam crucem Christi, vt hi duo testes crucem sustineant, exẽplo sui Magistri. Et nota quòd est crux cupiditatis infectæ, quæ est fortiter comprimenda, quia damnificans, Ad Gal. secundo, *Christo crucifixus sum cruci*, Glossa, carnes habens crucifixas; pœnalitatis inflictæ, quæ est constanter sustinenda, quia magnificans, ad Hebræos duodecimo, *Proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta*; aduersitatis assumptæ, quæ est lætanter assumenda, quia purificans, Lucæ decimo quarto, *Si quis vult post me venire abneget se, &c.* authoritatis excelsæ, quæ est decenter reuerenda, quia saluificans, ad Gal. sexto, *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini Iesu Christi.* Hæc crux Christi est imitanda, quia Christifera vestigiis; admiranda, quia signifera prodigiis; inuocanda, quia opifera suffragiis; amplexanda, quia fructifera stipendiis.

Cur obtruncat occidẽdos Enoch & Eliam in ciuitate, in qua Christus occisus est.

Crux multiplex. ad Gal. 2.

Hebr. 12.

Luc. 14.

ad Gal. 6.

In hac gloriari oportet Christianũ, quiaopem portat nostræ perfectionis. Damascenus; [Omnibus mirabilibus mirabilior est crux Christi: per illam enim est mors euacuata, peccatum solutum, infernus deprædatus, resurrectio donata, reuersio ad beatitudinem directa, porta Paradisi aperta.] *Corpora* igitur *istorum iacebunt inhumata in plateis ciuitatis* Ierusalem, *vbi crucifixus est Dominus eorum.*

Crucis encomia.

VERSVS. 9.

Et videbunt, scilicet oculis carnis, *de populis, & tribubus, & linguis, & gentibus*, id est, de omni natione, *corpora eorum.* Per tres dies & dimidium ad litteram, iacentia inhumata, ad Antichristi victoriam & gloriam.

Et corpora eorum non sinent sequaces Antichristi, *poni in monumentis*, vt discipuli Heliæ & Enoch confundantur, deficiant, & terreantur, & quãdo hoc, supple fiet

Antichristianorum inhumanitas.

VERSVS 10.

Inhabitantes terram, id est, terrena cupientes, & quærentes mente, corpore, & affectione, *gaudebunt*, scilicet gaudio interiori, *super illos*, id est, de morte & confusione eorum, quia iustorum afflictio, impiorum & malorum est exultatio: & non solùm gaudebunt in mente, verum etiam *iucundabũtur*, scilicet exteriùs in corpore, & sic *gaudebũt, & iucundabũtur*, quia scilicet propter necem eorum facient multa conuiuia, *& munera*, id est, xenia *mittent inuicem*, quod est signum magnum congratulantium, & reddit causam quare sic *gaudebunt & iucundabuntur* interiùs in mente, & exteriùs in corpore, *quia hi duo Prophetæ*, scilicet Helias & Enoch, *cruciauerunt eos*, id est, cruciatum sempiternum eis promiserunt, *qui habitant super terram*, sicut dictum est, mente, corpore, & affectione: vnde habitare super terram in sacra Scriptura nunquam inuenitur in bona significatione. Cruciatus ergo sempiternus eis erit, *qui habitant super terram?* quando enim feruntur ad sepulchrum corpora diuitum, & terrenorum, vbi sunt illorum diuitiæ? vbi ornamenta? vbi annuli? vbi inaures? vbi diademata? vbi honorum vanitas? vbi luxuriæ voluptas? Certè omnia transierunt sicut vmbra, & si pœnitentia nó subuenit, sola in perpetuum opprobria, & crimina remanebunt. Ergo hi *habitantes super terram, gaudebunt de morte* istorum duorum Heliæ & Enoch, *quia ipsi cruciauerunt eos*, scilicet corripiendo, arguendo, prædicando.

Omnia mundana ciro euanescunt.

VERSVS 11.

Et post dies tres & dimidiũ spiritus vitæ intrauit in eos, & steterũt super pedes suos & timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos. Suprà ostendit mortem Heliæ & Enoch, & passionem, hîc ostendit eorum resurrectionem. Et diuiditur in duas partes. Primò describitur eorum resurrectio; secundò eorum glorificatio ibi, *& audierunt vocem magnam de cœlo dicentem illis, ascendite huc.* Item primò tangitur eorum resurrectio; secundò videntium timor, & confusio, ibi, *Et timor magnus cecidit super illos, qui viderunt eos.* Similiter prima pars, in qua tangitur illorum glorificatio in duas partes diuiditur; nam primò ostenditur eorum ad gloriam sublimatio; secundò inimicorum suorum afflictio, ibi, *Et viderunt eos inimici illorum, & timor*

& timor magnus factus est illâ horâ.

Dicit ergo, *Et post tres dies & dimidium*, &c. Ita dixi, quòd Antichristus, & sequaces eius *gaudebunt de morte* Eliæ, & Enoch, sed non óportebit multùm eos gaudere, quia *post tres dies & dimidium, spiritus à Deo*, id est, virtute diuina, *intrabit in eos*; quia ad litterã, *post tres dies, & dimidum*, animæ intrabunt ipsorum corpora, & resurgent, *& steterunt*, ideſt, ſtabunt *ſuper pedes*, ſcilicet non ſuffulti ab aliis, ſed virtute propriâ, atque diuinâ; quod quidam volunt B intelligi de resurrectione generali, & quòd per tres dies intelliguntur tres anni, iuxta illud Ezech. *Diem pro anno dedi tibi*, & per dimidum diẽ intelligitur dimidius annus: & tunc ſic exponitur littera, *& post tres dies & dimidium*, id est, tres annos & dimidium, mortuo Antichristo, finita prædicatione illorum duorum testium, qui voluerint conuerti ad Dominum, qui erunt C quasi omnes, qui tunc temporis erunt, in resurrectione generali omnium, *Spiritus vitæ à Deo*, id est, à virtute diuina *intrauit in eos*, id est, in testes prædictos: & non solùm in eos, verùm etiam in omnes alios, Ezech 37. Ezech. trigesimo octauo, *Intromittam spiritum, & viuetis. Et steterunt super pedes suos*, scilicet habentes verã rationem cum aliis, in iudicio extremo. Sed quæres, vtrum resurgent post tres dies, & dimidium D glorificati in corpore, an iterum morituri sint? Sed quòd non iterũ morituri sint videtur, quia iniuriaretur eis in afflictione mortis, cùm antea fuerint mortui; si glorificati, quomodo ergo videri poterunt? Quidam dicunt, quod non resurgent iterum morituri; sed corporibus glorificatis: & licèt corpus glorificatum à mortalibus non possit videri ex parte mortalium, potestas tamen est ex parte ipsius corporis glorificati, qui vult aliis se manifestare, & visibilem facere, & ita isti per voluntatem diuinam, & suam, oculis mortalium se manifestabũt. Alij dicunt quòd resurgent nó amplius morituri. Communiùs tamen tenetur quòd resurgent iterum morituri. Ergo secundùm istas vias potest intelligi verbum istud, *Spiritus vitæ à Deo intrauit in eos*, vel de resurrectione prima, si resurgãt iterum morituri, vel de secunda generali, si resurgant, in ipsa iterum morituri.

Gaudium impietatis.

Ibi resurrectionem generalem.

Sententia auctoris.

Spiritus vitæ ergo *intrauit in eos*, id est, intrabit; *a Deo*, id est, à virtute diuina, *& steterunt*, id est, ſtabunt *ſupra pedes ſuos*, in resurrectione prima, & etiam in secunda. Et tunc, scilicet ipsis resuscitatis, *timor magnus*, scilicet Dei, & pœnæ infernalis *cecidit*, id est, cadet, *ſuper eos*, ita ſupple resuscitatos, & glorificatos, Sapientiæ quinto, *Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur*, &c. Sap. 5.

Ibi resurrectionem generalem.

In resurrectione sunt Enoch & Elias ante

VERSVS 12.

Et audierunt vocem magnam de cœlo dicentem illis. Hîc tangitur istorum testiũ glorificatio, & primò tangitur ipsorum ad gloriã vocatio; secundò ipsorum assumptio, ibi, *& ascenderunt in nube*; tertiò tangitur ipsorum inimicorum afflictio, ibi, *& viderunt omnes inimici eorum*. Dicit ergo, *& audierunt vocem magnam de cœlo dicentem illis*. Ita dixi, quòd *post tres dies & dimidium mortis, spiritus vitæ intrabit in eos*, & resuscitabũtur, *& hoc videbunt inimici eorum*; & nó solùm hoc, scilicet resurrectionem istorum, verùm etiam *vocem magnã*,

id est, magnæ potestatis, *de cælo*, id est, à Christo, vel ab aliquo Angelo *dicentem illis*, quid? *Ascendite huc*, scilicet ad sublimationem gloriæ, vos existentes in descensu humilitatis, *ascendite huc* ad solium Regiæ Majestatis; *ascendite huc* ad copiosam iucunditatem, ad victoriosam sublimitatem, ad perpetuam securitatem.

Et ascenderunt in cælum in nube, ad litteram; *Rapientur* enim *Christo obuiam in nubibus.* Vnde in hoc conformes erunt Christo; Actuum primo, *Et nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Vel *ascenderunt in nube*, id est, in corporibus subtilibus, & claris, sicut sũt nubes: vnde de illis potest dici, *Qui sunt isti, qui vt nubes volant?* Is. quarto. Et dum sic ascenderent, *viderunt illos ascendentes inimici eorum*, vt ex hoc magis affligerentur; sicut iusti ex deiectione reproborum lætabuntur, iuxta id, *peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet.* Vnde sicut aperta pœna reproborum erit gaudium istorum, Ps. *Lætabitur iustus cùm viderit vindictam*, sic aperta gloria iustorum, erit afflictio reproborum.

Act. 1.

Isai. 4.

Incipit ex gloria iustorum maxime cruciantur.

Psal. 111.

Psal. 57.

Viderunt ergo, id est, videbunt, Sanctos istos *ascendentes inimici eorum.* Vnde nota quòd inimici Dei sunt malum diligentes, bonum fugientes, Sanctos affligentes. Vnde in hoc cognoscuntur inimici Dei, quia malum diligunt, bonum fugiunt, iustos affligunt. Amici Dei cognoscuntur per contrarium, malum oderunt, bonum appetunt, Sanctos nutriunt. *Videbunt* ergo Sanctos istos *ascendentes inimici eorum* ad eorum ignominiam, & confusionem.

Quales inimici Dei.

Quales Dei amici.

VERSVS 13.

Et in illa hora, id est, in ascensu istorum Sanctorum, vel in glorificatione ipsorum, quid? *factus est terræ motus magnus*, id est, magna commotio, id est, tribulatio terrenorum: quando enim istos ascendere videbunt eorum inimici, multùm timebunt.

Et nota quòd terræ motus specialiter causatur ex tribus, ex venti subintratione per pororum apertionem; ex subintrati receptione per pororum clausionem; ex venti inclusi motione per eius expulsionem; sic terræ motus in peruersis fit ex tribus, primò cum suggestio recipitur, recepta non expellitur, postmodùm anima ferè tota concutitur.

Terræ motus ingo.

Ergo *istis Sanctis ascendentibus, terræ motus magnus factus est.* Et non solum hoc, verùm etiam *Et decima pars ciuitatis cecidit.* Hæc ciuitas colenda est, quia constat ex Angelis, & hominibus, nouum ordinem facientibus, & recuperantibus. Vnde nona pars ciuitatis supernæ Ierusalem sunt Sancti, & Electi Dei. Decima pars sunt reprobi, quia scilicet fuerunt creati, vt essent ciues cœlici, quia tamen non sunt digni reparare damna supernæ Ierusalem, licèt ad hoc creati fuerint, *Cecidit*, id est, ad infernum cadet. Vel *decima pars ciuitatis cecidit.* Prima pars est peccata detestantes; secunda de peccato dolentes; tertia peccatum confitentes; quarta pro peccato satisfacientes; quinta de tentationibus triumphantes; sexta contra insidias vigilantes; septima in bonis operibus laborantes; octaua alios ædificantes; nona cœlestia contemplantes; decima de peccatis desperantes. Et hæc decima pars ad litteram in infernum cadet, & damnabitur.

Decem partes ciuitatis supernæ quarũ decima in infernum trahetur.

Cur septenario numero boni & mali denotantur.

Decima ergo *pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terræ motu nomina hominum septem millia. Et occisa sunt,* id est, occidentur, scilicet morte damnationis æternæ, *in terræ motu*, id est, in generali commotione, quando separabuntur reprobi ab electis, *Nomina hominum septem millia*, id est, omnes qui septẽ vitiis sũt occupati, & inquinati: vnde per septem millia signatur numerus malorum, sicut per eumdem numerus signatur bonorum, tertij 3. Reg. 3. Regum tertio; *Reliqui tria millia virorum, qui non curuauerunt genua sua coram Baal.* Et boni, & mali septenario numero designantur, quoniam boni septiformi gratia ornantur, & sanctificantur; mali autem septem vitiis maculantur, & inquinantur.

Peccator hominis nomen non meretur.

Et nota quòd signanter dicit, quod *nomina hominum* malorũ *occisa sunt*, quoniam hi nomen hominis habent, non tamen rem, quia cùm essent ad Dei imaginem creati, in magnam turpitudinem ceciderũt, & perdere nomen hominis meruerunt, sicut Diabolus nomen suum perdidit, & contrarium habere meruit: vnde antè Angelus, nunc Diabolus, primò Lucifer, nunc noctifer appellatur.

In terræ motu igitur illo, scilicet in generali commotione, quando separabuntur reprobi ab electis, *occidentur nomina hominum septem millia*, id est, omnes mali, & reprobi: nam per septem vniuersitas malorum septem vitiis corruptorum, per millenarium finalis peruersitas eorum denotatur, quia millenarius vltimus numerorum est, *& reliqui*, supple à malis, & Dei electi, *in timorem missi sunt*, videntes pœnam impiorum, & reproborum. *In timorem*, inquam, *missi sunt*, & mittuntur, ac per hoc stabunt, nam *Beatus est*, Eccles. vigesimo quarto, Eccles. 24. *cui donatum est habere timorem Domini.* Vel *reliqui*, scilicet à malis, habebunt terrorem de iudicio, condemnationem impiorum audientes, Iob vigesimo quinto, Iob. 25. *Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.* Et non solùm boni Deum timebunt, verum etiam, *& dederunt*, id est, dabunt *gloriam Deo cæli*, id est, ampliores gratias reddent Deo, & de damnatione malorum, & de glorificatione bonorum: vnde Ps. *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

Timor Domini quàm vtilis.

VERSVS. 14.

Væ secundum abijt, & ecce tertium væ veniet citò. Hîc recapitulat de tribulatione secunda, quæ erit tempore Antichristi. Sicut enim dictum est, duæ erunt tribulationes circa finem mundi. Prima tempore præcursorum Antichristi, secunda tempore ipsius Antichristi; tertia erit in fine mundi, vel in timore extremi iudicij.

Væ ergo *secundum abijt*, id est, tribulatio tempore Antichristi inferenda; *Et ecce væ tertium*, id est, pauor extremi iudicij, *veniet citò*: quasi diceret, dictum est de secunda tribulatione, quæ erit tempore Antichristi, & statim pòst dicendum est de tertia, quæ erit in terrore extremi iudicij. Vel *primum væ* est mortis criminalis; secundum mortis naturalis; tertium mortis gehennalis. Illud vltimum *væ* veniet, prædictis duobus consummatis, quod, inquam, *væ* erit increscentis tribulationis, & cruciantis damnationis.

Quandonam vltimum væ venturum sit.

VERSVS 15.

Et septimus Angelus tubâ cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cœlo dicentes, factum est regnum huius mundi, Dei, & Domini nostri, & Christi filii eius, & regnabit in sæcula sæculorum, Amen. Hîc agitur de consolatione, quam dabit Angelus in septimo statu Ecclesiæ post mortem Antichristi, per septimum ordinem prædicatorum: & primò tangitur exultatio iustorum, & quies ipsorum; secundò gratiarum actio Sanctorum, ibi, *Et viginti quatuor seniores in conspectu Dei sedentes in sedibus suis, ceciderunt in facies suas*; tertio tangitur causa exultationis iustorum, scilicet quia Deus malos condemnabit, & bonos exaltabit, ibi, *quoniam accepisti virtutem tuam magnam.*

Dicit ergo, *Et septimus Angelus tubâ cecinit*, id est, fortiter contra persecutores prædicauit, similiter in secundo, tertio, quarto, quinto, sexto. Et non solùm in his statibus, verùm etiam in septimo statu Ecclesiæ, mortuo Antichristo, *vidi ego Ioannes* quòd *septimus Angelus*, id est, septimus prædicatorum cœtus, *tubâ cecinit*, id est, canet, vel dulciter prædicabit; quæcunque enim in isto capitulo, & in precedenti dicuntur, intelligenda sunt de futuro more prophetali, quæ cum certitudine dicuntur quasi de præterito.

Cur prædicatores dicuntur tubâ canere.

Vnus ergo *Angelus tubâ cecinit*: vnde nota quòd prædicatores vltimi status dicuntur *Angelus*, quia expeditione velocissimi; *vnus*, quia perfectione vltimi; *tubâ*, quia comminatione fortissimi; *canere*, quia promissione placentissimi. Ergo *septimus Angelus*, id est, vltimus prædicatorũ cœtus, Antichristo mortuo *tubâ cecinit*, id est, dulciter prædicabit, & pacem Ecclesiæ denuntiabit, tũc scilicet cùm *reliquiæ Israel saluæ fient, & plenitudo gentium subintrabit*: & cùm sic caneret, *factæ sunt voces magnæ*, id est, exultationes & laudes Sanctorum, *in cœlo*, id est, in Ecclesia, de pace ei collata, & de damnatione persecutorum, & impiorum æterna, Isaiæ quinquagesimo primo, *Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius*: vnde bis dicitur *consolabitur*, propter duplicem consolationem, quæ erit in Ecclesia, mortuo Antichristo, scilicet pacis redditio, & fidei multiplicatio. Tunc enim multi Iudæi, conuertentur ad fidem CHRISTI, Isaiæ decimo, *In veritate reliquiæ Israel salus fient, & reliquiæ Iacob conuertentur ad Dominum Deum suum*, & Malachiæ vltimo, *Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & terribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres.*

Isai. 51.

Isai. 10.

Malachiæ vltimo.

Ergo mortuo Antichristo, & resuscitatis Helia & Enoch, *factæ sunt voces magnæ*, id est, erunt exultationes magnæ in cœlo, id est, in Ecclesia, quæ tunc temporis poterit dici cœlum, quia tunc maximè cœlestis erit amissâ curâ terrenâ. Sed quæ voces & laudes Sanctorum erunt tũc tẽporis in Ecclesia, statim addit dicens, *Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum. Factum est regnum huius mũdi*, in quo scilicet priùs regnauerat Diabolus, *Dei nostri*, id est, patris, & *Christi eius*, id est, filij, quorum semper fuit. Sed quomodo factum est regnum Dei, quod semper fuit? Dicendum, quòd tunc maximè dicitur fieri regnum mundi, regnum

Factæ sunt voces.

Dei, quando fraus, & ſæuitia Diaboli, quæ diu regnauerit in mundo deficiet, & Dominus in fidelibus in pace quieſcet, quod erit mortuo Antichriſto, & populo Iſraëlitico ad Dominũ conuerſo. Tunc enim erit in Eccleſia pax, & tranquillitas, & perſequutio nulla. Et nota quod eſt regnum æternale, quod volebat primus Angelus, ex ſuperbia, ſpirituale, quod polluit peccator ex nequitia; mundiale, quod ambitur à ſuperbis, ex malitia. Nota etiam quòd mundus dicitur vniuerſitas creatorum, ſcilicet mũdialis fabrica; quandoque ſocietas electorum, ſcilicet Eccleſiæ; quandoque vniuerſitas peccatorum, ſcilicet criminans nequitia.

Multiplex regnum ſumitur.

Ioan. 1.

De primo, Ioan. primo, *Mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit.* De ſecundo, primæ Ioan. tertio, *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* De tertio primæ Ioan. 2. *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Regnum mundi*, primi & ſecundi ſupple, tunc fuit Dei: ſed prout *mundus* accipitur pro criminali nequitia, fuit Diaboli, vnde dicitur princeps huius mundi, aliquando per vſurpationem, Ioan. 14. *Princeps huius mundi in me non habet quicquam*; aliquando per ordinationem electionis, Ioan. decimo tertio, *Princeps huius mundi eiicietur foras*, aliquando per conſummationem damnationis, Ioan. decimo ſexto, *Iam princeps huius mundi iudicatus eſt.*

1. Ioan. 3.

1 Ioan. 2.

Quomodo Diabolus dicitur princeps huius mundi &c.

Regnum igitur huius *mundi*, quod ante mortem Antichriſti erat regnum Diaboli, quia eius ſæuitia regnabat in mundo, *factum eſt*, ipſo mortuo, *regnum Dei*, quantum ad manifeſtationem, licèt ante eſſet Dei, quantum ad veritatem.

Et nota quòd regnum Dei accipitur pro regno animæ, pro regno Eccleſiæ, pro regno gloriæ. Regnũ animæ dicitur, quando omni præeſt ſenſualitati, & iſtud regnum animæ deſolatur rebellione, Matt. duodecimo, *Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur*; decoratur dilectione, Sapientiæ 5. *Accipient regnum decoris*; perficitur confirmatione, 3. Reg. 30. *Confirmatum eſt regnum Salomonis.*

Regnum Dei ſumitur multiplicater.

Matth. 12.

Sapient. 5.

3. Reg. 30.

Regnum Eccleſiæ vſurpatur violenter à tyrannis, Matth. vndecimo, *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*; perturbatur inſolenter ab otioſis. Matth. decimo tertio, *Mittet Angelos, & colligent de regno eius omnia ſcandala*; occupatur indifferenter ab indignis, Matth. decimo tertio, *Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti.*

Matth. 11.

Multiplex regnum Eccleſiæ.

Matth. 3

Ibidem.

Regnum gloriæ habet æternitatem durationis, Daniel. ſexto, *Obtinebit Regnum in ſecula ſeculorum*; ſecuritatem poſſeſſionis, Daniel. 6. *Regnum eius alteri non tradetur*; ſuauitatem refectionis, *Diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis*, &c. Et in his regnis regnat Chriſtus; Regnat enim in regno animæ, vt doctor ad inſtruendum, Ierem. decimo tertio, *Regnabit Rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra.* In regno Eccleſiæ, vt paſtor ad dirigendum, Luc. primo, *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid Patris eius, & regnabit*, &c. In regno gloriæ, vt Imperator ad remunerandum, Pſam. *Dominus regnauit, decorem indutus eſt:*

Daniel.

Ierem. 23.

Luc. 1.

Pſalm. 92.

Mortuo igitur Antichriſto, *factum eſt Regnum huius mundi, Dei noſtri*, id eſt, Patris, & *Chriſti*, id eſt, filij ſui; Patris vt imperantis, ſed Chriſti filij eius, vt ſalutem mundi

imperantis, & procurantis; vnde tunc regnum mundi fiet regnum Dei, quando omnino exterminabitur poteſtas Diaboli; & erimus ſimiles Filio Dei; quod erit in fine mundi, poſt mortem Antichriſti. Et *regnabit*, ſcilicet Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus, *in ſæcula ſæculorum*, id eſt, ſine fine, *Amen*, id eſt, certitudinaliter: vnde *Amen* confirmatio eſt prædictorum. Tunc enim non erunt dominationes, nec poteſtates, ſed omnia ſoli Deo ſubjicientur, & ſic ſolus Deus regnabit in cœlo, in mundo, & in inferno.

VERSVS. 16.

Et viginti quatuor ſeniores, qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum dicentes. Hîc poſtquam tetigit exultationem iuſtorum de pace, & tranquillitate Eccleſiæ, & quiete ipſorum, tangitur gratiarum actio ipſorum Sanctorum de hac pace, tranquillitate, & quiete fidelium, & electorum. Ita dixi quòd mortuo Antichriſto, fiet regnum mundi, regnum Dei, & erit pax & tranquillitas in Eccleſia Dei, & de hoc non ſolùm glorificabunt Deum minores, & imperfecti, ſicut dictum eſt, ſed *Et viginti quatuor ſeniores*; id eſt, maiorum aliorum iudices, & prædicatores, & Doctores, qui; inquam, maiores, *in conſpectu Dei ſedent*, quia quæ diuino aſpectui placent, ſemper deſiderant, & intendunt. Tales, inquam, qui *ſedent in ſedibus ſuis*, id eſt, in Eccleſiis ſibi commiſſis, vel officiis, vel præmiis, *ceciderunt in facies ſuas*, id eſt, gratias agendo ſe humiliauerunt, & humilitatem ſigno exteriori prætenderunt, nihil meritis ſuis, ſed totum Deo attribuentes. Vnde Gloſſa. [In faciem ſuam cadit; qui in hac vita culpam ſuam cognoſcit, & eam pœnitendo deflet. Retrò cadit, qui in hac vita repentè decidit, & ad quæ ſupplicia deducatur, néſcit.]

Quis vere ante Deum cadere dicetur quis & retro.

Et nota quod per viginti quatuor ſeniores denotantur duodecim Patriarchæ, Patres veteris Teſtamenti, & duodecim Apoſtoli, fundatores noui Teſtamenti; & ſic per viginti quatuor ſeniores deſignantur. *Viginti quatuor* ergo *ſeniores*, id eſt, maiores, tam prædicatores, quàm Doctores, mortuo Antichriſto, *ceciderunt in facies ſuas*, Deo gratias agendo. *Et adorauerunt*, ſcilicet voce deuotionem oſtendentes, *& dicentes*, ſcilicet corde, ore, & opere.

VERSVS. 17.

Gratias agimus tibi Domine Deus noſter omnipotens, qui es, qui eras, & qui venturus es. Gratias agimus tibi, ſcilicet, quia nos ſaluaſti, & inimicos noſtros illos damnaſti. *Gratias* inquam *agimus tibi*, cui ſoli gratiam debemus, *Domine*, cui ſerui ſumus, *Deus*, quem colimus, *Omnipotens*, quem timemus. Vel, *Domine*, qui nos liberaſti, *Deus*, qui nos creaſti, *Omnipotens*, qui nos iudicabis, *qui es* immutabiliter, *qui eras* æternaliter, *qui venturus es* ad iudicium viſibiliter, quidam enim habent *quia venturus*, quòd hæc laus maximè illi attribuetur poſt iudicium, tunc enim maximè à Sanctis, & Dei electis, laus, & gratiarum actio attribuetur ei, de glorificatione ſua, & de malorum pœna.

Quibus titulis gratias Deo referre debemus.

Gratias ergo *agimus tibi*, & quare? *quia accepiſti virtutem tuam ma-*

gnam, quasi diceret, meritò tibi Domine gratias agimus, *quoniam accepisti* scilicet mortuo Antichristo, *virtutem magnam*, quantùm ad apparentiam, quam ante habebas quantùm ad existentiam. *Accepisti virtutem magnam*, Ecclesiam consolandi, mortuos suscitandi, malos damnandi, beatos glorificandi. Mortuo enim Antichristo hæc virtus maximè apparebit. Non solùm tibi Domine gratias agimus, *quoniam accepisti virtutem magnam*: verùm etiam, quia tuos à Diabolo, & Antichristo liberasti, tuo imperio ipsos malos subjecisti, *& super eos regnasti*, & ideo quia hæc fecisti,

Mortuo Antichristo virtus Christi maxime apparebit.

A

B

VERSVS 18.

Iratę sunt gentes, id est, mali gentiliter viuentes, *videntes regnum* contrarium eleuari, & suum reprimi, & humiliari. Sicut Herodes audiens Christum natum turbatus est, timens amittere regnum suum. Et *aduenit*, id est, aduenier, *ira tua*, quæ est vindicta tua, quæ est signum, quòd contra illos gentiliter viuentes venies iratus, & non solùm *veniet ira tua*, id est, vindicta contra malos, verùm etiam *veniet tempus mortuos iudicandi*, tam bonos quàm malos; vel vindicandi, & condemnandi mortuos ad ignem æternum. Et non solùm *veniet tempus* condemnandi, vel *iudicandi mortuos* per peccatum, sed etiam *reddere*, id est, reddendi & retribuendi *mercedem seruis tuis Prophetis*, id est, prædicatoribus, & Prælatis, & majoribus veritatem subditis demonstrantibus, *& Sanctis* in bono confirmatis, & solidatis, *& timentibus nomen tuum*, id est, aliquibus timore Domini à malo recedentibus.

C

D

Vel *veniet tempus reddendi mercedem Prophetis*, futura præuidentibus, *& Sanctis*, id est, Apostolis Spiritus sancti missione sanctificatis, *& timentibus nomen tuum*, id est, Martyribus, in timore Domini filiali perseuerantibus, *pusillis*, id est, virginibus castis, & innocentibus, *& magnis*, id est, Cõfessoribus, magna & ardua confitentibus: Et non solùm *veniet tempus reddendi mercedem* his Sanctis, & Dei electis, verùm etiam veniet tempus *exterminandi eos*, id est, alienandi à regno, *qui corrumpunt terram* in se ipsis, per opera terrena, malè viuendo, & aliis malum exemplum præbendo: & hoc est *væ* septimi Angeli, scilicet exterminatio malorum in fine mundi, de quo suprà in eodem isto capitulo, *Ecce tertium væ veniet citò.*

Quodnam est væ septimi Angeli.

Et nota quòd exterminium hîc vocatur damnatio, istud autem exterminium, vel damnatio inchoatur in fluctu tentationis, Psalm. *Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam*; vel de pauperatus est eam; perpetratur in consensu transgressionis, Eccles. vigesimo primo, *Multos enim exterminauit vinum*; obduratur in contemptu conuersionis, Psal. *Quoniam qui malignantur exterminabuntur, sustinentes autem, &c.* consummatur in excessu punitionis, Sapient. primo, *Non enim est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra.*

Psal. 79

Eccles. 31.

Psal. 36.

Sap. 1.

VERSVS 19.

Et apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & terræ motus, & grando magna. Hîc in-

cipit quarta visio de septem visionibus, quas Ioannes vidit. Prima enim est correctiua, quia est de increpatione Episcoporum, & septē Ecclesiarum, & monet ad dolorem & pœnitentiam; secunda est consolatoria, vnde est de apertione sigillorum, & reuelatione mysteriorum, & monet ad amorem, & lætitiam; tertia est comminatoria, vnde est de clangore Angelorum tubis canentium, & de damnatione reproborum, & monet ad timorem Dei, & reuerentiam; quarta hæc est exhortatoria, vnde est de pugna mulieris, id est, Ecclesiæ, & Draconis, id est, hostis, & de familia Agni, vt animet ad spem victoriæ: vnde istæ quatuor visiones ordinant quatuor affectiones animæ ad Deum, scilicet dolorem, gaudium, terrorem, spem.

Prima visio, scilicet correctiua, ordinat ad dolorem de peccatis, nam ex correctione elicitur dolor de peccatis; secunda visio, scilicet consolatoria, ordinat ad gaudium de beneficiis, nam ex consolatione elicitur gaudium de beneficiis; tertia visio, scilicet comminatoria, ordinat ad Domini timorem de pœnis, nam ex comminatione elicitur timor ex flagellis; quarta visio, scilicet exhortatoria ad pugnam, ordinat ad Domini spem de præliis vincendis, & præmiis acquirendis, nam exhortatione ad pugnam elicitur assertio spei de præmiis promissis. Istæ quatuor visiones respiciunt vniuersalem statum Ecclesiæ; tres vltimæ respiciūt statum finalem, de quo tamen statu finali, alia dicta sunt, sicut visum est in apertione quinti, sexti, & septimi sigilli.

Hæ visiones ad quid ordinant.

Hæc ergo quarta visio est de pugna mulieris, & Draconis, & eorum qui sunt de familia Agni, vt animet ad spē victoriæ, & visionis diuinæ. Duplex autem hîc describitur pugna mulieris: prima cùm Dracone; secunda cum familia Draconis, vel hostis. De prima pugna agitur in hoc capite: de secunda in decimo tertio capite. Hæc autem visio cōtinet tria capitula, scilicet duodecimum, decimū tertium, & decimum quartum. Nam in isto agitur de pugna mulieris cum Dracone, vel hoste; in decimo tertio, de pugna Ecclesiæ, vel mulieris cum familia Draconis, vel hostis; in decimo quarto, quia hæc terrorem incutiunt, ostendit qualem Ecclesia habeat adiutorem contra Draconis pugnam, & terrorem, quia ibi contra Agnum, id est, Christum, & familiam Agni, describit Agnum istum, & familiam eius. Item primò præmittuntur ad visionem quædam præambula; secundò ponitur visio ipsa, ibi, *Et signum magnum apparuit in cœlo.* Adhuc partita in duo. Nam primò præmittitur vnum pertinens ad secundam visionem, scilicet consolatoriā, quod est templi apertio, *Apertum est* inquam *templum Domini*; secūdo præmittit aliud pertinens ad tertiam visionem, scilicet comminatoriam, quæ est aëris mutatio, ibi, *& facta sunt fulgura, & voces*, &c.

Dicit ergo, *& apertum est templum Domini in cœlo*, hîc reuelat dicta in visione secunda, scilicet consolatoria. Ita dixi suprà, scilicet in visione secunda, quarto capite, quod *& apertum est templum Domini*, id est, manifestatum est mysterium Christi *in cœlo*, id est, in apertione Scripturæ Dei, quod enim priùs latebat de Christo *in cœlo*, id est,

Scriptura facta cœlum.

Scriptura

Scriptura sacra, & veteri Testamé- A to manifestatum est per Agnum, *qui dignus est*, vel fuit, *aperire librum*, & *soluere septem signacula eius*, vt suprà quinto cap. Nomine enim *cæli* intelligitur sacra Scriptura habens *luminare maius*, id est, nouum testamentum, *& luminare minus*, id est, vetus testamentum, *& stellas*, id est, expositiones Sanctorum. Vel vidi, ego supple Ioan. quòd *apertum est templum in cælo*, id est, vidi templum Domini, hoc est, Dei filium, *apertum*, id est, manifestatum, & prædicatum, *in cælo*, id est, in Ecclesia Dei cœlesti, & sublimi. Vel *vidi templum Domini*, id est, vterum virginis, qui fuit templum Domini Christi; *apertum*, id est, fœcundum ad concipiendum virtute Spiritus sãcti, & hoc *in cælo*, id est, in Sanctorum collegio. Prima expositio est litteralis, & de intentione Ioannis.

Nomine cæli sacra Scriptura intelligitur habens duo luminaria magna.

Apertum est igitur, id est, manifestatum *templum Domini*, id est, mysterium Christi, quod priùs latebat in figuris; *in cælo*, id est, in nouo testamento, quod cœlum est clarum per intelligẽtiam veritatis; sphæricum per continentiam omnis possibilitatis; altum per eminentiam dignitatis. Est ergo hoc templum; id est, Christi mysterium, clarum, vt contempletur. Apertum est, inquam, vt veneretur, *templum Domini*, altum vt admiretur *in cælo*. Vnde templum Christi clausum fuit, quandiu sub figuris latuit, sed apertum est, quando veniente veritate vmbra recessit, sicut euanescunt tenebræ, aurora ascendente. Et nota quòd tẽplum istud, scilicet Christus, vel mysterium eius, fuit apertum, & manifestatum in alloquutione Angelorũ, in visitatione pastorum, in adoratione Magorum. Vel fuit apertum perclaritatem suæ cõuersationis, per miracula suę operationis, per virtutem suę prędicationis. Vel fuit apertũ in Passione, in Resurrectione, in Ascẽsione, in Spiritus Sancti missione.

Quando nam templum Christi clausum & quando apertum.

Apertum est ergo *templum Domini in cælo*: quod autem secutum est ad hanc apertionem ostendit cùm dicit, *& visa est arca Testamenti in templo eius*, id est, reuelata, quæ de Christo sunt scripta & figurata, visa est, arca Testamenti, id est, Christus, *in templo eius*, id est, in Ecclesia Dei. Vnde dicitur arca, quia in Christo sũt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi: & dicitur Christus arca Testamenti, quia vetus testamentum impleuit, & nouum inchoauit.

Visa est arca Testamenti in templo, &c. In verbis propositis ostenditur ex parte Christi naturalis conditio, sub arcæ figura, ibi, *arca testamenti*; temporalis apertio, in visura, ibi *visa est*; virtualis infusio in temperatura, ibi, *in templo*. Potest esse thema in Ascensione Domini.

Thema pro Ascensione Domini.

Circa primum, vbi describitur naturalis conditio Christi sub arcæ figura, cùm dicitur *arca Testamenti*, sciendum quòd in hac *arca testamenti* erant tria, scilicet tabulæ, virga, vrna cum manna. Sic Christum per tabulam intelligo omniscientem per virgam, omnipotentem, per manna, omnifluentem, nam ipse est verbum omniscientiæ; sceptrum omnipotentiæ, bonum omnifluentiæ, vel sic dicatur legislator veritatis, reparator veritatis, præmiator fœlicitatis. De his simul dicitur ad Hebræos nono, *Erat tabernaculum habens manna, & virgam Aaron, quæ fronduerat, & tabulas testamenti in vrna*; substantia corporis

Tria in arca testamenti.

Hebr. 9.

Christi sanctissima,& mundissima, in mannate; diuinitas dulcissima, in virga florida,mũditia, & iustitia.

Circa secundum, vbi describitur téporalis Christi apparitio in visura,ibi,*visa est*,Sciendum quòd visus est Dominus Iesus Christus in Incarnatione,ad exemplum conuersationis, Baruch quarto, *Post hæc in terra visus est, &c.* In completa passione in augmentum gaudij, Ioan. septimo,*Gauisi sunt discipuli viso Domino*, in retributione; videbitur in pabulum refectionis, Iob decimo nono, *Quem visurus sum ego ipse.*

Baruch 4
Ioan. 7.
Iob. 19.

Circa tertium,vbi describitur virtualis Christi infusio in reparatura, ibi, *in templo eius.* Sciendum quòd in hoc templo coronantur victores imperialiter, Apocal. septimo, *Qui vicerit faciam illum columnam in domo Dei mei.* Ordinantur seruitores pulchri fortiter, Apocal. septimo, *Seruiunt ei die ac nocte in templo eius.* Iucundantur laudatores dulciformiter, Psal. *In templo eius omnes dicent gloriã.*

Apoc. 7.
Psal.

Et facta sunt fulgura & voces, & grando magna. Hic recapitulantur quæ dicta sunt in tertia visione cõminatoria. Ita dixi quòd dictum est in secunda visione,quòd *apertum est templum Domini*, id est, mysterium quod priùs latebat sub figuris veteris Testamenti. Et hoc ego Io. vidi in visione, & non solùm hoc, verùm etiam & vidi in visione comminatoria,quod *facta sunt fulgura*,id est, miracula magna, & manifesta, quæ erunt Ecclesiæ primitiuæ, & nouellæ necessaria, vnde Ecclesia nouella magis indigebat potu lactis, quàm solido cibo. Visio ergo miraculorum fuit quasi potus, verbo prædicationis per membra Ecclesiæ militantis imbibitus. Et nota quòd dicuntur miracula fulgura, sicut enim fulgurũ tria sũt genera,cæcantia,fœtentia,vrentia, sic miracula, quia miracula primò cęcabãt,quia vidẽtes à peccatis, & ab infidelitatibus cęcabãt, & separabant;pòst fœtebant, quia peccatum quod priùs placuerat,displicere & fœtere faciebãt;deinde vrebant; quia in amore Christi accendebant. Sunt autem miracula fulgura illuminantia per splendorem, inflammantia per ardorem, incitantia per terrorem.

Cur fulguribus denotentur miracula.

Tria fulgurum genera quid mystice designãt.

Vidi ergo quòd *facta sunt fulgura* in nouella Ecclesia,idest,miracula, *& voces*, id est, laudum confessiones,quia visis miraculis omnes laudabant Deum. Factæ,inquam,sunt voces prędicantium,iubilantiũ, postulantiũ. Vidi etiam quòd facti *sunt terræ motus* in primitiua Ecclesia, id est,terrenorũ cõmotio,visis enim miraculis quæ fiebant in primitiua Ecclesia, quidam ad irã mouebantur, quidam ad fidem conuertebantur, vnde dicebant Iudæi, *quid facimus, quia hic homo multa signa facit*, Ioan. decimo quinto. Facta est etiam in primitiua Ecclesia *grando magna*, id est, persequutio dura. Grando enim dicitur persecutio opprobriorum, flagellorum, suppliciorum, vnde bene persecutio grandini comparatur, quoniam sicut grando segetes virentes frangit, & primitiua lædit, pòst liquefacta terram humectat & vberem reddit,sic molles in fide frangit, sed Ecclesiam fœcundam facit, vnde Psal. *In tribulatione dilatasti mihi*, & Exod. primo, *Quanto magis affligebantur,tantò amplius crescabant*, & augmentabantur.

Miraculum vitæ bonis mors malis.

Ioan. 15.
Psal. 4.
Exod. 1.

Vel vidi in tertia visione comminatoria, quòd in nouella Ecclesia *facta sunt fulgura*, id est, reue-

lationes dulces, *& grando magna*, id est, interpretationes reuelationum ad erudiendum; *& terræ motus*, id est, comminationes ad conuertendum incredulos per admonitiones, & ad alliciendum; increpationes ad terrendum ignauos, duros, & malignos.

SYNOPSIS CAPITIS DVODECIMI.

VIdet Ioannes mulierem stellis coronatam, amictam Sole, Lunam sub pedibus habentem, quæ parturiebat. Draco autem septiceps expectabat vt filium eius deuoraret. Michaël & Angeli eius pugnant cum Dracone, & Angelis eius, eósque de cælo expellunt. Draco persequitur mulierem fugientem in solitudinem, quam cùm comprehendere non posset, bellum infert ijs, qui erant ex eius semine.

CAPVT DVODECIMVM.

1. ET signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: 2. Et in vtero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur vt pariat. 3. Et visum est aliud signum in cælo: & ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem; & in capitibus eius diademata septem: 4. Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram: & draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cùm peperisset, filium eius deuoraret. 5. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius: 6. Et mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta. 7. Et factum est prælium magnum in cælo, Michaël, & Angeli eius præliabantur cum draconе, & draco pugnabat, & Angeli eius: 8. Et non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo. 9. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, qui seducit vniuersum orbẽ: & proiectus est in terram, & Angeli eius cum illo missi sunt. 10. Et audiui vocem magnam in cælo dicentem: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accu-

sator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. 11. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. 12. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ terræ, & mari, quia descendit Diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet. 13. Et postquam vidit draco quòd proiectus esset in terram, persequutus est mulierem, quæ peperit masculum. 14. Et datæ sunt mulieri alæ duę aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus, et tempora, et dimidium temporis, à facie serpentis, 15. Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tamquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine. 16. Et iratus est draco in mulierem: & abiit facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. 16. Et stetit supra arenam maris.

VERSVS 1.

ET signum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Postquam præmisit ad istam visionem quędam præambula, sequitur visio ipsa, quæ est de pugna mulieris, siue Ecclesiæ, cum Dracone, vel hoste: & quoniam hæc mulier per Christi auxiliū superat, ideò primò præmittitur prælium; secundò Christi auxilium, circa finem cap. ibi, *Et adiuuit terra mulierem.* Item primò describit conditiones pugnātium, ibi, *Et factum est prælium magnum in cœlo.* Item primò describitur conditio mulieris; secundò conditio Draconis, ibi, *Et visum est aliud signum in cœlo, & ecce Draco magnus, & rufus.*

Dicit ergo, *signum magnum apparuit in cælo.* Ita dixi quòd ego Ioannes vidi in secunda visione consolatoria, apertum templum Domini in cœlo, & in tertia comminatoria vidi fulgura & alia signa multa, & non solùm hoc, supple vidi, verùm etiam & in quarta visione, scilicet ad pugnam exhortatoria, de qua hîc agitur, vidi quòd *& signum magnum apparuit in cælo*, id est, in Ecclesia militante, vel Sanctorum collegio, quod dicitur cœlum, sphæricum perennitate, clarum veritate, altum sublimitate: & quale sit signum, quod apparuit, statim dicit, ecce signum, *mulier amicta sole*, id est, Ecclesia ornata Sole iustitiæ, id est, Christi imitatione, scilicet in moribus, in virtutibus, in humilitate, in patientia, in charitate, in pietate; vel *mulier amicta Sole*, id est, Ecclesia induta Dei dilectione, & cognitione, quæ duo signantur per Solem. Cognitio signatur per Solem ratione splendoris, dilectio ratione caloris: & hæc duo vestiunt Ecclesiam. Et nota quòd Ecclesia dicitur mulier, propter prolis fœcunditatem, propter subiectionis

Ecclesia militans cœlum, & quale.

Cur Ecclesia dicta mulier.

humilitatem, propter compassionis pietatem. Hæc igitur *mulier* est *amicta Sole* iustitiæ, id est, Christi imitatione, vel cognitione, & dilectione.

Cur luna sub pedibus Ecclesiæ.

Et Luna sub pedibus eius, scilicet defectiua, per quam signatur cupiditas terrena, quia habet deficere; *sub pedibus eius*, sub affectionibus eius: vnde licèt Ecclesia, vel congregatio fidelium sustentetur, non tamen eis afficitur, quia habentes cor ad terrena, non videntur esse de Ecclesia Christiana, quia hæc est cœlestis, non temporalis. Ergo luna defectuosa, scilicet cupiditas terrena, *sub pedibus eius*, id est, sub affectionibus Ecclesiæ, *Et in capite eius corona stellarum duodecim* apparuit supple in capite huius mulieris in initio Ecclesiæ militantis. *Corona stellarum duodecim*, id est, collectio, seu cœtus Apostolorum duodecim, à quibus, quasi stellis fulgentibus, militans Ecclesia illuminatur & illustratur. Ipsi enim Apostoli sunt milites præcipui in capite exercitus positi: in nocte aduersitatis luxerunt in militante Ecclesia, & in Dei templo, sicut stellæ lucent in cœlo, Baruch tertio, *Stellæ dederunt lumen in custodijs suis.*

Duodecim Apostoli circumdantes caput Ecclesiæ.

Baruch. 3.

Signum magnum apparuit in cœlo, Mulier amicta Sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Istud potest exponi de militante Ecclesia, de fideli anima, vel de Virgine Maria. De Ecclesia hîc ad litteram exponitur, sicut dictũ est; vbi introducitur sancta mater Ecclesia, quantum ad incendium charitatis, *Signum magnum apparuit in cœlo mulier amicta Sole*, quantum ad dominium terrenitatis, ibi. *Et luna sub pedibus eius*; quantùm ad impe-

Hæc mulier amicta sole Mariã significans.

A rium authoritatis, ibi, *Et in capite eius corona stellarum duodecim.*

Signum igitur *magnum apparuit in cælo, &c.* Istud signum est signũ Trinitatis, quod repręsentat sancta mater Ecclesia; istud signum præfigurandum mysterio, imitandum exercitio, impetrandum desiderio; Isai. quadragesimo nono, *Et ecce leuabo ad gentes manum, & exaltabo ad populum signum meum.*

Signum in cœlo sancta Trinitas.

Isai. 49.

B *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole.* Hæc *mulier* dicitur *amicta Sole*, id est, incendio charitatis; istud incendium debet ardere in corde, fulgere in ore, feruere in opere, Ecclesiastici quadragesimo tertio, *Sol exurit montes.*

Eccles. 43.

Hæc ergo *mulier*, id est, militans Ecclesia, est *amicta Sole*, id est, incendio charitatis, *& luna sub pedibus eius*, hoc est omnis terrenitas, *sub pedibus eius*, id est, sub affe-

Affectio terrena quam vilis.

C ctionibus eius, sicut expositum est. Hæc Luna, scilicet terrenitas, obscuratur per vanitatem superbiæ, conuertitur in sanguinem per vilitatem luxuriæ, fit tota sanguis per cupiditatem auaritiæ, suprà septimo capitulo, *Luna tota facta est sanguis.* *Et luna sub pedibus eius*, quia Ecclesia hæc cæret vanitate superbiæ, vilitate luxuriæ, cupiditate auaritiæ.

Apocal 7.

D *In capite eius corona stellarum duodecim. In capite eius*, id est, in principio Ecclesiæ, id est, Apostoli, qui in principio Ecclesiæ fuerunt electi, sicut expositum est. Hi Apostoli dicuntur stellæ pulchræ visu, quantùm ad sanctitatem in conuersando, altæ situ, quantùm ad dignitatem in imperando; firmæ statu, quãtùm ad firmitatem in perseuerando. Genes. primo, *Posuit Stellas in firmamento cæli*, id est, in fundamen-

Genes. 1.

to Ecclesiæ Dei. Hæc expositio est A litteralis.

Hæc mulier significat animã fidelem.

Potest etiam istud verbum exponi de fidelianima, dicendo, *Magnum signum* est, quando anima signo Dei signatur. Anima enim signatur imagine naturali. Psal. Psalm. 8. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine,&c.* Charactere baptismali, Ephes.4. Ad Ephes. quarto, *In quo signati estis in die redemptionis*; vexillo triumphali, hoc est sanguine Christi, per eius meditationem, & compassionem, Exod. duodecimo, *Erit vobis* Exod.12. *sanguis in signum*; sigillo virtuali, quæ est pœnitentia, Ezech. nono. Ezech.9. *Signa Thau super frontes gementium,& dolentium.* Dicitur autem fidelis anima, mulier fœcunda meritis, sponsa donis, clara exemplis, Prouerb. Prouerb. tertio, *Mulierem fortem quis inueniet,* 3. *procul,& de vltimis finibus pretium eius.*

Quomodo amicta sole.

Sed dicitur hæc mulier, id est, fidelis anima *amicta Sole*, scilicet splẽ- C dore veritatis, ardore charitatis, decore puritatis. Psal. *Omnis gloria eius* Psal. 44. *filiæ regis ab intus. Et Luna sub pedibus eius*, id est, mutabilitas mundi. Debet enim hæc luna esse sub pedibus eius, vt sustentetur necessitas, conculcetur carnalitas, cõtemnatur prosperitas :, vnde *stultus vt luna mutatur*, Eccles. 18. Eccleziasti. vigesimo octauo.

Quale caput fidelis anima.

Sed *in capite eius corona stellarum* D *duodecim.* Caput enim est ratio, & superior portio: quod, inquam, caput fidelis animæ, est situ summum eminentiâ potestatis; est sensu plenum refulgẽtiâ honestatis; est motu primum influentiâ pietatis. Sed

Mali superiores reprehendũntur.

aliqui Prælati, qui maximè capita debent esse, sunt hodie facti cauda, quia nec habent authoritatem in imperiis; nec honestatem in exemplis, nec pietatem in beneficijs, sed superflua, quibus egeni sustendandi sunt, impiè sibi retinent ih vsus suæ superbiæ, aut luxuriæ, & victum pauperum consumere non verentur. Dicuntur peccantes, quia aliena rapiunt, & sacris, in vanitatibus & cupiditatibus, abutuntur.

Quales sunt duodecim stellæ fidelis animæ quibus coronatur.

In capite fidelis animæ, hoc est, in ratione, & superiori portione, *Corona stellarum duodecim.* Stellę istæ sũt habitus virtuosi, per quos intelligo quatuor virtutes cardinales, per quas fidelis anima in præsenti vita regitur, scilicet Prudentiam, Temperãtiam, Fortitudinem, Iustitiam, quæ distinctæ quaternarium numerum constituunt, vnitæ duodenarium. Prudentia enim in tres partes diuiditur, in memoriam, respectu prẽteritorum; in intelligentiam, respectu prẽsentium; in prouidẽtiam respectu futurorũ. Temperantia etiam habet tres partes, abstinentiam cõtra gulam, continentiã cõtra luxuriam, modestiam contra linguam: iustitia etiam habet tres partes, reuerentiam, quantùm ad maiores, beneuolentiam quantùm ad pares, clementiam quantùm ad inferiores. Et sic duodecim stellæ in capite fidelis animæ. *Omisit fortitudinem.*

Prudentia in tres partes distinguitur sicut & alia Virtutes Cardinales.

Hæc mulier Deiparam refert.

Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole, Pro beata Virgine ostenditur honor dignitatis, ibi, *signum magnum*; feruor charitatis, ibi *apparuit*; decor puritatis, ibi, *in cælo*; dulcor pietatis, ibi; *mulier*; splendor fœlicitatis, *amicta sole.* Potest etiam istud verbum exponi de beata Virgine; fuit enim *signum magnum* quando virgo concepit, & virgo peperit Dei Filium. Fuit enim Virgo beata diffusa comitate liberali,; perfecta integritate vir-

ginali, & virtuali, inuicta contrarietate criminali, excelsa sublimitate regali.

Signum magnum apparuit in cælo, vnde potest esse thema in Assumptione Beatę Mariæ. Beata Maria fuit signum condecentis verbi, fœcundationis vteri, generationis filij, vel fuit signũ fœderationis, Gen. 9. *Ponam arcum meum in nubibus cæli, &* Genes. 9. *erit signum fœderis inter me, & terram*, attestationis fidei, Numeri decimo octauo *Virgam Aaron in tabernaculo* Num 18. *testimonii, in signum rebellium vestrorum Israël*; propitiationis rei, id est, peccatoris, Hester quarto, *Extendit* Hester. 4. *rex virgam auream*, in signum clementiæ.

Ergo Virgo beata *signum magnum* dicitur, in quo describitur vt diffusa comitate liberali, sed *amicta Sole*, in quo describitur vt perfecta integritate virtuali. Fuit autem *amicta Sole*, quantùm ad quatuor dotes corporis, quæ sunt impassibilitas, subtilitas, agilitas, & claritas. Vel fuit *amicta Sole* Virgo Beata, quia sicut Sol firmus statu, clarus aspectu, feruidus effectu, sic in Beata Virgine est tentio firma, visio clara, dilectio, vel fruitio summa, Ecclesiastici vigesimo septimo, *Sicut Sol oriens mundo in altis-* Eccles. 24 *simis Dei, sic mulieris bona species in ornamentum domus suæ.* Vnde Beata Virgo dicitur *mulier*, non flexibilitate, sed firmitate. Hæc *mulier* fuit præordinata diuino intuitu, sanctificata in ortu, glorificata in transitu. Vnde de hac specialiter dicitur id, Iudith nono, *Non est talis* Iudith. 9. *mulier super terram.* Hæc ergo *mulier amicta Sole*, in quo describitur vt perfecta integritate virtuali.

Quale signum Virgo.

Quomodo Sole amicta Virgo.

Et luna sub pedibus eius. Vnde describitur vt inuicta contrarietate criminali, vnde sub pedibus Beatæ Virginis luna mutabilis, & terrena, quia sine fœditate vitij corrumpentis, sine pronitate carnis imperentis & impie allicientis. *Luna* ergo terrena sub pedibus eius, quia ipsa non mutatur vt Luna, Ecclesiast. vigesimo octauo.

Quomodo Luna sub pedibus Mariæ.

Et in capite eius corona stellarum duodecim, in quo describitur vt excelsa sublimitate regali. Istæ stellæ sunt duodecim priuilegia specialia Beatæ Virginis; sanctificatio vteri, salutatio Angeli, obumbratio Spiritus sancti. Conceptio filij Dei, & hæc quatuor sunt à Deo. Quatuor sunt à parte animæ, solitudo conuersantis, fuit enim conuersatione sola, vel solitaria, sollicitudo examinantis, fuit enim in examinatione sollicita, fortitudo intelligentis, fuit enim p omissione certa, promptitudo assentientis, fuit enim consensu prompta. Quatuor sunt ex parte corporis, virginitas sine exemplo, fœcunditas sine corruptione, grauiditas sine generatione, puerperium sine dolore. Propter prima quatuor priuilegia dixit Angelus ad eam, *Aue gratia plena*, propter alia quatuor, *Dominus tecum*, propter vltima quatuor, *Benedicta tu in mulieribus. Signum* ergo *magnum apparuit, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Exponatur ad litteram sicut expositum est de Ecclesia militante.

Ecclesi. 18.

Luc 1.

VERSVS 2.

Et in vtero habens, & clamabat parturiens, & cruciabatur vt pariat. Hic descripta dignitate matris ecclesiæ, describitur fœcunditas partus. Ma-

ter enim noſtra militans Eccleſia, A filios ſpirituales concipit & parit ſponſo ſuo, ſcilicet Chriſto; ſecunda pars incipit, ibi, *Et clamabat parturiens.* Ita dixi, quòd in cœlo, apparuit *mulier amicta Sole, &c.* id eſt, Eccleſia Mater noſtra, & hoc ego Ioan. vidi, & non ſolùm hoc, verùm etiam & vidi quòd hæc mulier apparuit in vtero habens, id eſt, pregnans; & in fide filios generans. Vnde facta Mater Eccleſia habens in vtero copiam gratiarum, chariſmatum, bonarum voluntatum, ad filios in fide generandos. Vnde ſemper pregnans fuit in voluntate. Et vidi quòd *clamabat* in principio, & adhuc clamat, ſcilicet per Prædicatores, Paſtores, & Doctores, *parturiens*, id eſt, parere deſiderans, *& cruciatur*, ſcilicet vigilando, prædicando, ieiunando, orando, *vt pariat*, ſcilicet filios ſponſo Chriſto. C

Quomodo Eccleſia cruciatur vt pariat filios Chriſto ſponſo.

Illud etiam *habens in vtero*, poteſt exponi de fideli anima, ſicut primum, nam fidelis anima multiplicat bonos conceptus, germinat bonos fœtus, & per conſequens parit bonos effectus, & fructus.

Poteſt etiam exponi de Virgine Maria. Nam ipſa fuit habens in vtero filium Dei, & clamabat, *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? parturiens*, id eſt, ſalua integritate parere cupiens. Vnde Ierem. ſexto, *Quis vnquam talia vidit? quis huic ſimile audiuit? parturiens*, quia ſine dolore peperit, *& cruciatur*, ſcilicet *ieiuniis, vigiliis, diſciplinis, &c. vt pariat*, id eſt, vt tanta prole digna fiat. D

Quomodo etiam Dei para cruciatur, vt pariat.

Luc. 1.

Herem. 6

VERSVS 3.

Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo, & ecce Draco magnus rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem. Hic poſtquam deſcripſit mulierem, ſcilicet Eccleſiam militantem, deſcribit Draconẽ, vel hoſtem, ipſam impugnantẽm. Et primò deſcribit ipſum Draconem vel hoſtem quoad malignitatem; ſecũdò quoad in vtendo prauitatem, ibi, *Draco ſtetit ante mulierem, quæ paritura erat.* Item primò deſcribit conditiones Draconis, vel hoſtis; ſecundò membrorum tam principalium, quàm aliorum, ibi, *Habens capita ſeptem, & cornua decem.* B

Dicit ergo, *Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo.* Ita dixi, quòd *apparuit ſignum magnum in cœlo, mulier amicta Sole*; & ita vidi conditiones mulieris, ſcilicet Eccleſiæ; & non ſolùm hoc, verùm etiam & viſum eſt eodem tempore, & in eadem viſione, *aliud ſignum*, id eſt, alia ſignans, & ſignificans, quia primum fuit de muliere, vel Eccleſia militãte, iſtud de Dracone, vel hoſte contra ipſam pugnante. Vel *aliud*, quia primum ſignum proficiendi in bonum, *&c. aliud*, quia primum bonum, iſtud verò malum.

Sanctorum collegium dicitur, & cœlum.

Viſum eſt ergo *aliud ſignum in cœlo*, id eſt, in Eccleſia, vel Sanctorum collegio, quæ dicitur cœlum ſplendoris, veritatis, nitoris, puritatis, vigoris, charitatis. In hoc cœlo eſt leuitas lucis, nobilitas Ducis, ſolemnitas laudis.

Viſum eſt *aliud ſignum in cœlo*, & quas iſtud ſignum? *Et ecce Draco magnus & rufus*: *Et ecce*, id eſt, præſens eſt Draco, id eſt, Diabolus *qui dicitur Draco*, propter aſtutiam decipiendi, *magnus*, propter potentiam pugnandi, *rufus*, propter malitiam ſuperandi. Vel *Draco*, propter occultas inſidias falſitatis, Pſ. *Sedet in inſidiis cum diuitibus in occultis.* Pſal. 9

Cur Diabolus Draco dicitur Rufus & magnus.

magnus,

magnus, propter superbiam, & elationem vanitatis, Iſai. *Superbia eius, & arrogantia eius plusquam fortitudo eius*; *Rufus*, propter sæuitiam crudelitatis, Iob octauo, *Ille homicida fuit*: vnde Diabolus dicitur *Draco*, propter occultam astutiam, leo propter apertam malitiam, quia leo apertè irascitur, *Draco* occultè insidiatur. Et ideo mulieri, vel fideli animæ duo sunt necessaria, scilicet patientia contra malitiam leonis, sapientia contra astutiam Draconis.

Iſai

Iob. 8.

Duo necessaria animæ fideli aduersus diabolum.

In Diabolo inuenio presentiæ propinquitatem, ideo dicitur *ecce*; fraudulentiæ malignitatem, ideo additur *Draco*; potentiæ multiplicitatem, ideo concluditur *Rufus*.

Ecce ergo *Draco magnus, & rufus habens capita septem*, id est mundi Principes, superbos, inuidos, iracundos, acedioſos, auaros, gulosos, luxurioſos: contra quos ad litteram Abac. tertio, *Percussisti caput de domo impij*, quoad superbos; *Denudasti fundamentum eius vsque ad collum*, quoad inuidos; *Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorũ eius*, quoad iracundos; *Venientibus vt turbo*, quoad acedioſos; *Exultatio eorum sicut eius, qui deuorat pauperem in abscondito*, quoad auaros; *Viam fecisti in mari equis tuis*, quoad gulosos; *In luto aquarum multarum*, quoad luxurioſos.

Quinam per capita huius draconis intelliguntur.

Abach. 3.

Dicit ergo, *Draco iste habens capita septẽ*, id est, vniuersos Principes decẽ dictos, *& cornua decem*, precepta, quæ impugnet, & *in capitibus eius*, id est, in Principibus dictis, *septem diademata*, id est, septem vitia capitalia. Sunt autem septem, superbiæ vanitas, inuidiæ malignitas, iræ peruersitas, accidiæ ociosităs, auaritiæ cupiditas, gulæ voracitas, luxuriæ fœditas. Sunt autem septem vitia capitalia, Superbia, Inuidia, Ira, Acedia, Auaritia, Gula, Luxuria. Et bene dicuntur hæc vitia diademata, quia milites Diaboli his vitijs coronantur. Nemmem enim vincit Diabolus, nisi per hæc vitia, & ideo benè dicuntur diademata. Nota ergo in verbis istis ex parte Diaboli, presidẽtium authoritatem, in capitibus, Tẽtationum varietatem, in cornibus decem; de triumpho iucunditatem, ibi, *Et in capitibus eorum septem diademata.*

Septem diademata huius draconis septem vitia capitalia.

VERSVS 4.

Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli. Hic describit Draconis membra minùs principalia & vltima, scilicet in cauda. Ita dixi, quòd Draco iste habebat capita 7. Et hoc ego Ioannes vidi, & non solùm hoc, verùm & vidi quòd & *cauda eius*, id est, finalis hostis tentatio, vel simulata deceptio, quæ dicitur cauda, quia malitiã operit, sicut cauda turpitudinẽ animalis. Hæc inquam cauda, vel deceptio simulata, *trahebat*, scilicet de fide ad infidelitatem, *tertiam partem stellarum cæli.* Et nota quòd quædam stellæ dicuntur erraticæ, quædam fixæ. Stellæ fixæ mouentur ad motum firmamenti; & harum quædam sunt superiores, & lucidiores; aliæ inferiores, & minùs lucentes, per quas intelliguntur contemplatiui, & actiui. Et istos non trahit cauda Draconis, quia sunt fixæ, & & firmæ in fide, & non mouentur nisi ad motum firmamenti, id est, Christi. Erraticę stellę, quæ mouẽtur contra firmamentum, sunt reprobi, qui mouentur contra prẽceptum Christi. Et istos cauda Draconis trahit de fide ad infidelitatem, de gratia ad culpam, de statu

Cauda eius.

Stellarum triplex differentia & quid denotent.

ſalutis ad ſtatum æternæ damnationis. Et dicuntur iſti reprobi ſtellæ cœli, quia etſi ad infernum ſunt deputati, ſunt tamen creati vt eſſent ciues cœlici, & Principes paradiſi.

Ergo vidi quòd *cauda draconis*, id eſt, hoſtis, *trahebat tertiam partem ſtellarum cœli*, id eſt, omnes reprobos & malos: *& miſit eos in terram*, id eſt, ſic tractos miſit in terram, id eſt, amorem terrenorum, vt ſcilicet B plus diligerent terrena, quàm cœleſtia. Vel Draco trahebat tertiam partem ſtellarum. Stellæ dicuntur Angeli, quorum quidam ſunt miniſtrantes, & hi prima pars; quidam ſunt aſſiſtentes, & hi ſecunda pars; quidam ſunt nec aſſiſtentes, nec miniſtrantes, & hi tertia pars, quam Draco Lucifer traxit caudâ ſua, id eſt, deceptione & ſug- C geſtione ſua; *Et miſit in terram*, quia in habitationem caliginoſam.

Angeli ſtella & quoſdam ex eis ſecum deduxit draco in infernum.

Caudâ trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit in terram. Notate iſtam clauſulam, & videte Diaboli fraudulẽtiam, & deceptionem, ibi; *Cauda*; cautam inordinationem, ibi, *trahebat*; deceptorum multitudinem ibi, *tertiam partem*; deceptorum conditionem, ibi, *ſtellarum cœli*; deceptorum inuolutionem, & maledictionem, ibi, *& miſit in terram.* Et nota quòd draco iſte, & coluber D venenoſus flatu dejicit elatos, Ierem. quarto. *Traxerunt ventum quaſi Dracones*; tractu inficit immundos, Apocal. ſeptimo. *De ore Draconis exierunt ſpiritus immundi, ad modum ranarum*; caudâ inuoluit cupidos, in propoſito, *Draco traxit tertiam partem ſtellarum cœli*; morſu interficit iracundos, Deuter. trigeſimo quarto, *Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.*

Ierem. 4.

Apocal. 7.

Deut. 34.

A Sed Dominus Ieſus Chriſtus iſtum Draconẽ in Baptiſmo exterminauit, Pſal. *Tu confregiſti capita Draconum in aquis*; in deſertò conculcauit, Pſalm. *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*; in patibulo ludificauit, Pſal. *Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei*; in inferno alligauit, Apocal. vigeſimo, *Apprehendit Draconem, ſerpentem antiquum, qui eſt Diabolus, & ligauit eum.* Iſte Draco exterminatur, & conculcatur abſtinentiâ, ludificatur patientiâ, alligatur continentiâ à nobis.

Pſal. 73.

Pſal. 90.

Pſal. 103.

Apoc. 20.

Et Draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cùm peperiſſet filium eius, deuoraret. Hîc poſtquam oſtendit Draconis malignitatem, oſtendit prauitatem nocendi, & conatum: & quia aliquando iſte conatus fruſtratur, ideò in ipſâ parte oſtendit conatum nocendi, & prauitatem; ſecundò iſtius conatus fruſtrationem, ibi, *Et peperit filium maſculum.* Ita dixi, quòd vidi Draconem magnum, & rufum, ſcilicet Diabolum, *caudâ ſuâ trahentem tertiam partem ſtellarum cœli*, id eſt, omnes reprobos: *& miſit eos in terram*, id eſt, in terram tenebroſam, ſcilicet Infernum. Et non ſolùm hoc vidi, quòd *Draco*, id eſt, Diabolus armatus aſtutiâ, potentiâ, malitiâ, *ſtetit*, ſcilicet non fatigatus, ſed vigilans ad tentandum; non fatigatus, ſed inſidians ad nocendum; non laſſatus, ſed paratus ad interficiendum, *mulierem*, id eſt, Eccleſiam militantem, *quæ erat paritura*, ſcilicet filios ſpirituales in fide Chriſti, per effectum, quos iam conceperat per voluntatem, & affectum, quod valde eſt notabile, & graue. Eccleſia enim grauida, vel anima conceptione boni pro-

Cùm orare deſideramus, tunc nos grauiores vrget diabolus tentatione.

positi, & dum vult parere & bene-
facere, surgit Diabolus vt partum
impediet, aliquando concupiscibilia offerendo, aliquando ad mala inclinando: vnde cùm anima est iuxta partum boni operis, tunc maximè Diabolus conatur vt abortum patiatur; vellet enim quòd animæ semper essent grauidæ, & pregnantes, & bonum facere desiderantes, sed nunquam parientes.

Vidi ergo quòd *Draco* iste *stetit ante mulierem*, id est, Ecclesiam, vel animam fidelem, *vt cùm peperisset, filium eius deuoraret*. In hoc designatur major eius malitia, nam quando Diabolus non potest impedire boni operis partum, conatur occidere natum, & hoc per vanam gloriam, quam in fine boni operis offert, vt bonum faciens, per vanam saltem gloriam, id amittat. Vnde August. in quodam sermone, [Diabolus insidiatur calcaneo mulieris, vel animæ fidelis, vt saltem in calcaneo, hoc est, in fine bonum opus per vanam gloriam amittat.]

Stetit ergo *Draco ante mulierem, vt cùm perperisset, deuoraret filium eius*, id est, opus bonum auerteret, in principio intentionem peruertendo; in medio impediendo; in fine, vel termino, vanam gloriam suggerendo.

VERSVS 5.

Sequitur, *Peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.* Ostenso conatu Diaboli, hîc ostenditur frustratio illius conatus; & primò subtrahendo principale, scilicet filium; secundò minùs principale, scilicet genitricem, vel matrem, ibi, *Et mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locum à Deo*; ita dixi, quòd *Draco stetit ante mulierem, vt cùm peperisset filium*, id est, opus bonum, *deuoraret eum*: *& peperit mulier*, id est, Ecclesia, & quamuis *Draco* esset paratus filios Ecclesiæ deuorare, tamen ista *mulier* peperit, scilicet per Virginem Mariam, Filium Iesum Christum, *masculum* fortem, non fœminam debilem, *qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea*, id est, in inflexibili iustitia, quia etiam *Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt*, Psal. Psal. 84.

Qui fuam primi masculus quem peperit hæc mulier.

Peperit ergo Ecclesia per Virginem, filiũ *masculum* Iesum Christũ. Vnde hîc filius fuit æternaliter generatus, & ideo splendor paternus; temporaliter natus, & ideo amor maternus; corporaliter immolatus, & ideo odor æternus; singulariter exaltatus, & ideo honor supernus: Et iste filius regit regnum omne vniuersi sapienter per dispositionem prouidentiæ; inferni potenter per distinctionem iustitiæ; Ecclesiæ, clemẽter per distributionem gratiæ, Apocal. septimo, *Agnus, qui in medio throni est, reget eos.* Apocal. 7.

Hîc igitur filius *recturus est omnes gentes*, & hoc *in virga ferrea*. Vnde nota quòd Christus triplici virgâ ad se reducit hominem, virgâ mensurante, vel Iustitiæ, ad examinationem conscientiæ, virgâ liberante, vel misericordiæ, ad propitiationem indulgentiæ; virga consolante, vel prouidentiæ, ad supportationem pœnitentiæ: Hæc est virgâ Regis Assueri, Hester quarto. Hester 4.

Triplici virga Christus nos ad se reducit.

Ergo hæc *mulier peperit filium* istum Christum, *Et raptus est filius eius*, scilicet Dominus Iesus Christus, *ad Deum*, id est, ad Patrem

Vera humanitas Christi Domini exprimitur.

suum in Ascensione; *& ad thronum eius*, id est, ad æqualitatem Patris, non per effectum nouum in quantùm Deus, sed in quantùm homo verus: vnde hic ostenditur vera Christi humanitas, *raptus est*; ostéditur Patris æqualitas, *ad thronum eius fugit, &c.* Hîc ostenditur frustratio Diaboli, quo ad minùs principale, scilicet quoad genitricem, vel matrem. Vel dixi, quòd cùm Draco vellet deuorare filium Ecclesiæ Iesum Christum, quem sibi Maria genuit, non potuit, quia raptus est ad Deum, pòst interficiens eum; & non solùm supple Diabolus voluit deuorare istum filium, & tamen non potuit, imò etiam, & eius genitricem, id est, Ecclesiam militantem, nec tamen potuit, quia hæc

A

B

VERSVS. 6.

Mulier fugit in solitudinem, id est, in locum secretum, spernendo mundi tumultum, Psalm. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine*; mundum namque debet fugere, qui vult inimicum vincere: vnde debet manere in solitudine peccatum detestando, Deum contemplando, orationi vacando.

C

Psal. 54. *Qui dæmonis vitare esse desiderat, mundum fugiat.*

Quomodo in solitudine manere debemus.

Nota quòd est triplex solitudo, mentis, religionis, mundanæ conuersationis: solitudo mentis apta ad meditandum, alta ad contemplandum, læta ad exultandum. Oseæ secundo, *Ponam eum in solitudine.* Solitudo religionis, fuga mundi, aula Dei, vita cœli. Psal. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine*; Solitudo mundi est, in qua deuiat error, obuiat horror, æstuat ardor: vnde propter ista tria dicitur ad Corinth. secundo, periculis in solitudine. *Mulier* ergo, id est, Ecclesia, vel fidelis anima, *fugit in solitudinem*, id est, in mentis secretum, spernendo mundum, & sic superauit inimicum, vel Draconem magnum. *Vbi*, id est, in qua solitudine, *habet locum paratum* à *Deo*, scilicet adquiescẽdum, quia in mundo non est quies, sed amaritudo multiplex. Vel fugit in solitudinem, id est, in cœlum per contemplationem; *vt ibi pascat eam Deus*; id est, pastu Angelorum, scilicet cælesti, Sapient. decimo quinto, *Angelorum escâ nutriuisti populum tuum*; vel fructu doctrinæ, vel prædicationis sanctæ; & hoc *diebus mille ducentis sexaginta*, id est, toto tempore præsentis vitæ: quandiu enim durabit Ecclesia, tãdiu Christi doctrina, Matth. vltimo, *Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi*, scilicet per prædicationem, & doctrinam. Mille autem ducentis quadraginta diebus prędicauit Christus, sicut dictum est suprà, & ita pauit Ecclesiam tot diebus, pastu suæ prædicationis.

Oseæ 2.

Psal. 54.

In mundo nulla tranquillitas.

Sap. 15.

Matth. vlt.

VERSVS 7.

Et factum est prælium magnum in cælo, Michael, & Angeli eius prœliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius, & non prœualuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo. Suprà descripsit conditiones pugnantium, hîc describit ipsum prælium, & primò describitur pugna occulta; secundò aperta, ibi, *Væ terræ, & mari, quia Diabolus descendit ad vos.* Item primò describitur conflictus; secundò, exitus, ibi, *& non prœualuerunt, neque inuentus est locus eorum amplius in cælo.*

D

Quale prælium bonorum & malorum Angelorum.

Dixit autem, *factum est prælium magnum in cælo*, scilicet quando boni, & mali affectionibus contrariis

mouebantur. Mali contra Deum per elationem, & superbiam; boni ad Deum per humilitatem & obedientiam: vnde & *factum est prælium magnum in cælo*, inter Angelos, quando Lucifer dixit, *Ascendam in cælum, & ero similis altissimo*, alijs existentibus in affectu, & consensu contrario.

Factum est igitur *prelium magnum in cælo*, & quale, statim dicit, *Michaël* B *& Angeli eius præliabantur cum Dracone.* Per Michaëlem, qui interpretatur, *vt Deus*, intelliguntur maiores; per Angelos, qui dicuntur à Deo missi, intelliguntur Angeli minores. *Præliabantur cum Dracone*, idest, cum Lucifero Dracone propter astutiam falsitatis; cum Lucifero magno, propter potentiam malignitatis, & rufo propter sæuitiam crudelitatis.

Michael interpretatur vt Deus.

Præliabantur, inquâ, boni Angeli C cum isto dracone, superbię eius nó consentiendo, contrarium affectum habendo; *& Draco pugnabat*, id est, Lucifer volens Diuinitatem rapere, super alios dominium habere, & nulli subiectus esse. Et non solùm ipse pugnabat contra Deũ, & Angelos, verùm etiam; *& Angeli eius cum eo ceciderunt.*

VERSVS 9.

Sed qui? certè volentes diuinitatem rapere, & bonos Angelos D superare; *aduersus eos non ualuerunt*, verùm etiam, *nec eis inuentus est locus amplius in cælo*, imò in locum obscurum, & caliginosum ceciderunt; hoc ad litteram. Vel aliter, *factum est prælium magnum in cælo*; quia homines in cœlum ascẽdere possunt, à quo ipsi per superbiam ceciderunt, ideo eos ex inuidia impedire conantur. Sed boni Angeli hominibus assistunt, quia eos ad bonum prouocant, vt ad cœlum ascendãt, & sic in Ecclesia contra Diabolum pugnant, incitando homines ad bonum, quos mali incitant ad malum, & damnum.

Angelus Diuinum nos prouocat.

Factum est igitur *prælium in cælo*; id est, in Ecclesia, *Michael, & Angeli eius præliabantur cum Dracone*, quia ipse est princeps Ecclesiæ: vnde ei præcipuè incumbit cura Ecclesiæ, qui etiam fuit princeps Synagogæ: vnde Daniel dixit, *Nemo est adiutor meus in his omnibus, nisi Michaël Princeps vester.* Sed ex quo Synagoga Christum crucifixit, translatus est Michaël ad curam Ecclesiæ Christianæ: Ergo in Ecclesia militante *præliatur Michaël, & Angeli eius*, id est, minores nobis ministrantes; *cum Dracone*, id est, cum Diabolo nos volente per astutiam decipere, & ad infernum suâ caudâ trahere.

Michael princeps Ecclesiæ.

Daniel 10.

In prima clausula, *Factum est prælium magnum in cælo*, tanguntur tria; tribulationis complementum, ibi, *Factum est*; tribulationis nocumentum, ibi, *Prælium magnum*; patientiæ fulcimentum, ibi, *In cælo.*

In secunda clausula, *Michaël & Angeli eius præliabantur cum Dracone*, describitur pugna spiritualis Ecclesiæ, vel fidelis animæ cum Dracone, vel hoste, vt periculosa, propter violẽtiam expugnationis, quod habet ortum ex crudelitate aduersarij; vt laboriosa, propter potentiam expugnatoris, quod habet ortum ex diuturnitate exercitij, vel belli; vt victoriosa, propter assistentiam propugnatoris, quod habet ortum ex authoritate diuini adiutorij. Vel describitur triumphantium exercitus, ibi, *Michaël & Angeli eius*; congressionis cœ-

Descriptio pugnæ spiritualis animæ cum Dracone.

tus, ibi, *Præliabantur*, inimicus oppositus; ibi, *cum Dracone*.

Circa primum sciendum quòd Michaël est Princeps Ecclesiæ, & ei pugna Ecclesiæ, vel fidelis animæ attribuitur, ipse enim assistit laborantibus ad operandum, ne à Dracone impediantur; orantibus ad impetrandum, ne repellantur; vacillantibus ad informandum, ne à Dracone seducantur, pugnantibus ad triumphandum, ne à Dracone subigantur.

Michaël in pluribus locis auxiliatur.

Circa secundum, vbi describitur ista pugna vt laboriosa, cùm dicitur, *Præliabantur cum Dracone*. sciendum quòd præliandum est vigilanter, ne pręueniamur; sapienter, ne decipiamur; confidenter, ne terreamur; præsentialiter, ne deijciamur, primi Reg. *Esto vir fortis, & præliare bella Domini.*

Quomodo pugnandum cum Dracone.

1. Reg.

Circa tertium, vbi & pugna describitur vt victoriosa cùm dicitur, *Et non prœualuerunt*, scilicet hostes, sciendum quòd tria sunt genera hostium, scilicet carnis lasciuia, contra quam fragrant lilia castitatis; mundi concupiscentia, contra quam florent semina paupertatis; hostis superbia, contra quam feruent incendia charitatis, per iugum obedientiæ & humilitatis. De his Ierem. decimo quintò, *Pugnabunt aduersum te, & non prœualebunt, quia ego tecum sum, vt eruam te.*

Ierem. 15.

Michaël & Angeli eius præliabantur cum Dracone. Et Nota quòd tria nomina sunt nobis nota Angelorum, quia habent circa nos facere, scilicet perficere: Michaël in præliis adiutor, & ideo interpretatur *quis vt Deus*, vel *diuinitas illuminans*; Gabriel, in mysteriis reuelator, & ideo interpretatur *virtus mea*, vel *fortitudo purgans*, Raphael in suppliciis liberator, & ideo interpretatur *sanás Deus*, vel *medicina*: Et *hi pugnant cum Dracone*; vnde sciẽdũ quòd Draco habet mãgnitudiné in corpore, per quod intelligitur in Diabolo magnitudo operis; aërem inficere, per quod intelligitur fortitudo tentationis; cum elephante pugnare, per quod intelligitur inuasio præliationis; sanguinem Elephantis fugere, per quod intelligitur fomentum delectationis praux. Vult dormire, per quod intelligitur continuitas malæ actionis; morsus eius habet inficere, per quod intelligitur multiplicitas dãnationis, propter eius venenum; mare habet tumefacere, in quo intelligitur in Diabolo peruersitas turbationis.

Gabriel interpretatur virtus mea vel fortitudo mea.

Raphael Dei medicina.

Et Draco, id est, Lucifer, *& Angeli eius*, id est consentientes, & alii Dæmones *pugnabant*, scilicet monitiones sanctorum Angelorum destruendo, & contra illos suggerendo, hic est enim Draco, qui Adam, & Euam decepit, promittẽdo eis immortalitatem, dicens, *Nequaquam moriemini*; libertatem, *Eritis sicut Dij*, sciẽtiæ profunditatem, *scientes bonum & malum.* Sed quid? multa promisit eis Diabolus, & nihil soluit eis, quia consentiendo immortalitati, habuerunt moriendi necessitatem; credentes obtinere libertatem, ceciderunt in captiuitatem; credentes habere scientiæ profunditatem, ceciderunt in cæcitatem.

Quomodo malis Angelis aduersus bonos pugnans.

Genes. 3.

Pugnabat igitur *hic Draco, & Angeli eius*, contra Angelos bonos custodientes Ecclesiam, vel animam fidelem. Sed quid? cùm crederent habere in pugna victoriam, *Ceciderunt in terram*, quia *non prœua-*

luerunt, id est, auxilium bonorum Angelorum remouere non potuerunt, scilicet ab his, qui ad vitam prædestinati sunt, & fuerunt. Et non solùm mali Angeli aduersus bonos *non prævaluerunt*, imò *nec locus inuentus est eorum amplius in cœlo*, id est, in Ecclesia, vel fideli anima; quia & si aliquando Deo permittente peccent boni, & electi Dei, non tamen Dæmones locantur in eis, quia eos non detinent quantùm volunt, & non deducunt ad illud ad quod intendunt, sed Deus liberat eos, primæ Petr. secundo, *Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reseruare.* Vel, *locus non est inuentus eorum amplius in cœlo*, id est, in Ecclesia, vel fideli anima, quia si Diabolus transeat per Ecclesiæ membra electa, & cruciando tentando; non tamen mansionem faciendo.

prædestinatus peccare potest.

1. Petr. 2.

VERSVS 9.

Et proiectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, qui seduxit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & Angeli eius cum eo missi sunt. Suprà posuit conflictum pugnæ, hîc ponit exitum victoriæ. Et primò ponit victoriam; secundò victoriæ causam, ibi, *Et ipsi vicerunt illum per sanguinem Agni.* Item in pugna est deiectio malorum, & exaltatio bonorum, ibi, *Et audiui vocem magnam in cœlo dicentem, Nunc facta est salus, & virtus.*

Dicit ergo, *Et proiectus est Draco.* Ita dixi quòd *Draco*, & *Angeli eius pugnabant* aduersus Angelos bonos, & *non prævaluerunt.* Et, benè dico, quòd *non prævaluerunt*, quia *proiectus est*, scilicet à Deo, ab Ecclesia, & à fideli anima, *Draco ille magnus & serpens antiquus, qui dicitur Diabolus.* Dicitur enim Diabolus *Draco magnus*, propter violentiam, seu sæuitiam: & dicitur Diabolus, *magnus* propter potentiam; *serpens* propter astutiam, *antiquus*, propter experiétiam; etiam dicitur Diabolus deorsum ruens de cœlo ad infernum, vel locum caliginosum, de bono ad malum, de peccato ad peccatum, quia continuè peccat, & quantò plus peccat, tantò profundiùs ruit. Et ideo benè iste Draco, id est, Diabolus, ruens dicitur, quia alios ruendo, se ipsum ruit. Et non solùm Diabolus dicitur, verùm etiam *& Satanas*, id est, aduersarius, primæ Petri quinto, *Fratres sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester Diabolus, &c.* Satanas enim interpretatur contrarius, vel aduersarius, vel prævaricator, vel transgressor; & hic Draco meritò *Satanas* appellatur.

Draco ille magnus.

Draconem mittitur magnum & serpens antiquus.

1. Petr. 5.

Satanas

Hic ergo Draco, quia nobis contrarius, Angelis aduersarius, prævaricator legis. Hic ergo *Draco* est *Satanas*, & *Diabolus, qui seduxit*, id est, seorsum duxit, à veritate in falsitatem, à charitate in cupiditatem, à castitate ad fœditatem.

Et hic *vniuersum orbem seduxit*, quia *omne quod in mundo est, aut est concupiscentia oculorum, aut cõcupiscentia carnis, aut superbia vitæ*, secundũ Ioan. in canonica sua. Et ideo dicimus quòd ista concupiscibilia offerendo, *vniuersum orbem seduxit*: id est, seorsum duxit. Et si non quoad litteram ad omnia, tamen quoad aliqua. Hic, inquam, Draco, *proiectus est in terram*, id est, in locum tenebrosum; vel in aërem caliginosum, vsque ad Iudicium, ad litteram; sed post pro-

1. Ioan. 2.

iicietur diuino Iudicio in infernum: & non solùm ille Draco, verùm etiam Angeli eius consentientes eius voluntati, & peccato, *missi sunt cum ipso*, scilicet in eumdem locum, quia facientes & consentientes pari pœna puniendi sunt: *non enim tantùm qui talia agunt, digni sunt morte, sed & qui consentiunt facientibus*, ad Rom. septimo. Rom. 7.

VERSVS 10.

Sequitur, *Et audiui vocem magnam de cœlo dicentem, nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.* Hic sicut dictum est, ostenditur exultatio beatorum Angelorum de liberatione Ecclesiæ: & hostis, vel draconis deiectione. Ita dixi, quòd *Draco magnus & rufus, qui dicitur Satanas, & Diabolus, proiectus est in terram*, & de hoc boni Angeli sũt gauisi, propter quod *& audiui vocem magnam*, & lætitiam in cœlo Empyreo, ad litteram, *dicentem, nunc*, scilicet virtute diaboli per Christum passum superatâ: *Et regnum* mũdi, in quo Diabolus dominabatur per peccatum; *Dei nostri*; & maximè istud post iudicium potest dici, quia tunc perfectum erit mysterium Christi, & regnabit solus Deus in cœlo, in mundo, & in inferno.

De malorum Angelorum proiectione in bonorum lætantur boni.

Factum est regnum Dei nostri, idest, Patris, *& potestas*, scilicet quam habet Diabolus, Domino permittente, & peccatis exigentibus in humanum genus. Hæc inquam *potestas* facta est *Christi eius*, cuius auxilio est omnis potentia, & virtus, quia nihil potest Dæmon in aliquem, nisi in quantùm ipse permittit.

Diabolus in nos nihil potest, nisi Deo permittente.

Vel, *Nunc facta est salus*, scilicet per iustificationem impiorum, *& virtus*, per liberationem captiuorũ, *& regnum*, per glorificationem miserorũ, *& potestas*, per dãnationem reproborũ, vel *facta est salus*, quoad incipientes, *virtus* quoad proficiẽtes, qui in bono progrediuntur, *regnum*, quoad perficientes, qui deuotè subjiciuntur. Vel *facta est salus* in passione; Psal. *Operatus est salutem in medio terræ, & virtus*, in Resurrectione, suprà septimo cap. *Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus; Regnum*, in Ascensione, Ioan. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Psal. 73. Apocal. 7.

Dicit ergo, *Facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius*; & reddit causam, quare? *quia proiectus est*, id est, proculactus *accusator fratrum*, id est, hominũ nostrorũ, *accusator* scilicet Diabolus, cuius officiũ est accusare, id est, accusabiles ostendere. Sunt enim Angeli fratres nostri per creationem, etsi non per naturæ assimilationem, vel perennitatis participationem: vnde Haymo, [Non est enim mirum, si Angeli nos fratres vocant, cùm ipse Dominus noster nos fratres vocat, dicens, *Annunciabo nomen tuum fratribus meis.*]

Diabolus officium accusandi.

Hic, inquã, *accusator fratrũ, qui accusabat*, & accusabiles facere laborabat, & semper laborat accusare illos, scil. fratres, & hoc suggerẽdo malum culpæ, vt per culpam possit accusare illos fratres nostros, dicunt Angeli; *Ante conspectum Dei nostri*; scilicet cui nihil latet, sed *omnia sunt nuda, & aperta.* Ad Heb. quarto: scilicet hoc, *die ac nocte*, id est, Heb. 4.

Deo nihil latet.

est, continuè, tempore prospero, & aduerso.

Dicunt ergo Angeli boni, nos custodientes, & de liberatione Ecclesiæ, vel fidelis animæ, gaudentes; *Salus facta est, & virtus, & regnum Deo nostro, quia accusator fratrum nostrorum*, id est, hominum, Diabolus, *qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri, proiectus est*, ex Christi passione, & baptismali regeneratione; ex spirituali contritione, & Sacramentali confessione, & pœnitentiali satisfactione.

...ius vir-...te Dia-...lus proie-...is est.

VERSVS. 11.

Sequitur, *Et ipsi vicerunt illum, propter sanguinem Agni; & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsque ad mortem.* Suprà inter Draconem & mulierem, & inter Angelos bonos, & malos describit pugnam, & ostendit, vel Ecclesiæ militantis, vel bonorum Angelorum victoriam, hic reddit illius victoriæ rationem, & causam; & primò reddit istius victoriæ causam & rationem; secundò exhortatur nos propter istam victoriam, ad mutuam exultationem, ibi, *Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis.* Reddit autem istius victoriæ causam, tangendo primò subiectum nobilitatis Christi, scilicet Angeli; secundò actum strenuitatis, ibi, *vicerunt*; tertiò obiectum peruersitatis, ibi, *illum*; quartò victoriam diuinæ potestatis:

VERSVS. 12.

Dicit ergo, *Et ipsi vicerunt illum.* Ita dixi, quòd Angeli boni custodientes Ecclesiam Dei, pugnauerunt cótra Draconem malignum, & superauerunt eum. Sed non solùm boni pugnantes contra Draconem, pro Ecclesia Dei, *vicerunt illum*, scilicet Diabolum, Draconem dictum, & non propria virtute, sed *propter sanguinem Agni*, id est, virtute passionis Christi, *& propter verbum testimoniũ sui*, id est, propter inuocationem nominis eiusdem Christi, filij Dei viui. Vel Angeli dicũtur homines boni, & electi Dei, qui contra Draconem pugnauerunt, & corpus suum morti pro Deo exposuerunt; & hi certè vicerunt Diabolum, sed non virtute suâ, sed *propter sanguinem Agni*, id est, virtute passionis Christi in ara crucis immolati; & *propter verbum testimonii sui*, id est, propter confessionem Christianæ fidei, quæ, inquam, fides dicitur Christi filij Dei occisi, Actuum quarto, *Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri*: & sic vicerunt *propter testimonium Christi*, id est, portando testimonium Christi, quòd esset verus Deus, & homo.

Omnis victoria nostra Christo tribuenda.

Act. 4.

Et non dilexerunt animas suas vsque ad mortem, id est, portando testimonium Christi, quòd esset verus Deus, & verus homo, se morti exposuerunt, & Martyres pro Christo fuerũt. Vel dicti viri Angelici, amici Dei, *non dilexerunt animas suas vsque ad mortem*, id est, exposuerunt animas suas, id est, vitam suam, morti, per corporalem mortificationem, nam *qui amat animam suam, perdet eam*: Ioan. duodecimo.

Veritas vsque ad vitæ propriæ iacturam reddendum testimonium.

Ioan. 12.

Hi igitur Sancti, & electi Dei, vicerunt Draconem magnum, id est, hostem malignum. Et nota quòd hi Sancti, & electi Dei vicerunt Diabolum, propter stabilitatem inuiolabilem, suprà, *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei.*

ſanitatem deſiderabilem, ſuprà tertio cap. *Vincenti dabo manna abſconditum*; ſecuritatem inamiſſibilem, ſuprà tertio cap. *Qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda.*

Christi sanguis efficacis.

Dicit ergo, *vicerunt illum*, ſed quomodo? *propter ſanguinem Agni*: hic ſanguis cohibet manum perſecutoris, Exod. duodecimo, *Erit autem ſanguis in ſignum fœderationis, in ædibus veſtris*: prohibet autem malum contagionis, ad Epheſ primo, *habemus remiſsionem peccatorum per ſanguinẽ ipſius*; perhibet teſtimoniũ redẽptionis, ad Heb. 9. *Per proprium ſanguinem intrauit ſemel in ſancta*; adhibet vinculum fœderationis, ad Coloſ. primo, *Pacificans per ſanguinem ipſius, ſiue quę in cœlis, vel in terris ſunt.*

Exod. 12.

Epheſ. 1.

Hebr. 9.

ad Col. 1.

Vicerunt ergo *propter ſanguinem agni.* Et non immeritò, quia minor gutta ſufficiebat ad totum genus humanum redimendum: *Et propter verbum teſtimonij ſui*, ſcilicet Chriſti. Vnde nota quòd teſtimonium eſt vitæ laudabilis: Ioan. *Opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me*; famæ celebris, Act. quarto, *Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium*; ſacræ Scripturæ efficacis, Ioan quinto. *Scrutamini ſcripturas, & iſtæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.* Vel teſtimonium Chriſti eſt Dominicæ inſpirationis, nam de ipſo perhibet teſtimonium Spiritus ſanctus: Angelicæ annunciationis, nam de ipſo perhibet teſtimonium Gabriël Angelus; Apoſtolicæ prædicationis, nam de ipſo perhibet teſtimonium chorus Apoſtolicus. Vicerunt illum, ſcilicet Diabolum, propter illud teſtimonium.

Teſtimonium Chriſti multiplex.

Act. 4.

Ioan. 5.

Et *vicerunt*, quia *& animas ſuas vſque ad mortem non dilexerunt*, id eſt, vitam corporalem exoſam habuerunt, & meruerunt habere vitam ſpiritualem, & æternam.

Vnde nota quòd vita huius mũdi non eſt diligenda, ſed magis deteſtanda, quia breuis celeri terminatione; quia grauis multiplici tribulatione; quia inſtabilis fluctuatione. Vel quia inflata per ſuperbiam, immunda per luxuriam, inquieta per auaritiam, iniqua per malitiam: vnde omne quod eſt in mundo, aut eſt cõcupiſcentia carnis, aut oculorum, aut ſuperbia vitæ, primæ Ioan. ſecundo. Propter quod dicebat Sebaſtianus; Hanc vita in ſe ſperantes fallit, ſe expectantes decipit, admonet furem, vt rapiat, iracundum, vt feriat, mendacem vt fallat. Hæc imperat crimina, iubet facinora, ſuadet inuiſa. Ergo hanc vitam deuita, quia

Vitæ præſentis miſeria.

1. Ioan. 2.

Si patulis oculis cæli dulcedo pateret,
Non querulis populis hęc vita caduca placeret.

Vicerunt ergo *illum propter ſanguinem agni, & propter verbum teſtimonij ſui, & non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem.* Hîc tanguntur tria, cõtemplatio paſſionis Chriſti crucifixi, primum venerandum, ibi, *Vicerunt illum propter ſanguinem agni*; inuocatio nominis Chriſti, ſecundum implorandum, ibi, *Propter verbum teſtimonij ſui*; mortificatio corporis ſui, tertium imitandum, ibi, *Et non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem.*

VERSVS 12.

Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Hîc hortatur ad lætitiam, propter pugnæ victoriam.

Ita dixi, quòd Diabolus est proiectus in passione Christi diuinitùs, propterea quia sic est diuictus & superatus Diabolus noster aduersarius, *Lætamini cæli*, id est, vos maiores Angeli, & vos, scilicet minores, *qui habitatis in eis*: vnde minores Angeli in maioribus habitant, quia maiores minoribus denunciant, ad litteram. Vel *lætamini*, id est, Angeli, qui debetis esse viri cœlici, & contemplatiui, cœlestia appetentes, terrena contemnentes, *lætamini*; vos, inquam, Prælati, *& qui habitatis in eis*, id est, subditi, qui habitatis sub tabernaculo, & subsidio Prælatorum.

Quomodo Angeli maiores habitant in maioribus.

Lætamini igitur *vos cæli*, viri sancti, & Dei electi, propter liberationem malorum miserabilium, propter largitionē donorum spiritualium, Psal. *Lætamini in Domino*; propter expectationem præmiorum æternorum: *& exultate iusti*; propter liberationem humani generis, propter subiectionem hostis; propter apertionem ianuæ cœlestis.

Psal. 31.

Sequitur, *Væ terræ, & mari, quia descendit Diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet.* Suprà, vt vidistis, egit de bello mulieris cum Dracone occulto, hîc agit de manifesto. Et primò ostenditur huius belli periculum; secundò conflictus, ibi, *Et postquam vidit Draco quòd proiectus esset in terram, persequutus est mulierem, quæ peperit masculum.* Vel suprà egit de pugna mulieris cum Dracone in cœlo, vel in principio, contra perfectos, hîc de pugnâ in terra, vel termino, hoc est, in fine, contra imperfectos.

Volens ergo Ioannes significare tribulationum magnitudinē dicit, *Væ terræ & mari. Væ*, scilicet tribulationis magnæ, & damnationis æternæ. Vel *Væ* increscentis tribulationis, & cruciatus æternæ dānationis, *terræ, & mari*, id est, omni peccatori. Vnde per terram auaritia, per mare superbia, significatur, quæ sunt origo omnis peccati. De auaritia, primæ ad Tim. sexto, *Radix omnium malorum est cupiditas.* De superbia, Ecclesiastici nono, *Initium omnis peccati est superbia.*

Auaritia & superbia principium aliorum peccatorum.

1. Tim. 6.

Eccles. 9.

Benè ergo per terram & mare, id est, per auaros terrenos, & superbos, signantur omnes peccatores, quibus imminet grauis tribulatio, & æterna damnatio. Vel per terram, Christiani mali, auari, per terrenorum amorem; per mare instabile, infideles per errorem. Vel per terram stabilem signantur illi, qui in vno peccato stant, per mare instabile, fluentes de peccato in peccatum, Isai. 54. *Impii quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & luctum.*

Isai. 57.

Væ igitur peccatoribus dictis, & quare? reddit causam, *quia descendit Diabolus*, scilicet de cœlo eiectus, inimicus antiquus, & omni malitia plenus. *Descēdit*, inquam, quia non inuenit locum in Sanctis, *Ad vos*, scilicet impios, & iniquos petendo, occupando. Et hoc *habens iram magnam*, scilicet de sua eiectione, & Sanctorum saluatione, quos non poterit amplius impugnare, sua persecutione subiiciendo.

Maximè crudelitur Diabolus de bonorum salute.

Descendit, inquam, *ad vos, sciens quòd modicum tempus habet*, ad impugnādum Sanctos, & Dei electos. Modicum enim est præsens tempus, vsque ad finem mundi, & ideo Diabolus fortiùs conatur contra Sanctos pugnare. Et insinuantur hîc duo modi impugnationis

ſcilicet per ſimulatam humiliationem, cùm dicitur, *deſcendit* Diabolus, &c. & per apertam perſecutionem, cùm dicitur, *habens iram magnam.*

VERSVS 13.

Sequitur, *Et poſtquam vidit Draco quòd proiectus eſſet in terram, perſequutus eſt mulierem, quæ peperit maſculum.* Oſtenſo conatu ex parte Diaboli, hîc oſtenditur conflictus; ſecundò fruſtratio conatus, ibi, *& datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ.* Ita dixi quòd *Draco* proiectus eſt in terram, & in locum caliginoſum, ibi, *& poſtquam vidit Draco*, id eſt, Diabolus, qui habet viſum acutum, propter acumen ingenii ſubtilis, *quòd proiectus eſſet in terram*, id eſt, in infernùm, vel in aërem caliginoſum, motus ſcilicet inuidia, *Perſecutus eſt mulierem*, ſcilicet militantem Eccleſiam, *quæ peperit filium maſculum*, ſcilicet Ieſum Chriſtum, & hoc per Virginis vterum, qui ei reſiſtit. Et hæc eſt cauſa maior odii contra mulierem, id eſt, Eccleſiam militantem, quia filium maſculum per Virginis vterum peperit, qui eum ſuperauit. Sed cùm ſic perſequeretur eam, non potuit attingere ipſam, & quare?

Diabolus inuidia in genus humanum æſtuat.

VERSVS 14

Quia datæ ſunt mulieri, id eſt, Eccleſiæ militanti, vel animæ fideli, *alæ duæ*, id eſt, duæ vitæ, actiua, & contemplatiua, vel duo Teſtamenta. Vel *duæ alæ*, contemptus mundi, & deſiderij cœli, quæ dicuntur *alæ*, quia in cœlum faciunt volare. Vnde Eccleſia habet ad modum Seraphim duas alas, ſurſum erigentes, ſuper caput, quæ ſunt terrenorum contemptus, cœleſtium appetitus. Habet etiam duas alas tegentes, quæ ſunt vita actiua, & contemplatiua.

Sex alæ ſignificant Eccleſiæ qualem.

Datæ ſunt ergo iſtæ alæ mulieri; Et hæ dicuntur alæ *aquilæ magnæ*, id eſt, Chriſti, qui dicitur Aquila magna ratione omniſcientiæ, & omnipotentiæ: vnde hæ ſunt alæ huius aquilæ, ſcientia, & potentia, vel vita actiua, & contemplatiua, magna propter vitam actiuam.

Chriſtus aquila magna.

Et hæ duæ alæ ſunt datæ mulieri, id eſt, Eccleſiæ militanti, vel animæ fideli, *vt volaret in deſertum locum ſuum*, à mundi tumultu ſeparatum, vt ſic euaderet inimicum Draconem magnum: qui enim vult euadere inimicum, debet volare ad pœnitentiæ deſertum, qui eſt locus proprius Eccleſiæ, & filiorum eius; vbi nec tumultus cauſarum, nec frequentia hominum, nec copia rerum inuenitur: & ideo ſignanter dicit *locum ſuum*, vbi, id eſt, in quo loco, ſcilicet in deſerto, Eccleſia, vel fidelis anima alitur, ſcilicet doctrinâ prædicationis Chriſti dicentis, *Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cœlorum.* Alitur, inquam, doctrinâ Chriſti, *per tempus, & per tempora, & per dimidium temporis*; id eſt, per tres annos, & dimidium, tot enim annis Chriſtus prædicauit ipſam pœnitentiam. Vnde mos eſt Hebræis per *tempus* ſignare annum, per *tempora* duos annos, per *dimidium temporis*, dimidium annum.

Data ergo *ſunt duæ alæ* prædictæ *mulieri*; id eſt, Eccleſiæ, vel fideli animæ; *vt volaret in deſertum*, &c. & hoc *à facie ſerpentis*, id eſt, impugnatione dæmonum; hic enim locus eſt aptus ad ipſum vincendum, con-

Deſertum idoneum ad vincendum dæmonem

fundendum, & superandū. Recolligendo ergo prædictam clausulam, *datæ sunt mulieri duæ alæ*, tangitur opportunitas fugiendi, ibi, *datæ sunt mulieri duæ alæ*; securitas refugij, ibi, *vt volaret in desertum locum*; vbertas beneficij, ibi, *vbi alitur per tempus, & tempora*, &c.

Potest etiam istud verbum exponi de Maria Virgine, quæ dicitur *mulier*, non fragilitate, sed fœcunditate. In his ergo verbis hæc mulier sanctissima introducitur, vt personaliter eminens, virtualiter B præcellens, singulariter præsidens.

Per hanc mulierem tunc ēm in desertum potest intelligi Maria.

Circa primum sciendum quòd beata Virgo dicitur esse inter mulieres, comparitate status; præter mulieres, disparitate fructus; super mulieres, imparitate gradus.

Circa secundū sciendū quòd alæ, quæ beatam Virginem eleuant, & decorant, sunt virtuosæ, & ideo erectiuæ respectu Dei; speciosæ, & ideo ornatiuæ respectu sui; gratiosæ, & ideo protectiuæ respectu nostri. De primo, Lucæ secundo, *Benedicta inter mulieres.* De secundo Iudith. decimo tertio, *Benedicta à Domino Deo tuo, præ omnibus mulieribus.* De tertio, Esther primo, *Adamauit Rex Esther super omnes mulieres. Duæ alæ* erectiuæ respectu Dei, quantùm pura creatura erigi potest sunt generositas Genitricis, authoritas Imperatricis. *Duę alæ* ornatiuæ respectu sui, virginitas illibata, humilitas inclinata. *Duę alę* protectiuæ respectu nostri, propitiatio offensarum, procuratio gratiarum, Psal. *Sub vmbra alarum tuarum protege nos, à facie impiorum*, &c.

Luc. 2.

Iudith. 13.

Hester. 1.

Psal. 15.

Circa tertium, sciendum quòd volatus Virginis habuit inimitatis situm per humilitatem; agilitatis motum, per virginitatem; subtilitatis gradum, per fœcunditatem, Ps. *Ascendit super Cherubin, & volauit.* Psal. 17.

Potest etiam istud, *Datę sunt mulieri alę duę*, intelligi de fideli anima, cui dantur *duę alę*, scilicet consideratio sui, & consideratio Dei. Tertij Regum sexto dicitur quòd *alę Cherubim habebant quinque cubitos, & tangebant se mutuo.* Nam anima quinque habet considerare à parte sui; nascendi vilitatem, viuendi breuitatem, vitæ calamitatem, videndi vanitatem, moriendi necessitatem. De his omnibus Iob, *Homo natus de muliere*, quantùm ad primum; *breui viuens tempore*, quantū ad secundum; *repletur multis miseriis*, quantùm ad tertium; *qui quasi flos egreditur*, quoad quartum; *& conteritur*, quoad quintum. Et ista est prima ala, quam habet antè, respectu sui: secunda est consideratio Dei; & sicut homo in consideratione sui habet quinque considerare, ita habet quinque considerare ex parte Dei. Scilicet quòd Deus est largitor liberalissimus, redditor paratissimus, inuestigator prudentissimus, indicator rectissimus, executor rigidissimus.

Fideli animæ dantur duæ alæ, & quales.

3. Reg. 6.

Iob. 14.

C

VERSVS 15.

Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam, tanquam flumen, vt eam trahi faceret à flumine. Suprà ostendit Draconis impugnatoris, vel hostis actum, hìc ostendit impugnādi modum; secundò contra hoc ostendit mulierem, ibi; *Et adiuuit terra mulierem:* Item prima diuiditur in duas partes secundum duplicem modum impugnandi; primò, suggerendo venenosas inspirationes, vel tentationes; secundò adhibendo prosperitates, & tribula-

D

tiones; aliquãdo Diabolus impugnat prosperitatibus, aliquando tribulationibus, ibi; *aquam tamquam flumen.*

Dicit ergo, Et *misit serpens ex ore suo, post mulierem aquam.* Ita dixi, quòd draco persequutus est mulierem, id est, Ecclesiam militantem, vel animam fidelem, sed attingere eam non potuit. *Misit serpens*, id est, Diabolus, *post mulierem*, id est, Ecclesiam militantem, vel animam fidelem, *ex ore suo*, id est, sua mala inspiratione, & hoc per suos satellites, id est, homines crudeles, & iniquos, *aquam tamquam flumen*, id est, tribulationem magnam. Videns enim Diabolus, serpens antiquus, & callidus, quòd hominem non potest interficere veneno iniquæ suggestionis, conatur submergere, & suffocare aquâ angustiæ, & tribulationis.

Vel, *misit serpens antiquus*, Diabolus, *aquam tamquam flumen*, id est, magnas tribulationes & graues, *post mulierem*, id est, Ecclesiam militantem, & hoc per Principes peruersos, & crudeles, ipsam multipliciter affligendo, & eius bona deprædantes, & rapientes: vnde hodie quàm maximè mittit istos. Nã cùm Principes terreni deberent mulierem istam, matrem suam Ecclesiam defendere, & vestire, conantur eius bona arripere, & ipsam violenter opprimere, sponsam Christi, vt meretricem venalem prostituere: propter quod sancta mater Ecclesia potest dicere id, quod scribitur Thren. 3. *Quasi rupto muro, & aperta ianua, irruerunt in me, & ad meas miserias deuoluti sunt.* Vnde iam venit tempus, in quo clerici, Sacerdotes, Canonici, Monachi, pauperes Religiosi, confunduntur, conculcantur, capiuntur, exulant; propter quod quilibet nostrũ potest hodie dicere illud Psa. *Ad nihilum redactus sum, & nesciui*: sed quare? certè propter peccata nostra, quia ferè sumus cæteris viliores. Verũtamen quicquid sit, Ecclesia finaliter præualebit: vnde potest dicere, *Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos*

Misit ergo *serpens aquam istam ex ore suo, post mulierem, tamquam flumen*; Et nota quòd Diabolus est serpẽs callidus ad inuadendum, ne percipiatur, tortuosus ad decipiendum, ne recte incidatur, venenosus ad interficiendum, vt homo moriatur, Genes. tertio, *Serpens erat callidior cũctis animãtibus terræ*; quoad primum. Sequitur, *Dixit serpens ad mulierem, nequaquam, scit enim Deus quòd eritis sicut Dij*, quoad secũdum; & sequitur, quòd homo, & mulier comederunt, quoad tertium: vnde & oshuius serpẽtis est fœtidum ad corrumpendum, propter peccati vilitatem; accensum ad decipiendum, propter mundi vanitatem; apertum ad deuorandum, propter inferni voracitatem. Vnde eius os nihil aliud est quàm suggestio mala, & iniqua, de qua dicit Bernardus, [Dæmonum est malas suggestiones suggerere, vanum est illis consentire. Nam quoties resistimus, toties Diabolum superamus, Angelos lætificamus, Dæmon honoramus.] Ergo fratres suggestioni eius non cõsentiamus, ne ex eius ore inficiamur. Nam *ex ore suo misit aquam post mulierem*; scilicet Ecclesiam militantem; *tanquam flumen*, id est, tribulationem; & hoc per satellites suos Principes terrenos: vnde videns Diabolus quòd

Quid est quod Diabolus mittit aquam tamquam flumen post mulierem.

Thren. 3.

Psal. 72.

Psal. 17.

Quomodo Diabolus serpens est.

Genes. 3.

Quale os serpentis Diabol.

hominem non poteſt interficere veneno iniquæ ſuggeſtionis, conatur ſubmergere aquâ anguſtiæ & tribulationis. Et hæc aqua eſt aqua tribulationum, Pſal. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam*; tentationum, Cant. octauo. *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem*; proſperitatum, Pſal. *Non me demergat tempeſtas aquæ.*

Aqua tribulationem denotans tentationem, vt ſpe- Pſal. 68.

Can. 8.

Pſal. 68.

Miſit ergo aquam tribulationum, tentationum, proſperitatum, vt eam, ſcilicet militantem Eccleſiam, vel fidelem animam, *faceret trahi*, ſcilicet de gratia in peccatum, de peccato in infernum. Et nota quòd aqua tribulationis, quam ipſe ſerpẽs miſit poſt mulierẽ, id eſt, Eccleſiam militantẽ, dicitur *tamquam flumen*, quia nauicula Petri, ſcilicet ſancta Eccleſia, fluctibus maris, & tribulationibus iactatur, non tamen ſubmergitur, quia à Domino ſubleuatur, Matth. 13. *Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.*

Matth. 13.

Miſit ergo ſerpens Diabolus ex ore ſuo poſt mulierem aquam, tamquam flumen, vt eam à flumine, ſcilicet perſequutionis, faceret trahi, ſcilicet de gratia in peccatum, de peccato ad infernum: propter quod dicit iſte verſus:

Serpentis morſus, tibi ne noceant fuge prorſus,
Sic vigil in vigiles, pugil in pugiles cape viles,
Iam tibi diſſimiles frangas, fragiles bene miles.

VERSVS. 16.

Sequitur, *Et adiuuit mulierem terra, & aperuit os ſuũ, & abſorbuit flumen, quod miſit Draco de ore ſuo.* Hîc, oſtẽſa tribulatione Diaboli perſequẽtis Eccleſiam, oſtenditur remedium ex parte adiuuantis eam. Et primo ponitur huius auxilii cauſa, ſecundò ſequela; ibi; *Et iratus eſt Draco in mulierem, & abiit facere prælium.*

Dicit ergo, *Et adiuuit terra mulierem.* Ita dixi, quòd *ſerpens miſit ex ore ſuo poſt mulierem*, id eſt, Eccleſiam militantem, *aquam tamquam flumen*, id eſt, tribulationem inundantem; ſed quid? Certè ei non nocuit, *quia terra*, id eſt, Chriſtus, carne terrena indutus, *adiuuit mulierem*, Eccleſiam militantem, vel fidelem animam, adiuuit, inquam, exemplariter, tribulationes portando; virtualiter, robur ad ſuſtinendum dando, deuotè orando, tribulationum tempus abbreuiando. Humanitas aſſumpta, beata Virgo, cœleſtis patria terra fœcunda. Beata Maria *adiuuit mulierem*, pro ea intercedendo. Vel *terra*, id eſt, cœleſtis patria, precibus Sanctorum; *adiuuit mulierem*, quæ benè dicitur terra, Iſai. quadrageſimo quinto: *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra.* Chriſtus autem dicitur terra lacte, & melle nata, lac humanitas, vel diuinitas; Virgo beata dicitur terra florida, rorifera, fructifera.

Iſai 45.

Hæc ergo *terra* Virgo beata, vel eius filius, *adiuuit mulierem*, ſcilicet contra hoſtis tribulationem, & *aperuit terra*, ſcilicet virgo Maria, *os ſuum*, ſcilicet pro Eccleſia orando, intercedendo, deprecando. Vnde Beata virgo eſt forma iuſtorum, ſpes credentium, titulus Catholicorum, magiſtra prædicatorum, aduocata pœnitentium, Eccleſiæ fundamentum: & ſic pro Eccleſia aperuit os ſuum. Vel *terra*, ſcilicet Chriſtus ſaturatus opprobriis, ſpu-

Maria Virgo quaſi terra.

Virginis Mariæ encomia.

Virgo ſemper deprecans pro Eccleſia militante.

tis, & flagellis. *Aperuit os*, scilicet A orando, instruendo, dicendo; *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Vnde & Filius aperit os suum pro Ecclesia, vel fideli anima deprecando; & mater ad filium humiliter exorando. Et sic *aperuit* hæc *terra* Christus; vel Virgo Maria, *os suum.*

Quia *& absorbuit flumen, quod misit* Draco *de ore suo. Absorbuit flumen*, id est, adnihilauit tribulationem, quam emisit Draco, B Diabolus de ore suo. Vnde tribulationes mundi, ex ore serpentis Diaboli procedentes, quas & ipse procurat contra Sanctos, & Dei electos, non sunt nisi sibilus serpentis, quia citò veniunt, & citò transeunt, & euanescunt. Istas tribulationes absorbuit in passione patiéter tolerãdo, se pro nihilo reputando, & aliis in exemplum præbendo, primæ ad Corinth. decimo C quinto, *Absorpta est mors in victoria, vbi est mors*, id est, tribulatio, *victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Absorbuit* igitur *terra* hæc, id est, Christus, *flumen, quod misit Diabolus de ore suo*, & sic adiuuit mulierem.

Tentatio sibilus serpentis.

1. Cor. 15.

VERSVS 16.

Videns Draco, iratus est in mulierem. Videns quòd non potest trahere eam ad suam voluntatem, sed nec cessat Ecclesiam impugnare, sed semper quærit nocere, conatur artes inuenire; quibus eam possit vincere. Vnde Glossa [Magna malitia, quia licèt non possit vincere; non tamen desistit inuadere, & tempus & horam, & locum inuadendi quærere] Et ideo dicit, *Et abiit*, scilicet ab eo, cui non poterat nocere; *Facere prælium cum reliquis de semine eius*, id est, cum minoribus de Ecclesia: qui inquam, minores, *custodiunt mandata Dei*, scilicet ore confitendo, opere complendo: qui etiam habent testimonium Iesu, quia quæ credunt corde, non timent confiteri ore.

Licèt Diabolus non possit vincere, nequaquam tamen à perverso vincendi studio desistit.

Habent igitur *hi testimonium Iesu*, actiuè & passiuè, quia testimonium perhibent de Iesu, & Iesus testimoniũ perhibet de eis, Matth. decimo, *Qui mè confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.*

Matth. 10.

Abiit ergo Diabolus recedendo à perfectorum cordibus, à quibus est separatus, *facere prælium cum reliquis*, scilicet debilibus, & infirmis, *de semine eius*, id est, de eodem corpore Ecclesiæ, *qui*, inquam, *minores custodiunt mandata Dei*, opere complendo. Et non solùm cum illis minoribus mandata Dei implétibus, Diabolus abijt facere prælium, verùm etiam cum illis, qui *habent testimonium Iesu*, id est, qui confitentur nomen Christi, non solùm in corde, sed exteriùs in ore: Et ideo Diabolus omnes impugnat, sed non omnes superat, nec super omnes stat. Et ideo additur

Omnes impugnat Diabolus, sed non omnes expugnat.

VERSVS 17.

Et steterit super arenam maris, id est, D super sensibiles, & infructuosos, sub se terens eos, in quibus habet victoriam, & inde insidiatur bonis, Psal. *Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, vt interficiat innocentem.* Ecce hîc habes in prædicta clausula, quomodo Diabolus pugnat cum Sanctis, & Dei electis, & vincitur ab eis, quiescit in reprobis, & habitat in eis. Stat super arenam maris, propter quod reprobi, & peccatores

Psal. 10.

Diabolus in improbis requiescit.

catores designantur, quia sicut arena est sterilis, innumerabilis, instabilis; sic peccatores sunt ad bonum steriles; innumerabiles ad cõparationem electorum, instabiles, non habentes firmum fundamentum, Vnde de his scribitur Iudith sep- Iudith 7.
mo, *Cameli erant innumerabiles, sicut arena, quæ est in littore maris.*

SYNOPSIS CAPITIS DECIMI TERTII.

IOannes sibi duas ostensas fuisse bestias docet, quarum una ascendebat de mari, altera de terra. Quæ de mari ascendit ferocissima est, cui Draco totam virtutem suam tribuit, & propter stupenda, quæ operatur ab innumera hominum multitudine adoratur, & hac imperium in omnes exercere nititur, & aduersus Sanctos pugnat. Habet capita septem, cornua autem decem, & super huiusmodi cornua, decem diademata; capitibus autem inscripta sunt nomina blasphemiæ. Similis est hæc bestia pardo, pedibus vrsi constat, & ore leonis. Porrò bestia, quæ ascendit de terra, simulatâ mansuetudine homines ad prioris bestiæ adorationem adducit, prodigia plurima item operatur, et omnibus characterem bestiæ illius, in dextera, aut in fronte imprimit; edicitque, vt nemini aut vendere, aut emere liceat, qui charactere illo non fuerit insignitus. Habet solùm duo cornua, sed similia cornibus agni, loquiturque vt Draco. Denique docet Ioannes nomen prioris bestiæ esse huiusmodi, vt litteris eius computatis, efficiatur numerus sexcentorum sexaginta sex.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

1. ET vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ. 2. Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi Draco virtutem suam, & potestatem magnam. 3. Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. 4. Et adorauerunt Draconem, qui dedit potestatem bestiæ: & adorauerunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea? 5. Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias:

& data est ei potestas facere menses quadraginta duos. 6. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius,& eos qui in cælo habitant. 7. Et est datum illi bellum facere cum Sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum,& populum,& linguam,& gentem; 8. Et adorauerunt eam omnes,qui inhabitant terram:quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi. *9.* Si quis habet aurem,audiat. *10.* Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occiderit,oportet eum gladio occidi. Hic est patientia, & fides Sanctorum. *11.* Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia Agni,& loquebatut sicut draco. *12.* Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram, & habitantes in ea,adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. *13.* Et fecit signa magna,vt etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum. 14. & seduxit habitantes in terra, propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ,dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ quæ habet plagam gladii,& vixit. *15.* & datum est illi vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ: & faciat vt quicumque non adorauerint imaginem bestiæ, occidantur. *16.* & faciet omnes pusillos,& magnos,& diuites,& pauperes, & liberos,& seruos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis. *17.* & ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius. *18.* Hîc sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex.

VERSVS 1.

ET *vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius, decem diademata; & super capita eius nomina blasphemiæ.* Supra descripta est pugna Principis, hîc describitur pugna familiæ, quæ, inquam, pugna familiæ principis, vel hostis, dupliciter describitur, sub similitudine duplicis bestiæ; vnius ascendentis de terra; alterius ascendentis de mari. Prima bestia ascendens de mari, ostendit malitiam laïcorum, & superbiam Principum sæcularium. Vnde mare signat superbiam, quæ habet tumescere, sicut mare: secunda bestia ascendens de terra signat malitiam Clericorũ, & cupiditatem aliquorũ Prælatorũ, quia per terrã signatur auaritia. Et ideo primò agitur de pugna Laïcorum, & Principum sæcularium, contra Ecclesiam bellantium; secundò de pugna Clericorum, & Prælatorum ipsam deprædantium,

ibi, *Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra.* Item primò describit primæ bestiæ malitiam; secundò potentiam, ibi, *Et dedit illi Draco virtutem suam, & potentiam magnam.* Item primò describit istam pugnã generaliter; secundò specialiter, ibi, *Et Bestiam, quam vidi, similis erat pardo.*

Qualis haec bestia, & quos denotet.

Dicit ergo, *Et vidi de mari bestiam ascendentem.* Ita dixi, quòd vidi Draconem magnũ, & rufum, hostem malignum, pugnantẽ cõtra mulierem, scilicet militãtem Ecclesiam. Non solũ hoc, verũ etiam & vidi in visione spirituali, vel spiritualiter intellexi; quid? *Bestiam*, id est, malorum laïcorum, & Principum sæcularium multitudinem, *fortem*, & crudelem, *Ascendentem*, scilicet per superbiam, & magno contemptu in pessimum actum, *de mari*, id est, amara & profunda suggestione Diaboli. Vnde hi sunt, de quibus in Psal. *Ascendunt vsque ad cœlos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.* Vel vidi Bestiam, id est, Antichristum, quia enim Draco non potest Ecclesiam deuincere, associabit sibi in fine Antichristum, & socios, per quos conabitur illam deuincere, & destruere. Et vocat hîc Antichristum *Bestiam*, propter libidinem vastandi Ecclesiam, & propter impetus irrationabiles, quibus persequetur eam, Genes. trigesimo septimo, *Fera pessima deuorauit filium meum Ioseph.* Quia antichristus, in quantum poterit eam annullabit, & eam deuorabit:

Psal. 106.

Genes. 37.

Cur Iudæi mare dicuntur.

Vidi, inquam, *istam bestiam* ferocem, & iniquam, *ascendentem de mari*, id est, de Iudæis nascẽtem, qui Iudei dicuntur mare, quia etsi priùs fuerunt terra culta per legem, & Prophetas, tamen per peccata maximè interfectionis Christi, mare sunt facti, instabiles, & amari. Hoc figuratum est Gen. decimo tertio, vbi dicitur, quòd Pentapolis fuit primò sicut Paradisus Dei, sed postea per peccata subuersa, abominabilis facta est, & *mare mortuum* appellata. Sic Iudaïcus populus primo fuit peculiaris, sed per peccatum factus est cunctis gentibus abominabilis, & fœtidus, & quasi mare mortuũ appellatus. Et benè de isto mari fœtido, id est, de Iudæis, dicitur Antichristus ascendere, quia de tribu Dan, quæ fuit vilissima in tribubus Israël; propter quod dicitur ascendere, quia ab infimis ad magnam potestatem, & crudelitatem, per superbiam ascendet: per quod signatur, quòd quando aliquis ab infimis ad alta sublimatur, crudelior est aliis; vnde versus:

Genes. 13.

Antichristus de tribu Dan, vilissima.

Asperius nihil est humili cùm surgit in altum.

Sed quia talis infimus in genere, nullus, vt Antichristus, dicit, quòd ascendit de mari, & signatur cito casurus; quia de instabili fundamento surget, super quod non potest diu stare. Vnde vix videbitis aliquem de infimo statu, & genere, nimis altè ascendere, quin vilissime cadat. Sic Antichristus erit.

Bestia ista malorum congregatio designatur.

Benè ergo per istam bestiam ascendentem de mari, articulatur Antichristus: magis tamen per bestiam istam, signatur tota congregatio laïcorum malorum, de mari, id est, de amara, & profunda suggestione Diaboli; ascendens de malo contemptu in pessimum actum, sicut suprà dictum est.

Vidi ergo *bestiam de mari ascendentem.* Vbi nota tria, cœtum ma-

litioſum, ibi, *beſtiam*; locum periculoſum, ibi, *de mari*; modum ambitioſum, ibi, *aſcendentem*; verùm & plus, *habentem capita ſeptem*, id eſt, vniuerſos Principes terrenos, ſeptē vitijs occupatos; qui, inquam, Principes terreni, & infideles, defendent beſtiam, id eſt, infidelium multitudinem, & congregationem iniquam, vel Antichriſtum.

Et nota quòd, ſicut dixit Auguſtinus in lib. de Ciuitate Dei, duæ ſunt ciuitates, Dei vna, quæ cœpit ædificari à primò iuſto, ſcilicet Abel; & hæc ciuitas conſummabitur in vltimo iuſto; ſecunda ciuitas Diaboli, quæ cœpit ædificari à primo reprobo, ſcilicet à Cain; & hæc ciuitas conſummabitur in vltimo reprobo. Ciuitas autem Diaboli in veteri Teſtamento habuit *capita ſeptem*, per quæ ſeptem capita, beſtia effudit venenum malitiæ contra Eccleſiam. Primum caput fuit Cain, qui fratrem ſuum Abel interfecit. Secundum fuit Nembroth, qui primus in terra dominari cœpit. Tertium fuit Iſmaël, cuius manus contra omnes, & manus omnium contra eum. Quartum fuit Pharao, qui Iudæos in Ægypto multùm afflixit. Quintum fuit Nabuchodonoſor, qui Ieruſalem deſtruxit. Sextum fuit Herodes, qui pueros necauit, & in quolibet Chriſtum interfecit. Septimum fuit Antiochus, qui templum Dei prophanauit.

Duplex ciuitas, vna Dei, altera Diaboli.

Et non ſolùm vidi hanc beſtiam iniquam, ſcilicet congregationem hominum, *habentem ſeptem capita*, verū etiam habentem *decem cornua*, id eſt, decem præuaricationes, præceptis Decalogi oppoſitas, quæ ſunt idoli veneratio, nominis Dei blaſphematio, Sabbathi trāſgreſſio. A Hæc tria cornua contra primæ tabulæ præcepta ad Deum pertinentia. Quartum cornu, patris inhonoratio; quintum, homicidij commiſſio. Sextum fornicationis actio. Septimum, furti perpetratio. Hæc ſunt ſeptem cornua, ſecundæ tabulæ præcepta ad proximum pertinentia, impugnantia. Octauum falſi teſtificatio; nonū, concupiſcentia reſpectu vxoris; decimum, concupiſcentia reſpectu rei extraneæ. *Decem diademata* decem Reges, vel decem regna, Perſarum, Sarracenorum, Vuandalorum, Græcorum, Longobardorum, Burgundiorum, Francorum, Alemanorum, Suecorum, &c. Vel *diademata decem*, ſunt decem Reges decem regnorum, Danielis ſeptimo. *Porro decem cornua, decem Reges ſunt*: de his infrà decimo ſeptimo.

Decem cornua beſtiæ decem præuaricationes præceptorum Decalogi.

Quænam decem diademata beſtiæ. Daniel. 7

C Ciuitas etiam hæc Diaboli in Teſtamento nouo habuit ſeptem capita; Primum fuit Herodes, ſub quo mortuus eſt Chriſtus. Secundum fuit Nero, qui interfecit Petrum, & Paulum. Tertium Conſtantinus Arrianus, qui ſectam ſuā in Eccleſiā introduxit. Quartum, Coſdroas Rex, qui, vt narrat Auguſtinus, monaſteria, quæ erant in Ægypto, in quibus morabantur pluſquàm mille Monachi, deſtruxit. Quintum fuit quidam Rex Alemanorum, nomine Henricus, qui multum Eccleſiæ nocuit. Sextum non nominatur, & iſtud caput, vel regnat, vel iam regnaturum eſt. Et iſte eſt maximus turbator. Septimum, eſt Antichriſtus, qui eſt peius caput, & principalius omnibus alijs. Bene eſt igitur hæc beſtia habens ſeptem capita, id eſt, ſeptē Principes malos iam dictos.

Ciuitas Diaboli in nouo Teſtamento, habuit capita & ea recenſentur.

D Vidi igitur *Beſtiam habentem ſe-*

ptem capita, & decem cornua, & super cornua decem diademata: id est, super præuaricationes decem præceptorum Decalogi, decem diademata, id est, decem glorias, de impugnatione, vel præuaricatione decem præceptorum, Prouerb. primo, *Lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis*: quot enim præcepta transgrediuntur, de tot transgressionibus lætantur, & gloriantur. Et ideò super eum decem cornua, sunt transgredientes decem præcepta Decalogi.

Prouerb 1

Impius de peccatis suis gloriatur.

Vidi *septem diademata*, id est, decem præcepta super decem Reges malos, vel decē regna, vel decem glorias, vel decem præceptorū Decalogi impugnationes, sicut dictum est. Et non solùm hoc vidi, verùm etiam plus vidi super capita, id est, super Principes malos & iniquos iam dictos, nomina blasphemiæ, quia Principes huius sæculi, maximè blasphemant Deum, Isai. quinquagesimo quinto, *Iugiter nomen meum blasphematur in gentibus.* Et maxime tempore Antichristi à Principibus, & Potestatibus blasphemabitur nomen Christi. Dicēt enim Christum non fuisse Deum, sed magis Dei aduersarium.

Principes peruersi blasphematores Dei.

Isai. 55.

Vnde sciendum, quòd iniqui aperuerunt os suum ad turpiloquij effusionem; ad proximi vexationem; ad periurij execrationem; ad blasphemiæ multiplicationem; boni autem aperient os suum ad distinctam loquutionem. Psal. *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio*; ad diuinam cōmendationem, Psal. *Domine labia mea aperies*: ad aliorum instructionem, Matth. quinto, *Aperiens os suum docebat eos*; ad piorū hominū ædificationem, Ecclesiasti decimo

Psal. 77.

Psal. 50.

Matth. 5.

Eccles. 15.

A quinto, *In medio Ecclesiæ aperuit os eius*

VERSVS 2.

Et Bestia, quam vidi similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Hic describit bestiam dictam, scilicet congregationem laïcorum malam, magis in speciali, quantùm ad ministros, quorum quidam vitia palliabunt, simulantes bona, propter quod dicitur, *similis pardo*; quidam discurrent, & maximè discurrent tempore Antichristi, imperio maiorum, ad conculcandam Ecclesiam: propter quod dicitur, *& pedes eius sicut pedes vrsi*, quia vrsi pedibus pugnant, quibus lapides proiiciunt; quidam Aduocati & Iudices sunt, propter quod dicitur, *Et os eius sicut os leonis.* Ita dixi, quòd vidi bestiam ascendentem, &c. Et non solùm hoc, verùm etiam *& bestia*, id est, congregatio laïcorum mala, quam vidi ascendentem de mari, &c. sicut dixi, vidi quòd *similis erat pardo*, propter dolositatem, & multiplicem modum decipiendi, propter quod intelliguntur simulati hypocritæ, falsi diuersis coloribus, sicut Pardus variati. Nam nunc apparent abstinentes, nunc humiles, & sub istis coloribus, & falsis deceptionibus, occultant vitia sua: propter quod dicitur Ierem. decimo tertio, *Si potest mutare Aethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cùm didiceritis malum.*

Ita & plerique nostrorum Antichristi.

Hypocrita pardo comparatur.

Ierem. 13.

Et non solùm hæc bestia mala erat *similis pardo* simulato; verum etiam *& pedes eius*, scilicet inferiores, portantes bestiam, id est, Antichristum, vel eius malam doctrinam, sicut *pedes vrsi*, qui sunt lati,

piloſi; vnguibus armati, ſic iſti inferiores, qui diſcurrent ad malum imperio malorum, ſunt, & erũt lati, ad concupiſcendum, piloſi ad operiendum, armati ad defendendum. Et non ſolùm pedes eius beſtiæ ſunt ſicut *pedes vrſi*, verùm etiam *& os eius, ſicut os leonis*, ad deuorandum, & rapiendum; vt ſunt Aduocati, & Cõſiliarij beſtiæ, id eſt, Diaboli, vel Antichriſti, vel cuiuſcumque Principis iniqui; ſicut os leonis, quod eſt fœtidum, vorax, habens morſum mortiferum. Sic cõſiliarij huius beſtiæ, vel Antichriſti fœtebunt famâ, vorabunt malitiâ; conſulendo mortem Sanctorum. Fœtebunt etiam ſuperbâ loquutione, & detractione: ſimiliter Aduocati, & Principum terrenorum Conſiliarij, fœtent famâ, vorant malitiâ, interficiunt nequitiâ.

Mali conſiliarii quare comparantur ori leonis.

Nota etiam moraliter, quòd per pardum, vrſum, & leonẽ, intelligũtur tria genera hominum. Per pardum multicolorem, interpretatur varietas duplicitatis in conuerſatione; per vrſum guloſum, interpretatur diuerſitas voluptatis in affectione; per leonem ferocem; interpretatur diuerſitas crudelitatis in perſequutione: vel per pardum falſum, duplicitas clauſtralium; per vrſum gulioſum, voluptas ſecularium; per leonem ferocem, crudelitas Principum.

Vel aliter; in pardo interpretatur immoderatio cupiditatis, quæ dicitur *ſimilis pardo*, propter varietatem negotiationum, velocitatem circumuenientium, rapacitatem illicitarum extorſionum. Huius autem beſtiæ, ſcilicet auaritiæ, vel cupiditatis peſtis eſt vniuerſalior, quia à maiore vſque ad minorem, &c. diuturnior, quia ſemper in ſenibus permanet; periculoſior, quia eſt radix omnium malorum. Filiæ iſtius beſtiæ, ſunt libido acquirendi, quæ facit hydropicos; cupido poſſidendi, quæ facit paraliticos, formido amittẽdi, quæ facit phreneticos.

Auaritia peſtis vniuerſaliſſima diuturniſſima, periculoſiſſima.

In ſecunda beſtia, ſcilicet in vrſo, & hæc beſtia peſſima, ſcilicet intemperantia; inducit enim depauperationem ſubſtantiæ, & omnis virtualis poſſeſſionis, diſſipationem naturæ, & omnis naturalis diſpoſitionis; dehoneſtationem vitæ, & omnis rationalis electionis.

Libidinoſus cur vrſo aſſimilatur.

In tertia beſtia, ſcilicet in leone, intelligitur ſuperbia vanitatis. Sicut enim leo eſt Rex animalium, ſic vanitas ſemper quærit, & ambit dominium. Huius autem beſtiæ filiæ ſunt præſumptio reſpectu ſui, ambitio reſpectu proximi; obliuio reſpectu Dei. Vnde hæc beſtia, ſcilicet vanitas mundana, reſpicit celſitudinem generis, pulchritudinem corporis, valorem operis:

Et dedit illi Draco virtutem ſuam, & poteſtatem magnam. Oſtenſa fuit ſuprà beſtiæ malitia; hic oſtenditur potentia. Et primò oſtenditur potentiæ collatio, ſecundò executio, ibi, *Et vidi vnum de capitibus eius occiſum, quaſi in morte.* Et hæc in duo; primò agitur de vſu potentiæ huius beſtiæ in operatione ſignorum; ſecundò de deceptione & oppreſſione hominum, ibi, *Et aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum.* Item circa operationem ſignorum primò oſtenditur actus: ſecundo contrarius effectus, ibi, *Et admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam*; tertiò oſtenditur tempus, quantum durabit ſua virtus, ibi, *Et data eſt illis pò-*

testas menses quadraginta duos.

Dicit ergo *Et dedit illi Draco virtutem suam, & potestatem magnam.* Ita dixi, quòd vidi bestiam ascendentem de mari, id est, Antichristum, vel congregationem malorum laïcorum, & Principum sęcularium: quæ, inquam, bestia similis erat Pardo, Leoni, & Vrso. Et non solùm vidi malitiam eius, verùm & potentiam, quia vidi quòd *& Draco*, id est, Diabolus, qui dictus fuit Draco magnus, & rufus, dedit illi, scilicet bestiæ, id est, congregationi malæ, vel Antichristo. Dedit, inquam, quid? *virtutem suam*, quam scilicet Diabolus Draco magnus habuit in primo parente, scilicet decipiendi, nocendi, interficiendi, *& potestatem magnam*, impugnandi, cruciandi, superandi. Vel Diabolus dedit illi, scilicet Antichristo. *Virtutem magnam*, scilicet ad faciendum mirabilia, præter solitum cursum naturæ. Vnde notandum, quòd *mirum*, & *mirabile* sunt iuxta naturam, sed contra cursum solitum naturæ, *miraculum* verò super naturam. Vnde sicut quando magi fecerunt serpentes, non fuit miraculum: sic nec signa Antichristi erunt miracula, sed mira, propter celeritatem, cótrà solitum cursum naturæ. Solus enim Deus, quæ super naturam sunt potest facere, Psal. *Tu es Deus qui facis mirabilia.* Nam mutare causas naturæ, non potest fieri, nisi per pòtentiam supernalem. Sed boni Angeli, & mali possunt aliquando aliqua facere in breui tempore, quæ natura non faceret nisi in temporis diuturnitate.

Dedit ergo iste Draco magnus, Diabolus, *bestiæ* Antichristò, *virtutem suam*, scilicet ad falsa faciendum miracula, *& potestatem magnam*, ad seducendum, ad subiiciendum, ad conuertendum. Vnde Haymo [*Sicut in Christo requieuit plenitudo gratiæ, ita in illo requiescet plenitudo malitiæ, & sicut Christi virtute Verbi diuini fecit miracula vera, ita ille per potestatẽ Diaboli faciet miracula falsa*]

VERSVS 3.

Sequitur, *Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in morte.* Vbi ostenditur vsus potentiæ datæ circa operationem signorum. Ita dixi, quòd Diabolus dedit virtutem suam, & potestatem Bestiæ. Et hoc vidi, & non solùm hoc, verùm etiam & vidi, id est, spiritualiter intellexi, *vnum de capitibus* supradictis Ecclesiam Dei destruentibus, scilicet ipsum Antichristum, qui erit, sicut dictum est, vltimum, & maximum de capitibus Draconis, id est, nefandæ multitudinis. Istud autem caput vidi *quasi occisum in morte*; finget enim se interfectum, & mortuum, & à morte resuscitatum tertia die, & ideo benè dicit, *quasi occisum in morte*, ad similitudinem hominis, qui est proximus morti, de quo dicitur quòd est quasi mortuus.

Vidi ergo Antichristum quasi occisum, & plus, *quia & plaga mortis eius*, scilicet simulatæ, *curata est.* Ipse enim, vt dicit Haymo, simulabit se mortuum, & post tres dies posteà apparebit, dicens se esse resuscitatum, vt dicatur ipse esse Christus; vnde & pòst arte magica à Dæmonibus in aëra feretur, & tandem à Christo occidetur, & tunc apparebit eius falsitas.

Vidi ergo Antichristum *quasi occisum*, & quasi resuscitatum. Et ex

Finget Antichristus se mortuum vt deinde propria virtute resurrexisse credatur.

hoc *admirata est vniuersa terra post Bestiam*, id est, terreni euntes post bestiam, id est, Antichristum. Effectus contrarius, seductio turbæ: admirati sunt ergo terreni sequentes ipsam bestiam Antichristum, credentes ipsum verè esse resuscitatum.

VERSVS 4.

Quia ex hoc, *Adorauerunt Draconem*, id est, Diabolum: *qui*, inquam Draco, *dedit potestatem Bestiæ*, id est, Antichristo, resurgendi; non verè, sed falsè, & simulatè. Et non solùm adorauerunt Draconem dictum, scilicet Diabolum, verùm *& adorauerunt Bestiam*, id est, ipsum Antichristum. Vnde multi hoc videntes, & ipsum resuscitatum, sequentur ipsum Antichristum, & per consequens, Diabolum.

Ita cæcus peccator vt ipsum Dæmonem adoret.

Et sic *Adorabunt Bestiam, & Draconem*, id est, Antichristum, *dicentes, quis similis Bestiæ? & quis poterit pugnare cùm illa? Dicentes*, scilicet ex signorum admiratione, & cordis debilitate, *quis similis Bestiæ?* scilicet Antichristo, in potestate, & miraculorum operatione; *& quis poterit pugnare cum illa?* id est, eius volũtati resistere: vnde eis videbitur, quòd nullus possit, & Christus poterit.

Quatuor tribuunt impii Antichristo quæ sunt ipsius Christi.

Et nota quòd quatuor hîc dicuntur de bestia, quæ debentur Christo, non Antichristo, scilicet admiratio, quæ debetur sapientiæ, & potestati, Rom. vndecimo, O *altitudo diuitiarum, sapientiæ & scientiæ Dei!* Imitatio, quæ debetur humilitati, Matth. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Adoratio, quæ debetur Diuinitati, Psal. *Adorate Dominum, in aula sancta eius.* Iubilatio, quæ debetur benignitati, & humilitati; quæ quatuor vsurpabit Antichristus. Primum, cùm dicitur *admirata*; secundum, cùm dicitur, *post Bestiam*; tertium, cùm additur, *adorauerunt Bestiam*; quartũ cùm subditur, *quis similis bestiæ?* Vnde Christus apparuit mirabilis in maioris mundi creatione; mirabilior in minoris mundi formatione, mirabilissimus in humani generis recreatione. Sequentes igitur Antichristum, & credentes resuscitatum, dicent, *quis similis bestiæ?*

Rom. 15.
Matth. 11.
Psal. 95.

VERSVS 5.

Et datum est eis os loquens magna. *Et datum est*, id est, concessum à Deo, *os loquens magna*, id est, se magnificandi & extollendi, dicendo se esse Filium Dei, in quo est peccatũ iactantiæ. Et non solùm hoc, sed etiam *datum est ei os loquens blasphemias*, scilicet contra Deum, dicendo se esse Deum, & negando Christum esse Deum.

Antichristus plenus blasphemus

Sequitur, *Et data est ei potestas facere menses quadraginta duos.* Hîc ostẽditur quandiu durabit Antichristi potestas, & virtus. Ita dixi, quòd *data est potestas* Antichristo se extollendi, magnificandi se, Christi Ecclesiam persequendi; sed hæc potestas non est data per multum tẽpus, sed data est illi, scilicet Antichristo, *potestas facere*, scilicet prædicta, se magnificandi, extollendi, Christum blasphemandi; vel facere malum, scilicet menses quadraginta duos, id est, per tres annos, & dimidium. Tanto enim tempore Antichristus regnabit, & prædicabit, sicut & Christus. Hoc autem ponit Ioãnes, vt contra illam potestatem nos præmuniamus, & non multum timeamus, quia citò transibit, & talem gloriam citò adnihilandam non quæramus.

Impiorum gloria & potestas brevissima.

VERSVS.

VERSVS. 6.

Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum; & cœpit blasphemare nomen eius. Hic agit de vsu potestatis bestiæ, scilicet Antichristi, quæ consistit in oppressione bonorum hominum: diuiditur autem in tres partes. Nam primò ponit sanctorum hominum oppressionem; secundò, cautos nos reddit, ibi. *Si quis habet aures audiendi audiat*; tertiò, malorum pœnam ostendit, ibi, *qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadit.* Item primò ponitur oppressio verbis; secundo factis, ibi, *Et datum est illi bellum facere cum Sanctis, & vincere eos.*

Potestas Antichristi in oppressione bonorum

Dicit ergo, *Et aperuit os suum in blasphemias*, &c. Ita dixi, quòd *data est* Antichristo *potestas faciendi malum, quadraginta duobus mensibus*, id est, tribus annis & dimidio. Et in illo tempore quo prædicauit, *aperuit os suum*, scilicet blasphemans, id est, verba blasphemiæ dicēdo, *ad Deū*, id est, contra Deum; vel vsque ad Deum. Incipiet enim blasphemare Apostolos, & Martyres, & Sanctos alios, & procedet vsque ad Christum, negando ipsum esse Deum. Dicet enim Christum non fuisse Deum, nec Apostolos veros fuisse Apostolos, Daniel. septimo.

Daniel. 7. *Sermones contra excelsum loquetur, & Sanctos æterni conteret, & prædicabit, quasi possit mutare tempus, & leges.*

Aperiet igitur *os suum in blasphemias ad Deum.* Secundùm Glossam, in tantam iniquitatem & malitiam consurget, vt quod ante occultè, tunc publicè audeat affirmare, *nomen eius*; id est, in sua prædicatione, coram omni multitudine dicendo, Christum Filium Dei non fuisse. Vel *blasphemare nomen eius*, id est, vitam, doctrinam, famam, per quæ

Impudentissimus Antichristus.

A tria nomen bonum acquiritur. Et non solùm surget blasphemare nomen Christi, verùm *& tabernaculum eius*, id est, Ecclesiam Christianam, vel *tabernaculū eius*, id est, corpus Christi, dicendo ipsum fuisse detentum, vel peccato obnoxium, vel de vniuersali semine conceptum. Et non solùm surget blasphemare Christum, & eius tabernaculum, verùm etiam & eos *qui in cœlis habitant*, id est, Sanctos, qui iã Deo fruuntur in cœlo Empyreo; dicet enim Sanctos esse damnatos, sicut dicunt nunc quidam hæretici. Isai. *Væ qui dicitis bonum malum,* Isai. 5. *& malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, & iustitia iusti aufertur ab eo.*

VERSVS 7.

Et datum est illi facere bellum cum Sanctis & vincere illos. Hîc postquam ostendit oppressionem bonorum verbis blasphemiæ, ostendit oppressionem factis sæuitiæ. Ita dixi, quòd Antichristus surget in prædicatione sua blasphemare Sanctos, & non solùm blasphemare, verùm *& datum est illi*, id est, à Deo permissum, *facere bellum cum Sanctis*, scilicet disputando, persuadendo, flagellando; *& vincere illos*, scilicet interficere corporaliter, & non spiritualiter: hanc victoriam non timent Sancti iuxta verbum Domini, *nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam non possunt occidere*, Matth decimo. Matth. 10.

Corporaliter non spiritualiter sanctos interficiet Antichristus.

Et non solùm data est illi potestas interficiendi Sanctos corporaliter, verùm etiam *data est ei potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem. Data est ei*, scilicet Antichristo, *potestas in omnem tribum*, quoad maiores Iudæos, *& linguam* quoad malos Christianos,

Daniel. 7. *& gentem*, quoad Paganos, Danielis septimo, *Alius consurget post illos*, scilicet Antichristus, qui signatur per decimũ cornu, *& ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit*, scilicet Iudæos, Gentiles, & falsos Christianos. Et non solùm data est potestas bestiæ, &c.

VERSVS 8.

Verùm *& adorauerunt eam*, bestiam dictam, honorẽ scilicet Deo debitum ei attribuendo.

Et adorauerunt, inquam, *eam omnes qui habitant terram*, id est, omnes terreni, auari, iniqui, *quorum nomina*, scilicet terrenorum, & auarorũ, *non sunt scripta*, scilicet stylo prædestinationis, *in libro vitæ*, *& Agni. Agni*, dico, *qui occisus est*, id est, occidi præfiguratus in morte Abel. Vel *occisus est* ab origine mundi, id est, ab æterno promissus occidi, ad liberationem generis humani.

Quomodo Christus occisus ab origine mundi.

VERSVS 9.

Sequitur, *Si quis habet aures audiendi audiat*. Suprà ostendit oppressionem Sanctorum, quæ facienda est per Antichristũ, hîc reddit nos cautos contra deceptiones eius, & aliorum malorum ipsum sequentium. Ita dixi, quòd *data est potestas bestiæ* crudeli, Antichristo, *facere bellum* & interficere Sanctos, & ideo *si quis habet aures*, scilicet corporis, *audiat* auribus cordis, vt sit cautus, & attentus, quæ pœna sequatur Antichristum, qui tunc in tanta gloria erit, ne scilicet incurrat simile præcipitium.

Admonemur de casu impiorum vt cum eis non insultamus.

VERSVS 10.

Nam certè *qui in captiuitatem duxerit*, scilicet alios, vel spiritualiter A in captiuitatem culpæ, vel materialiter in captiuitatem pœnę, cruciando, flagellando, sicut Antichristus, *in captiuitatem*, scilicet inferni, secundum Glossam, *vadet: & qui in gladio*, scilicet materiali, vel verbo malæ persuasionis, *occiderit, oportet eum gladio*, id est, Dei verbo, vel diuinâ sententia, vel pœnâ æterna *occidi*. Omnis enim, qui interfecerit gladio, gladio peribit.

Qui est alios crudeliter in captiuitatem ducturus est ipse etiam in captiuitatem ducendus.

Dicit ergo, *qui in captiuitatem* peccati *duxerit*, scilicet alios, verbo, facto, exemplo, vt Antichristus, & sui, in *captiuitatem*, scilicet inferni vadit, quia iam data est sententia contra Antichristum, & suos, & omnes reprobos. Ioan. tertio, *qui non credit, iam iudicatus est. Et qui in gladio*, scilicet materiali, vel iniquæ deceptionis, *occiderit*, scilicet alios, vt Antichristus, *oportet eum*, scilicet gladio finalis sententiæ in iudicio, *occidi*, scilicet in anima, & in corpore.

Ioan. 3.

Aliorum peruersores quam seuere puniendi sunt.

Hîc est patientia, & fides Sanctorum. HIC ostenditur in quo apparet perfectio bonorum. Ita dixi, quòd Antichristus bellum faciet cum Sanctis, & ipsos vincere conabitur sed quid *hic*? duo hoc tempore probabũtur, scil. *patientia, & fides Sanctorum*, tempore enim persequutionis probabitur quis sit patiens, & fidelis: multi enim tempore pacis videntur patientes, & fideles, qui tempore persequutionis probantur infideles, & impatientes: decimo tertio, Matth. *Ad tempus credunt, & in tempore persequutionis, &c.* Vel *hîc*, in præsenti vita *est patientia, & fides Sanctorum*, id est, vsus patientiæ & fidei, quæ duo Sanctos faciunt, nam in futuro, hic vsus cessabit, *Cùm enim venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est*; pri-

Matth. 13.

mę ad Corinth. Vnde hîc ponuntur duo, quæ ſunt neceſſaria in tribulatione, ſcilicet fides, & patientia: fides monet ad prælíandum contra hoſtem, patientia monet ad tolerãdum paſſionem, & perſequutionẽ.

VERSVS. 11.

Et vidi aliam beſtiam aſcendentem, & habebat cornua duo ſimilia agni, & loquebatur ſicut Draco. Deſcriptâ tribulatione, quæ erit per Antichriſtum, & ſuos Principes terrenos, & crudeles, hîc ſubiungit aliam, quæ fiet per ſuos Apoſtolos, quos ipſe per totum mundum ſparget. Vel ſecundùm alios, deſcripto exercitu laïcorum, tam Principum, quàm inferiorum contra Eccleſiam bellantium, hîc deſcribit cœtum Clericorum, tam Prælatorum, quàm ſubditorum cùm Antichriſto contra Eccleſiam pugnantium: & primò iſtos ſub ſpecie beſtiæ deſcribit; ſecundò fideles attentos reddit, ibi, *hîc ſapientia eſt, qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ.* Item primò oſtendit iſtius malitiam; ſecundò potentiam, ibi, *Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem faciebat in conſpectu eius.* Item primò oſtendit iſtius malitiam palliatam, & occultam; ſecundò apertam, & manifeſtã, ibi, *& loquebatur ſicut Draco.*

Dicit ergo, *Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra.* Ita dixi, quòd vidi vnam beſtiã aſcendentem de mari, quæ erat ſimilis pardo, leoni, & vrſo, ſcilicet Antichriſtum, & congregationem malorum laïcorũ, & Principum ſæcularium, cum ipſo Eccleſiam perſequentium, & non ſolùm hoc, ſupple vidi, verùm etiam vidi, id eſt, ſpiritualiter intellexi, quid? *Aliam beſtiam*, ſecundum Gloſſam, id eſt, pſeudo Apoſtolos Antichriſti, beſtialiter Eccleſiam lacerantes, vel clericos tam Prælatos, quàm alios ipſum Antichriſtum ſequentes, & Eccleſiam ad inſtar feræ beſtię deuorãtes; vn- & hodie Prælati aliqui non ſunt Angeli Eccleſiam cuſtodientes, & defendentes, ſed magis beſtiæ feroces, ipſam lacerantes, & deprædantes, de quibus ipſa Eccleſia multum queritur, Cant. quinto, *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum cuſtodes murorum.* Circumeunt hodie aliqui ciuitatem Eccleſiæ, vt præbendas poſſint habere muneribus illicitis, precibus indignis, obſequiis inhoneſtis, intentionibus iniquis, falſis ſigillis, donec Eccleſiam inuenerint, inuentam percutiant, percuſſam vulnerent, dum de malo igne concupiſcentię, & inuidiæ miniſtrant. Sed pallium auferunt, dum Chriſti patrimonium violenter diſſipant, diſpergunt, & parentibus diſtribuunt, & ideo poſſunt hodie dicere Prælati Eccleſiæ, id eſt, Pſeuſodoprophetæ, *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui*; nam inuadunt gregem meum lupi rapaces, vt dicebant diſcipuli Martini. Cant. 5.

Vidi ergo *aliam beſtiam*, id eſt, cœtum Apoſtolorum falſorum, vel Clericorum, tã Prelatorum, quàm ſubditorum, Antichriſtum primam beſtiam ſequentium, & Eccleſiam lacerantium, qui, inquam, Pſeudo-apoſtoli dicuntur beſtiæ, propter brutalitatem in viuendo nequiter, propter crudelitatem in perſequendo immaniter, propter voracitatem in detrahendo velociter. Vidi inquam, iſtam beſtiam; fallacem, & iniquam, ſed *aſcendentem de terra. Aſcendentem*, id eſt,

Pſeudo-apoſtoli cur beſtiæ nuncupãtur

in ſuperbia, & malitia proficien- A nibus *Agni*, id eſt, Chriſti. Non di-
tem, ſed *de terra*, id eſt, terrenorum cit quòd erant cornua *Agni*, ſed
Pſal. 72. *Iniquorum progreſſus de malo in malum.* malitia: *Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum*; vnde Apoſtoli Antichriſti aſcendent, progrediendo de malitia in malitiam, & hoc *de terra*, id eſt, de amatoribus terrenorum, qui ſcilicet eos nutrient, & fouebunt, & defendent. Vnde potentia Principum terrenorũ erit cauſa aſcenſus, & profectus eorum, vnde Pſal. *ſuperbia eorũ, qui te oderunt aſcendit ſemper.* Vel Pſeudo-apoſtoli, B & alii ſequaces Antichriſti, *aſcendent de terra*, id eſt, de terrenis diuitijs, in ſuperbiam, & malitiam. Diabolus enim reuelabit Antichriſto theſauros, quibus ditabit ſuos: & hæ terrenæ diuitiæ erunt cauſa aſcenſus, & ſuperbiæ, & malitiæ eorum: vnde Danielis ſeptimo, Dan. 7. *Dominabitur theſaurorum auri, & argenti.*

Antichriſtus pluſimarum diuitiarum poſſeſſor, vt eis plurimos perdat. Vidi ergo *Iſtam beſtiam aſcendentem de terra, & beſtia habebat cornua* C *duo ſimilia Agni.* Hæc beſtia, ſcilicet cœtus Apoſtolorum Antichriſti, *habebat duo cornua*, id eſt, duo Teſtamenta, quæ exponet ad voluntatem ſuam, ſcilicet vetus & nouum; quæ dicuntur *cornua*, quia defendunt Eccleſiam, ſicut animalia cornibus ſe defendunt. Vel Apoſtoli Antichriſti habebunt *duo cornua*, quæ ſunt ſimulatio innocentiæ, & diſſimulatio malitiæ. Vel *duo cornua*, oſtenſio bonitatis, & D apparentia veritatis, quibus Sanctos percutient; tertij Regum vlt. 3. Reg. vlt. *Fecit ſibi Sedechias cornua ferrea, & dixit, his ventilabis Syriam, donec deleas eam. Et hæc duo cornua*, iam dicta, ſunt duo Teſtamenta, vel ſimulatio innocentiæ, & diſſimulatio malitiæ, vel oſtentatio bonitatis, & apparentia veritatis, *erunt ſimilia* cor-

similia. Vnde ferè quæcumque Chriſtus faciet verè, Antichriſtus faciet ſimulatè, & quæcumque fecerunt Apoſtoli Chriſti veraciter, Apoſtoli Antichriſti facient apparenter.

Habebat igitur hæc beſtia duo cornua ſimilia cornibus agni: *Et loquebatur ſicut Draco*, id eſt, Diabolus, Draco magnus, & rufus; quaſi diceret, ita loquentur Apoſtoli Antichriſti, ſicut erudientur à Diabolo, vel ſicut Draco, id eſt, Antichriſtus eorum magiſter, & dominus. Sicut enim Apoſtoli Chriſti loquebantur à Chriſto edocti; & ſicut in Apoſtolis Chriſti loquebatur Spiritus ſanctus; ita in Apoſtolis Antichriſti loquetur ſpiritus Diabolicus. Vnde nota quòd in ore Draconis inuenient ſigillum penetratiuum; venenum infectiuum; morſum interfectiuum. Sic in ore Apoſtolorum Antichriſti, erit verbũ penetratiuum, acclamando per prædicationem; infectiuum, vulnerando per deceptionem; interfectiuum, attrahendo per errorem, *Et faciet terram, & inhabitantes eam adorare beſtiam primam.*

Ex ore Chriſti loquebatur Apoſtolus ex ore Diaboli pſeudoapoſtoli.

VERSVS. 12.

Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem habebat in conſpectu eius. Hic oſtendit huius poteſtatis prauæ ambitum. Ita dixi, quòd *vidi beſtiam*, id eſt, cœtũ Apoſtolorũ Antichriſti, loquentem vt Draco. Et non ſolùm hoc, verùm etiam & vidi, quòd hæc beſtia habebat omnem poteſtatem prioris beſtiæ, id eſt, omnes modos decipiendi, & nocendi, quibus Antichriſtus decepit

faciebant. Et hoc ſupple extermi- A excæcabit terrenos, vt credant Annando, *in conſpectu eius*, id eſt, in conſpectu Draconis dicti, vel Antichriſti. Sicut enim Apoſtoli Chriſti omnia quæ faciebant, faciebant vt placerent Chriſto, & Patri ſuo, ſic iſti Apoſtoli falſi, omnia quæ facient, facient vt placeant Antichriſto, & patri ſuo Diabolo.

Impius operatur malè vt placeat diabolo.

Et fecit terram, & inhabitantes eam adorare beſtiam primam. Hîc oſtenditiſtius beſtiæ prauæ poteſtatis vſum: & primò ponit vſum, qui erit per perſecutionem; ſecundò B vſum, qui erit per compulſionem, ibi; *& faciet, vt quicumque non adorauerit imaginem beſtiæ, occidatur.* Item primò ponit perſequutionem, per falſorum miraculorum oſtenſionem; ſecundò per religionis fictionem, dicens *habitantibus in terra, vt faciant imaginem beſtiæ.* Item primò ponit eiùs intentionem; ſecundò falſorum miraculorum operationem, ibi, *& fecit ſigna magna.* C

Dicit ergo, *Et fecit terram, & inhabitantes eam adorare beſtiam primam.* Ita dixi, quòd beſtia, id eſt, cœtus Apoſtolorum Antichriſti, *habebat poteſtatem primæ beſtiæ*, ſcilicet Antichriſti; & non ſolùm hoc, verùm, & hæc beſtia *fecit terram*, id eſt, in amore terrenorum perſeuerantes. Omnes, inquam, tales *fecit adorare primam beſtiam*, id eſt, Antichriſtum, vel Diabolum: ſicut enim Apoſtoli Chriſti faciebant adorare Chriſtum, ſic Apoſtoli Antichriſti facient adorare Antichriſtum, & per conſequens Diabolum. D

Pſeudoapoſtoli nituntur, vt adoretur Antichriſtus.

Vnde nota ſecundùm Auguſtinum, ſicut cupiditas excæcauit proditorem Iudam, vt Chriſtum, quem tot miracula viderat facere, crederet magum; ita cupiditas excæcabit terrenos, vt credant Antichriſtum Deum, vel ſaltem ſi non credent, adorabunt ſicut Deum: tanta enim eſt labes huius peccati, vt de facili faciat recedere à fide Dei, primæ ad Timoth. ſexto, *Radix omnium malorum eſt cupiditas*; & ideo Apoſtoli Antichriſti promittentes diuitias temporales, & dantes talibus cupidis, & terrenis, facient eos adorare beſtiam primam, ſcilicet Antichriſtum. 1. Timoth. 6.

Sed maior cauſſa, quare trahen- *Apparentia miracula facile ſeducent.*
tur ad adorandum, erit ipſius Antichriſti reſurrectio ſimulata, propter quod addit, *cuius curata eſt plaga mortis*, ſcilicet per ſimulationem reſurrectionis, quam ſui Apoſtoli prędicabunt, tamquam veram: vnde hanc ponet pro fundamento ſuæ prædicationis. Vnde ſicut Apoſtoli primò prędicauerunt Chriſti reſurrectionem, vt ex hoc magis allicerent ad alia de ipſo credenda, & ipſum tamquam Deum adorandũ; nam Chriſtus nec ex neceſſitate, nec ex paſſione apparuit Deus; ſed magis homo purus, ſed ex reſurrectione & homo, & Deus; ſic Apoſtoli Antichriſti primò prędicabunt eius reſurrectionem, vt ex hoc trahant pòpulum ad ipſum vt Deum credendũ, & adorãdum. Et vt populus magis credat prędicationem huius beſtiæ ſecundæ, ſcilicet prædicatorũ Antichriſti, dicit quòd beſtia, ſcilicet cœtus Apoſtolorum Antichriſti

Niſi Chriſtus reſurrexiſſet vana fuiſſet fides noſtra.

VERSVS 16.

Fecit ſigna magna, id eſt, multa, & magna miracula, non tamen miracula, niſi falſa, ſcilicet ad ſuæ prædicationis confirmationem, & Antichriſti venerationem, ſicut legitur de Apoſtolis Matthæi vlt. *Illi*

autem profecti prædicauerunt Domino A *cooperante*, ita Apostoli Antichristi suum sermonem confirmabunt sequentibus signis.

Fecit ergo hæc *bestia signa magna*, & quæ erunt illa signa iam exponit, aut aliter. Ita benè dixi, quòd bestia *fecit signa magna, vt etiam ignem faceret descendere de cœlo in terram in conspectu hominum*, ad litteram. Ecce vnum signum: vnde sicut Spiritus sanctus descendit super ipsos B Apostolos Christi in specie ignis, sic spiritus malignus in specie aëris descendentis, descendet super Apostolos Antichristi. Et sicut ad prædicationem Apostoli dabatur S. Sanctus signo visibili in conspectu hominum, Actu. decimo. *Adhuc loquente Petro, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum*; sic prædicantibus Apostolis C Antichristi, descendet Spiritus malignus in specie ignis, in conspectu hominum, qui audient prædicationem eorum. Et hoc est, quod dicit, quòd hæc bestia fecit signa magna, ita vt etiam ignem faceret descendere in conspectu hominum: & non solùm fecit hæc talia signa hæc bestia, verùm

In apparentibus signis conantur Apostoli Antichristi imitari Apostolos in miraculis.

Act 10.

VERSVS 14.

Et seduxit, id est, seducet *habitantes in terra*, id est, corde & mente D terrenis adhærentes, *propter signa, quæ data sunt illis facere*, id est, permissione diuina *in conspectu bestiæ*, id est, in inuocatione nominis Antichristi. Vnde sicut Apostoli in inuocatione nominis Christi faciebant multa miracula vera, sic Apostoli Antichristi in inuocatione nominis eius, facient signa multa, & magna, quę videbuntur vera miracula, erunt tamen falsa.

Dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladij, & vixit. Suprà, vt dixi, posuit seductionem secundæ bestiæ, scilicet Apostolorum Antichristi, per falsorum miraculorũ operationem, hîc seductionem per religionis fictionem, vel simulationem. Ita dixi, quòd hæc bestia secunda seduxit inhabitantes terram. Et hoc supple dixi, de habitantibus in terra, id est, de amatoribus terrenorum, ipsum sequentium. *Dicens*, inquam, *vt faciant imaginem bestiæ*; id est, Antichristi suorum magistri, ad litteram. Vnde Apostoli Antichristi ipsos sequentibus & consentientibus mãdabunt fieri statuam aliquam, ad ipsius Antichristi recordationem, & venerationem, sicut nunc fiunt C imagines ad Christi recordationem, & Sanctorum. Vel dicent Apostoli Antichristi habitantibus in terrâ, vt faciant imaginem bestiæ, id est, vt se conforment actibus Antichristi in persecutione bestiæ.

Qualia signa facient Antichristiani.

Statuam coram Antichristiani ducis suo.

Quæ, inquam, *bestia habet plagam gladij*, id est, mortis, scilicet simulatæ, *& vixit*, id est, fictè resurrexit. Hoc sæpè reiterat, quia erit major causa seductionis; quasi dicerent Apostoli Antichristi, vos debetis vos Antichristo cõformare, & ad honorem eius imaginem facere, quia est mortuus, & die tertia resuscitatus, quod esse non posset, nisi esset verus Deus. Dicent ergo Apostoli Antichristi sequentibus ipsos, vt faciant imaginem ad Antichristi recordationem, & venerationem; & cùm facta esset imago ista,

VERSVS 15.

Datum est illi bestiæ, id est, Apo-

ſtolis Antichriſti, & hoc à Diabolo, permittente Deo, *vt daret Spiritum*, in vita apparendo, *imagini beſtiæ*, id eſt, ſtatuæ factæ ad ſimilitudinem Antichriſti, quam imaginem ipſe faciet loqui, & moueri Deo permittente, & peccatis hominum exigentibus, ad majorem populi deceptionem, & ideo addit, *& vt loquatur imago beſtiæ*, id eſt, ſtatua ſecũda *per malignum Spiritum*: vnde Diabolus in illa ſtatua loquetur diuerſa idiomata, & dabit diuerſa reſponſa, & prædicet multa futura, vt populus ſeducatur, & ad Antichriſtum trahatur. Vel *datum eſt illi*, ſcilicet Apoſtolis Antichriſti, *vt daret imagini beſtiæ*, id eſt, imitatoribus Antichriſti, *Spiritum Prophetiæ*, *vt loquatur imago beſtiæ*, id eſt, vt imagines; & imitatores Antichriſti loquantur futura, ſicut Apoſtolis datus fuit Spiritus Prophetiæ, & ab Apoſtolis, aliquibus aliis.

Loquetur ſtatua Antichriſti dæmone mouente varia idiomata.

Et nota quòd imago reprobi poteſt dici imago beſtiæ, quia conformatur beſtiæ horribili; deformatur culpâ abominabili; tranſformatur pœnâ incomprehenſibili. De primo Sap. decimo octauo, *Solis autem illis ſuppoſita eſt grauis nox tenebrarum*. De ſecundo Sapient. ſeptimo, *Scandalum iniquitatis eorum factum eſt*, & ſequitur, *imagines abominationum ſuarum fecerunt*. De tertio Apocal. in iſto cap. *Si quis adorauerit imaginem beſtiæ occidetur*. E contra anima viri iuſti dicitur imago Chriſti, quia Chriſto conformatur per imitationem vitæ, per Chriſtum renouatur, per renouationem gratiæ, in Chriſtum transformatur, per claritatem gloriæ. De primo Rom. octauo, *quos præſcinit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui*. De ſecundo ad Coloſ. tertio, *Induite nouum hominem, qui renouatur in agnitionem Dei, ſecundum imaginem eius, qui creauit eum*. De tertio ad Corinth. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem*.

Sap. 18. Sap. 7. *Anima iuſti imago Chriſti.* Rom. 8. 2. Col. 3. 2. Cor. 3.

Et faciet quòd quicunque non adorauerint imaginem beſtiæ, occidentur. Oſtenſo modo peruertendi per ſeductionem, hîc oſtendit modum peruertendi per compulſionem. Et primò per pœnam occiſionis, ſecundò per pœnam venditionis, & emptionis, ibi, *Et faciet omnes puſillos, & magnos, diuites, & pauperes, & liberos habere characterem*. Ita dixi quòd ſequentes Antichriſtum facient imaginem, vel ſtatuam, ad illius veneration em, & gloriam, & quòd Spiritus malignus loquetur in illa, & iſtam imaginem faciet fieri beſtia ſecunda, ſcilicet Apoſtoli Antichriſti, & non ſolùm hanc imaginem fieri faciet, verùm etiam faciet per ſuam, & Principum ſeculi poteſtatẽ, *vt quicunque non adorauerit imaginem beſtiæ*, id eſt, ſtatuam Antichriſti, *occidatur*, ſcilicet morte corporali, ſicut fecit Nabucodonoſor, Danielis tertio: hoc ad litteram. Vel faciet, ſcilicet beſtia ſecunda, Apoſtoli Antichriſti, ſuâ & Principum ſæcularium poteſtate, *Vt quicumque non adorauerit imaginem beſtiæ*, ſcilicet Antichriſti, ſe ſuis actibus conformando; & imaginem Chriſti negando, *occidatur*.

In ſimulacris loquebatur dæmon.

Vnde nota quòd duo fuerunt modi antiquitùs inueniendi idola. Vnus modus fuit, quòd quando aliquis amiſerat filium, imaginem filij faciebat, & poſteri illam imaginem colebant, & adorabant, ſe-

Quomodo idola inuenta & veneratione habita.

piloſi; vnguibus armati, ſic iſti in- A &c. diuturnior, quia ſemper in ſe-
feriores, qui diſcurrent ad malum nibus permanet; periculoſior, quia
imperio malorum, ſunt, & erũt lati, eſt radix omnium malorum. Filiæ
ad concupiſcendum, piloſi ad ope- iſtius beſtiæ, ſunt libido acquiren-
riendum, armati ad defendendum. di, quæ facit hydropicos; cupido
Et non ſolùm pedes eius beſtiæ poſſidendi, quæ facit paraliticos,
ſunt ſicut *pedes vrſi*, verùm etiam formido amittẽdi, quæ facit phre-
& os eius, ſicut os leonis, ad deuoran- neticos.
Mali conſiliarii quare comparantur oris leonis.
dum, & rapiendum; vt ſunt Aduo-
cati, & Cõſiliarij beſtiæ, id eſt, Dia- In ſecunda beſtia, ſcilicet in vr-
boli, vel Antichriſti, vel cuiuſcum- ſo, & hæc beſtia peſſima, ſcilicet *Libidinoſus cum vrſo aſſimilatur.*
que Principis iniqui; ſicut os leo- intemperantia; inducit enim de-
nis, quod eſt fœtidum, vorax, ha- pauperationem ſubſtantiæ, & om-
bens morſum mortiferum. Sic cõ- B nis virtualis poſſeſſionis, diſſipa-
ſiliarij huius beſtiæ, vel Antichri- tionem naturæ, & omnis natura-
ſti fœtebunt famâ, vorabunt ma- lis diſpoſitionis; dehoneſtationem
litiâ, conſulendo mortem Sanctorum. vitæ, & omnis rationalis electio-
Fœtebunt etiam ſuperbâ loquutione, nis.
& detractione: ſimiliter Aduocati, & In tertia beſtia, ſcilicet in leone,
Principum terrenorum Conſiliarij, intelligitur ſuperbia vanitatis. Sicut
fœtent famâ, vorant malitiâ, interficiunt enim leo eſt Rex animalium, ſic va-
nequitiâ. nitas ſemper quærit, & ambit do-
minium. Huius autem beſtiæ filiæ
Nota etiam moraliter, quòd ſunt præſumptio reſpectu ſui, am-
per pardum, vrſum, & leonẽ, intel- bitio reſpectu proximi; obliuio reſ-
ligũtur tria genera hominum. Per C pectu Dei. Vnde hæc beſtia, ſcili-
pardum multicolorem, interpreta- cet vanitas mundana, reſpicit cel-
tur varietas duplicitatis in conuer- ſitudinem generis, pulchritudi-
ſatione; per vrſum guloſum, inter- nem corporis, valorem operis:
pretatur diuerſitas voluptatis in *Et dedit illi Draco virtutem ſuam, & poteſtatem magnam.* Oſtenſa fuit
affectione; per leonem ferocem; ſuprà beſtiæ malitia; hic oſtendi-
interpretatur diuerſitas crudelita- tur potentia. Et primò oſtenditur
tis in perſequutione: vel per par- potentiæ collatio, ſecundò exe-
dum falſum, duplicitas clauſtra- cutio, ibi, *Et vidi vnum de capitibus eius occiſum, quaſi in morte.* Et hæc in
lium; per vrſum giſloſum, volu- duo; primò agitur de vſu potentiæ
ptas ſecularium; per leonem fero- D huius beſtiæ in operatione ſigno-
cem, crudelitas Principum. rum; ſecundò de deceptione & op-
preſſione hominum, ibi, *Et aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum.* Item
Vel aliter; in pardo interpreta- circa operationem ſignorum pri-
tur immoderatio cupiditatis, quæ mò oſtenditur actus: ſecundò con-
dicitur *ſimilis pardo*, propter varieta- trarius effectus, ibi, *Et admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam*; tertiò
tem negotiationum, velocitatem oſtenditur tempus, quantum dura-
circumuenientium, rapacitatem bit ſua virtus, ibi, *Et data eſt illis pò-*
illicitarum extorſionum. Huius au-
Auaritia peſtis vniuerſaliſſima diuturniſſima, tenaculoſiſſima.
tem beſtiæ, ſcilicet auaritiæ, vel
cupiditatis peſtis eſt vniuerſalior,
quia à maiore vſque ad minorem,

testas menses quadraginta duos.

Dicit ergo *Et dedit illi Draco virtutem suam, & potestatem magnam.* Ita dixi, quòd vidi bestiam ascendentem de mari, id est, Antichristum, vel congregationem malorum laïcorum, & Principum secularium: quæ, inquam, bestia similis erat Pardo, Leoni, & Vrso. Et non solùm vidi malitiam eius, verùm & potentiam, quia vidi quòd *& Draco*, id est, Diabolus, qui dictus fuit Draco magnus, & rufus, dedit illi, scilicet bestiæ, id est, congregationi malæ, vel Antichristo. Dedit, inquam, quid? *virtutem suam*, quam scilicet Diabolus Draco magnus habuit in primo parente, scilicet decipiendi, nocendi, interficiendi, *& potestatem magnam*, impugnandi, cruciandi, superandi. Vel Diabolus dedit illi, scilicet Antichristo. *Virtutem magnam*, scilicet ad faciendum mirabilia, præter solitum cursum naturæ. Vnde notandum, quòd *mirum*, & *mirabile* sunt iuxta naturam, sed contra cursum solitum naturæ, *miraculum* verò super naturam. Vnde sicut quando magi fecerunt serpentes, non fuit miraculum: sic nec signa Antichristi erunt miracula, sed mira, propter celeritatem, cótrà solitum cursum naturæ. Solus enim Deus, quæ super naturam sunt potest facere, Psal. *Tu es Deus qui facis mirabilia.* Nam mutare causas naturæ, non potest fieri, nisi per pòtentiam supernalem. Sed boni Angeli, & mali possunt aliquando aliqua facere in breui tempore, quæ natura non faceret nisi in temporis diuturnitate.

Virtus Diaboli quàm exitiosa & terribilis.

Antichristus miracula vera non operatur.

Dedit ergo iste Draco magnus, Diabolus, *bestiæ* Antichristò, *virtutem suam*, scilicet ad falsa faciendum miracula, *& potestatem magnam*, ad seducendum, ad subiiciendum, ad conuertendum. Vnde Haymo [*Sicut in Christo requieuit plenitudo gratiæ, ita in illo requiescet plenitudo malitiæ, & sicut Christi virtute Verbi diuini fecit miracula vera, ita ille per potestatẽ Diaboli faciet miracula falsa*]

Diabolus potestate sua abutitur.

VERSVS 3.

Sequitur, *Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in morte.* Vbi ostenditur vsus potentiæ datæ circa operationem signorum. Ita dixi, quòd Diabolus dedit virtutem suam, & potestatem Bestiæ. Et hoc vidi, & non solùm hoc, verùm etiam & vidi, id est, spiritualiter intellexi, *vnum de capitibus* supradictis Ecclesiam Dei destruentibus, scilicet ipsum Antichristum, qui erit, sicut dictum est, vltimum, & maximum de capitibus Draconis, id est, nefandæ multitudinis. Istud autem caput vidi *quasi occisum in morte*; finget enim se interfectum, & mortuum, & à morte resuscitatum tertia die, & ideo benè dicit, *quasi occisum in morte*; ad similitudinem hominis, qui est proximus morti, de quo dicitur quòd est quasi mortuus.

Finget Antichristus se mortuum vt deinde propria virtute resurrexisse credatur.

Vidi ergo Antichristum quasi occisum, & plus, *quia & plaga mortis eius*, scilicet simulatæ, *curata est.* Ipse enim, vt dicit Haymo, simulabit se mortuum, & post tres dies posteà apparebit, dicens se esse resuscitatum, vt dicatur ipse esse Christus; vnde & pòst arte magica à Dæmonibus in aëra feretur, & tandem à Christo occidetur, & tunc apparebit eius falsitas.

Vidi ergo Antichristum *quasi occisum*, & quasi resuscitatum. Et ex

hoc *admirata est vniuersa terra post Bestiam*, id est, terreni euntes post bestiam, id est, Antichristum. Effectus contrarius, seductio turbæ: admirati sunt ergo terreni sequentes ipsam bestiam Antichristum, credentes ipsum verè esse resuscitatum. A

VERSVS 4.

Quia ex hoc, *Adorauerunt Draconem*, id est, Diabolum: *qui*, inquam Draco, *dedit potestatem Bestiæ*, id est, Antichristo, resurgendi; non verè, sed falsè, & simulatè. Et non solùm adorauerunt Draconem dictum, scilicet Diabolum, verùm *& adorauerunt Bestiam*, id est, ipsum Antichristum. Vnde multi hoc videntes, & ipsum resuscitatum, sequentur ipsum Antichristum, & per consequens, Diabolum. B

Iracæus peccator vt ipsum Dæmonem adoret.

Et sic *Adorabunt Bestiam, & Draconem*, id est, Antichristum, *dicentes, quis similis Bestiæ? & quis poterit pugnare cùm illa? Dicentes*, scilicet ex signorum admiratione, & cordis debilitate, *quis similis Bestiæ?* scilicet Antichristo, in potestate, & miraculorum operatione; *& quis poterit pugnare cum illa?* id est, eius volũtati resistere: vnde eis videbitur, quòd nullus possit, & Christus poterit. C

Quatuor tribuunt impij Antichristo quæ sunt ipsius Christi.

Et nota quòd quatuor hîc dicuntur de bestia, quæ debentur Christo, non Antichristo, scilicet admiratio, quæ debetur sapientiæ, & potestati, Rom. vndecimo, O *altitudo diuitiarum, sapientiæ & scientiæ Dei!* Imitatio, quæ debetur humilitati, Matth. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Adoratio, quæ debetur Diuinitati, Psal. *Adorate Dominum, in aula sancta eius.* Iubilatio, quæ debetur benignitati, & humilitati; quæ quatuor vsurpabit Antichristus. Primum, cùm dicitur *admirata*; secundum, cùm dicitur, *post Bestiam*; tertium, cùm additur, *adorauerunt Bestiam*; quartũ cùm subditur, *quis similis bestiæ?* Vnde Christus apparuit mirabilis in maioris mundi creatione; mirabilior in minoris mundi formatione, mirabilissimus in humani generis recreatione. Sequentes igitur Antichristum, & credentes resuscitatum, dicent, *quis similis bestiæ?*

Rom. 15.

Matth. 11.

Psal. 95.

VERSVS 5.

Et datum est ei os loquens magna. *Et datum est*, id est, concessum à Deo, *os loquens magna*, id est, se magnificandi & extollendi, dicendo se esse Filium Dei, in quo est peccatũ iactantiæ. Et non solùm hoc, sed etiam *datum est ei os loquens blasphemias*, scilicet contra Deum, dicendo se esse Deum, & negando Christum esse Deum.

Antichristus plenus blasphemiis

Sequitur, *Et data est ei potestas facere menses quadraginta duos.* Hîc ostẽditur quandiu durabit Antichristi potestas, & virtus. Ita dixi, quòd *data est potestas* Antichristo se extollendi, magnificandi se, Christi Ecclesiam persequendi; sed hæc potestas non est data per multum tẽpus, sed data est illi, scilicet Antichristo, *potestas facere*, scilicet prædicta, se magnificandi, extollendi, Christum blasphemandi; vel facere malum, scilicet menses quadraginta duos, id est, per tres annos, & dimidium. Tanto enim tempore Antichristus regnabit, & prædicabit, sicut & Christus. Hoc autem ponit Ioãnes, vt contra illam potestatem nos præmuniamus, & non multum timeamus, quia citò transibit, & talem gloriam citò adnihilandam non quæramus. D

Impiorum gloria & potestas brevissima.

VERSVS.

VERSVS. 6.

Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum; & cœpit blasphemare nomen eius. Hic agit de vsu potestatis bestiæ, scilicet Antichristi, quæ consistit in oppressione bonorum hominum: diuiditur autem in tres partes. Nam primò ponit sanctorum hominum oppressionem; secundò, cautos nos reddit, ibi. *Si quis habet aures audiendi audiat*; tertiò, malorum pœnam ostendit, ibi, *qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadit.* Item primò ponitur oppressio verbis; secundo factis, ibi, *Et datum est illi bellum facere cum Sanctis, & vincere eos.*

Potestas Antichristi in oppressione bonorum

Dicit ergo, *Et aperuit os suum in blasphemias*, &c. Ita dixi, quòd *data est* Antichristo *potestas faciendi malum, quadraginta duobus mensibus*, id est, tribus annis & dimidio. Et in illo tempore quo prædicauit, *aperuit os suum*, scilicet blasphemans, id est, verba blasphemiæ dicēdo, *ad Deū*, id est, contra Deum; vel vsque ad Deum. Incipiet enim blasphemare Apostolos, & Martyres, & Sanctos alios, & procedet vsque ad Christum, negando ipsum esse Deum. Dicet enim Christum non fuisse Deum, nec Apostolos veros fuisse Apostolos, Daniel. septimo.

Daniel. 7. *Sermones contra excelsum loquetur, & Sanctos æterni conteret, & prædicabit, quasi possit mutare tempus, & leges.*

Aperiet igitur *os suum in blasphemias ad Deum.* Secundùm Glossam, in tãtam iniquitatem & malitiam consurget, vt quod ante occultè, tunc publicè audeat affirmare, *nomen eius*; id est, in sua prædicatione, coram omni multitudine dicendo, Christum Filium Dei non fuisse. Vel *blasphemare nomen eius*, id est, vitam, doctrinam, famam, per quæ

Impudentissimus Antichristus.

A tria nomen bonum acquiritur. Et non solùm surget blasphemare nomen Christi, verùm & *tabernaculum eius*, id est, Ecclesiam Christianam, vel *tabernaculũ eius*, id est, corpus Christi, dicendo ipsum fuisse detentum, vel peccato obnoxium, vel de vniuersali semine conceptum. Et non solùm surget blasphemare Christum, & eius tabernaculum, verùm etiam & eos *qui in cœlis habitant*, id est, Sanctos, qui iã Deo fruuntur in cœlo Empyreo; B dicet enim Sanctos esse damnatos, sicut dicunt nunc quidam hæretici. Isai. *Væ qui dicitis bonum malum,* Isai. 5. *& malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, & iustitia iusti aufertur ab eo.*

VERSVS 7.

Et datum est illi facere bellum cum Sanctis & vincere illos. Hic postquam ostendit oppressionem bonorum verbis blasphemiæ, ostendit oppressionem factis sæuitiæ. Ita dixi, quòd Antichristus surget in C prædicatione sua blasphemare Sanctos, & non solùm blasphemare, verùm *& datum est illi*, id est, à Deo permissum, *facere bellum cum Sanctis*, scilicet disputando, persuadendo, flagellando; *& vincere illos*, scilicet interficere corporaliter, & non spiritualiter: hanc victoriam non timent Sancti iuxta verbum Domini, *nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam non possunt occidere*, Matth. decimo. D Matth. 10.

Corporaliter non spiritualiter sanctos interficiet Antichristus.

Et non solùm data est illi potestas interficiendi Sanctos corporaliter, verùm etiam *data est ei potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem. Data est ei*, scilicet Antichristo, *potestas in omnem tribum*, quoad maiores Iudæos, & *linguam* quoad malos Christianos,

Daniel. 7. *& gentem*, quoad Paganos, Danielis septimo, *Alius consurget post illos*, scilicet Antichristus, qui signatur per decimũ cornu, *& ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit*, scilicet Iudæos, Gentiles, & falsos Christianos. Et non solùm data est potestas bestiæ, &c.

VERSVS 8.

Verùm *& adorauerunt eam*, bestiam dictam, honorẽ scilicet Deo debitum ei attribuendo.

Et adorauerunt, inquam, *eam omnes qui habitant terram*, id est, omnes terreni, auari, iniqui, *quorum nomina*, scilicet terrenorum, & auarorũ, *non sunt scripta*, scilicet stylo prædestinationis, *in libro vitæ*, *& Agni. Agni*, dico, *qui occisus est*, id est, occidi præfiguratus in morte Abel. Vel *occisus est* ab origine mundi, id est, ab æterno promissus occidi, ad liberationem generis humani.

Quomodo Christus occisus ab origine mundi.

VERSVS 9.

Sequitur, *Si quis habet aures audiendi audiat.* Suprà ostendit oppressionem Sanctorum, quæ facienda est per Antichristũ, hîc reddit nos cautos contra deceptiones eius, & aliorum malorum ipsum sequentium. Ita dixi, quòd *data est potestas bestiæ* crudeli, Antichristo, *facere bellum* & interficere Sanctos, & ideo *si quis habet aures*, scilicet corporis, *audiat* auribus cordis, vt sit cautus, & attentus, quæ pœna sequatur Antichristum, qui tunc in tanta gloria erit, ne scilicet incurrat simile præcipitium.

Admonemur de casu impiorum vt cum eis non insultamur.

VERSVS 10.

Nam certè *qui in captiuitatem duxerit*, scilicet alios, vel spiritualiter A in captiuitatem culpæ, vel materialiter in captiuitatem pœnę, cruciando, flagellando, sicut Antichristus, *in captiuitatem*, scilicet inferni, secundum Glossam, *vadet: & qui in gladio*, scilicet materiali, vel verbo malæ persuasionis, *occiderit*, *oportet eum gladio*, id est, Dei verbo, vel diuinâ sententia, vel pœnâ æterna *occidi*. Omnis enim, qui interfecerit gladio, gladio peribit.

Qui etiam si alios ducendi in vera etiam latrocinia.

Dicit ergo, *qui in captiuitatem* peccati *duxerit*, scilicet alios, verbo, facto, exemplo, vt Antichristus, & sui, in *captiuitatem*, scilicet inferni vadit, quia iam data est sententia contra Antichristum, & suos, & omnes reprobos. Ioan. tertio, *qui non credit*, *iam iudicatus est*. *Et qui in gladio*, scilicet materiali, vel iniquæ deceptionis, *occiderit*, scilicet alios, vt Antichristus, *oportet eum*, scilicet gladio finalis sententiæ in iudicio, *occidi*, scilicet in anima, & in corpore.

B Ioan. 3.

Aliorum peruersores quam seuere puniendi sunt.

C

Hîc est patientia, & fides Sanctorum.

Hîc ostenditur in quo apparet perfectio bonorum. Ita dixi, quòd Antichristus bellum faciet cum Sanctis, & ipsos vincere conabitur sed quid *hic*? duo hoc tempore probabũtur, scil. *patientia, & fides Sanctorum*, tempore enim persequutionis probabitur quis sit patiens, & fidelis: multi enim tempore pacis D videntur patientes, & fideles, qui tempore persequutionis probantur infideles, & impatientes; decimo tertio, Matth. *Ad tempus credunt, & in tempore persequutionis, &c.* Vel *hîc*, in præsenti vita *est patientia, & fides Sanctorum*, id est, vsus patientiæ & fidei, quæ duo Sanctos faciunt, nam in futuro, hic vsus cessabit, *Cùm enim venerit quod perfectum est, euacuabitur quod exparte est*; pri-

Matth. 13.

mę ad Corinth. Vnde hîc ponuntur duo, quæ ſunt neceſſaria in tribulatione, ſcilicet fides, & patientia: fides monet ad prælíandum contra hoſtem, patientia monet ad tolerãdum paſſionem, & perſequutionẽ.

VERSVS. 11.

Et vidi aliam beſtiam aſcendentem, & habebat cornua duo ſimilia agni, & loquebatur ſicut Draco. Deſcriptâ tribulatione, quæ erit per Antichriſtum, & ſuos Principes terrenos, & crudeles, hîc ſubiungit aliam, quæ fiet per ſuos Apoſtolos, quos ipſe per totum mundum ſparget. Vel ſecundùm alios, deſcripto exercitu laïcorum, tam Principum, quàm inferiorum contra Eccleſiam bellantium, hîc deſcribit cœtum Clericorum, tam Prælatorum, quàm ſubditorum cùm Antichriſto contra Eccleſiam pugnantium: & primò iſtos ſub ſpecie beſtiæ deſcribit; ſecundò fideles attentos reddit, ibi, *hîc ſapientia eſt, qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ.* Item primò oſtendit iſtius malitiam; ſecundò potentiam, ibi, *Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem faciebat in conſpectu eius.* Item primò oſtendit iſtius malitiam palliatam, & occultam; ſecundò apertam, & manifeſtã, ibi, *& loquebatur ſicut Draco.*

Dicit ergo, *Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra.* Ita dixi, quòd vidi vnam beſtiã aſcendentem de mari, quæ erat ſimilis pardo, leoni, & vrſo, ſcilicet Antichriſtum, & congregationem malorum laïcorũ, & Principum ſæcularium, cum ipſo Eccleſiam perſequentium, & non ſolùm hoc, ſupple vidi, verùm etiam vidi, id eſt, ſpiritualiter intellexi, quid? *Aliam beſtiam*, ſecundum Gloſſam, id eſt, pſeudo Apoſtolos Antichriſti, beſtialiter Eccleſiam lacerantes, vel clericos tam Prælatos, quàm alios ipſum Antichriſtum ſequentes, & Eccleſiam ad inſtar feræ beſtię deuorãtes; vn- & hodie Prælati aliqui non ſunt Angeli Eccleſiam cuſtodientes, & defendentes, ſed magis beſtiæ feroces, ipſam lacerantes, & deprædantes, de quibus ipſa Eccleſia multum queritur, Cant. quinto, *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum cuſtodes murorum.* Circumeunt hodie aliqui ciuitatem Eccleſiæ, vt præbendas poſſint habere muneribus illicitis, precibus indignis, obſequiis inhoneſtis, intentionibus iniquis, falſis ſigillis, donec Eccleſiam inuenerint, inuentam percutiant, percuſſam vulnerent, dum de malo igne concupiſcentię, & inuidiæ miniſtrant. Sed pallium auferunt, dum Chriſti patrimonium violenter diſſipant, diſpergunt, & parentibus diſtribuunt, & ideo poſſunt hodie dicere Prælati Eccleſiæ, id eſt, Pſeuſodoprophetæ, *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui*; nam inuadunt gregem meum lupi rapaces, vt dicebant diſcipuli Martini. Cant. 5.

Vidi ergo *aliam beſtiam*, id eſt, cœtum Apoſtolorum falſorum, vel Clericorum, tã Prelatorum, quàm ſubditorum, antichriſtum primam beſtiam ſequentium, & Eccleſiam lacerantium, qui, inquam, Pſeudo-apoſtoli dicuntur beſtiæ, propter brutalitatem in viuendo nequiter, propter crudelitatem in perſequendo immaniter, propter voracitatem in detrahendo velociter. Vidi inquam, iſtam beſtiam; fallacem, & iniquam, ſed *aſcendentem de terra. Aſcendentem*, id eſt,

Tempore Antichriſti erunt aliqui Prælati Eccleſiam dure perſequentes.

Pſeudo-apoſtoli cur beſtiæ nuncupãtur

in ſuperbia, & malitia proficientem, ſed *de terra*, id eſt, terrenorum malitia: *Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum*; vnde Apoſtoli Antichriſti aſcendent, progrediendo de malitia in malitiam, & hoc *de terra*, id eſt, de amatoribus terrenorum, qui ſcilicet eos nutrient, & fouebunt, & defendent. Vnde potentia Principum terrenorũ erit cauſa aſcenſus, & profectus eorum, vnde Pſal. *ſuperbia eorũ, qui te oderunt aſcendit ſemper.* Vel Pſeudo-apoſtoli, & alii ſequaces Antichriſti, *aſcendent de terra*, id eſt, de terrenis diuitijs, in ſuperbiam, & malitiam. Diabolus enim reuelabit Antichriſto theſauros, quibus ditabit ſuos: & hæ terrenæ diuitiæ erunt cauſa aſcenſus, & ſuperbiæ, & malitiæ eorum: vnde Danielis ſeptimo, *Dominabitur theſaurorum auri, & argenti.*

Pſal. 72. *Impiorum progreſſus de malo in malum.*

Pſal. 73.

Dan. 7.

Antichriſtus plurimarum diuitiarum poſſeſſor, vt eſplurimos perdat.

Vidi ergo *Iſtam beſtiam aſcendentem de terra, & beſtia habebat cornua duo ſimilia Agni.* Hæc beſtia, ſcilicet cœtus Apoſtolorum Antichriſti, *habebat duo cornua*, id eſt, duo Teſtamenta, quæ exponet ad voluntatem ſuam, ſcilicet vetus & nouum; quæ dicuntur *cornua*, quia defendunt Eccleſiam, ſicut animalia cornibus ſe defendunt. Vel Apoſtoli Antichriſti habebunt *duo cornua*, quæ ſunt ſimulatio innocentiæ, & diſſimulatio malitiæ. Vel *duo cornua*, oſtenſio bonitatis, & apparentia veritatis, quibus Sanctos percutient; tertij Regum vlt. *Fecit ſibi Sedechias cornua ferrea, & dixit, his ventilabis Syriam, donec deleas eam. Et hæc duo cornua*, iam dicta, ſunt duo Teſtamenta, vel ſimulatio innocentiæ, & diſſimulatio malitiæ, vel oſtentatio bonitatis, & apparentia veritatis, *erunt ſimilia* cornibus Agni, id eſt, Chriſti. Non dicit quòd erant cornua *Agni*, ſed *ſimilia.* Vnde ferè quæcumque Chriſtus faciet verè, Antichriſtus faciet ſimulatè, & quæcumque fecerunt Apoſtoli Chriſti veraciter, Apoſtoli Antichriſti facient apparenter.

3. Reg. vlt.

Habebat igitur hæc beſtia duo cornua ſimilia cornibus agni: *Et loquebatur ſicut Draco*, id eſt, Diabolus, Draco magnus, & rufus; quaſi diceret, ita loquentur Apoſtoli Antichriſti, ſicut erudientur à Diabolo, vel ſicut Draco, id eſt, Antichriſtus eorum magiſter, & dominus. Sicut enim Apoſtoli Chriſti loquebantur à Chriſto edocti; & ſicut in Apoſtolis Chriſti loquebatur Spiritus ſanctus; ita in Apoſtolis Antichriſti loquetur ſpiritus Diabolicus. Vnde nota quòd in ore Draconis inuenient ſigillum penetratiuum; venenum infectiuum; morſum interfectiuum. Sic in ore Apoſtolorum Antichriſti, erit verbũ penetratiuum, acclamando per prædicationem; infectiuum, vulnerando per deceptionem; interfectiuum, attrahendo per errorem, *Et faciet terram, & inhabitantes eam adorare beſtiam primam.*

Ex ore Chriſti loquebantur Apoſtoli ex ore Diaboli pſeudoapoſtoli.

VERSVS. 12.

Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem habebat in conſpectu eius. Hîc oſtendit huius poteſtatis prauæ ambitum. Ita dixi, quòd *vidi beſtiam*, id eſt, cœtũ Apoſtolorũ Antichriſti, loquentem vt Draco. Et non ſolùm hoc; verùm etiam & vidi, quòd hæc beſtia habebat omnem poteſtatem prioris beſtiæ, id eſt, omnes modos decipiendi, & nocendi, quibus Antichriſtus decepit

faciebant. Et hoc ſupple extermi- A excæcabit terrenos, vt credant Antichriſtum Deum, vel ſaltem ſi non credent, adorabunt ſicut Deum: tanta enim eſt labes huius peccati, vt de facili faciat recedere à fide Dei, primæ ad Timoth. ſexto, *Radix omnium malorum eſt cupiditas*; & ideo Apoſtoli Antichriſti promittentes diuitias temporales, & dantes talibus cupidis, & terrenis, facient eos adorare beſtiam primam, ſcilicet Antichriſtum. 1.Timoth. 6.

Impius operatur malè vt placeat diabolo.

Et fecit terram, & inhabitantes eam adorare beſtiam primam. Hîc oſtendit iſtius beſtiæ prauæ poteſtatis vſum: & primò ponit vſum, qui erit per perſecutionem; ſecundò B vſum, qui erit per compulſionem, ibi; *& faciet, vt quicumque non adorauerit imaginem beſtiæ, occidatur.* Item primò ponit perſequutionem, per falſorum miraculorum oſtenſionem; ſecundò per religionis fictionem, dicens *habitantibus in terra, vt faciant imaginem beſtiæ.* Item primò ponit eiùs intentionem; ſecundò falſorum miraculorum operationem, ibi, *& fecit ſigna magna.* C

Sed maior cauſſa, quare trahen- *Apparentia miracula facile ſeducent.* tur ad adorandum, erit ipſius Antichriſti reſurrectio ſimulata, propter quod addit, *cuius curata eſt plaga mortis*, ſcilicet per ſimulationem reſurrectionis, quam ſui Apoſtoli prędicabunt, tamquam veram: vnde hanc ponet pro fundamento ſuæ prædicationis. Vnde ſicut Apoſtoli primò prędicauerunt Chriſti reſurrectionem, vt ex hoc magis allicerent ad alia de ipſo credenda, & ipſum tamquam Deum adorandũ; nam Chriſtus nec ex neceſſitate, nec ex paſſione apparuit Deus, ſed magis homo purus, ſed ex reſurrectione & homo, & Deus; ſic Apoſtoli Antichriſti primò prędicabunt eius reſurrectionem, vt ex hoc trahant pòpulum ad ipſum vt Deum credendũ, & adorãdum. *Niſi Chriſtus reſurrexiſſet vana fuiſſet fides noſtra.* Et vt populus magis credat prędicationem huius beſtiæ ſecundæ, ſcilicet prædicatorũ Antichriſti, D dicit quòd beſtia, ſcilicet cœtus Apoſtolorum Antichriſti

Pſeudoapoſtoli nituntur, vt adorent Antichriſtus.

Dicit ergo, *Et fecit terram, & inhabitantes eam adorare beſtiam primam.* Ita dixi, quòd beſtia, id eſt, cœtus Apoſtolorum Antichriſti, *habebat poteſtatem primæ beſtiæ*, ſcilicet Antichriſti; & non ſolùm hoc, verùm, & hæc beſtia *fecit terram*, id eſt, in amore terrenorum perſeuerantes. Omnes, inquam, tales *fecit adorare primam beſtiam*, id eſt, Antichriſtum, vel Diabolum: ſicut enim Apoſtoli Chriſti faciebant adorare Chriſtum, ſic Apoſtoli Antichriſti facient adorare Antichriſtum, & per conſequens Diabolum.

Vnde nota ſecundùm Auguſtinum, ſicut cupiditas excæcauit proditorem Iudam, vt Chriſtum, quem tot miracula viderat facere, crederet magum; ita cupiditas

VERSVS 16.

Fecit ſigna magna, id eſt, multa, & magna miracula, non tamen miracula, niſi falſa, ſcilicet ad ſuæ prædicationis confirmationem, & Antichriſti venerationem, ſicut legitur de Apoſtolis Matthæi vlt. *Illi*

stolis Antichristi, & hoc à Diabolo, permittente Deo, *vt daret Spiritum*, in vita apparendo, *imagini bestiæ*, id est, statuæ factæ ad similitudinem Antichristi, quam imaginem ipse faciet loqui, & moueri Deo permittente, & peccatis hominum exigentibus, ad majorem populi deceptionem, & ideo addit, *& vt loquatur imago bestiæ*, id est, statua secũda *per malignum Spiritum*: vnde Diabolus in illa statua loquetur diuersa idiomata, & dabit diuersa responsa, & prædicet multa futura, vt populus seducatur, & ad Antichristum trahatur. Vel *datum est illi*, scilicet Apostolis Antichristi, *vt daret imagini bestiæ*, id est, imitatoribus Antichristi, *Spiritum Prophetiæ*, *vt loquatur imago bestiæ*, id est, vt imagines; & imitatores Antichristi loquantur futura, sicut Apostolis datus fuit Spiritus Prophetiæ, & ab Apostolis, aliquibus aliis.

Loquetur statua Antichristi dæmone mouente varia idiomata.

Et nota quòd imago reprobi potest dici imago bestiæ, quia conformatur bestię horribili; deformatur culpâ abominabili; transformatur pœnâ incomprehensibili. De primo Sap. decimo octauo, *Solis autem illis supposita est grauis nox tenebrarum*. De secundo Sapient. septimo, *Scandalum iniquitatis eorum factum est*, & sequitur, *imagines abominationum suarum fecerunt*. De tertio Apocal. in isto cap. *Si quis adorauerit imaginem bestiæ occidetur*. E contra anima viri justi dicitur imago Christi, quia Christo conformatur per imitationem vitæ, per Christum renouatur, per renouationem gratię, in Christum transformatur, per claritatem gloriæ. De primo Rom. octauo, *quos præscinit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui*. De secundo ad Colos. tertio, *Induite nouum hominem, qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius, qui creauit eum*. De tertio ad Corinth. *Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem*.

Sap. 18.
Sap. 7.
Anima iusti imago Christi.
Rom. 8.
a1 Col. 3.
2. Cor. 3.

Et faciet quòd qui non adorauerint imaginem bestiæ, occidentur. Ostenso modo peruertendi per seductionem, hîc ostendit modum peruertendi per compulsionem. Et primò per pœnam occisionis, secundò per pœnam venditionis, & emptionis, ibi, *Et faciet omnes pusillos, & magnos, diuites, & pauperes, & liberos habere characterem*. Ita dixi quòd sequentes Antichristum facient imaginem, vel statuam, ad illius veneration em, & gloriam, & quòd Spiritus malignus loquetur in illa, & istam imaginem faciet fieri bestia secunda, scilicet Apostoli Antichristi, & non solùm hanc imaginem fieri faciet, verùm etiam faciet per suam, & Principum sęculi potestatę, *vt quicunque non adorauerit imaginem bestiæ*, id est, statuam Antichristi, *occidatur*, scilicet morte corporali, sicut fecit Nabucodonosor, Danielis tertio: hoc ad litteram. Vel faciet, scilicet bestia secunda, Apostoli Antichristi, suâ & Principum sæcularium potestate, *Vt quicumque non adorauerit imaginem bestiæ*, scilicet Antichristi, se suis actibus conformando; & imaginem Christi negando, *occidatur*.

In simulachris loquebatur dæmon.

Vnde nota quòd duo fuerunt modi antiquitùs inueniendi idola. Vnus modus fuit, quòd quando aliquis amiserat filium, imaginem filij faciebat, & posteri illam imaginem colebant, & adorabant, se-

Quomodo idola inuenta & veneration habita.

cundus modus fuit, quia Reges antiquitus mittebant aliquibus aliqua, in quibus erant imagines ipsorum, & in ipsis adorabantur, sic & Apostoli Antichristi facient fieri imaginem ad ipsius veneration-nem. Et facient vt quicumque non adorauerit illam imaginem, occidatur, Et non solùm hæc faciet bestia; scilicet cœtus Apostolorum Antichristi, verùm

VERSVS 16.

Et *faciet* suâ, & Principum sæcularium potestate, *omnes pusillos*, scilicet corde. Haymo, Pusillli sunt, qui secundum libitum suum operantur malum; Et *diuites*, superbos, scilicet de bonorum temporalium affluentia. *& pauperes*, censu, scilicet temporalium indigentia; & *liberos*, scilicet à coniugibus, vel *seruos* coniugatos, vel liberos tamen, seruos peccati, faciet in malitia omnes istos *habere characterem bestiæ*; id est, signum aliquod, per quod cognoscantur esse de familia Antichristi: sicut quandoque habuerunt Iudæi. Faciet, inquam, istud signum habere *in manu dextera*, id est, in præcipuis operibus, vel manifestum, aut *in frontibus*, id est, in aperto; vel in cũfusionem, vt scilicet omnibus appareat, quòd fuerũt serui Antichristi; & sine omni verecundia confiteantur nomen eius, *manu & frontibus*, id est opere, & ore.

Et nota quòd dicit *omnis*, vt fiat distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum, quia de omni statu multos, imo plures habebit credentes. Nota etiam quòd character dicit hîc cõformitatem in vita, in fide, in opere; vnde ille habet Christi characterem in manu, & in fronte, qui conformis est illi in vita, per sanctam conformationem, in fide per veram confessionem, in opere per bonam & meritoriam actionem; ille autem habet Antichristi characterem, qui illi est conformis in vita, fide, & opere; in vita, per simulatam sanctitatem; in fide per hæreticam prauitatem, in opere per apertam malignitatem. *Faciet* ergo prædicta bestia secunda, scilicet cœtus Apostolorum Antichristi, *omnes* prædictos, *pusillos & magnos*, &c. *habere characterem bestiæ*; & non solùm hoc, verùm etiam

Quid denotet character in fronte, vel in manu positus.

VERSVS. 17.

Faciet vt nequis possit emere & vendere, nisi habeat characterem nominis bestiæ, aut numerum eius. Et hîc notare debemus ad euidentiam huius dicti, quòd Dominus committens talẽta sua fidelibus suis dixit, *negotiamini dum venio*, Lucæ decimo nono, voluit quòd venderẽt & emerent. Vult enim Dominus quòd sui emant veritatem scientiæ, & sacræ Scripturæ, studio & negotiatione, Isaiæ quinquagesimo quinto, *Venite, emite absque vlla commutatione vinum & lac.* Vult enim Dominus vt temporalia vendantur, & æternæ diuitiæ emantur. Matth. decimo nono, *Vade, & vende vniuersa quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesauros in cœlo.* Vult etiam Dominus quòd gladius prædicationis ematur studio, & labore exercitationis, Luc. vigesimo secundo, *Qui non habet, vendat tunicam & emat gladium*, id est, abiectâ mundana conuersatione, exponat se studio laborum, & acquirat sibi gladium diuini sermonis, ad Hebr. sexto,

Antichristiani notabuntur character illius, vel in dextera vel in fronte.

In fidelis Christi negotiandum.

Luc. 19.

Isa. 55.

Matth. 19.

Luc. 22.

Hebr. 6.

Assumite

Assumite gladium spiritus, quod est verbum Dei. Istas mercaturas prohibebit Antichristus & discipuli eius: prohibebunt enim mercaturam cõtra doctrinam veritatis, secundæ ad
2. Tim. 4. Timoth. quarto; *Erit enim tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt*, &c. Similiter prohibebunt venditionem temporalium, pro æternis prædicãtes, & dantes diuitias tẽporales & voluptates carnales, quia de Antichristo legitur decimo tertio, *Erit in concupiscentiis mulierum.* Vnde
Sapient. 2. tũc verificabitur illud Sap. secundo, *Nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra.* Similiter prohibebunt mercationẽ, & negotiationem circa Christi prædicationem, Ioan.
Ioan. 9. nono, *Iam conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur Iesum, extra synagogam fieret.*

Faciet ergo *bestia, vt ne quis possit emere*, scilicet intelligentiam veritatis, aut vendere, docendo, aut prædicando, *nisi habeat characterem bestiæ*, id est, signum, & confessionem nominis Antichristi, *in ore, & in corde*: vt sicut à Christo dicuntur Christiani, sic ab eius nomine nominentur Antichristiani; *aut numerum nominis eius*, id est, opera & conuersationem eius. Vel numerus nominis eius, multitudo credens, & in nomine eius distincta. Hunc numerum habere, est credere, & imitari illos, qui in nomine Antichristi ab alijs distinguuntur: vel ad litteram, *hæc bestia*, scilicet Apostoli Antichristi, *faciet, vt ne quis possit emere, vel vendere, nisi habeat characterem*, &c. quia tempore Antichristi ex communicati habebuntur boni, vt nec eis aliquid vendatur, nec ab eis ematur.

Quid est numerum nominis Antichristi habere.

VERSVS 18.

Sequitur, *Hîc sapientia est.* Hîc ostenditur quomodo poterit cauere à seductione Antichristi; & primo fideles præmunit; secundò ostendit quomodo Antichristus cognoscetur, ibi, *qui habet intellectum computet numerum bestiæ.*

Dicit ergo, *hic sapientia est.* Ita dixi, quòd ad hæc intelligenda, quæ statim sequentur, scilicet de Antichristo, necessaria est sapientia; quia quæ dicuntur de ipso sunt occulta; vel *hîc*, id est, tempore quo Antichristi tribulatio erit, Sapientia est necessaria ad cauendum. Et benè dico ad cauendum ab astutia Antichristi, necessaria sapientia est; nam *qui habet intellectum*, id est, gratiam ad intelligendum mysteria; *computet numerum bestiæ*, id est, litteras nominis bestiæ, id est, litteras nominis Antichristi. Ex quibus poterit cognoscere Antichristum hominem esse purum, & non Deum, & sic ab eo oportet cauere.

Numerus enim hominis est, id est, numerus litterarum nominis Antichristi, ostendit ipsum hominem esse, & non Deum: *numerus autem nominis est sexcenti sexaginta sex*, id est, litteræ nominis Antichristi apud Græcos signant *hunc numerum*. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd apud Græcos, quorum litteris hic liber scriptus est, Antichristi tria sunt nomina, quorum litteræ signant prædictum numerum, scilicet 666. ex quibus patebit diligenter considerãti, ipsum Antichristũ purũ esse hominem, & non Deũ. Primum enim nomen huius bestiæ apud Græcos est Antemos, cuius litteræ simul sumptæ faciunt numerum prædictum: nam istius nominis prima littera apud Græcos signat vnum, secunda littera 50. tertia littera ccc. quarta significat

Quomodo computari debet numerus Antichristi.

5. quinta littera significat 4. sexta littera 70. septima littera significat ducenta. Et per istud nomen Anthemos, quod est nomen Antichristi apud Grecos, apparet quòd Antichristus non erit Deus, sed homo purus, Deo contrarius, nam Anthemos interpretatur Deo contrarius.

Anthemos interpretatur Deo contrarius.

Ergo ab ista bestia volens cauere, *computet numerum nominis primæ bestiæ*, & habebit numerum prædictum, per quod poterit cognoscere, quòd Antichristus est Deo contrarius; & sic, quòd non erit Deus, sed homo purus, & sic ab eo poterit cauere.

In nomine Antichristi includitur negato Christi.

Secundum apud Græcos est Arnoyme, cuius etiam litteræ simul sumptæ prædictum numerum signant, prima 1. secunda 100. N. 10. O. 70. Y. 400. M. 40. E. 5. Et hæc simul sumpta faciunt 666. & per istud nomen Arnoyme quod est nomen Antichristi apud Græcos interpretatur negatio, quia & Antichristus Deum negabit, per quod apparebit, quòd Deus non erit.

Qui ergo ab ista bestia cauere voluerit *computet numerum nominis secundæ bestiæ*, & prædictum numerum reperiet, per quòd poterit cognoscere, quòd Antichristus Deum negabit, & sic quòd Deus non erit, apparebit.

Tertium nomen apud Græcos est Teitan, quod Sol, vel Gigas interpretatur, id est, quia nullum illi conuenit nomen propriè, sed vsurpatiuè: & huius nominis litteræ simul sumptæ prædictum numerum signant. Nam signat hæc littera T. 300. E 10. T. 300. A. 1. N. 50. Et hęc simul sumpta prędictum numerum faciunt 666. Pręterea latinis litteris habet nomen, *Dic lux*, quia dicit se esse lucem. Cuius litteræ simul sumptæ prædictum numerum signant, 666. D. quingenta, I. vnum, C. centum L. quinquaginta V. quinque, X. decem, & simul sumpta prædictum numerum faciunt, 666.

Antichristus vocatur etiam Titan quomodo interpretatur.

Computa ergo *numerum nominis bestiæ* Antichristi, tam Græcorum quá Latinorum litteris, & inuenies prædictum numerum, & hoc numero potest cognosci, quòd Antichristus erit purus homo, non Deus quia iste numerus per senarium ducitur, scilicet 666. Et homo purus sexta die fuit formatus, per quod designatur non creator, sed creatura. Item in isto numero, 666. triplex est senarius: vnus vnitatis 6. signat minus perfectos, alius centenariorum 600: & significat perfectissimos, & ita per istum numerum status hominis primi circumloquitur: *Hic* ergo *numerus hominis est.*

Alius denariorum 60. & signat mediocriter perfectos.

Computa ergo *prædictum numerum bestiæ.* Et poteris cognoscere Antichristum purum hominem esse, non Deum. Sed quare Ioánes istud scilicet de cognitione Antichristi ita obscurè tradidit? Dictum hoc fecit, vt maius sit meritum illis, qui tunc tentationibus Antichristi resistent. Maius enim est meritum tentationi resistere ignotæ, quam cognitæ. Vnde & si cognosceretur perfectè Antichris. esse homo, non esset tantum malum ei non resistere, sicut erit qui in factis suis esse Deus apparebit.

Cur S. Ioannes nomen Antichristi clarè non expressit.

SYNOPSIS CAPITIS DECIMI QVARTI.

IN tam immani persecutione capite superiori recensita, vt animi verè fidelibus adderentur, Ioannes recenset 144. millia, qui tunc Antichristo generosè resistent, si non lingua, at certè vitâ innoxiâ, castâ, & inculpatâ : transit deinde ad tres Angelorum voces, quorum primus ait diem iudicii imminere, & monet homines, vt timeant, & colant Deum. Secundus edicit casum, & ruinam Babylonis. Tertius minatur Antichristi assedis gehennam. Voce cœlesti pronuntiantur beati mortui, qui in Domino moriuntur. Denique falx Christi demetit electos, & vindemiat impios, mittítque 6. in lacum iræ diuinæ.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

1. ET vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. 2. Et audiui vocem de cœlo, tamquam vocem aquarum multarum, & tamquam vocem tonitrui magni: & vocem, quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. 3. Et cantabant quasi canticum nouum, ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores: & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. 4. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno: 5. Et in ore eorum non est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei. 6. Et vidi alterum Angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium æternum, vt Euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum: 7. Dicens magna voce: Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicii eius: & adorate eum, qui fecit cælum, & terram, mare, & fontes aquarum. 8. Et alius Angelus secutus est dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna: quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes: 9 Et tertius Angelus secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius,

&acceperit characterem bestiæ in fronte sua, aut in manu sua: 10. Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni: 11. Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam, & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius, 12. Hîc patientia Sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Iesu: 13 Et audiui vocem de cœlo, dicentem mihi; Scribe, Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos. 14. Et vidi, & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. 15. Et alius Angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. 16. Et misit, qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & demessa est terra. 17. Et alius Angelus exiuit de templo, quod est in cælo, habens & ipse falcem acutam. 18. Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem, & clamauit voce magna ad eum, qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vuæ eius. 19. Et misit Angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum: 20. Et calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu, vsque ad frænos equorum, per stadia mille sexcenta.

VERSVS 1.

ET vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. Ostensâ grauissimâ persecutione, quam Ecclesia ab Antichristo, & eius Apostolis patietur, & descripto Dracone, & eius familia, à quibus multùm impugnabitur, & quia omnia hæc incutiunt terrorem: ideo hîc ad fidelium consolationem, ostendit qualem Ecclesia contra Antichristum, & eius persequutionem, habebit adiutorem; quia Agnum scilicet Christum, & familiam eius. Et ideo in hoc capitulo describit Agnum, & familiam eius, à quibus Ecclesia ab Antichristo, & eius familia protegetur. Non enim oportebit timere qualescunque persecutiones, ex quo tales habebit adiutores.

Cur persecutiones impiorum non adeo timenda.

Et diuiditur caput istud in quinque partes. Nam primò ostendit Agnum stare cum sua familia in auxilium Ecclesiæ, & fidelis animæ; secundò monetur Ecclesia, & fide-

Diuisio huius capitis quatuplex.

lis anima ad talem auxiliatorem accedere, ibi, *Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœlum*; tertiò monetur ad mundi contemptum, & eorum, qui præstant impedimenta accedendi ad Deum, ibi, *Et alius Angelus secutus est dicens, Cecidit, cecidit Babylon illa magna*; quartò promittit præmium sequentibus Agnum, ibi, *Et Audiui vocem de cœlo dicentem mihi; Scribe, Beati mortui, qui in Domino moriuntur*; quintò agit de futuro iudicio, quia tam bonis, quàm malis dabuntur præmia, ibi, *Et vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis.* Item prima in duas. Nam primò describit Agnum Dei, secundò societatem Agni, ibi, *Et cum eo centum quadraginta quatuor millia.* Et hîc primò describit familiam Agni, quantùm ad euidentiam conformitatis in nomine; secundò quantùm ad existentiam in re, ibi, *Et audiui vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum multarum.*

Dicit ergo, *Et vidi, & ecce Agnus stabat super montem Sion.* Ita dixi suprà duodecimo cap. quòd Draco, id est, Diabolus, persequutus est mulierem, Ecclesiam militantem. Dixi etiam in decimo tertio cap. quòd bestia similis pardo, leoni, & vrso persequebatur eam multùm; Sed quid? certè contra easdem persequutiones habet, & habebit adiutorium magnum, scilicet Agnum Dei, & familiam Agni, quia *vidi*, nó oculis carnis, sed mentis; vel *vidi*, id est, spiritualiter intellexi, *Et ecce*, præsentialiter Agnus, id est, Christus pro mundo immolatus, *stabat*, quia pugnare, & adiuuare paratus. Stabat, inquam, *supra montem Sion*, id est, supra Ecclesiam, virtutibus excelsam, speculantem diuinam naturam, vel substantiam, *Sion* enim specula interpretatur.

Cur dñs Christus describitur non sedens sed stans.

Sion interpretatur specula.

Stans ergo est hic Agnus mitissimus, in cruce pro nobis immolatus, *supra montem Sion*, id est, supra Ecclesiam militantem, virtutibus sublimem, & Deum speculantem, paratus eá adiuuare cótra Draconis & Antichristi, persequutionem. *Ecce Agnus stabat supra montem Sion.* In verbo isto quatuor notantur de Christo; Promptitudo præsentialitatis ad assistendum, ibi, *Ecce*, scilicet adsum; mansuetudo bonitatis, ad subueniendum, ibi, *Agnus*; fortitudo potestatis ad defendendum, ibi, *stabat*; celsitudo authoritatis ad imperandum, ibi, *supra montem Sion.*

Promptitudo præsentialitatis.

Circa primum verò, vbi ostenditur promptitudo præsentialitatis, *ecce*, sciendum quòd Ioannes potuit dicere, *ecce* veritas reserata per auditum, humanitas palpata per tactum, dubietas reserata per visum: De primo, Ioann. duodecimo, *Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullũ dicis.* De secundo, Isai. quinquagesimo quinto, *Ecce qui loquebar, ecce adsum*; De tertio, Ioan. secundo, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Ioan. 12. Isai. 55. Ioan. 2.

Mansuetudo bonitatis.

Circa secundum, vbi ostenditur mansuetudo bonitatis Christi, cùm dicitur *Agnus*: sciendum quòd iste Agnus suâ misericordissima bonitate fuit pro nobis corporaliter incarceratus in vtero, vt noster frater fieret, Isai. quinquagesimo tertio, vt suprà; corporaliter immolatus in patibulo, vt redimeret, Iere. nono, *Ego quasi agnus, qui portatur ad victimam*; triumphaliter suscitatus ex tumulo, vt nos resuscitaret, suprà septimo cap. *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & gloriam*; Imperialiter exal-

Isai. 53. Iere. 11.

tatus in cœlo, vt nos sublimaret, in A propositio.

Fortitudo potestatis.

Circa tertium, vbi ostenditur fortitudo potestatis Christi, cùm dicitur *stabat*, sciendum quòd Christus inuenitur stans in adiutorium afflictorum, Actuum septimo, *Vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei*; ambulans vt socius peregrinorum; suprà secundo, *Hæc dicit qui ambulat in medio candelabrorum aureorum*, sedens vt iudex vniuersorum, suprà sexto, *Vidi in dextra sedentis super thronum, librum apertum, scriptum intùs, & foris.*

Actum. 7.

Apoc. c. 1.

Celsitudo authoritatis.

Circa quartum, vbi ostenditur celsitudo authoritatis Christi, cùm dicitur *super montem Sion*, sciendum quòd *Sion* interpretatur specula. Stetit ergo supra montem Sion, id est, super militantem Ecclesiam, vel fidelem animam, ad speculandum, ne decipiatur fraudulenter; ad iudicandum, ne decipiatur violenter; ad remunerandum, vt conuertatur fœliciter. De his Is. quadragesimo, *Supra montem excelsum ascende tu, &c. Vidi* ergo ego Ioannes, quòd hic *Agnus stabat supra montem Sion*, id est, super Ecclesiam militantem, ad eam custodiendum, defendendum, protegendum.

Isai. 40.

Vnde nota quòd mons Sion dicitur fidelis anima, Religio sancta, militans Ecclesia. Fidelis anima dicitur mons, quantùm ad affectum sanctum, Psal. *Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo*; *Sion* quantùm ad intellectum clarum. *Sion* specula dicitur, Psalm. *Ex Sion species decoris eius.* Religio sancta dicitur *mons*, quantùm ad vitæ sublimitatem, Isai. vigesimo, *Venite, ascendamus ad montem Domini*; *Sion* quantùm ad doctrinæ veritatem. Ecclesia militans dicitur *mons*, propter terrenorũ abdicationem; *Sion*, propter cœlestem speculationem & meditationem: vnde Ecclesia dicitur mons, quia sicut montes solo pede tangunt terram, sic viri Ecclesiastici solo pede tangere terram debent, necessaria accipiendo, superflua amouendo. Sicut etiam montes primò lumen solis accipiũt, deinde valles, sic Prælati Ecclesiæ dicuntur primò lumen Solis iustitiæ recipere, & pòst subditos illuminare.

Cur anima fidelis dicitur mons Sion.

Psal.

Psal.

Isai. 20.

Ecclesia mons Sion.

Prælatus subditum illuminet.

B Vidi ergo hunc Agnum stantem supra montem Sion, *& cum eo centum quadraginta quatuor millia*, id est, omnes virgines in fide Trinitatis perfectas, ex quatuor mundi partibus collectas. Hìc enim numerus consurgit ex duodecim ducto in se: duodecim enim duodecies, centum quadraginta quatuor millia faciunt. Duodecim autem numerus abundans est, & consurgit ex triginta ductis per quatuor: vnde C signat abundantes in fide Trinitatis, collectos ex quatuor mundi partibus. Per mille verò significatur perfectio maxima, quia est numerus maximè perfectus. Maxima autem perfectio est virginum, & ita per centum quadraginta quatuor millia signantur omnes virgines in fide Trinitatis perfectæ.

Virgines agnum sequentes.

Virgines excellentissimæ.

Omnes ergo isti stant cum Agno Christo *super montem Sion*, quia in supremo gradu Ecclesiæ sunt constituti. Vnde ponit virgines specialiter cum Agno Ecclesiæ, & in eius societate, quia inter omnes status Ecclesiæ, est excellentissimus. Describitur autem hìc virginitas quantùm ad stipendium in centenario, cùm dicitur *centum*, quia virginibus debetur fructus centesimus; quantùm ad meritum, in quadragena-

D

Status virginum excellentissimus.

rio, cùm dicitur, *quadraginta*, quia est numerus pœnitentialis, & meritorius; quantùm ad statum in quaternario, est enim numerus quadratus, numerus solidus, & firmus, quantùm ad gradum in millenario, cùm dicitur *millia*, est enim numerus millenarius perfectus. Et isti specialiter stant cum Agno, quia & ipse natus est de Virgine, & virgo fuit; virginitatem consuluit, inter virgines obijt, vnde in centenario perfectio virginitatis integræ, in quadragenario labor pœnitentialis austeritatis; in quaternario feruor Euangelicæ veritatis; in millenario perfectio integræ puritatis.

Cur virginum ita amator Christus.

Vidi ergo *& ecce Agnus stabat supra montem Sion*; id est, super militantem Ecclesiam paratus pro ea pugnare, & eam defendere, sed non solus, imò magna societate vallatus, quia *cum eo* ego *vidi centum quadraginta quatuor millia*, id est, omnes virgines in fide Trinitatis perfectos, ex quatuor mundi partibus collectos. Hi sunt *cum eo*, scilicet Agno, per conformitatem gratiæ in vita; per coæternitatem patriæ in gloria. Isti inquam, sunt *cum eo habentes nomen eius scriptum in frontibus suis*, Virgines dico, *habentes nomen eius*, scilicet Agni, vel Christi, à quo dicuntur Christiani. *Et nomen Patris eius*, id est, Dei, à quo dicuntur filij Dei. Nomen dico Filij, & Patris sui, *scriptum*, vt ab omnibus possit legi, sed *in frontibus suis*, id est, in aperto, vt ab omnibus possit videri.

Cur in frontibus virginum nomen Christi scriptum.

Habes ergo istorum virginum, Agni sociorum, imitationis conformitatem, ibi, *cum eo*; excellentiæ dignitatem, ibi, *nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis*. Et nota quòd primò ponitur hîc nomen Christi, quam Patris sui, quia primò est fides passionis Christi; pòst spes remunerationis Dei: vnde nihil aliud est nomen Patris, & Filij in frontibus portare, quàm apertè confiteri nomen Christi, & Dei.

Cur nomen Christi prius ponitur quàm patris sui.

VERSVS. 2.

Sequitur, *Et audiui vocem de cælo, tamquam vocem aquarum multarum.* Hic postquam descripsit familiam, vel societatem Agni, quantùm ad euidentiam conformitatis in nominibus, describit ipsam, quantùm ad euidentiam conformitatis in re, & primò ostendit istam conformitatem in verbo, vel doctrina; secundò in vita, ibi, *& cantabant quasi canticum nouum ante sedem Dei.* Ita dixi, quòd vidi virgines in fide Trinitatis perfectos, prædicto numero designatos, stantes cum Agno, *& habentes nomen eius, & nomen Patris eius, scriptum in frontibus suis*: & ita, vidi istos conformes Agno, nomine; & non solùm istos vidi conformes Agno nomine, verùm etiam in re, in voce, vel oratione, quia *& audiui*, aure interiori, *vocem de cælo*, id est, de collegio cœlesti, *tamquam vocem aquarum multarum*, propter efficaciam, quam habent orationes Sanctorum, qua sicut aquæ velociùs, & impetuosiùs currunt, cum oppositum inueniunt, sic Sancti cum tribulationes crescunt, frequentius orant, & fortius vocem ad cœlum eleuant, vel melius: *& audiui vocem de cælo*, id est, de Ecclesia, *tanquam vocem aquarum multarum*; id est, populorum, qui, inquam, populi stabant cùm Agno, ad custodiendum Ecclesiam militantem, cùm ex multis populis sint congregati.

Cur sanctorum aquæ comparatur.

Audiui ergo *vocem de cælo*, id est,

de cœlesti collegio, *tamquam vocem aquarum multarum*; id est, populorum multorum. Qui Sancti stantes cum Agno, vel in cœlo Empyreo, vel in cœlo Ecclesiastico, de multis populis sunt congregati; vnde hîc tangitur iucundantium cum Agno sublimitas, cùm dicitur *cælo*; multiplicitas, cùm dicitur, *aquarum multarũ*. Et nota quòd virgines Agnum sequentes, & cùm eo stantes dicuntur cœlum, propter perfectionis sublimitatem, propter incorruptionis claritatem, propter virtutum copiositatem.

Virgo cælum est.

Audiui ergo *vocem de cælo*, id est, de ipsorum virginum cœlestium collegio, tamquam *vocem aquarum multarum*, id est, populorum multorũ, *& tamquam vocem tonitrui magni*: id est, vocem incutientem terrorem malis. Sicut enim tonitruum incutit terrorem, sic vox Sanctorum malos terret. In tonitruo enim intelligo fulgorem corruscationis, terrorem concussionis, vaporem eleuationis; sic in voce Sanctorum, & Dei electorum est fulgor congregationis, terror comminationis, vapor sanctæ orationis.

Cur vox Sanctorum tonitruo magno assimilatur.

Audiui ergo, sicut dixi ego Ioannes, *Vocem de cælo tamquam vocem tonitrui magni*; vt vocem, quam ipse audiuit, non modicæ virtutis reputetur, Ioannes describit illos, à quibus procedit illa vox, quam ipse audiuit dicens, *Et vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis*: & *vocem quam audiui*; scilicet, *sicut citharœdorum*, id est, prædicatorum citharizantium. Nam prędicatores primò debent carnem suam mortificare, & in se ipsis carnis mortificationem ostendere, & pòst alijs prædicare. Vnde nota quòd in cithara duo sunt, lignum, & chordæ: per lignũ designatur duritia in pœnitentia; per chordas intelliguntur membra hominis, quę omnia debent tendi per mortificationem.

Si aliis pœnitentiam prædicamus nisi prius indulgeamus.

Vocem igitur, *quam audiui sicut citharœdorum*, id est, sicut prędicatorũ, *citharizantium in citharis suis*, id est, in cordibus proprijs contra illos, qui citharizant in citharis alienis; pœnitentiam alijs prædicantes, & ipsi minimè facientes.

VERSVS 3.

Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores. Hîc ostendit familiæ Agni, seu ipsorum Sanctorum, & præcipuè virginum Dei conformitatem in vita; & primò quantùm ad spiritualem puritatem continentiæ; secundò quantùm ad generalem sanctitatem vitæ, & mundițiæ, ibi; *hi sunt empti ex hominibus Deo, & Agno.* Item primò deuotionem eorum indicat; secundò sanctam eorum, & mundam vitam explicat, ibi: *hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati*; ita dixi, quòd vidi sanctos virgines, specialiter stantes cũ isto Agno: & non solùm hoc, verùm etiam vidi, quòd sancti virgines cum isto Agno stantes cantabant gratias Deo de seruata puritate corporis & mentis, exultabant, & gaudebant *cantando canticum nouum.* Dicitur autem istud canticum nouum, quia numquam voce cessat, sed erit perpetuà nouitate continuum, quia sancti virgines semper manebunt puri, & incorrupti, & sic noui, & pulchri.

Cur canticum nouum intonent virgines.

Cur dicitur quod solum cantabant, quasi canticum.

Et nota quòd dicit *cantabant quasi canticum nouum*, non nouum, sed *quasi*, vt significet in eis esse adhuc quamdam imperfectionem, propter

pter glorificationem corporis nondum factam; sed quia hi virgines sancti mundum despexerunt, & ea quæ in mũdo sunt, ideò addit quòd cantabant istud nouum canticum, *ante sedem Dei*, & in beneplacito Dei; *ante sedem Dei*, sicut grati & Deo accepti, non à tergo, vt despecti; vel *ante sedem Dei*, id est, in præsentia eorum, in quibus Deus sedet, vt sunt Angeli: *& ante quatuor animalia*, id est, in conspectu quatuor Euangelistarum: *& seniores*, id est, in conspectu Prophetarum, & Apostolorum, & aliorum omnium Sanctorum; & hoc canticum nouum, quia de virginitate carnis & mentis, omnes alij Sancti istud canticum approbant, & laudant. Vnde sicut virgines speciale præmium habebunt, & coronas lilijs albescentes in capitibus portabunt, sic canticum nouum miris laudum præconijs coram Deo, & Angelis, & Sanctis alijs cantabunt, & eorum canticum sancti veteres approbabunt, & etiam laudabunt. Et ne credatur istud canticum esse modicum decantare, ostendit non esse modicum, imò magnum, quia *& nemo*, scilicet alius à sanctis virginibus, *poterat dicere canticum*, scilicet de integritate carnis, & mentis, id est, habere proprium gaudium de hac integritate; hoc enim est canticum nouum cantare, proprium gaudium de integritate corporis, & mentis habere.

Cur præter virgines nullus alius cantare potuit canticum nouum.

Quinam dicuntur per sanguinem Christi redempti.

Nemo inquam poterat istud canticum cantare, nisi ista *centum quadraginta quatuor millia*, id est, nisi virgines tali numero designati, sicut suprà ostendi, *qui*, inquam, Virgines, *empti sunt de terra*, id est, per virtutem sanguinis Christi de operibus terrenæ carnis sublati: vel à carnis concupiscentiis separati: illi enim dicuntur *empti* per sanguinem Christi, qui baptismalem innocentiam seruauerunt: illi etiam dicuntur per sanguinem Christi redempti, qui à peccatis per pœnitentiam redierunt.

Nemo igitur poterit dicere canticum, nisi virgines pulchri, & noui, qui sunt de terra empti pretioso sanguine Iesu Christi. Et nota quòd quamuis omnes electi dicantur empti de terra, hoc est, sublati, virgines tamen eleuati sunt, quia Angelis cognata est virginitas. Vnde Ambrosius. [Virginitas graditur super cõditionem humanæ naturæ, per quam homines Angelis similantur, imo Angeli ab hominibus superantur. Maior enim victoria hominum quàm Angelorum, Angeli enim sine carne viuunt, virgines de carne triumphant, & præter carnem viuunt:]

Angelis cognata est virginitas.

Nota etiam quòd exprimuntur hîc virgines in masculino, non in fœminino, quamuis in vtroque genere sint, integritatem mentis, & corporis seruantes. Vel ratione Christi capitis; vel ratione pronitatis: quia mulieres non æquè pronæ sunt ad peccatum carnis, sed magis sunt verecundæ, & ideo glorioſius est in homine virginitatem seruare, quàm in muliere.

Gloriosius est hominem virginitatem seruare quam mulierem.

VERSVS 4.

Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt. Hîc ostendit istorum canticum in cœlo, canticum nouum, vitam sanctam & mundam esse. Ita dixi, quòd nemo poterat dicere canticum in cœlo, canticum nouum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia: & hi cantantes sunt sicut tales, qui cum *mulieribus*, id est, cum desideriis

carnalibus virilitatẽ hominis emollientibus; *non sunt coinquinati*, quia ita est mala coinquinatio, quæ nunquam potest leuari, nec etiam per pœnitentiam restaurari, nec etiã per Deum, quoad aliquem modum. Corruptus enim nunquam potest fieri incorruptus, id est, quin vnquã fuerit corruptus: mala ergo, & pessima hæc macula, quæ nunquam potest ablui, nec deleri.

Violata virginitas non restauratur.

Ergo benè possunt & debent cantare canticum inter alios, *Hi qui cum mulieribus non sunt coinquinati, quia virgines sunt*, id est, integritatem in terrenis seruauerunt. Et ideo hi virginitatem illibatam custodientes, *sequuntur Agnum*, id est, imitantur Christum, & sequuntur eum, scilicet vtroque pede, mentis & carnis integritate. Sequuntur Agnum Christum mundum, virginem, purum, & hoc *quocunque ierit*, id est, inseparabiliter. Vel virgines sequuntur Agnum ad redemptionem, vt omnes; ad præceptorum obseruationem, vt plures; ad consiliorum impletionem, vt perfecti. Sic ergo *sequuntur Agnum quocumque ierit.*

Quomodo virgines sequuntur Agnum quocumque pergit.

In ista clausula, *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati*, Nota in virginibus singularitatem perfectionis, *hi*, stabilitatem continuationis, ibi, *sunt*; integritatem incorruptionis, ibi, *Cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt*; veritatem imitationis, ibi, *hi sequuntur Agnum quocumque ierit.*

Hi ergo *sequuntur Agnum quocumque ierit*, id est, in quacumque via, siue præceptorum, siue consiliorum, quia & prædicatoribus & martyribus, sicut virginibus, debetur aureola. Quare potiùs de virginibus dicitur, quòd sequuntur Agnum quocumque ierit, quàm de aliis? Responsio, virginitas est signum innocentiæ generalis, scilicet omnis peccati; prædicatio autem, & martyrium quia quandoque sunt de peccato, vt patet de Paulo, qui de persequutore factus est prædicator, & latro in cruce factus est Martyr, virginitas omnes præcedit, imò virginitas perfecta incorruptionem respectu omnis peccati dicit, & sic excellit: & ideo de his specialiter dicitur, quòd sequuntur Agnum. Sed cur his tribus debetur aureola specialis? Dicendum quòd tres sunt vires animę, quæ habent præmiari, & coronari, quia per has habet anima ad Deũ ordinari. Rationalis habet suum summum, assentiendo primæ veritati; concupiscibilis habet suum summum, intendendo summæ bonitati; irascibilis habet suum summum obtemperando æternæ diuinitati. Potissimus autem actus rationalis est prædicatio veritatis; potissimus autem actus concupiscibilis est obseruantia virginitatis; potissimus autem actus irascibilis est tolerantia mortis, & pœnalitatis. Quia igitur per has tres vires anima habet ad Deum ordinari, & per consequens coronari, quarum virium actus præcipuè sunt actus prædicationis, virginitatis, & mortis, hinc est quòd his aureola debetur.

Cur potius dicitur de virginibus quòd sequuntur Agnum quocumque ierit quam de aliis sanctis.

Aureola virginitati debetur.

Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno. Hîc ostenditur ipsorum cantantium in cœlo canticum nouum, scilicet virginum, Christum Agnum mansuetissimum, & innocentissimum sequentium, innocentia generalis, quantùm ad tria: quantùm ad causam, ibi, *hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno*; quantùm ad eloquentiam, ibi, *In ore ipsorum non est inuentum men-*

Virgines primitiæ Dei & Christi.

dacium, quantùm ad affectionem, ibi, *Sine macula sunt ante thronum Dei.* Ita dixi, quòd sancti Virgines sequuntur Agnum, quocumque &c. Et non solum hoc, verùm & hi virgines Agnum sequentes, *empti sunt ex hominibus*, id est, separati & electi sunt: eligitur enim ex grege equorũ melior equus, ex arbore melior fructus. Hi, inquam, à Deo electi sunt, & ab aliis separati, *vt sint primitiæ*, id est, oblationes primæ, & magis dignæ, & gratæ *Deo*, scilicet Patri, *& Agno*, id est, filio. Vnde Haymo [Sicut ex multis fructibus primitiæ eliguntur, sic virgines ex multitudine electorum eliguntur:]

Cùm recensentur solum duæ Trinitatis personæ alia sub intelligitur.

Sed quare dicitur, quòd hi sunt *primitiæ Deo, & Agno*, & non dicitur *Spiritui Sancto*, cùm tribus his sit vnus honor, & sit vna virtus? Solutio, Spiritus sanctus est nexus & amor Patris & Filii, & ideo in illis duobus intelligitur: quia ad seruandam virginitatem magis necessaria est potentia, quæ appropriatur Patri, & sapientia, quæ appropriatur Filio, quã charitas, & amor, quæ appropriatur Spiritui Sancto. Imò virginitas amorem carnalem foras mittit. Benè igitur virgines dicuntur virgines, non Martyres, vel prædicatores, & ideo possunt dici decimæ Deo oblati, sed virgines primitiæ. *Hi* ergo *empti sunt ex hominibus*, id est, separati ab aliis hominibus, *primitiæ Deo & Agno*, & non solum hoc, verùm etiam

VERSVS 5.

Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium, quia quæ in Baptismo promiserunt, dicit Glossa, fideliter seruauerunt, & opere cõpleuerunt: vnde in ore ipsorum aliquando inuentũ non est mendacium: promiserunt in Baptismo, incorruptionẽ, & ipsam fideliter seruauerunt, non solum mente, sed etiam opere. Alii autem Sancti non sic, quia si mente incorruptionem, quam in Baptismo promiserunt, seruauerunt, non tamen corpore; & ideo *in ore ipsorum* virginum, *nullum inuentum est mendacium*, quia quod promiserunt ore, compleuerunt mente & corpore, & non solum *in ore ipsorum non est inuentum mendacium*, sed etiam *sine macula*, id est, sine operatione mala, *sunt ante thronum Dei*, id est, ante conspectum Dei, scilicet in maxima dignitate, honore, & gloria.

Quemodo in ore virginum non est inuentum mendaciũ.

Hi sunt primitiæ Deo & Agno. In ista clausula tanguntur quinque de virginibus ipsis, scilicet pretium redemptionis, ibi, *hi empti sunt ex hominibus*: priuilegium acceptionis, ibi, *primitiæ Deo & Agno*; præconium locutionis, ibi, *in ore ipsorum non est inuentum mendacium*; meritum operationis, ibi, *sine macula*; præmium retributionis, ibi, *ante thronum Dei.*

Quinque in virginitate attendenda.

Nota etiam quòd ab illo loco, *nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia*, vsque ibi, *Vidi alterum Angelum*, ponuntur sex conditiones celsitudinem dignitatis virginum extollentes. Commendantur enim à spirituali iucunditate, ibi, *Et nemo poterat dicere canticum illud, nisi illa centum quadraginta quatuor millia*; à speciali integritate, ibi, *hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati*, à perfectâ conformitate, ibi, *hi sequuntur Agnum quocunque ierit*; à præcipua primitate, ibi, *hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno*; ab integra veritate, ibi, *Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium*; ab æterna fœlicitate, ibi, *Sine macula sunt ante thronum Dei.*

Sex conditiones statum virginitatis extollentes.

Nota etiam quòd canticum no-

uum, quod cantant virgines ante sedem Dei, est gaudium virginum, & priuilegium speciale. Gaudia autem virginũ & priuilegia sunt duodecim, sex ex parte Dei & sex ex parte sui. Priuilegia ex parte Dei sunt ista: Virgines à sponso suo Christo pulchriùs exornantur, Ierem. secundo, *Nunquid potest virgo obliuisci ornamenti sui?* castiùs desponsantur, secundæ ad Cor. *Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo*, chariùs obseruãtur. Numer. tertio, vbi Moyses iussit reseruari puellas; dulciùs collocantur, Isai quadragesimo quarto, *habitabit iuuenis cum virgine*; strictiùs amplexãtur. Ierem. *In charitate perpetua dilexi te*; fœliciùs coronantur, Psal. *Adducentur regi virgines post eam.*

Priuilegia Virginum.

Ierem. 2.

2. Corint.

Numer. 3

Isai. 44.

Priuilegia autem virginum ex parte sui sunt ista: Virgines inter alios perfectiùs cõfortantur, vt hic, *virgines enim sunt, & sequuntur Agnum*; decoriùs conuersantur, Zachariæ nono, *Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Acceptiùs famulantur, secundi Reg. vigesimo tertiò, *quæramus Domino nostro regi puellam virginem*; securiùs contemplantur, primæ ad Corinth. septimo, *virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta & corpore, & spiritu*; prudentiùs postulantur, Matth. vigesimo quinto, *Simile est regnum cælorum decem virginibus*; sanctiùs iucundantur, Ierem. vigesimo primo, *Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes, & virgines simul.*

Sex priuilegia virginum ex parte sui.

Zach. 9.

2. Reg. 23.

1. Cor. 7.

Matth. 25.

Ierem. 31.

Ecce ergo quàm digna res est virginitas, quam tantum honorat Deus, in natiuitate, quia de virgine nasci voluit; in vita, vel conuersatione, quia virgo vixit; in prædicatione, quia plus cæteris statibus sublimauit virginitatem; in morte, quia matrem virginem virgini cõmendauit; virgines etiam sibi magis familiares ad se vocauit, & inter eos spiritum reddidit, & ideo depingitur in Ecclesia inter virginem Mariam, & Iohannem.

Deus maximè virginitatem honorat.

VERSVS 6.

Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœlum, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum. Suprà ostendit Agnum & familiam eius stare ad auxilium Ecclesiæ. Hîc monetur Ecclesia, & fidelis anima ad istum auxiliatorem, scilicet Christum, accedere, & fideles de eius familia esse; & diuiditur in duas partes, nam primò monetur Ecclesia, vel fidelis anima, accedere ad Deum: secundò monetur ad mundi contemptum, & illorum quæ impediunt accessum ad Christum, ibi, *Et alius Angelus secutus est dicens, cecidit, cecidit Babylon illa magna.* Adhuc prima in duas partes, nam primò tangitur admonentis dignitas: secundò admoniti vtilitas, ibi, *Timete Dominũ, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius.*

Dicit ergo, *Et vidi alterum Angelum.* Ita dixi suprà, quòd vidi Agnũ Christum, & eius familiam, scilicet virgines ipsum sequentes, stantes supra montem Sion, id est, Ecclesiam militantem, ad ipsam custodiendum, defendendum, & protegendum: & non solùm hoc vidi, verùm etiam & vidi, id est, spiritualiter intellexi, quid? alterum Angelum, id est, prædicatorum cœtum; *alterum* dico à Christo Angelo supradicto decimo cap. Dicuntur enim prædicatores alteri à Christo, quia Christus Angelus alijs omni-

Cur prædicator dicitur alter Angelus à Christo.

bus dignior sanctitate, potior prioritate, excellentior dignitate. Hic enim *magni consilii Angelus*, Isa. nono: Isai 9. Sed licèt prædicatores verbi diuini sint Angeli, sunt tamen alteri Angeli, eius præcepta exequentes, terrena contemnentes, cœlestia appetentes; vnde *Angelus* est nomen officij, vel nuntij. Et verè prædicatores nuntij, vel Angeli debent esse prompti in officijs exequendis, expediti in præceptis adimplendis, circumspecti in doctrinis exemplificandis: propter quod dicitur his Angelis prædicatoribus veris, Isai. decimo octauo, *Isai.18.* decimo octauo, *Isti Angeli veloces ad gentem conuulsam, dilaceratam, & ad populum terribilem.*

Cur prædicator Angelus debet esse.

Vidi ergo *alterum Angelum*, id est, prædicatorum cœtum, *volantem*, id est, à terrenis se remouentem, & ad cœlestia suspirantem. Vnde prædicatores debent volare antrorsum per virtutum accelerationem; retrorsum per peccatorum detestationem; sinistrorsum per terrenorum abdicationem; dextrorsum per meritorum perpetrationem; vel debent volare antè per officij executionem; retro per peccati recordationem; sursum per cœlestium contemplationem; deorsum per terrenorũ abjectioné; vnde ad prædicatores, vel de prędicatoribus, qui sic volant dicitur Isa. sexto, *qui* Isai. 6. *sunt hi qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?*

Quas in partes volatum suum extendere debent prædicatores.

Vidi ergo istum *alterum Angelum volantem*, sed non quocumque, sed *per medium cœlum*, id est, per omnem Ecclesiæ statũ prædicãdo, omnibus vt cõuertantur, cõsolando debiles, ne frangantur; comminando pestilentes, vt terreantur. Vnde prædicator debet volare per medium cœli, non ascendendo per nimis curio-

Cur per medium cœlum debet concionator volare.

A sa; non descendendo ad otiosa, & fabulosa; non declinando ad sinistram adulationis, vel ad dexteram obiurgationis; sed per medium, vt communicet magnis, & paruis, multis & paucis.

Dicitur autem Ecclesia cœlum altum eminentia dignitatis; clarum refulgentia veritatis; sphęricũ cõtinentia vniuersalitatis, Exod. vigesimo quarto: *Viderũt Deũ Israël sub pedibus eius, opus quasi lapidis sapphiri, &* B *quasi cœlum cùm serenum est.* Per medium istius cœli dicitur prædicator verbi diuini volare, sine personarum acceptione, Ecclesiastic. decimo quinto: *In medio Ecclesiæ aperuit* Eccl.c.15. *os eius, & implenit eum spiritu sapientiæ, & intellectus.* Vel per medium cœlum, id est, per concordiam vtriusque testamenti. Cœlum autem dicitur Scriptura sacra, fulgida charitate, solida authoritate, secreta diuinitate.

Ecclesia cœlum, & quæ de cælo. Exod.24.

In ista clausula, *Vidi alterum Angelum volantem per medium cœlum*, tan- C guntur quatuor, quæ debet habere prædicator verbi diuini; debet enim habere executionis authoritatem, ibi, *Angelum*, id est, missum; subiectionis humilitatem, ibi, *alterum*, scilicet à Christo; perfectionis sublimitatem, ibi, *volantem*; exercitationis virtuositatem, ibi, *per medium cælum.*

Quibus cõstare debet Apostol. cui prædicator.

Vidi ergo istum *Angelum volantem per medium cælum*, id est, Ecclesiæ, scilicet *habentem Euangelium æternum*, scilicet in corde, ore, & opere: in corde per delectationem, & cogitationem; in ore, per prædicationem & explicationem; in opere, per impletionem & perfectionem. Quod Euãgelium dicitur æternum; quia subiectum æternum supponit, quia ei aliud non succedit, quia

Concionator habeat Euãgelium in corde & ore.

æterna promittit, lex enim promit-
Isai. 1. tit temporalia & terrena, Isai. primo. *Si audieritis me, bona terræ comedetis*, Euangelium promittit cœlestia
Matth. 3. & æterna, Matth. tertio, *Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum.*

Vidi igitur istum Angelum, *habentem Euangelium*, scilicet in exercitio vitæ, & doctrinæ, non litteras
2. Reg. 11. Vriæ, secundo Reg. vndecimo. Certè litteras Vriæ portant, qui habent Euangelium in ore; & non in opere. Euangeliũ enim istud idem est quod bonum annuncians. Tunc prædicator & bonus est, & bonum annunciat, quando opere implet, quod docet ore: aliàs est portans litteras mortis suæ, non vitæ.

Habebat igitur iste Angelus *euangelium æternum*, sed ad quid? *vt Euangelizaret*, id est, vt bona & vtilia nunciaret, secundæ ad Timoth.
2. Tim. 4. quarto, *Opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple.* Vnde notandum quòd ad hoc vt aliquis euangelizet, quatuor requiruntur, sublimitas perfectionis, Isai. vndecimo. *Su-*
Isai. 11. *per montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion*: authoritas legationis, Math. *Euntes in mundum vniuersum*, &c.
Matth. 28. Perspicacitas cognitionis, ad Ephes. tertio *Mihi autem minimo data est gratia hæc in gentibus*
Ephes. 3. *euangelizare*; strenuitas operationis, secundæ ad Timoth. tertio: *tu verò*
2. Tim. 3. *vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ.*

Vidi igitur *alterum Angelum habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret*; & hoc, *sedentibus super terram*, id est, bonis, qui terrena suppeditant, conculcant, negligunt, cõtemnunt: quidam enim sedent in terra, qui interiùs cœcantur terrenis, per dilectionem, & affectionem; quidam sedent super terram, qui conculcant terram per cõtemptum, & dilectionem summi boni: & quia non solùm bonis est prædicandum, ideò additur quod ille Angelus habuit Euangelium æternum: & non solùm euangelizabat sedentibus super terram, verum etiam

Quinam sedent super terram.

Super omnem gentem, & tribum & linguam & populum: per Gentem intelligo Paganos; per tribum Iudæos in tribus distinctos; per linguam, Hæreticos deprauantes linguis variis sensus Catholicos: per quod signatur, quòd omnibus sine personarum acceptione Euangelium est prædicandum: propter quod dicebat Apostolus, ad Rom. primo: *Sapientibus & prudẽtibus, Græcis & Latinis, debitor sum*, Euangelizat igitur iste Angelus omnibus prædictis.

Omnibus sine acceptione personarum Euãgelium est annuntiandum.

Rom. 1.

VERSVS. 7.

Dicens voce magna, id est, voce libera, sine terrore, ex magno cordis feruore, *dicens*, inquam, *voce magna*, prædicando, magna promittendo, magna pronunciando: vnde ad veram prædicationem requiritur quòd verbum Dei proponatur gratiosè, cum libertate, virtuosè cum authoritate, studiosè cum prima veritate; fructuosè cum vtilitate. Et hoc est prædicare voce magna: *Virtute magna Apostoli reddebant testimonium Iesu Christi Domini*
Act. 4. *nostri*, Actuum quarto.

Hîc igitur Angelus euangelizabat, & prædicabat, *voce magna dicens*, quid? *Timete Deum, & date illi honorem*: *timete Deum*, non hominem, casto & filiali timore, quia omnipotens est Deus, non homo: nec Diabolum, quia non potest nocere, nisi permittente.

Quomodo Dei annuntiandus est verbum.

Casto timore Deus timendus.

Timete ergo *Dominum*, *& date* gratis, & ex bona voluntate, *illi*, scilicet DEO, non Antichristo, vel Diabolo, *honorem* latriæ. Et quare debeamus timere & honorare, reddit causam, *quia venit hora iudicij eius*, scilicet incerta omnibus, quãdo iusti hæreditabunt terram, & semen impiorũ peribit. Vnde hora extrema multũ timenda, quia in illo iudicio erunt specialiter quatuor, quæ debent esse in vero iudicio, scilicet monitio præmissiua, citatio peremptoria, examinatio discussiua, retributio dignatiua secundùm merita. De primo Matth. decimo tertio, *Estote parati, quia quâ horâ non putatis, filius hominis veniet*: propter quod dicit Eccles. vigesimo octauo, *Ante iudicium para iustitiam, vt securus Dei iudicium expectare queas.* De secundo primæ ad Corint. quinto, *Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum.* Nullus ibi poterit comparere per procuratorem, nec fraus, nec dolus ibi patrocinari. Vnde Hieronymus [Siue comedam, siue bibam, siue aliud aliquid faciam, semper videtur mihi sonare illa tuba in auribus meis, *Venite ad iudicium*] Propter quod dies illa dies iræ, calamitatis & miseriæ, dies magna & amara valde, dies nubis, & turbinis, dies tubæ, & clangoris dicitur Sophoniæ secundo. *Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Et hoc de tertio. Vnde de omni verbo ocioso oportet reddere rationem. Vnde iudex iustissimus collocabit cogitationes habentes puras in Paradiso, impuras in inferno, purgabit affectiones spiritua-

Cur Deus honorandus & timendus.

Quatuor in iudicio futura.

Matth. 13.

Eccles. 28.

1. Cor. 5.

S. Hiero.

Soph. 2.

1. Cor. 4.

Examen sententiæ in finali iudicio.

A les à carnalibus, mundiales à cœlestibus. Ventilabit locutiones, quoniam in illa die sumus reddituri rationem de verbo ocioso. DE quarto, quia in sententia illius iudicii non erunt nisi duo verba, *Venite, Ite.* Matth. vigesimo quinto, *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum; ite maledicti in ignem æternum.* Matth. 25.

Ergo *Timete dominum, quia venit hora iudicij eius.* Et dicit *venit*, quia B modicum tardabit. Et non solùm dicit, *timete*, verùm etiam *adorate*, venerando, genu flectendo, orando, postulando munera: *Adorate*, inquam, *eum, qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt*, id est, tam continentia quàm contenta: *& fontes aquarum.* Et Nota quòd licèt fontes possent comprehendi sub mari, tanquam ab eo fluentes, quia tamen aliter à DEO quàm mare, scilicet mediante naturæ beneficio fluunt per meatus subterC raneos, in quibus salsedo abest, ideo fortè fontes aquarum distinguit à mari.

Eus fontes à mari distinguit.

Timete ergo *Deum* amore filiali. Et certè debetis *timere*, quare? Quia ipse fecit cœlum & terram, &c. *Timete Deum*, ex consideratione tremendæ potestatis; *Date honorem*, ex consideratione præcelsæ maiestatis; *Adorate eum*, ex consideratione immensæ Deitatis. *Quia venit hora iudicij eius*, ex consideratione D districtæ æquitatis.

Vnde in hac clausula tanguntur tria, quæ debentur DEO specialiter; Reuerentia timoris, quæ debetur DEO, vt iudici, ratione iustitiæ, quæ tangitur, cùm dicitur, *timete Deum*; reuerentia adorationis, quæ debetur DEO, vt creatori, ratione potentiæ; quæ tangitur, cùm subditur, *adorate eum, qui fecit cœlum & terram*,

reuerentia honoris, quæ debetur Deo Patri, ratione clementiæ, quæ tangitur, cùm dicitur, *date illi honorem.*

Cur Deus timendus.

Circa primum, sciendum quòd Deus est timendus, quia Dominus, & nos seruilis conditionis, Malach. primo, *Si ego Dominus, vbi est timor meus?* quia pater, & nos filii adoptionis, Psalm. *Venite filii audite me, timorem Domini docebo vos*; quia iudex, nos rei criminalis transgressionis, Psalm. *Confige timore tuo carnes meas. Timete* ergo *Dominum, & date illi honorem, & adorate eum.*

Malach. 1.

Psal. 33.

Psal. 118.

Cur Deus honorandus.

Circa secundum, sciendum, quòd Dominus est honorandus, quia regalis præsidentiæ, primæ ad Corint. secundo, *Regi sæculorum immortali, inuisibili*, &c. magistralis influentiæ, Ecclesiastici quinto, *honor & gloria in sermone sensati*; Pontificalis eminentiæ, Sapientiæ tertio, *Gloria hominis ex honore patris, & dedecus filii pater sine honore.*

1. Cor. 2.

Eccles. 5.

Sapient. 3.

Cur Deus adorandus.

Circa tertium sciendum, quòd Dominum adorare debemus, propter beneficium creationis, vt Deũ potentissimum, Apocal. quarto, *Adorauerunt viuentem in sæcula sæculorum, dicentes, Dignus es Domine, accipere virtutem, quia creasti omnia*; Recreationis vt Deum clementissimum, Matth. secundo, *Intrantes domum inuenerunt, &c. & procidentes adorauerunt eum*; Glorificationis, vt Deum liberalissimum, Apocal. quarto, *Viginti quatuor seniores ceciderunt ante sedentem in throno, & adorauerunt eum.*

Apocal. 4.

Matth. 2.

Apocal. 4.

VERSVS 8.

Et alius Angelus secutus est, dicens; Cecidit, cecidit Babylon illa magna. Suprà monuit, accedere ad Deum: hîc monet amouenda illa, quæ impediunt accessum istum, quæ sunt duo, Amor malè inflammans, de quo in primo; Timor malè humilians, de quo ibi, *Et alius Angelus secutus est illos.* Dicit ergo, *Et alius Angelus.* Ita dixi, quòd Angelus suprà dictus, id est, vnus prædicatorum cœtus, *Volans per medium cœlum euangelizabat sedentibus super terram, dicendo, timete Dominum, honorate & adorate eum.* Et ita iste Angelus bona, & vtilia annunciauit, & hoc ego Ioannes vidi. Et non solùm hoc, verùm etiam & vidi, quòd *alius Angelus*, id est, prædicatorum cœtus alius à prædicto, quantùm ad annunciationem diuersam, quia pòst annunciauit bona, hic mala, post cœlestis ciuitatis reparationem: hic Babylonis, id est, mundialis ciuitatis destructionem, ille gloriam, honorem, & amorem; hic pœnæ timorem.

Duo quæ impediunt accessum ad Deum.

Iste, inquam, *alius Angelus sequutus est eum*, id est, prædicauit post primum. Glossa [Prædicatores verbi diuini sibi inuicem succedunt: ita quòd auditores primò sunt alliciẽdi, per consolationem, vt sint beneuoli ad audiendum, deinde terrendi, per comminationem, vt sint timidi, ad peccatum committendum. Et quid iste Angelus denunciauit ostendit dicens: *Cecidit, cecidit Babylon illa magna*, id est, malorum vniuersitas, seu mundi vanitas, quæ est ciuitas, quam primò ædificat Cain, & gigantes, Genes. nono, *Faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius cacumen pertingat ad cœlum*, vel, *cecidit cecidit Babylon, illa magna. Babylon* interpretatur *confusio*, ciuitas verò Babylon magna cecidit, id est, malorum & peccatorum voluntas est confusa, Psalm. *Confusi sunt, quoniam Deus sprenit eos.* Confundentur

Vanitas prima est ciuitas ab impijs fundata.

Psal. 53.

Peccatorum maxima confusio.

fundentur enim peccatores extrema confusione, cadent enim in profuudum pœnæ æternæ.

Babylon ergo plena confusione nequitiæ indebitæ, ibi, *cecidit*; pœnæ debitæ, ibi, *cecidit*; gloriæ perditæ, ibi, *Babylon*. Et nota quòd hoc verbum *cecidit* geminatur, quia peccatores duplici casu cadent, casu culpæ destruentis; casu pœnæ interficientis. Vel dicit bis *cecidit*, propter pœnam animæ, & corporis: vel propter pœnam damni & sensus: vel propter auersionem à Deo, & conuersionem ad Diabolum. Vnde propter ista duplicantur isto libro ista vocabula *væ, væ, cecidit, cecidit.*

Peccator duplici casu ruit.

Cur mundi vanitas dicitur Babylon magna.

Et nota quòd mundi vanitas dicitur Babylon magna, quoniam sicut Babylon dicebatur magna, propter populi numerositatem, regni principalitatem, inhabitantium fastuositatem: Mundi vanitas dicitur Babylon magna, propter peccantium multiplicitatem, peccatorum enormitatem, enormitatum diuersitatem. Danielis quarto, *Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in robore fortitudinis meæ?* Sed quid est quod dicit *Cecidit, Cecidit*? Nam non potest stare ciuitas, vel vanitas mundialis: nam homo morietur, & eius hæreditas erunt serpentes, & vermes. Vnde Bernardus: [Dic mihi, vbi sunt amatores huius sæculi, qui ante pauca tempora erant vobiscum? Nihil ex eis remansit, nisi cinis, & vermes; quid profuit eis inanis gloria, breuis lætitia, mundi potentia, falsæ diuitiæ, multa familia, mala concupiscentia? Vbi risus? vbi iocus? vbi iactantia? vbi arrogantia? heu! de tanta lætitia quanta tristitia!] De illa magna exultatione in ruinam magnam ceciderunt.

Daniel. 4.

Dicit ergo, *cecidit Babylon illa magna*, id est, vanitas mundana, & ideo contemnenda. Et per hoc quod dicit, *Babylon illa magna*, monet nos ad mundi contemptum, & illorum, quæ impediunt accessum ad Deum. Et benè dicit, *cecidit Babylon illa magna*, & quare? reddit causam, cùm addit, *quæ à vino fornicationis suæ potauit omnes gentes.* Per *vinum fornicationis* intelligitur omne peccatum mortale, quia mentem, sicut vinum, inebriat, & seducit, & animam à Christo sponso suo separat, vt fornicatio corporalis: vnde calix, quo Babylon, id est, mundus, potat mundanos, est voluptas delectationis carnalis, & iste calix potat, & inebriat omnes gentes. Vnde in isto vino fornicationis sunt quasi homines omnes potati, & inebriati; Ierem. 52. *Calix aureus Babylon, inebrians omnem terram; de vino huius biberunt omnes gentes, & inde commoti sunt.* sequitur; *Babylon*, id est, mundus plenus vino fornicationis, *cecidit & contrita est*: vt sicut hæc Babylon magna, scilicet voluptas mundana, potat omnes mundanos, & quasi omnes gẽtes, vino fornicationis suæ inebriat, sic Deus porabit eos in Babylone inferni, vino iræ suæ & vindictæ.

Peccatum lethale inebrians animas.

Quis calix quem suis bibendum exhibet mũdus.

Ierem. 52.

Cecidit ergo hæc Babylon, quæ à vino suæ fornicationis, & delectationis carnalis inebriat, quod, inquam, vinum, est vinum iræ, & vindictæ Dei; isto, inquam, vino põtauit omnes gentes, id est, omnes gentiliter, & bestialiter viuentes. Vnde dicit quòd Babylon hæc magna, id est, voluptas mundana, potat omnes gentes, vino iræ fornicationis, quod perturbat vim intellectualem, suffocat irascibilem, maculat concupiscibilem, vt

nota quòd est vinũ merũ in supremo, per quod gloria cœli intelligitur, mixtum in medio, per quod nequitia mundi, fex in inferno, per quod pœna inferni: est ergo vinum gloriæ ęternalis, inebrians delectatione, Isai. *Ecce gaudium & lætitiam bibere vinum*; pœnæ temporalis purgans punitione, Ecclesiastic. nono. *Bibe in lætitia vinum tuum quia Deo accepta sunt opera tua*; gehennæ infernalis, crucians afflictione, Ieremiæ 29. *Sume calicem vini furoris eius de manu mea.*

Isai.

Eccles. 9.

Ierem. 29.

VERSVS 9.

Sequitur, *Et tertius Angelus secutus est illos, dicens voce magna, si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, bibet de vino gehennæ iræ Dei.* Suprà remouit primum impedimẽtum accedendi ad Deum, scilicet amorem mundanum malè inflammantem: hîc remouet secundum; scilicet timorem humanum, vel pœnarum malè humiliantem: & primò remouet istud impedimentum; secundò ponit præmium, ibi, *Beati mortui qui in Domino moriuntur*: Ita dixi suprà, quòd primus Angelus, id est, prædicatorum cœtus, prædicauit accessum ad Deum per mundi contemptum relinquendo amorem mundanum: sed tertius *Angelus*, id est, tertius prædicatorum cœtus prædicans accessionem ad Deum, non timendo persecutorem humanum, *secutus est illos*, id est, prędictos duos Angelos.

Ad Deum accedimus per adorationis cultum, & per mundi cõtemptum.

Iste tertius Angelus est ille prædicatorum cœtus, qui in fine mundi, scilicet tempore Antichristi, prędicabit persecutores humanos non esse timendos: & sic prædicabit timorem malè humiliantem remouendum, qui est impedimentum A malum accedendi ad Deum.

Ille igitur tertius Angelus secutus est duos prædictos Angelos, prædicãdo accessum ad Deum, non timendo persecutorem mundanũ, sicut primus prædicauit eundem accessum per adorationis cultum, & secundus per mundi contemptum, *secutus est illos*, dicens, *voce magna*, id est, liberè & audacter veritatem prædicando, & nullum timendo. Sed quid dicit ille tertius Angelus, qui in fine mundi, tempore Antichristi prædicabit, statim ait: hic prædicabit, *si quis* magnus, vel paruus, clericus, vel laïcus, & quicumque alius, *adorauerit bestiam*, id est, Antichristum; per bestiã suprà tertio decimo designatum, *& imaginem eius*, id est, statuam, ad honorem eius factam, & *acceperit characterem eius*, id est, fidem eius habuerit, *in fronte*, id est, in aperta confessione, *aut in manu*, id est, in exteriori operatione. Prædicabit inquam, iste tertius Angelus, scilicet,

B

C

VERSVS 10.

Qui hoc fecerit, hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius. Ad cuius expositionis euidentiam, nota quòd *calix Dei*, est iustitia Dei, quâ mensuratur præmium secundùm meritum, sicut calice vinum. Merum autem, siue vinũ purum, est gaudium patriæ sine doloris admixtione, fæx vini est dolor damnationis æternæ, carens termino, & consolatione; vinum mixtũ est in mundi consolatione, fęx mũdi tribulatio: ergo merum gaudiũ cęli fęx, luctus inferni, vinum mixtum consolatio, & tribulatio mundi; ergo merum in cœlo, fęx in inferno, mixtum in mundo: & sicut vino puro ne noceat admiscetur

Quia nam calix Dei.

In cælo vinum merũ in mundo mixtum in inferno fex.

D

aqua.Sic gaudijs vitæ preſentis miſcet Deus aquam tribulationis & anguſtiæ, ne inebrietur vino conſolationis & lætitiæ: ſic ergo Deus calice ſuæ iuſtitiæ potat amicos in cœlo, fæce inimicos in inferno, mixto cunctos in mundo.

Si quis adorauerit beſtiam, id eſt, Antichriſtum, *& imaginem eius*, id eſt, ſtatuam ad honorem eius factã; *& acceperit characterem in eius fronte, aut in manu*, ſe ei conformando corde, ore, & opere, *hic bibet de vino iræ Dei*, id eſt, de ſententia & iuſtitia Dei, quæ, inquam, iuſtitia, vel ſententia, dicitur Dei ira, quia ſententiâ illâ ipſe apparebit iratus: vnde vinum iræ Dei, id eſt, damnatio inferni, *mixtum* eſt *mero*, id eſt, gaudio cœli in calice iræ Dei, id eſt, in ſententia, vel iuſtitia Dei: nam ex eodem calice iuſtitię, vel ſententiæ, potat Deus mero bonos in cęlo, & malos fæce in inferno: ſic ergo eſt vinũ iræ Dei mixtum mero, in calice irę Dei. Vel *qui acceperit characterẽ beſtiæ*. i. qui ſe cõformauerit Antichriſto, ille talis bibet de vino irę Dei, mero veritatis Catholicæ mixto, vt cautiùs decipiat, & iſtud vinum erit mixtum in calice iræ eius, id eſt, in calice Scripturæ ſacræ. Vnde tempore Antichriſti, ab iſto, & ab eius Apoſtolis in codice Scripturæ ſacræ miſcebitur praua expoſitio, veritati Catholicæ contraria; propter quod Scriptura ſacra dicitur calix iræ Dei, propter admixtionem illius expoſitionis erroneæ. Prima expoſitio magis concordat cum textu.

Cur ſententia ira Dei dicitur.

Quomodo ſcriptura dicitur calix ira Dei.

Qui ergo *acceperit characterem beſtiæ, bibet de vino iræ Dei*; & non ſolùm hoc, verùm etiam *cruciabitur igne, & ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum, & ante conſpectum Agni*, &c. Hîc tangit ſex pœnas illorum, qui accipient characterem beſtiæ, vt conforment ſe Antichriſto; qui ſunt omnes reprobi; hoc facit ad terrorem, vt caueamus ne in pœnas illas incidamus: primò pœnæ acerbitatem, ibi, *cruciabuntur*; ſecundò pœnę diuerſitatem, ibi, *igne & ſulphure*; tertio confuſionis multiplicitatem, ibi, *in conſpectu ſanctorum Angelorum*: quartò iuſtitiæ æquitatem, ibi, *ante conſpectum Agni*; quintò, horrendam tenebroſitatem, ibi, *fumus tormentorum aſcendet*; ſextò interminabilem ęternitatem, ibi, *in ſæcula ſæculorum*.

Qui acceperit characterem beſtiæ, cruciabitur in inferno, igne & ſulphure: igne ardente, ſulphure fœtente: vnde hæc duo ſunt in omni peccato mortali, ignis & ardor concupiſcentię peccatorum, vt pœna correſpondeat culpæ. Et quia reproborum pœna non erit occulta, ſed manifeſta, ideo additur quòd peccator cruciabitur *in conſpectu omnium Sanctorum*, qui viderunt peccata, qui teſtimonium ferent. In omni peccato ſunt tres teſtes, Deus, Angelus & Dialus.

Vt aute cruciabuntur qui characterē Antichriſti notati fuerunt.

In peccato ignis ardens ſulphur fœtens.

Ergo cruciabitur peccator in conſpectu Angelorum ſanctorum, vt visâ eorum gloriâ, peccatores crucientur, & etiam confundantur: videbunt enim Angeli boni, & alij ſancti Dei, reproborum pœnam, & ignominiam, ad maiorem gloriã & lętitiam, quia talem euaſerunt pœnam. Reprobi autem Angelorum gloriam & lętitiam, ad maiorem eorum pœnam, quia talem amiſerunt gloriam. Sed non ſolũ peccator cruciabitur in cõſpectu Angelorum ſanctorũ, verũ etiã

Angeli & alij ſancti cur lętabuntur viſa impiorum damnatione.

ante conſpectum Agni, propter ſcelera occiſi. Et certè hęc erit maxima confuſio peccatorum, cùm videbunt coram ſe Chriſtum, pro ipſis mortuum, & ſe priuatos gaudiis bonorum. Cruciabitur ergo peccator coram Agno, & ſuis, igne & ſulphure.

VERSVS. 11.

Et fumus tormentorum eorum, id eſt, tenebroſitas pœnarum terribilium peccatorum, *aſcendet*, id eſt, durabit, *in ſæcula ſæculorum*, id eſt, ęternaliter, ſine fine. Vnde ſecundùm beatum Dionyſium, in inferno non audies niſi vlulatum, gemitum, fletum, & planctum, vbi non videbis niſi vermes, ſerpẽtes, & dracones, & dęmonum facies terribilis: ibi ignis, ibi flãma, ibi gelu, & anguſtia maxima, ibi dolor, ibi timor, tremor & pauor, ibi ſic morieris, quòd ſemper viues, & quòd ſemper morieris.

Qui in inferno patiũtur reprobi.

Aſcendet igitur *fumus tormentorum* peccatorũ, *in ſæcula ſæculorum*, & ne putet aliquis, quòd in inferno pœna habeat interuallum, ideò addit, *Non habebit requiem die ac nocte*, id eſt, vlla hora, vllo tempore, ſed erit pœna eorum continua; ſine requies aliqua, ſed numquamne erit ibi dies, vel nox? Dicendum quòd non, quia ſol tunc ſtabit immobilis in Oriente, qui modò ſuo motu facit diem naturalem & noctem, erit tamen nox, ſcilicet ibi, ſecundum Iſaiam, propter depreſſiuas tenebras, quæ dicuntur exteriores, erit aliquis dies propter quamdam lucem ſulphuream, quæ lucebit ad oſtendendum deſolabilia peccatorum.

In inferno nullum pœna.

Quomodo erit aliquis dies in inferno.

Qui autem erunt illi, qui ſic cruciabuntur, replicat dicens, quòd hi erunt, *qui adorauerunt beſtiam*, ſcilicet Antichriſtum, ſicut eſt expoſitum, ei obediendo, & ei credendo; *& imaginem eius*: id eſt, ſtatuam factam ad honorem eius adorando, & ipſum imitando; *& ſi quis acceperit characterem nominis eius*, id eſt, in ſigno aliquo conformem ſe ei oſtenderit. *Ille cruciabitur in igne, ſulphure*; & alijs prædictis: Et ideo quia ſic cruciãtur reprobi in inferno, id eſt, in præſenti vita, vel tribulatione mundana.

VERSVS 12.

Hîc patientia Sanctorum, id eſt, patientia, quæ facit ſanctos, eſt neceſſaria, vt euadantur tormenta æterna. Hæc patientia eſt neceſſaria, quæ dicitur patientia Sanctorum, quia per patientiam tribulationum Sancti ſunt in cœlo collocati. Et non ſolùm Sanctis, qui nũc ſunt in cælis, patientia fuit neceſſaria; verùm etiam, *qui cuſtodiunt mandata Dei*, ipſum & proximum diligendo. Nam in iſtis duobus *pendet tota lex & prophetæ*, Matth. vigeſimo ſecundo: *Et fidem Ieſu*, Deum & hominem ipſum credendo corde, & ore confitendo. In mundo enim iſto bonis, & non malis patientia eſt neceſſaria, quia in mundo iſto confunduntur, & ſuppeditantur boni, & mali ſubleuantur.

Patientia, mali me neceſſaria, vt liberẽtur à pœna æterna.

Matth. 22.

VERSVS 13.

Sequitur, *Et audiui vocem de cœlo dicentem mihi, ſcribe, beati mortui, qui in Domino moriuntur*: Suprà monuit Eccleſiam, vel fidelem animam, accedere ad Deum, & remouit quæ impediũt iſtum acceſſum; hîc proponitur præmium, vt ſecuriùs accedamus ad Agnum, imitando ipſum; & diuiditur in duo, nam primò promittit præmiũ ſequẽtibus Agnum; ſecundò agit de futuro iudicio, vbi tam bonis quàm malis datur præmium ſecundùm meritum, ibi,

Præmio aluntur.

Et vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis. Item primò ostendit, quibus debetur æternum præmium; secundò describit illud præmium, ibi, *Amodò enim iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* Et quia præmium bonorum consistit in cessatione laborum, & in plenitudine gaudiorum, ideo hîc agit de primo, secundò de tertio, ibi, *Opera enim illorum sequuntur illos.*

In quo bonorum præmium consistit.

Dicit ergo, *& audiui vocem de cælo,* Ita dixi quod auertentes se à Christo, & sequentes Antichristum, & omnes habentes peccatum mortale, *bibent de vino iræ Dei*, In profundo inferni, vbi semper erunt miseri, omni bono priuati. Sed aliter erit de iustis sustinentibus tribulationes mundi, & Antichristi, quia & *audiui*: scilicet aure interiori, *vocem de cælo*, id est, reuelationem mihi factam, à Deo, *vocem dicentem mihi*, id est, interius sine soni strepitu, inspirantem, & exterius admonentem, quid? *scribe*, scilicet priùs in corde, vt mentaliter retineas, & priùs in libro, vt alios instruas, vt sit ad aliorum doctrinam, & consolationem, ad Rom. decimo quinto, *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.*

Rom. 15.

Scribe ergo in corde ad propriam instructionem, & in libro ad aliorum eruditionem, & consolationem. Scribe, inquam, quid? *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Sed quomodo mortui moriuntur, quod enim viuum est moritur, quod autem iam mortuum est omnino non potest mori. Responsio, est mors quintuplex. Mors culpæ, de qua Sapientiæ primo, *Deus mortem non fecit.* Gloss. id est, peccatum; mors gehennæ, de qua in Psal. *Mors peccatorum pessima*, & hæc mors est secunda respectu præcedentis, sicut effectus respectu causæ. Nam mors culpæ causa est mortis gehennæ; tertia mors est, quâ quiuis moritur peccato, Roman. 6. *Qui enim mortuus est peccato*, iustificatur à peccato: quarta mors est, quâ homo moritur mundo ipsum relinquendo, per ingressum Religionis, de qua primæ ad Corint. *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est in Deo.* Quinta mors est naturæ, per separationem corporis & animæ. Mortui peccato & mundo, cùm moriuntur morte naturæ, per separationem animæ à corpore, moriuntur in Domino, & hi certè beati mortui: at mortui morte culpæ non moriuntur in Domino, sed simpliciter in inferno.

Sapien. 1.

Psal.

Rom. 6.

1. Cor.

Quomodo mortui moriuntur.

Ergo in hoc mundo debemus mori peccato, vt cùm mors naturæ aduenerit, moriamur in Domino, quia *beati mortui, qui in Domino moriuntur*, quia talis mors non est aliud secundum Gregorium, quàm laquei contritio, periculi euasio, exilii finis, quies laboris, patriæ introductio, hæreditatis inuentio, victoria pugnæ, ianua vitę: propter quod pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum eius.] Sed contra, mors peccatorum pessima, quia est à patria exitus, carceris introitus, peregrinationis initium, exilii principium, laboris inquietatio, periculi certitudo, paternæ hæreditatis priuatio, domus infernalis inhabitatio, victoriæ desperatio, ianua mortis æternæ. Eccles. quarto, *O mors quàm amara est memoria tua!* tales mortui non sunt beati, sed miseri. Sed qui in Domino moriuntur, sicut dictum est, sunt beati, propter quod ille versus.

Quibus est mors in Domino.

Cur peccatorum mors pessima.

Viue velut moriens, moriendo ne moriaris.

O morituræ, mori pro vita ne verearis.

Lex vniuersa carnis quoad tria describitur

Beati mortui, qui in Domino moriuntur. In verbo propositio lex vniuersæ carnis describitur quoad tria, quantùm ad illud, quod est necessitatis; necessitatis mortificatio ex culpæ transgressione, ibi, *mortui*, quod est securitatis: est securitatis gratificatio, ex gratiæ infusione, ibi, *qui in Domino moriuntur*; quod est fœlicitatis: est fœlicitatis coronatio ex gloriæ adeptione, ibi, *Beati*.

Ex peccato primi parentis homo ob noxius triplici necessitati.

Circa primum, vbi describitur lex vniuersæ carnis quantùm ad id, quod est necessitatis, cùm dicitur, *mortui*, sciendum quòd ex peccato primi parentis fuit homo adstrictus triplici necessitati: Culpabili, quantùm ad animam, quam meruit rationalis curiositas, ex quo fuit homo non potens non inficì; seruili, quantùm ad corpus, quam meruit irascibilis fastuositas, ex quo fuit homo non potens non subiici; pœnali, quantum ad vtrumque, quam meruit concupiscibilis gulositas, ex quo fuit homo non potens non mori: propter quod dicit Psalm. *Circumdederunt me*, Ecce natiuitas seruilis, *Dolores mortis*, ecce necessitas pœnalis, *pericula inferni inuenerunt me*, ecce necessitas culpabilis.

Psal. 114.

Mori in Christo cum Christo et pro Christo.

Circa secundum, vbi describitur lex vniuersæ carnis quantùm ad id, quod est securitatis, cùm dicitur, *in Domino moriuntur*; sciendum quòd aliqui moriuntur in Christo, cum Christo, pro Christo. Morientibus in Christo debetur stola immortalitatis, primæ ad Thessalon. quarto. *Et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi*; Morientibus cum Christo debetur aurea fœlicitatis. Ad Rom. quinto, *Si mortui sumus cum Christo*, &c. Morientibus pro Christo debetur aureola dignitatis: Ad Heb. 11. *In occisione gladii mortui sunt.* Et paulò superiùs dicitur, quòd ipse non solùm alligari, sed mori paratus erat pro nomine Domini nostri Iesu Christi.

1. Ad thes. 4.

Roman. 5.

Hebr. 11.

In qua fœlicitas æterna consistit.

Circa tertium, vbi lex humanæ conditionis describitur quantùm ad id, quod est fœlicitatis, ibi *Beati*, sciendum quòd beatitudo consistit in præclaritate visionis inoffuscabilis, Matth. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* In charitate fruitionis infastidibilis, infrà, decimo nono. *Beati, qui vocati sunt ad cœnam nuptiarum Agni*; In perennitate tentionis inamissibilis, Psal. *Beatus, qui tenebit*, &c.

Matth. 5.

Psal. 136

Amodò iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Hîc describit præmium beatorum, & ipsorum benedictionem. Et benè dixi, quòd *beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Et quare? *quia amodò*, id est, à parte resurrectionis, vel à parte mortis ipsorum beatorum, *iam dicit spiritus*, id est, tota Trinitas sic ordinauit, *vt requiescant à laboribus suis*; id est, vt vltra nihil patiantur, quia multum laborauerunt, & multa pro Christo passi sunt. Sapientiæ tertio, *bonorum laborum gloriosus est fructus.*

Sap. 3.

Quomodo beati à laboribus suis requiescunt.

Beati ergo requiescunt à laboribus suis, quia iam vadunt de carcere ad regnum, de pugna ad victoriam, de paupertate ad diuitias, de ignominia ad gloriam. Vnde hæc requies amœna gaudiis, iucunda socijs, referta cibarijs; propter quod dicit ille versus:

O requies, ô temperies, ô pascua læta.
O spes, ô præclara dies, ô regio grata:

Psalm. *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam,*

Amodò ergo *dicit iam Spiritus*, vt beati & Dei electi, *requiescant à laboribus suis*. Et benè dico, quòd beati mortui requiescunt. Et quare? quia *opera illorum sequuntur illos*, id est, merces bonorum operum reddetur eis in futuro, si non in præsenti sæculo. Vnde bene dicit, *sequuntur*, quia boni non remunerãtur in præsenti vita, sed in futura gloria, sicut hypocritæ, de quibus dicitur. *Receperunt mercedem suam.*

Mali in presenti vita remunerantur boni in futura.

Et vidi, & ecce nubem similẽ cãdidam, & super nubem sedentem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. Hîc tãgitur de futuro iudicio, vbi reddẽtur bonis præmia, & malis supplicia æterna, vt sic ad Deum bonos ex amore, malos ex terrore trahat. Et primò persona iudicis describitur: secundò ostendit quòd Sancti tunc exaudientur, ibi, *& misit qui sedebat super nubem, falcem suam, & misit in terram*; tertiò ostendit, quòd Sancti, qui modo iudicantur & vilipenduntur, tunc iudicabunt & honorabuntur, ibi, *& alius Angelus exiuit de templo, habens & ipse falcem acutam*, quartò ostendit, quòd licèt Sancti sint iudices: Authoritas tamen iudicij est penes Christum, ibi, *& alius Angelus exiuit de altari*; quintò ostendit obedientiam Sanctorum, quoad diuinum imperium, ibi, *& misit Angelus falcem acutam super terram.* Ita dixi suprà, quòd vidi, quòd qui adorauerit imaginem bestiæ, cruciabitur igne & sulphure: dixi etiam quòd *audiui vocem dicentem mihi, scribe, beati mortui*, & non solùm hoc vidi, verùm & *vidi*, id est, spiritualiter intellexi, *& ecce*, id est, adest, qui olim venit iudicari.

Ecce, inquam, *nubem candidam, & super nubem sedentem*, id est, diuinitatem Domini super nubem, & ingredietur Ægyptum, Isai. secundo. & vidi istum, *super nubem sedentem*, id est, Dei filium, quantùm ad naturam, humanæ naturæ præsidentem: vidi *similem filio hominis*, non dicit *hominem*, sed similem, quia in iudicio non erit mortalis, sed similis: vnde homo ex hoc quòd est filius hominis, peccator est mortalis, & moriendi habet necessitatem, sed assumpsit necessitatem moriendi, quia filius viris non fuit, sed similis: & si fuerit mulieris, non tamen peccatricis. Isai. 2.

Vidi ergo Dei filium, filio hominis similem sedentem, *habentem in capite suo*, id est, in seipso qui est caput Ecclesiæ, & fidelis animæ, vel in diuinitate, quæ est caput humanitatis: *coronam auream*, quia vicit Diabolum & inimicum, in signum victoriæ & dominationis. In auro fulgido designatur sapientia; in corona victoria; ergo corona aurea signat victoriam per sapientiam acquisitam, vel coronam rotundam, ex perfectione, auream fulgidam ex speculatione & intuitione.

Cur non dicitur Christus, hic homo sed similis filio hominis.

Vidi ergo *in capite* huius sedentis in sede iudicis, *coronam auream in capite*, & *in manu sua*, id est, in potestate sua, *falcem acutam*, id est, sententiam iudiciariam, qua separabit bonos à malis, sicut falce segetes à terra, quæ, inquam, sentẽtia dicitur *falx acuta*, quia attingit cordis intimum.

Cur coronà aurea in capite Christi.

Notate ergo quòd in tota illa clausula, *vidi, & ecce nubem candidam*, describitur persona iudicis summi quantùm ad quatuor conditiones: quantùm ad humiliatam sublimitatem in nubis conditione, ibi, *ecce*

Cur sententia, supremi iudices Christi dicitur falx acuta.

Quatuor conditiones supremi iudicis describuntur.

nubem candidam; quantùm ad diuinitatem complanatam in sedentis expressione, ibi, *& super nubem sedentem similem filio hominis*; quantùm ad authoritatem honoratam in capitis eleuatione, vel coronæ, ibi, *in capite eius coronam auream*; quantùm ad potestatem ordinatam in falcis sectione, ibi, *falcem acutam in manu sua.*

Vidi ergo, *& ecce nubem candidam.* Hæc nubes candida, propter subintrantem diuinitatem; rorida, propter abundantem puritatem; humida, propter supereminentiæ puritatem. Et benè caro Christi mundissima dicitur *nubes candida*, quoniá sicut nubes efficitur candida ex domination & subtilisatione vaporum terrestrium, & ex subintratione radiorum cœlestium: sic caro Christi depurata ab omni peccato, & macula, & diuinitati vnita, rectè nubi candidæ comparatur.

Caro Christi nubes candida.

Secundò describitur iudex noster Christus quantùm ad diuinitatem vnitam, ibi, *Et super nubem sedentem similem filio hominis.* Vnde sedes est humanitas, sessor est diuinitas, quæ sedet super humanitatem: regendo per sapientiam, custodiendo per prouidentiá, educendo in gloriam. Vnde & sic sedens dicitur similis filio hominis, quia assumpsit pallium humanitatis, defectus passibilitatis, similes defectui culpabili.

Sedes humanitas sessor diuinitas.

Tertiò describitur quantùm ad authoritatem dignatiuam, cùm dicitur, *habentem in capite eius coronam auream*, coronam auream in Incarnatione, coronam spineam in passione, coronam auream in glorificatione, & has portabit in capite in extremo iudicio, ex auro ad beatorum consolationem, & malorum confusionem.

Multiplex Christi corona.

Quartò describitur quantùm ad potestatem iudiciariam, cùm dicitur, *in manu sua falcem acutam.* Potestas iudiciaria comparatur falci, quia habet virtuté incisiuam, diuisionem separatiuá, quia separabuntur boni à malis, iusti ab iniustis; agni ab hœdis. Et dicitur hæc potestas iudiciaria *falx acuta*, propter irreuocabilitatem, & penetrabilitatem, Iohelis tertio; *Mitte falcem, quoniam aruit messis.* Et nota quòd contingit inuenire falcem prædicationis, quâ putantur sarmenta, Isai. secundo, *Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces*; falcem confessionis, quâ præscinduntur peccata, Isai. decimo octauo, *præscindentur ramusculi eius falcibus, & quæ derelicta sunt abscindentur*; falcem discepuationis, quâ perimuntur delicta.

Ioel. 3.

Isai. 2.

Multiplex falx mystica Isai. 18.

VERSVS 15.

Et alius Angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Hîc ponitur desiderium Sanctorum de iudicio consummando. Desiderant enim Sancti Dei iudicium fieri, ex secundæ stolæ acceptione. Ita dixi, quòd *vidi similem filio hominis*; Christum, *habentem in manu sua falcem acutam*, id est, potestatem iudiciariam. Et non solùm hoc vidi, verùm etiam in eadem visione vidi quòd alter Angelus, id est, Sanctorum cœtus, qui dicitur alius à primo, scilicet à Christo, quia hic sanctus dignior sanctitate, potentior primitate, sublimior maiestate: hic, inquam, alter Angelus, *exiuit de templo*, occultum desiderium de iudicio manifestando, Glossa. [Exire dicuntur de templo,

plo, iam non apparent, quales olim fuerunt, sed quales in æternum inuenientur.]

Exiuit ergo hic *Angelus*, id est, Sanctorum cœtus, *de templo*, eorum desiderium de iudicio extremo Deo manifestando, *clamans voce magna*, id est, orans magno desiderio; vnde Gregorius [Clamores, vel veloces apud Deum, non faciunt verba, sed desideria.]

Non verba sed desideria apud Deum valent.

Clamans ergo *voce magna*, id est, desiderio magno, ad *sedentem super nubem*, id est, ad Christum Ecclesiam regentem: & quid clamabat, statim dicit: *mitte falcem tuam*, & exequere iudicium secundùm potestatem tuam iudiciariam; & *mitte*, id est, tuos in horreum tuum collige. Orant enim quotidie Sancti & electi ad Deum, vt colligat suos in anima, & corpore, in horreum suũ, numquam enim nisi post iudicium erit eorum desiderium perfectè completum, & ideo non est mirum si clamat ad Christum; *mitte falcem tuam*, & exequere potestatem iudiciariam: *& mitte*, id est, tuos in horreum tuum collige: & benè rogo quòd metas, & quare? *quia venit hora vt metatur*, id est, vt colligantur homines de terra, & excussâ paleâ granum in horreo recondatur, & palea igne comburatur.

Venit horâ, quia statim completus erit numerus electorum, & quòd hora sit metendi, statim ostendit dicens, *quoniam aruit messis*. Bene dico quòd venit hora vt metatur, & granum in horreo recondatur, *quoniam aruit messis*. Glossa, aruit messis, id est, iam malorum consummata est vita, & malitia, & mundi nequitia completa, & iam amplius non habent quod possit cadere in vtilitatem bonorum, & non est amplius expectandum, quia non est amplius qui facit bonum, & & potest poni in horreum tuum. Fac ergo citiùs iudicium, & da nobis præmium completum. Ne credatur quòd Sanctorum desiderium frustretur, ostendit quòd nullo modo frustrabitur, sed sicut petunt & desiderant, ita fiet, quia

Desiderium iustorum adimplebitur.

VERSVS 16.

Et misit ad postulationem Sanctorum, *qui sedebat super nubem*, id est, Christus, *falcem suam*, id est, iudiciariam sententiam, *in terram*, id est, omnes homines in terra formatos, *& messuit terram*, id est, separauit bonos à malis, sicut separatur granum à paleis, Ioël tertio, *In diebus illis & tempore illo congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis super populo meo, & super hæreditate mea.* Vnde Gregorius super Ezechielem: [Redẽptor humani generis cùm iudex apparuerit, apparebit speciosus iustis, terribilis iniustis: quem enim mansuetus aspicient electi, hunc eumdem pauendum, atque terribilem aspicient reprobi: vnde his dicet; *ite*, illis verò *venite*] versus,

Ioël. 3.

Iudicium faciet & tunc distinctio fiet:
Iniustis ite, *& iustis dicendo* venite.

VERSVS 17.

Et alius Angelus exiuit de templo, quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam. Hic ostendit quod Sancti cum Christo iudicabunt: & primò ostendit quoad Sanctos, scilicet Apostolos, pertinet iudicium secundò ostendit quòd authoritas iu-

dicandi pertinet ad Christum, ibi, *& alius Angelus exiuit de altari*: Ita dixi, quòd alius Angelus à Christo, scilicet Sanctorum cœtus petiuit à Domino fieri iudicium, quia vsque post iudicium non erit completum ipsorum Sanctorum desiderium, quia desiderant quotidie secũdæ stolæ præmium, & petunt fieri istud iudicium dicentes, scilicet Domino sedenti in iudicis throno, *mitte falcem tuam*, id est, exerce iudicium & potestatem tuam iudiciariam: & sequitur, quia *messuit terram*, id est, iudicium fecit, & bonos à malis separauit. Et non solùm vidi, quòd magni consilii Angelus, scilicet Christus, habebat falcem acutam, id est, potestatem iudiciariam, verùm & vidi quòd & alius Angelus, id est, Apostolorum cœtus, qui dicitur alius à Christo, & ab aliis Sanctis: sunt enim Apostoli à Christo primi, quia alij minores & inferiores, & alij ab alijs Sanctis, quia eis maiores & superiores.

Apostoli alius sanctis excellẽtiores.

Vidi, inquam, quòd hic Angelus, scilicet Apostolorum cœtus, *exiuit de templo*, id est, de Paradisi loco, quod, inquam, templum est in cœlo, scilicet Empyreo, in quo Deũ contemplantur, & clarissimè speculantur. Exibunt enim ad litteram de cœlo Empyreo Apostoli, & omnes alii Sancti cum Christo, & venient in extremo iudicio, & omnes tam boni, quàm mali, in valle Iosaphat cõgregabuntur. Sed aliter exibit de cœlo hic Angelus, scilicet Apostolorum cœtus, aliter Sancti alii: quia Apostolorum cœtus exibit de cœlo Empyreo, habens & ipse non solùm falcem, id est, potestatem iudiciariam. Ad ipsos enim Apostolos specialiter

Congregabuntur omnes iudicãdi in valle Iosaphat.

A habere iudicium pertinet, & iuxta summum Iudicem habet sedere, & cum eo alios iudicare, tanquam militantis Ecclesiæ fundatores præcipui; Matth. decimo octauo: *Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sedebit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes tribus Israël.* Matth. 18.

Exiuit ergo *hic Angelus*, id est, B Apostolorum cœtus, *de templo*, id est, Paradisi loco, quod, inquam, templum est in cœlo, scilicet Empyreo; *habens*, & ipse, *falcem acutam*, id est, potestatem iudiciariam.

Templum beata virgo militans Ecclesia, cœlestis patria.

Et Nota quòd templum dicitur Virgo beata; militans Ecclesia, cœlestis patria. Virgo beata dicitur quidem templum ædificatum sponso. Et huius templi fuit ros emundans: sanctificatum enim fuit C copiosè. Et huius templi fuit imber fœcundans. Vnde in medio huius templi, scilicet virginalis uteri, suscepimus misericordiam Dei, Psal. *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* Militans Ecclesia dicitur templum fundatum in angustia Martyrum, ędificatum in concordia Apostolorum, ornatum in lætitia omnium deuotorum. Et istud templum est fructuosæ prædicationis; deuotæ orationis; sa- D cræ oblationis. In isto templo suscepit Simeon iustus Dei filium benedictum, Lucæ secundo. *Cum inducerent puerum Iesum parentes eius, accepit eum in vlnas suas*, &c. Cœlestis patria dicitur templum fundatum deitate Trinitatis, Ædificatum veritate humanitatis, ornatum societate mirabilis dignitatis. In hoc templo coronantur victorẽs, ordinantur seruitores, Psal. 47.

Militans Ecclesia quomodo est templum Dei. Luc. 2.

iucundantur laudatores; de isto tẽplo exibit cœtus Apostolorum, habens falcem acutam in manu sua, vt habetis in proposito.

VERSVS 18.

Et alius Angelus exiuit de altari; qui habebat potestatem super ignem & aquã, & clamauit voce magna ad eum, qui habet falcem acutam. Hìc ostendit quòd quamuis Apostoli sint iudices, authoritas tamen residet penes Christum. Ita dixi, quòd *alius Angelus*, scilicet Apostolorum cœtus, *exiuit de templo*, id est, de cœlo ad iudicandum: & non solùm hoc, verùm *& alius Angelus*, id est, Christus, alius ab Apostolis prædictis, & sanctis alijs; *exiuit de altari*, id est, de loco secretiori cœli Empyrei, quàm Apostoli, & sancti alij. Vnde suprà dixit, de alio Angelo loquens, quòd exiuit de templo, loco communi: de isto quòd exiuit de altari, de loco secretiori; vbi nullus Sanctorum attingere potest, quia sicut altare est intimum in templo, ita Christi gloria, vel beatitudo, propter quod dicitur sedere à dextris Dei. Quod iste exiuit de altari, nihil aliud est, quàm manifestatio sui in iudicio, in quo apparebit iustis & iniustis, suprà primo cap. *Videbit eum omnis populus, & qui eum pupugerunt*, &c. Vnde & altare potest dici hæc deitas, à qua hìc dicitur Christus in iudicio exire manifestans se in humanitate, cui dictum est facere iudicium.

Christi latitudini nullæ alia ãßimilari potest.

Cur dicitur Christus Angelus habens potestatem super ignem & aquam.

Exiuit ergo hic Angelus in iudicio *de altari*, id est, de secretori loco cæli Empyrei, *qui habebat potestatem super ignem, & aquam*; habebat potestatem sicut verus Deus, *super ignem*, id est, super pœnam æternam infligendam, secundùm meritorum exigentiam; vel *super ignem*, id est, super reprobos, igne æterno dignos; *& super aquas*, id est, super omnes homines instabiles: *& clamauit voce magna*, id est, magna authoritate, ad eum, *qui habet falcem acutam*, id est, ad cœtum Apostolorum, qui habet potestatem iudiciariam.

Et vindemia botros vuæ terræ, id est, separa malos, in nequitia maturos, à bonis. Vnde per *botros* intelligo terrenos in terrena cupiditate maturos. Et bene dico separa bonos à malis, *quia maturæ sunt vuæ eius*, id est, completa est malitia, & nequitia terrenorum: habent enim in præsenti vita ampliorem locum, quàm boni. Tandiu enim permittit Dominus, hìc regnare malos, quamdiu prosint bonis. Vnde Augustinus [Omnis malus, aut ideo viuit, vt corrigatur: aut vt per eum iustus exerceatur,] *quoniam* ergo *maturæ sunt vuæ terræ*, id est, separa in malitia maturos, & terrenos à bonis: Christus enim tamquam iudex principalis, mandauit cœtui Apostolorum assistenti sibi in iudicio, vt mittat falcem suam iudiciariam, & quod per illam separet malos à bonis, quo præcepto audito à iudice summo, statim præceptum implet.

Quã Deus permittit malos regnare.

VERSVS 19.

Et misit Angelus falcem suam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei. Et misit Angelus, id est, Apostolorum cœtus, complens præceptum iu-

dicis ſummi, *falcem ſuam in terram*, id eſt, poteſtatem iudiciariam in terrenos, qui plus terram quàm cœlum finaliter amauerunt, & ei totaliter adhæſerunt. *Et vindemiauit vineam terræ*; id eſt, ſeparabit à bonis omnes terrenos, mundanis delectationibus inebriatos, quod facient Apoſtoli, non per executionem Angelorum, ſed per ſententiæ Chriſti ſummi Iudicis approbationem. Et non ſolùm iſte cœtus Apoſtolicus ſeparauit iſtos terrenos, & iniquos à bonis, ſententiam approbando, & confirmando in extremo iudicio; verùm *& miſit* iſtam vineam terrenam, infectam, putrefactam, *in lacum iræ Dei magnum*, id eſt, in Infernum, vbi iram Dei perpetuò ſuſtinebunt.

Sanctorum iudicium aduerſus mundi amatores exercebitur.

Et nota quòd dicitur Infernus *lacus iræ Dei*, propter acerbitatis capacitatem. Nota etiam quòd triplex eſt lacus, ſcilicet peccati, purgatorij, inferni. Anima in lacu peccati obruitur. per tranſgreſſionem: Pſ. *cõcepit dolorem, & peperit iniquitatẽ*; & ſequitur, *lacum aperuit, & effodit eum*: in lacu peccati inficitur per putrefactionẽ, Ierem. tertio, *Lapſa eſt in lacũ vita mea*: ab hoc lacu educitur per confeſſionem, Pſal. *Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.* Lacus Purgatorij expiatiuus ſcoriæ, Pſal. *Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio*; impetratiuus veniæ, Thren. tertio. *Inuocaui nomen tuum de lacu nouiſſimo*; expectatiuus gloriæ, Zachar. nono. *Tu autem in ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu.* Lacus inferni eſt interminabilis pœna, vt in præſenti, *miſit in lacum iræ Dei magnum*; ineuaſibilis fuga, Iſa. vigeſimo tertio, *Congregabuntur congregatione vnius faſcis in lacum*; irremiſſibilis venia, Iſa. trigeſimo octauo. *Non expectabunt qui deſcendunt in lacum veritatem tuam.* In iſto lacu, ſecundùm Gregorium in Moral. [Eſt fumus olens, ſulphur fœtens, gelu ſtringens, vipera mordens, terror vmbrarum, ſtridor dentium, & pœnarum, fames inſatiabilis, ſitis inextinguibilis, defectus ſine defectu, finis ſine fine, continuatio mortis æternæ.] Ab iſto lacu libera nos Domine.

Triplex lacus peccati, purgatorij inferni.

Lacus primus quàm noxius.

Ierem. 3.

Pſal.

Lacus purgatorij expiatiuus.

Pſal.

Ierem. 3.

Zachar. 9

Qualis lacus inferni.

Definitio inferni.

VERSVS. 20.

Et calcatus eſt lacus, id eſt, illi qui ſunt in lacu, *extra ciuitatem.* Hîc oſtendit qualitatem iſtius lacus, ſcilicet inferni: ita dixi, quòd reprobi ſunt miſſi in lacum inferni, *& calcatus eſt lacus*, id eſt, illi qui ſunt in lacu, ſunt compreſſi, & conculcati, quia ibũt de malo in peius, de peiori in peſſimum, quod probat *calcandi* vocabulum, ſicut dicimus quòd peſſimè ſtamus & calcati ſumus, quando vnus eſt ſuper alium: ſic in inferno mali erunt calcati, quia erunt compreſſi & conculcati. Malachiæ vltimo, *Calcabitis impios cũ fuerint cinis ſub planta pedũ veſtrorum.*

Cur calcari dicuntur mali in inferno.

Calcati ergo ſunt reprobi, & hoc *extra ciuitatem*, id eſt, extra bonorum ſocietatem. Sunt autem tria torcularia, vnum mundi, aliud purgatorij, aliud inferni: hæc ſunt extra ciuitatem Ieruſalem, vel Sanctorum, nam ex ipſis elicitur vinum, quod portatur in cellarium Paradiſi, flagellum pœnitentiæ, in ſubſidium Eccleſiæ, flagitium pœnæ immenſæ, quod eſt extra ciuitatem: nam nec pœnitentia, nec Eccleſiæ ſuffragia proſunt eis, ſed erunt ſemper in perpetua preſſura, & ideo dicit, quòd *calcatus eſt lacus*, ſcilicet inferni, *extra ciuitatem* Paradiſi.

Tria torcularia mundi purgatorij inferni.

Damnatis Eccleſiæ ſuffragia non proſunt.

Et non solùm calcatus est lacus, sed etiam *exiuit sanguis vsque ad frænos equorum, per stadia mille sexcenta. Exiuit sanguis*, id est, pœna de lacu, id est, inferno, *vsque ad frænos equorum*, id est, vsque ad rectores malorum, scilicet, vsque ad Diabolos. Equi enim sunt iniqui, & reprobi, fræna equorum sunt Diaboli, quia sicut frænis regitur equus, sic Diabolo malus, & iniquus.

Exiuit ergo *sanguis de lacu vsque ad frænos*, id est, ad Dæmones, vel *vsque ad frænos equorum*, id est, vsque ad iniquos, qui habent regem Dæmonem: *per stadia mille sexcenta.* Stadium est spatium currentium, per quod intelligitur spatium præsentis vitæ, in quo quidem spatio iniqui ludentes, nequiter cucurrerunt. Per *mille* intelliguntur illi, qui sunt in statu perfecto, in statu Religionis. Est enim millenarius perfectus: per *senarium* intelliguntur illi, qui sunt in statibus mediis, vt virgines & castitatem seruantes, quia virginibus debetur fructus centesimus, & vsque ad omnes status, *sanguis*, id est, pœna laci inferni, *exiuit*, quia de omnibus his statibus, aliqui erunt damnati. Exiuit etiam per stadia mille sexcenta, per illos, qui currunt in stadio præsentis vitæ signatos per 1600. status imperfectorum, perfectorum, mediorum.

Virginibus de bestia fructus centesimus.

SYNOPSIS CAPITIS DECIMI QVINTI.

VIdet Ioannes septem Spiritus Euangelicos septem nouissimas plagas, totidemque phialas aureas plenas ira Dei, quas in orbem effuderunt. Intuetur mare vitreum, & super illud eos qui Antichristi victores fuere, canentes laudes Deo: aperitur templum in cælo, ex eo prodeunt septem Angeli vestiti lino mundo, & Zonis aureis, quibus singulis dantur phialæ aureæ, quæ continebant septem plagas orbis nouissimas, & fumo impletum est templum, ita vt nemo introire posset, donec finirentur septem plagæ.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

1. ET vidi aliud signum in cælo magnum & mirabile, Angelos septem, habentes plagas septem nouissimas: Quoniam in illis consummata est ira Dei. 2. Et vidi tamquam mare vitreum mistum igne, & eos, qui vicerunt bestiam, & imaginem eius, & numerum nominis eius, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei: 3. Et cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni, dicentes: Magna & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens:

iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ, Rex ſæculorum. 4. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia ſolus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conſpectu tuo, quoniam iudicia tua manifeſtata ſunt. 5. Et poſt hæc vidi, & ecce apertum eſt templum tabernaculi teſtimonii in cælo: 6. Et exierunt ſeptem Angeli habentes ſeptem plagas de templo, veſtiti lino mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. 7. Et vnum de quatuor animalibus dedit ſeptem Angelis ſeptem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in ſæcula ſæculorum. 8. Et impletum eſt templum fumo à maieſtate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem Angelorum.

VERSVS. 1.

ET vidi aliud ſignum in cælo magnum, & mirabile, Angelos ſeptem, habentes ſeptem plagas nouiſsimas: quoniam in illis conſummata eſt ira Dei. Hîc incipit quinta viſio de ſeptem viſionibus, quas vidit Ioannes, & ei Dominus demonſtrauit. Vnde in quatuor viſionibus prædictis demonſtrauit ſtatum Eccleſiæ vniuerſalis. In tribus ſequentibus ſtatum Eccleſiæ finalis. Vnde Gloſſa. In ſupradictis, in principio primæ viſionis proſequutus eſt ſtatum Eccleſiæ, vſque ad diem iudicii. In his tribus ſequentibus circa tempora vltima moratur. Iſtæ autem tres viſiones ſequentes diſtinguntur. Prima eſt de Angelis tenentibus ſeptem phialas iræ Dei. In quibus continentur ſeptem plagæ. Et hæc viſio refertur ad tempus Antichriſti: ſecunda viſio eſt de capite Babylonis, & beſtię & pſeudo-Apoſtolorum. Et hæc refertur ad tempus extremi iudicij. Tertia viſio eſt de innouatione electorum, & glorificatione bonorum. Et refertur ad ſtatum poſt iudicium. Et licèt de omnibus his aliquid ſuprà fuerit dictum, & de conditionibus conſequentium, & de pœnis eorum, & de præmijs electorum, non tamen per ſe, & principali intentione, ſed ad cautelam, & conſolationem bonorum, & terrorem malorum. Et hîc vſque ad finem intendit ſcribere caſus & plagas, ſiue pœnas malorum, qui erunt tempore Antichriſti, & conſequenter aliorum ei ſimilium. Vnde per ſeptem phialas, quas dicuntur hîc ſeptem tenere Angeli, deſignantur pœnæ, ſiue plagæ iniquorum, qui tempore Antichriſti erunt, de quibus in hac viſione agitur tripliciter; primò per inſpirationem, infrà in decimo nono ca. ſecundò per prædicationem in decimo ſexto cap. ibi, *Et audiui vocem magnam de templo*; tertiò per cauſam inducentem cap. decimo ſeptimo, *& venit vnus de ſeptem Angelis.* Præſens capitulũ diuiditur in quatuor partes: nam primò reproborũ & iniquorum, qui erunt tempore Antichriſti, ſupplicium deſcribitur; ſecundò tangitur remedium, per quod iſtud ſupplicium euaditur, ibi, *Et vidi tanquam mare, poſt hæc vidi, & ecce apertum eſt templum*; tertiò tangitur illarum plagarum annunciatio, ibi, *& erant ſeptem Angeli habentes ſeptem plagas*; quartò malorum obſti-

Ad quodnam tempus hæc viſio refertur.

Diuiſio huius capitis.

natio, ibi, *impletum est templum.*

Dicit ergo, *& vidi aliud signum in cælo*, Ita dixi suprà, quòd in ordinationem Ecclesiæ vniuersalis à principio sui initij, vsque circa finem mundi. Et non solùm hoc vidi, verùm etiam & vidi ordinationem Ecclesiæ à tempore Antichristi, vsque ad statum, in quo remunerabuntur electi. Et primò damnationem malorum, tempore Antichristi, quia *& vidi*, id est, spiritualiter intellexi, vel per reuelationem Dei habui, *aliud signum*, id est, signum aliud significans ab illo, de quo dictum est suprà, cap. decimo, *signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole.* Et benè dicitur illud signum aliud ab illo, quia illud est Ecclesiæ reparatiuum, hoc pœnæ malorum significatiuum.

Ecclesia cælum variis virtutibus sicut syderibus ornata.

Vidi ergo *aliud signum in cælo*, id est, in Ecclesia, virtutum varietate sicut cœlum stellata, & à terrenis eleuata. *Signum* ergo dico, *magnum, & mirabile. Magnum* significatione, *mirabile* dignum admiratione, vel *magnum* ostensione, *mirabile* comprehensione.

Cur septem Angeli: omnes prædicatores intelliguntur.

Dicitur ergo signum in cœlo mirabile, propter repræsentationem, propter Ecclesiæ coronationem, propter potentiæ ostensionem, propter sapientiæ ordinationem. Et quod est signum, quod vidit, statim dicit: *Vidi*, inquit, *Angelos septem habentes septem plagas nouissimas, quoniam in illis consummata est ira Dei.* Per septem Angelos, prædicatores vniuersos intellige: similiter habetur suprà. *Vidi septem Angelos stantes.* Glossa. [septem prædicatores, vnctos septiformi spiritu] Benè dicuntur prædicatores *Angeli*, id est, missi, vel nuncii, quia debent esse nuntij prompti in officiis exequendis, expediti in otijs euitandis, circunspecti in doctrinis explicandis. Sed dicuntur, *septem*, quia docent septem virtutes plantare, septem vitia extirpare, septem Sacramenta prædicare, septem misericordiæ opera clamare, septem beatitudines commendare, septem dona petere, septem dotes pronuntiare:

Vidi ergo istos *Angelos*, seu prædicatores vniuersos, *habentes plagas septem nouissimas*, id est, habentes potestatem prædicandi vniuersas miserias, quibus maximè reprobi tempore Antichristi afficientur. Vnde & hæ plagæ dicuntur nouissimæ, quia illi, qui erunt in illo tempore nouissimo, his ferientur, & percutientur. Sunt autem plagæ septem, quibus plagabuntur reprobi, & iniqui, id est, septem pœnæ inferni. Prima est carentia diuinæ visionis, & hæc est maxima: quod patet, quia positis omnibus aliis pœnis, si homo faciem Dei videret, ad huc gauderet, nec dolorem sentiret. Vnde Fulgentius in Epistola, [Dei faciem si omnes carcere inferni inclusi viderent, nullam pœnam, nullum dolorem, nullamque tristitiam sentirent] De ista pœna dicitur Isai. decimo sexto, *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Secunda est ignis combustionis, Matth. vigesimo quinto, *Discedite maledicti in ignem æternum.* tertia est vermis confusionis, & de his duobus Isa. vltimo, *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Quarta est horror caliginis, Matth. vigesimo secundo, *Mittite eum in tenebras exteriores.* quinta est stridor frigoris Matth. vigesimo quinto *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Fœtus ex calore resoluente, stridor ex frigore con-

Quænam sunt septem plagæ nouissimæ quibus afficientur reprobi.

Isai. 16.

Matth. 25.

Isai. vult.

Matth. 22.

Matth. 25

ſtringente; ſexta eſt fœtor putredinis. Iſai. vigeſimo quinto, *De cadaueribus eorum aſcendet fœtor.* ſeptima eſt terror formidinis. Nam facies vnius & deformitas terrebit alium. Sapientiæ vndecimo, *Perſonæ triſtes apparentes illis terrorem præſtabant.* Vnde & hæ plagæ dicuntur malæ, propter pœnarum acerbitatem; peiores, propter pœnarum diuerſitatem; peſſimæ, propter pœnarum æternitatem.

Iſai. 25.

Sapient. 11

Vidi ſeptem Angelos, id eſt, vniuerſos prædicatores ſeptiformi ſpiritu imbutos, *habentes ſeptem plagas nouiſſimas*, id eſt, habentes poteſtatem prædicandi ſeptem plagas prædictas, quibus percutientur reprobi, qui erunt tempore Antichriſti, & reprobi alij. Quæ dicuntur plagæ nouiſſimæ, quia poſt illas non inferentur aliæ grauiores. Vel nouiſſimæ, quia extremæ, quia in extremo tempore, ſcilicet Antichriſti, maximè prædicabuntur, contra ipſum ſequentes. Et quia maximè tempore Antichriſti illæ plagæ inferni prædicabuntur, ideo prædicatores illius temporis dicuntur illas plagas habere. Et benè dico illas plagas nouiſſimas eſſe, *quoniam in illis conſummata eſt ira Dei:* his enim plagis inferni illatis, non infert Dominus amplius alias in mundo, & ideò his conſummatur ira Dei. In inflictione enim pœnæ apparet ira & vindicta Dei, plagis autem inferni illatis in fine mundi amplius Deus non infliget alias. Et ideo illæ plagæ ſunt nouiſſimæ, quia in illis conſummata eſt ira Dei.

Cur hæ plagæ dicuntur nouiſſimæ.

B

C

D

VERSVS 12.

Et vidi tamquam mare vitreum mixtum igne, Hîc oſtenditur euadẽdi ſupplicium, remedium, ſecundò conſequens gaudium, ibi, *habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moyſi ſerui Dei.* Remedium autem primarium contra plagas prædictas, ſiue contra ſupplicium æternum, eſt Baptiſmus. Et ſicut in mari rubro fuit ſubuerſus exercitus Pharaonis, ſic in Baptiſmo ſubmergitur exercitus peccatorum. In quo apparet quòd Baptiſmus eſt fundamentum victoriæ aduerſus Diabolum, & Antichriſtum, & imitatores ipſorum. Ita dixi, quòd in plagis inferni, quas maximè prædicabunt prædicatores Euangelij tempore Antichriſti, conſummata eſt ira Dei: ſed ſupple, ad euitandas plagas illas eſt remedium, ſcilicet Baptiſmus, ſine quo nullum remedium poteſt eſſe. Quòd patet, quia *& vidi*, id eſt, ſpiritualiter intellexi, *tanquam mare vitreum*, id eſt, Baptiſmum per mare ſignatum, qui eſt remedium contra ſupplicium prædictum. Per mare enim intelligitur Baptiſmus abluens reatum, primæ ad Corint. decimo, *Baptizati ſunt in nube & in mari.* Dicitur autem Baptiſmus *mare*, propter culpæ ablutionem, ſed *mare vitreum*, propter characteris impreſſionem. Diſponit enim character ad gratiam, quæ lux eſt ſpiritualis, ſicut inter diaphana ad receptionem lucis corporalis.

1. Cor. 10.

Cur baptiſmus mare dicitur & non quodlibet ſed vitreum.

Vidi ergo *tanquam mare vitreum*, id eſt Baptiſmum *mixtum igne*, id eſt, Spiritu ſancto, qui confert in Baptiſmo tria, quæ tanguntur hîc, ſcilicet peccatorum remiſſio, ibi, *in mari*, characteris impreſſio, ibi, *in vitro*, gratiæ infuſio, ibi, *igne*, Per mare igitur abluens intelligitur tranſgreſſionis ablutio. Per vitrum tranſparens intelligitur characteris impreſſio, per ignem inflammantem,

Spiritus S. tria confert in baptiſmo & quæ.

tem, gratiæ, vel ſpiritus ſancti infuſio, quæ tria habent eſſe in Batiſmo.

Vidi igitur Baptiſmum, *tanquam mare vitreum igne mixtum.* Et non ſolùm vidi iſtud mare, verùm *& vidi eos, qui vicerunt beſtiam, & imaginem eius, & numerum nominis illius, ſtantes ſuper mare vitreum. Vidi eos, qui vicerunt beſtiam*, id eſt, Antichriſtum, vel Diabolum. *Et imaginem eius*, id eſt, non conformantes ſe vitæ illius, non acquieſcentes eis: ſicut erunt illi, qui nec erunt attracti diuitijs, nec allecti delicijs, nec ſeducti prodigijs, nec fracti ſupplicijs: qui inquam, vicerunt beſtiam, & ſimiles ei. Et etiam vicerunt *numerum nominis eius*, id eſt, multitudinem credentium nomini Antichriſti, qui, inquam, iſtos vicerunt, *vidi ſtantes*, id eſt, firmos in fide, & immobiles; *Super mare vitreum*, id eſt, gratiam Baptiſmi, & fidei in mente habentes, ne cadant.

Quinam victores beſtiæ & imaginis eius.

Vidi igitur iſtos, qui vicerunt Antichriſtum, & Diabolum, *ſtantes ſuper mare vitreum.* Hîc nominantur tria, quibus viri ſancti vicerunt, & vincere potuerunt Antichriſtum, ſcilicet ſoliditas perſeuerantiæ, ibi, *ſtantes*; Sinceritas innocentiæ, ibi, *ſuper mare*, claritas luminis gratiæ, ibi, *vitreum.*

Tria ſunt quibus vincere poſſumus aduerſarios.

Vidi ergo qui ſic vicerunt Antichriſtum, & Diabolum, ſtantes ſuper mare, & vincentes *vidi habentes citharas Dei*, id eſt, carnis mortificationem. Vnde nota quòd in cithara duo ſunt, lignum & chordæ. Per lignum deſignatur duritia, quæ eſt in pœnitentia: per chordas intelliguntur membra hominis, quæ omnia debent tendi per mortificationem. Ille benè citharizat, qui carnem ſuam chordis pœnitentiæ caſtigat, & domat:

Bene citharizat qui carnem ſuã cordis pœnitentia caſtigat.

Vidi ergo iſtos *habentes citharas Dei*, id eſt, carnem ſuam pœnitentiâ domantes, & macerantes, iuxta mandatum & exemplum Chriſti. Et dicit in plurali *citharas*, quia pluribus modis mortificatio fit carnis, ſcilicet ieiuniis, vigiliis, diſciplinis, &c. Vel pluraliter dicit *citharas*, quia triplex eſt cithara. Prima carnis mortificatio, quæ tot habet chordas, quot modis caro affligitur; ſecunda cordis compaſſio, quæ tot habet chordas, quot modis proximo ſubuenitur; tertia oris prædicatio, quæ tot habet chordas quot prædicantur, ſcilicet quatuor virtutes, vitia, pœna, gloria. Vidi ergo vincentes Antichriſtum, & Diabolum, habentes citharas Dei, & non ſolùm hoc, verùm

Pluribus modis fit mortificatio.

VERSVS. 3.

Et cantantes canticum Moyſi ſerui Dei, id eſt, cum gaudio & lætitia adimplentes decem præcepta Decalogi, quæ data fuerunt Moyſi ſeruo ſpecialiſſimo Dei. Gloſſa [adimplentes veterem legem, quæ eſt exultatio benè intelligentibus. Exod. decimo quinto, *canremus Domino gloriosè*, &c.] Et non ſolùm vidi iſtos cantantes canticum Moyſi, id eſt, cum lætitia adimplentes decem præcepta veteris Teſtamenti, verùm etiam *cantantes canticum Agni*, id eſt, cum gaudio adimplentes præcepta noui Teſtamenti, cuius author fuit Agnus, filius Dei viui. Cantabant iſti ſtantes ſuper mare vitreum, vincentes Diabolum, & Antichriſtum, canticum Moyſi, & canticum Agni dicentes:

Exod. 15.

Quinam benè concinunt canticum Moyſi & Agni.

Magna & Mirabilia opera tua Domine, Deus omnipotens: iuſtæ & veræ viæ tuæ, Rex ſæculorum; Dicen-

tes, inquam, corde, ore & opere. A Hæc enim debet esse dictio Christiana: *magna & mirabilia opera tua*: magna in creatione; mirabilia in redemptione; vel magna quantitate, & numerositate; mirabilia speciositate, & vtilitate: ex quibus apparet, quòd tu, Domine, qui fecisti hæc, *es Dominus Deus Omnipotens.* Ex magnitudine mundi apparet Dei potentia, & ideo omnipotens; ex pulchritudine, Dei sapientia, & ideò dicitur *Deus*; ex vsu, & vtilitate, B Dei clementia, & ideo dicitur, *Domine*. Vnde à magnitudine creaturæ sumitur hoc nomen *omnipotens*; à pulchritudine creaturæ *Deus*; ab vtilitate creaturæ, *Dominus*.

Ex quibus apparet omnipotentia Dei, illius sapientia & clementia.

Ergo *magna & mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens.* Et non solùm hoc, imò *iustæ & veræ viæ tuæ, Domine, Rex sæculorum:* iustæ & veræ viæ, & opera tua, & mandata tua, quibus tu venis ad nos, & nos venimus ad te: iustæ inquam, sunt istæ viæ, scilicet opera & mandata tua, quia vnicuique reddent secundùm eorum merita, præmia, vel supplicia: veræ etiam sunt, quia veraciter reddunt quod promittunt.

Mediis mandatis Dei ad ipsum venimus & ille ad nos.

Iustæ igitur, *& veræ sunt viæ tuæ, Domine Rex sæculorum*, & rector & Dominus eorum, qui in sęculis, vel temporibus sæculi fuerunt. Ex quo ergo tu es Dominus Deus omnipotens, fecisti magna & mirabilia tua, ex quo vlæ tuæ iustæ & veræ, ex quo tu es *Rex omnium sæculorum*, id est, eorum, qui sunt in cælo, in mundo, in inferno.

VERSVS 4.

Quis non timebit te, Domine, scilicet offendere; & contra præcepta tua ire. Certè omnes debent eum timere, & ei seruire timore filiali. Psal. 2.

Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: & ex quo etiam à te magnitudo, pulchritudo, bonitas, & vtilitas omnis, quis est, qui *non magnificabit nomen tuum*, credendo corde, confitendo ore, complendo opere? Certè omnes debent magnificare, quia magna & mirabilia fecit Dominus, Psal. *Magnificate eum omnes populi, & benedicite Domino*: quia omnes populi debent te timere, & magnificare, *quia tu solus pius es.* Et benè dico quòd *pius es*, & gratis saluas, quod apparet in hoc, *quoniam omnes gentes*, id est, aliqui de omnibus gentibus, *venient* passibus bonorum affectuum, & bonorum operum; *& adorabunt*, scilicet cultu latriæ, *in conspectu tuo*, scilicet in cœli solio, Et ideò ex hoc, Domine, quòd tu saluas aliquos ex omnibus gentibus, apparet quòd pius es. Et benè dixi suprà, Domine, quòd tu es timendus, quod apparet ex hoc, *quoniam iudicia tua manifesta sunt*, scilicet quibus bonos eligis, malos reprobas, & confundis, humilias, & flagellas.

Quomodo nomen Dei magnificandum.

Psal. 33.

Ergo timendus es, Domine, à bonis ex amore, & à malis saltem ex timore, *quoniam iudicia tua manifesta sunt.* Sed quomodo dicit manifesta esse iudicia Dei, cùm Apostolus ad Rom. vndecimo dicat, quòd incomprehensibilia sunt, & vt sic ignota? Respondeo, quòd sunt ignota quoad causam, non quoad actum, Iob. *nihil in terra sine causa fit.* Vel dicendum quòd Dei iudicia nunc incomprehensibilia sunt & ignota, tunc autem in fine erunt aperta & manifesta.

Si iudicia Dei sunt incomprehensibilia, quomodo manifesta. Rom. 11.

Iob. 5.

VERSVS. 5.

Et post hæc vidi, & ecce apertũ est templũ tabernaculi in cælo. Suprà descripti

sunt Angeli, vel prædicatores Euã- A gelici, habentes potestatem inferendi, vel prædicandi plagas, siue pœnas, supradictas. Hic insinuatur authoritas vtendi potestate illa ad infligendum illas plagas : & primò describitur templi apertio, in quo tangitur insinuatio ; secundò tangitur quibus facta est insinuatio, ibi, *& exierunt septem Angeli habentes septem plagas* ; tertiò ostendit pro quo debet fieri inflictio, ibi, *& vnus ex quatuor animalibus dedit septem Angelis* ; quartò quibus homi- B nibus fienda sit plagarum inflictio, ibi, *& impletum est templum Dei fumo.*

Dicit ergo, *& post hæc vidi, & ecce templum testimonij in cœlo.* Ita dixi, quòd *vidi septem Angelos*, id est, prædicatores vniuersos, septiformi spiritu imbutos ; *habentes septem plagas nouissimas*, id est, habentes potestatem prædicandi septem pœnas inferni, contra Antichristum, & se- C quentes ipsum. Et non solùm habentes potestatem illis pœnas prædicandi : verùm etiam authoritatem, officium exercendo, & illas plagas prædicando, affligendi, quia *& post hæc vidi*, id est, post prædicta intellexi ; *& ecce*, præsentialiter, & quasi visibiliter ; *apertum est templum*, id est, reuelata sunt mysteria de Christo, qui est verum templum nostrum. Vnde & ipse ait de seipso, D *Soluite templum hoc, & in triduo reædificaboillud*, Templum etiam est secretum diuinum, vt Christus, vel Scriptura sacra, quæ ante aduẽtum multùm erat clausa, & multùm secreta, sed per proprium quod erat in illa secretum, & figuratum fuit dictum templum : nam ipse est, qui aperuit librum, suprà quinto cap.

Christus verum sua Ecclesia templum mysticum.

Apertum est igitur *templum testimonii*, id est, Ecclesiæ, in qua est fidelium habitatio sicut in tabernaculo. Quæ, inquam, dicitur tabernaculum testimonij, quia in illo tabernaculo verum testimonium perhibetur Deo Patri & Filio, & Spiritui sancto. Et hoc in cœlo, nam testimonium Ecclesiæ fertur in cœlo gloriæ, & Trinitatis æternæ, vel per tabernaculum testimonij potest intelligi sacra Scriptura, quòd continet, ergo vera quoт verba domus Dei.

Cur Ecclesia dicitur tabernaculum testimonii.

VERSVS. 6.

Et exierunt septem Angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo & candido. Hîc ostenditur quibus fit insinuatio de cœlo, vt infligant prædictas pœnas promittendo, & officium prædicationis exequendo : & hîc primò describit numerum istorum ; secundò, sufficientiam eorum, exequendo imperium diuinum, ibi, *vestuti lapide mundo & candido.* Ita dixi, quòd *vidi templum testimonij*, id est, tabernaculi, *apertum*, id est, Christum, vel Ecclesiam, vel sacram Scripturam : & non solùm hoc, verùm *& vidi*, quòd *septem Angeli habentes septem plagas*, id est, prædicatores vniuersi septiformi spiritu imbuti, *habentes* potestatem prædicandi *septem plagas*, vel pœnas inferni, sicut suprà dictum est.

Vidi, inquã, quòd isti *Angeli exierunt de templo*, id est, à Christo, à quo missi sunt. Sicut enim dicitur quòd hi exierunt à Rege, quando mittuntur à Rege, sic dicitur quòd prædicatores exierunt de templo, id est, à Christo, quia missi sunt à Christo. In quo designatur autho-

ritas prædicandi, ſcilicet quòd prę- dicatores debent eſſe mundi, & puri. Nam ſecundùm Gregorium [Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur] Ideo ſtatim oſtendit quales fuerunt iſti Angeli prædicatores Euangelici à Deo miſſi; Et dicit quòd *exierunt*, ad prædicandum; ad diuinum officium implendum; ad ignaros informandum; ad malos terrendum.

Nota inde quod, *Veſtiti lapide mundo & candido*, id eſt, interiori puritate, *candido*, id eſt, exteriori caſtitate, vel honeſtate; ſic enim debet eſſe veſtitus prædicator Euangelicus *lapide*, fidei firmitate, *mundo*, interiori puritate, *candido*. exteriori honeſtate. Vel *exierunt veſtiti lapide*, id eſt, Chriſto. *Petra autem erat Chriſtus*. *Candido* per innocentiam, *quia peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius*. *Candido* per ſapientiam, Sap. ſeptimo. *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula*: vnde prædicatores debent eſſe veſtiti iſto lapide mundo & candido, ſcilicet veſtiri & inſigniri interiùs & exteriùs, vt poſſint à Chriſto dici veri Chriſtiani, tenendo nomen Chriſti in corde, & opere, ſicut prædicant ore. Aliter, coram ipſo in extremo iudicio apparebunt veſtiti *lapide* per patientiam, *mundo* per cõtinentiam, *candido* per bonam famam.

Qualibus indui debet concionator euangelicus.

Chriſtus lapis candidus & mundus.

Sap. 7.

Exierunt ergo iſti prædicatores Euangelici, *veſtiti lapide mundo & candido*: & non ſolùm ſic veſtiti, verùm *& præcincti circa pectora zonis aureis*, præciñcti, id eſt, ligati circa pectora, à quibus procedunt affectiones, & cogitationes: vidi, inquam, quòd pradicatores Euangelici à Chriſto miſſi, erant *præcincti*, id eſt, ligati *circa pectora zonis aureis*, id eſt, cogitationibus mundis & puris, & ſanctis deſideriis, quibus cor reſtringitur, & corpus à fluxu malarum cogitationum, & carnalium affectuum: innuens ex hoc quòd prædicator Euangelicus non ſolùm debet eſſe ornatus exteriùs in corpore, ſed interiùs in mente, ornatus exteriùs in veſtitu, ornatus interiùs in præcinctu.

Zonis aureis circa pectora cingantur concionatores euangelici.

Hi ergo dicuntur præcincti *circa pectora*, per interiorem mentis ſanctimonium, ad Epheſ. ſexto, *ſtate ſuccincti*; circa pectora per interiorem mentis ornatum, *lumbos mentis veſtræ, zonis aureis*, per charitatis concordiam, ad Coloſſ. *Super omnia charitatem fraternitatis habentes, quod eſt vinculum perfectionis*. Aureæ etiam dicuntur zonæ prædicatorum, quia cogitatioues eorum debent fabricari ex auro charitatis, quia circa amorem Dei & proximi omnes cogitationes & omnia deſideria eorum debent verſari.

Epheſ. 6.

Concionatoris deſiderium ſit de dilectione Dei & proximi.

VERSVS. 7.

Et vnum ex quatuor animalibus dedit ſeptem Angelis ſeptem phialas aureas, plenas iracundia Dei viuentis in ſæcula ſæculorum. Hîc oſtenduntur pœnæ, & pro quibus debent infligi. Ita dixi, quòd *Angeli ſeptem habentes plagas ſeptem exierunt de templo*, id eſt, miſſi fuerunt à Chriſto, ad prædicandum ſeptem plagas Inferni, contra Antichriſtum, & alios perſequẽtes Eccleſiam Dei. Sed exierunt, ſupple, quia *vnum ex quatuor animalibus*, id eſt, Chriſtus, qui fuit homo naſcendo, vitulus moriendo, leo reſurgendo, aquila, aſcendendo; vel vnum de quatuor animalibus dicitur concordia & vnitas quatuor Euangeliſtarum: *vidi*, inquam, quòd iſtud animal, ſcilicet Chriſtus, vel Euan-

Chriſtus quomodo homo, leo aquile vitulus.

geliſtarum cœtus, *dedit ſeptem Angelis*, id eſt, prædicatoribus ſeptiformi ſpiritu imbutis, *ſeptem phialas*, id eſt, abundantiam doctrinæ, ſine quibus phialis nullus poteſt prædicationis officium vtiliter exercere. Vnde notitiæ ſacræ Scripturæ dicuntur phialæ clauſæ inferius, quantùm ad deſpectum terrenorum. Docet namque ſacra Scriptura terrena deſpicere, & ad cœleſtia eleuari. Dicuntur in ſacra Scriptura eſſe phialæ ſeptē, quia docet ſeptem virtutes plātare, ſeptem beatitudines commendare, ſeptem vitia extirpare, ſeptem dona petere, ſeptem plagas prædicare.

Quid Scriptura ſacra docet.

Vnde nota quòd eſt phiala deuotionis, quâ potatur Deitas; compaſſionis, quâ potatur proximus: contemplationis, quâ potatur animus; prędicationis, quâ potatur auditus. Prima fragrat puritatem reſpectu dei, ſecunda pietatem in conſpectu proximi, tertia veritatem in conſpectu ſui; quarta charitatem in reſpectu coniuncti. De primo ſuprà, *phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationis Sanctorum.* De ſecundo Iudith 2. *In phiala principum obtulit butyrum.* De tertio Zachariæ decimo quarto, *Erunt lebetes, in domo Domini quaſi phialæ.* De quarto in propoſito. *Dedit ſeptem Angelis ſeptem phialas aureas plenas iracundia Dei viuentis in ſæcula ſæculorum.* Bonæ phialæ, id eſt, doctrinæ prædicatorum dicuntur aureæ, propter luminoſitatem internæ irradiationis, Sapi. *Impleuit eum ſpiritu ſapientiæ & intellectus*; ſed plenæ iracundia Dei, propter ſeueritatem damnationis. Diuina enim prædicatio quibuſdam denunciat Dei miſericordiam, quibuſdam Dei iracundiam, vel vindictam, iuxta illud ſecundæ ad Corinth. ſecundo, *Alijs*

Plures phialæ myſticæ.

Iudich. 2.

Zach. 14.

2. Cor. 2.

A *ſumus odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem*, Peccatoribus plenè annunciant prędicatores iram Dei. Pſalm. *Effunde iram tuam in gentes, quę te non nouerunt, & in regna, quę nomen tuum non inuocauerunt.* Pſal. 78.

Dedit ergo prædicatoribus *ſeptem plagas* inferni contra reprobos, qui erunt tempore Antichriſti, *& ſeptem phialas aureas plenas iracundia Dei viuentis in ſæcula ſæculorum.* Quaſi diceret, quod loquuntur prędicatores de plagis inferni peccatoribus B infligendis, non habent à ſeipſis, ſed aſſumunt à Chriſto, vel à doctrina quatuor Euangeliſtarum, quam vnum de quatuor Animalibus dedit illis.

VERSVS 8.

Et impletum eſt templum Dei fumo à maieſtate & virtute eius. Hic oſtendit quibus fienda eſt prędictarum plagarum inflictio. Et oſtendit C quòd ſpecialiter hominibus excęcatis fumo ignorantiæ, vel doctrinę coronę. Ita dixi, quòd Angeli, ſiue prædicatores Euangelici, exeuntes de templo ad prædicandum plagas inferni, *habebant phialas*, id eſt, doctrinas, *plenas ira Dei.* Sed cùm ſic prędicarent, *Impletum eſt templum Dei*, id eſt, Eccleſia, *fumo*, id eſt, cæcitatę ignorantiæ, quoad peruerſos, nolentes veritatem ſacræ Scripturæ intelligere. Vnde quia no- D lunt videre ſacræ Scripturæ myſteria remanebunt in ſua cæcitate, fumo ignorantiæ cæcati. Vnde licèt templum & diuinum myſterium ſit apertum fidelibus, & ſanctis, eſt tamen fumo ignorantiæ impletum, & clauſum malignis.

Qui renuit veritatem ſacræ Scripturæ intelligere, hic verè cæcus eſt.

Et hoc factum eſt *à maieſtate Dei, & virtute eius*, id eſt, à Deo ineffabiliter, potenter, prudenter diſ-

ponitur, vt maiestas inferatur ad reuelationem factam bonis, & virtus ad occultationem factam malis: tam enim reuelatio, quàm occultatio fit à Deo. In reuelatione apparet maximè Dei maiestas, bonitas, & condescédentia. In occultatione & malorũ excæcatione, diuinæ virtutis potentia: & ideo dixit, quòd *implebatur templum Dei fumo*, ignorantiæ quoad malignos

nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum, *nemo* scilicet peruersus, & de numero reproborum, *poterat introire in templum*, id est, diuina mysteria intelligere, Sap. secundo, *Excæcauit enim eos malitia eorum. Donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum*, id est, donec cõpletæ essent cõminationes vniuersorum prædicatorum, de malis puniendis, & in infernum æternaliter concludendis. Tunc enim sensus & experientia pœnarum faciet illos intelligere mysteria scripturarum; illa scilicet mysteria de plagis, & de pœnis damnatorum. Nunc enim maligni nolunt intelligere plagas inferni, imò dicunt non esse, sed cùm consummabuntur in eis istæ plagæ, tunc poterunt templum introire, & diuina mysteria de illis plagis intelligere. Vnde Gregorius [Pœna aperit oculos, quos prosperitas clausit] Vnde cùm reprobi erunt in inferno cognoscentes mysteria Dei, sensuali experiẽtia, quoad pœnas tormentorum, dicent de his, qui erunt in Paradiso: *Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est.* Vnde mordebunt linguas suas.

Sapien. 2.

Qui hic negligit comminationes pœnarum Inferni, eas in futuro sæculo experietur.

Apertum est templum tabernaculi testimonij. Beatus Ioannes, quia quantò diuinorum secretorum conscius, tantò secretioris consilij, scilicet incarnationis Verbi mysterium cæteris pleniùs dignoscitur explicasse. De hoc solemni & sublimi mysterio, nobis proponit verbum istud.

Tiremus potest esse de incarnatione verbi diuini.

Et apertum est, inquam, *templum tabernaculi testimonij*. Et quoniam in Incarnationis verbi mysterio tria nexu harmonico coniunguntur; Perfecti operis certitudo; Miræ propaginis habitudo; concepti germinis celsitudo: hinc est quòd in verbo proposito, ad huius sacri mysterii declarationem assumpto, tria per ordinem explicantur, scilicet fœcunditas intactæ Virginis, Virgo mirabilis inuiolæbili apertura, ibi, *Apertum est*; Nobilitas altæ propaginis, propago nobilis in templi natura, ibi, *templum*; Dignitas producti germinis, productio vtilis in tabernaculi sculptura, ibi, *tabernaculi testimonii.*

Tria in incarnatione coniuncta.

Circa primum, vbi describitur fœcunditas intactæ Virginis in admirabili apertura, cui coniuncta est clausura, nam fuit aperta per fœcunditatem, quæ tamen mansit clausa per virginitatem. Vnde apertio nihil aliud est quàm fœcundatio, vel spiritus propagatio. Spiritus autem sanctus accedens ad Virginem, ipsam aperuit fœcundando, & præparando, vt esset triclinium mirandæ nouitatis, ad quiescẽdum per damnantis maculæ purgamentum; sacramentum lucidæ sanctitatis, ad informandum per decorantis innocentiæ ornamentum; palatium placidæ vbertatis, ad nutriendum, per dulcorantis gratiæ condimentum. De his tribus Isaiæ quadragesimo quinto. *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Ecce triclinium mirandę

Virgo quomodo templum dicitur apertũ.

Isai. 45.

nouitatis; *Iustitia oriatur simul*; Ecce palatium placidæ vbertatis; *Ego Dominus creaui eum*; Ecce sacramentum lucidæ sanctitatis:

Qualiter fabricatum sit templum mysticum nempe maria.

Circa secundum, vbi describitur nouitas altæ propaginis in templi natura, cùm dicitur, *templum*, Sciendum quòd istud templum fuit, & est nobilitatum, quia ex causa gratiosum, ex materia pretiosum, ex forma speciosum. Ex causa gratiosum, quia huius templi fuit causa ros emundans, nubes abundans, imber fœcundans. Ex materia prętiosum, quia fundatum in sapphiro virtuoso, quia ædificatum in solio glorioso, quia fabricatum pro palatio fructuoso. De his tribus Reg. sexto, *Nihil erat in templo, quod non tegeretur auro*, gratioso, pretioso, speciosо: Ex forma speciosum, quia disponitur in mensuris, depingitur celaturis, intitulatur scripturis. 3. Reg. 6.

Circa tertium, vbi describitur dignitas producti germinis in tabernaculi structura, cùm dicitur, *tabernaculi testimonii*, id est, humanitatis Christi, Sciendum quòd tabernaculũ humanitatis Christi, quod fuit repositum in templo virginalis uteri, fuit indissolubiliter coniugatum copulâ diuinitatis; fuit diligenter conseruatum, tutela Trinitatis; fuit venerabiliter sublimatũ in dextera maiestatis. De isto tabernaculo ad Heb. nono, *Christus assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis.* Vel de ijs tribus in Psalm. *In sole posuit tabernaculum.* Ecce copulata diuinitas, tunc enim posuit tabernaculum in sole, quando vniuit tabernaculum humanitatis cum sole diuinitatis. Sequitur, *exultauit vt gigas ad currendam viam*, ecce tutela Trinitatis. *Occursus eius vsque ad summum eius.* Ecce qui sedet in dextera maiestatis. Hebr. 9. Psal. 18.

SYNOPSIS CAPITIS DECIMI SEXTI.

AD septem phialarum effusionem in orbem, multa, eáque miranda prodigia contigerunt, nam cùm primus Angelus phialam effudit, vulnera sæua & pessima produxit: cùm secundus secundam, mare: cùm tertius tertiam, flumina & fontes vertit in sanguinem; cùm quintus quintam; efficit regnum Antichristi tenebrosum & doloroſum: cùm sextus sextam, siccat Euphratem, vt congregentur reges, & cadantur à Deo in Armagedon: cum septimus septimam, induxit fulgura, tonitrua, terræ motus & grandinem.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

1. ET audiui vocem magnam de templo, dicentem ſeptem Angelis: Ite, & effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram. 2. Et abiit primus, & effudit phialam ſuam in terram: & factum eſt vulnus ſæuum & peſsimum in homines, qui habebant characterem beſtiæ; & in eos, qui adorauerunt imaginem eius. 3. Et ſecundus Angelus effudit phialam ſuam in mare, & factus eſt ſanguis tamquam mortui: & omnis anima viuens mortua eſt in mari. 4. Et tertius effudit phialam ſuam ſuper flumina, & ſuper fontes aquarum, & factus eſt ſanguis, 5. Et audiui Angelum aquarum dicentem: Iuſtus es Domine, qui es, & qui eras ſanctus, qui hęc iudicaſti: 6. quia ſanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderunt, & ſanguinem eis dediſti bibere: digni enim ſunt. 7. Et audiui alterum ab altari dicentem: Etiam Domine Deus omnipotens, vera & iuſta iudicia tua. 8. Et quartus Angelus effudit phialam ſuam in Solem, & datum eſt illi æſtu affligere homines, & igni: 9. Et æſtuauerunt homines æſtu magno, & blaſphemauerunt nomen Dei habentis poteſtatem ſuper has plagas, neque egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam. 10. Et quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ: & factum eſt regnum eius tenebroſum, & commanducauerunt linguas ſuas præ dolore: 11. & blaſphemauerunt Deum cæli, præ doloribus & vulneribus ſuis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus ſuis. 12. Et ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum Euphraten: & ſiccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu Solis. 13. Et vidi de ore draconis, & de ore beſtiæ, & de ore pſeudo-prophetæ ſpiritus tres immundos in modum ranarum. 14. Sunt enim ſpiritus dæmoniorum facientes ſigna, & procedunt ad reges totius terræ, congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei. 15. Ecce venio ſicut fur. Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. 16. Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armagedon. 17. Et ſeptimus Angelus effudit phialam ſuam in aërem: & exiuit vox magna de templo à throno, dicens: Factum eſt. 18. Et facta ſunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræ motus factus eſt magnus, qualis numquam fuit, ex quo homines fuerunt ſuper terram: talis terræmotus, ſic magnus. 19. Et facta eſt ciuitas magna in tres partes: & ciuitates Gentium ceciderunt: &

Babylon

Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius. 20. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. 21. Et grando magna sicut talentum descendit de cælo in homines, & blasphemauerunt Deum homines, propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer.

VERSVS 1.

ET audiui vocem magnam de templo dicentem septem Angelis, ite & effundite septem phialas iræ Dei in terram. Et hæc secunda pars huius visionis, in qua postquam in præcedenti capite fuit ostensa damnatio reproborum tempore Antichristi, per inspirationem, ostenditur damnatio eorumdem per prædicationem. Vnde hîc introducuntur septem Angeli, per quos designantur septem ordines prædicantium in septem vniuersę statibus Ecclesię; & septem phialæ, per quas intelliguntur septem pœnæ; & septem loca, per quæ intelliguntur reproborum actiones peruersæ. Vnde hîc agitur principaliter de afflictione pœnatum ipsorum reproborum. Vnde præsens caput in duas partes diuiditur: primò præmittitur pœna persequentium Ecclesiam ab initio vsque ad finem: secundò illorum qui erunt circa finem, ibi, *& quintus Angelus effudit phialem suam.* Item primò tangitur visio: secundò executio, ibi, *abiit primus Angelus, & effudit phialam suam in terram.* Vnde præsens caput potest diuidi in septem partes, per septenarium numerum Angelorum effundentium phialas suas.

Diuisio capitis.

Dicit ergo, *Et audiui vocem magnam*, &c. Ita dixi suprà, quòd *vidi Angelos septem*, id est, prædicatores vniuersos, tali numero designatos suprà, *tenentes septem phialas iracundiæ Dei*, id est, habentes doctrinas, quibus prædicabant septem plagas inferni superiùs dictas. Est enim phiala prędicatorum doctrina: quæ dicuntur septem, quia habent septem virtutes plantare, septem dona annunciare, septem vitia extirpare, septem plagas inferni prędicare. Et non solùm hoc vidi, verùm etiam *audiui vocem magnam*, id est, diuina veritate interiùs inspirante intellexi. Vnde nota quòd vox diuina aliquando dicitur inspiratio intrinseca, quæ etiam dicitur magna, propter loquentis authoritatem, vt hîc, *audiui vocem magnam*; prædicatio extrinseca, quę etiam magna, propter rei locutę sublimitatem; ostensio forinseca, quę etiam dicitur magna, propter modi loquendi claritatem, id est, inspirationem diuinam intrinsecam: *de cælo*, hoc est, procedentem de diuino secreto, vel ab Angelo; vel de templo, scilicet à Christo Deo & homine vero, Ioann. secundo, *Soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud.*

Phiala aurea prædicatoris euangelici doctrina.

Vox diuina multiplici ter sumitur

Audiui ergo *vocem* istam *dicentem septem Angelis*, id est, prædicatoribus vniuersis, qui dicuntur Angeli propter eminentem conuersationem,

Concionator euangelicus cur Angelus.

Matth. 22. Matth. *Non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cælo*, propter excellentem cótemplationem. *Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cælis est*, propter vigilantem speculationem, Psal. *Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis*: propter expeditam annunciationem, ad Hebr. primo, *Omnes sunt administratorij spiritus*, &c. Isai. *Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam.* Prædicatores ergo rectè Angeli, dicuntur propter ista, sed dicuntur septem, quia debent esse septiformi gratia imbuti, vel quia habent septem virtutes plantare, septem dona prædicare, &c. Sicut dixi priùs.

Psal. 90.

Hebr. 1.

Isai. 18.

Audiui ergo *vocem de cælo dicentem septem Angelis*, id est, prædicatoribus vniuersis, quid? *Ite & effundite septem phialas iræ Dei in terram.* Hîc ostenditur Angelorum, vel prędicatorum missio. In quo notatur quòd nullus debet se ingerere, nisi mittatur, ad Rom. quomodo prædicabũt nisi mittãtur? Ite ergo vos prædicatores ad consolandũ bonos, ad cóminandũ malos, ad docendũ cunctos: *ite & effundite*, id est, effundendas denunciate, quid? *septem phialas iræ Dei in terram*, id est, vniuersas pœnas inferni peccatoribus huius mundi, terræ adhærentibus: id est, terram sapientibus, atque cælestia contemnẽtibus. Quasi diceret, annunciate pœnarum infligendarum vniuersitatem in terram, hoc est, in homines terrenos, suprà octauo, *Væ, væ, væ. habitantibus in terra*, propter numerum ternarium, de quo Ioannes in Canonica sua: *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* Ergo væ auaris, propterignem cupiditatis, væ immundis, propter sulphuris iniquitatem, væ superbis propter fumum fastuositatis. Vos ergo prædicatores his terrenis, *effundite phialas iræ Dei.*

Concionator non prædicet nisi legitime missus.

Rom. 10.

1. Ioan. 2.

Et nota quòd septem Angeli, sicut signant vniuersos prædicatores, sic septem phialæ iræ Dei, septem plagas, vel pœnas inferni. *Quibus peccatoribus præcipue annuntiatur.*

Loca vbi istæ phialæ effunduntur, septem status hominum, septem phialæ, vel plagæ septem, vel septem pœnæ inferni sunt superiùs enunciata: prima est carentia diuinæ visionis, secunda ignis combustionis, tertia vermis corrosionis, quarta horror caliginis, quinta stridor frigoris, sexta fœtor putredinis, septima terror formidinis. Hæ phialæ, vel plagæ effunduntur septem statibus hominum: status primus est Iudæorum, secundus Gentilium, tertius Hæreticorum, quartus falsorum fratrum, quintus Pseudo-Apostolorum, sextus Antichristianorum, septimus dæmonum. His infliguntur pœnæ prædictæ. *Septem præcipua pœnæ inferni.*

VERSVS. 2.

Et abijt primus Angelus, & effudit phialam suam in terram. Hîc describitur præcepti executio. Vnde in hac parte reuelatur damnatio reproborum, per apertam prædicationem. Ita dixi, quòd præcepit septem Angelis tenentibus septem phialas Iræ Dei, vox quam audiui, vt irent & effunderẽt super terram: quod præceptum impleuerũt: nam *& primus Angelus*, hoc est prædicatorum cœtus, *abiit*, id est, præcipienti & imperanti Deo obtemperauit: vel *primus Angelus*, id

est, primus prædicatorum cœtus, iracundiam Dei contra reprobos prædicantium, *abijt*, id est, præceptum Domini impleuit cótra malè obedientes, & de die in diem procrastinantes, *abijt*, inquam, *& effudit phialam*, id est, imminentem Dei irã prædicauit & enunciauit, *in terram*, id est, Iudæos cupidos & auaros: primus enim Angelus, id est, primus prædicatorum cœtus, nempe Apostolorum pœnam futuram an nunciauit in Iudæos, qui noluerũt recipere eorum doctrinam, qui meritò terræ comparãtur, quia cœlestia amiserunt, terrena amauerunt, terram in promissione acceperunt: super hanc terram, inquam, incultam, & petrosam, effudit primus Angelus phialam iræ Dei, dicendo, *progenies viperarum. quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?* Matth. tertio. Vel *primus Angelus effudit phialam iræ Dei super terram*, id est, super homines gulosos, qui deuorãt quicquid gignitur eis in terra, qui nunquam satiantur aquis, id est, deliciarum affluentia, Prouerb. vltimo.

In quos prima phiala ira Dei effunditur.

Cur Iudæi terræ comparantur.

Matth. 3.

Effudit ergo hic *Angelus*, scilicet Apostolorum cœtus, *phialam suam*, id est, denunciauit iram Dei futuram in terram, id est, in Iudæos cupidos, & auaros, cœlestia relinquẽtes, & terrena amantes, Et benè dico, quòd effudit hanc phialam super terram, quia *& factum est vulnus sæuum*, scilicet in ipsos Iudæos, quia per ipsos Romanos fuerunt destructi, & per vniuersum mundum dispersi: *& pessimum*, quia à Deo sunt reprobati: est enim pœna illorum mala, propter acerbitatem, peior propter diuersitatem, pessima propter æternitatẽ, Ierem. tertio, *insanabilis est fractura tua, pessima plaga tua*: vnde super Iudæos *factũ est vulnus sæuum, pessimum*; quia seipsos in naturalibus vulnerauerunt, proximos oderunt, quia Deum contempserunt.

Ierem 3.

Sed quia aliqui Iudæorum receperunt prędicationem Apostolorũ, ne intelligatur hæc effusio iræ Dei super omnes Iudęos; ideo addit, quia istud sæuum & pessimum solum factũ est, *in homines qui habent characterem bestiæ*, id est, impressionem Diaboli, & similitudinem Antichristi in expugnando veritatem, & doctrinam Christi, sicut fecerũt, & adhuc faciunt Iudæi cæci, & obstinati, *& eos qui adorauerunt bestiam, & imaginem eius*, id est, in illos Iudæos, qui obedierunt Antichristo, & præcursoribus eius, qui licèt nondum essent, quando Apostoli prædicabant Iudęis, tamen ministros eius se esse cófidebant, quia nomen Christi suffocabant, Christo contradicebant, veritatem negabant, & ita ante aduentum Christi sic ministri erant, ac sic bestiam, scilicet Antichristũ, & eius imaginem, adorabant, & adhuc hanc bestiam venerantur, quia Messiam venturum pręstolantur: vnde Antichristum sicut Prophetam in lege promissum recipient, & adorabunt vestigia pedum eius.

Cæcitas & obstinatio Iudæorum.

In eos ergo homines, id est, in Iudæos, humum & terrena sapientes, *qui habent characterem bestiæ*, id est, similitudinem Antichristi, per infidelitatem, *& adorauerunt imaginem eius*, per vitæ conformitatem, *factum est vulnus*, &c. vel in homines, scilicet gulosos, *qui habent characterem bestiæ*, id est, similitudinem Antichristi in errore fidei, quia sicut Antichristi, qui non est Deus qui delectatur carnalibus voluptatibus, Deũ

Gulæ dediti habent characterem bestiæ.

reputant, ponunt enim Deum in delectationibus carnalibus, *qui etiam adorauerunt imaginem bestiæ*, per conformationem, quia Antichristus & eius præcursores delectationibus carnalibus multos seducent, quos gulosi iam habent, super istos, inquam, gulosos homines, *factum est vulnus sæuum*, in subtractione superfluitatis, sæuius in subtractione delectabilitatis, sæuissimum, vel pessimum, in subtractione necessitatis: nam gulosi alimentum appetunt ad necessitatem, ad delectationem, ad delectabilitatem, ad superfluitatem. Et ideo in subtractione istorum triũ fit vulnus sæuum, sæuius, sæuissimũ. Vnde Augustin. in quodam ser. [Gula & ebrietas mater cædis, parens litium, furoris genitrix, petulantiæ magistra: hanc qui habet, se non habet; hanc qui habet, homo non est; hanc qui habet, peccatum non facit, sed ipse peccatum est. Ebrietas dæmon blandus est, venenum dulce, rabies voluntaria, irritatus hostis,] ergo super istos gulosos factum est vulnus sæuum & pessimum.

Carnalis delectationem corpoream illicitam Deum reputat.

S. Augustin.

VERSVS 3.

Sequitur, *Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare.* Hic describit pœnas Gẽtilium Ecclesiam persequentium; & primò tangitur modus; secundò effectus, ibi, *& factus est sanguis tamquam mortui, & omnis anima viuens mortua est in mari*: vnde hîc ostenditur plaga inferenda hominibus, à quibus Ecclesia secundam sustinuit persequutionem, sicut fuerunt Gẽtiles, ad quos prędicatores verbi diuini se conuerterunt, & ab ipsis persequutionem magnam sustinuerunt. Vnde & hi gentiles dicuntur mare profundum erroribus, amarum conuersationibus, fœtidum carnalitatibus; spumosum elationibus.

Cur gentiles mari comparantur.

Dicit ergo, *& primus effudit phialem suam*; id est, denunciauit pœnam futuram, *in terram*, id est, in Iudæos cupidos, & terrenos: & hoc ego Ioannes vidi, & audiui: & non solùm hoc, verùm etiam & vidi quòd secundus Angelus, id est, secundus Prædicatorum cœtus, id est, Martyrum cœtus, *effudit phialam suã*, id est, prædicauit diuinam vltionem futuram, *in mare*, hoc est, in gẽtes amarè Ecclesiam persequentes.

Et factus est sanguis tanquam mortui, id est, damnatio mortis est eis illata propter sanguinem Martyrum ipsis prædicantium, quem effuderũt: vel cœtus Martyrum ipsis gentibus prædicantium, *factus est sanguis tanquam mortui*: nam gẽtes sanguinem ipsorum inter fecerunt, & ipsos occiderunt: & sic licèt erant mundo mortui, erant tamen viui Deo, propter quod signanter dicit, *tamquam mortui*, non *mortui*.

Persequutores Ecclesiæ grauissimè punientur.

Et omnis anima viuens mortua est in mari; & omnis anima viuens, scilicet opinione persequutorum, vel viuens apparenter, vel ipsis persecutoribus consentientibus indecẽter; *mortua est in mari*, id est, in amara illa persequutione manifestè vel occultè, Gen. 8. cap. Mortua est tertia pars creaturæ eorum, qui habebãt animam in mari: vel omnis anima viuens, scilicet Deo, mortua est in persequutione gentiũ, & hoc morte corporali, melior expositio prima.

Vel *secundus Angelus effudit phialam suam in mare*, id est, in luxuriosos, qui ad modum maris fœtent, *& factus est sanguis tanquã mortui*: hęc enim est propriæ pœna luxuriæ, quæ frequenter fit effusione sanguinis vo-

Libidinosi fœtent.

luptatis, ad Rom. octauo: *Prudentia carnis mors est.* Vnde hoc peccatum hominis tanquam mortui, vel quasi mortui, quia fœtorem eius homines
Apoc.3. non sentiunt: suprà cap. tertio, *Nomen habes quòd viuas, & mortuus es.*
Difficile à libidine tenonamur. Et omnis anima viuens, scilicet in delicijs huius peccati, *mortua est in mari,* id est, vbi propter quantitatem, qualitatem, & numerositatem absorbentur, primæ ad Timoth. *Vidua*
1. Tim. *quæ in delicijs est viuens mortua est.* Vnde notatur hîc tenacitas huius peccati, à quo vix est reuersio, sicut à
Prou.2. morte ad vitam. Prouerb. secundo, *Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ,* propter quod ille versus:

Ex macula Veneris, veniunt fæx, fœtor, & ardor.
Sumptus & esuries, mors, mala fama, timor.

VERSVS 4.

Tertius effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum, & factus est sanguis. Hîc agitur de pœna persequentium Ecclesiam occultè. Et primò de pœna hæreticorum; secundò de pœna hypocritarum, ibi, *Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem.* Item quia damnatio hæreticorum est, & iustò Dei iudicio; ideo primò ostendit eorum supplicium; secundò Dei iustum iudicium, ibi, *Et Audiui Angelum aquarum dicentem: iustus es Domine, &c.*

Dicit ergo, *Et tertius, &c.* Ita dixi, quòd primus Angelus, scilicet Apostolorum cœtus, *effudit phialam*, id est, prædicauit iram Dei futuram, *in terram*, id est, in Iudæos cupidos & terrenos. Similiter secundus, id est, Martyrum cœtus, *effudit phialam suam*, id est, annunciauit pœnam futuram, in Iudæos A cupidos, auaros, & terrenos. Similiter *tertius effudit phialam suam in mare*, id est, denunciauit pœnam futuram in gentes Ecclesiam amarè persequentes vsque ad mortem: & non solùm hoc; verùm & *tertius Angelus*, id est, tertius prædicatorum cœtus, vt confessores & Doctores, qui Martyribus successerunt, & prædicationis officium habuerunt. Talis, inquam, Angelus, *effudit phialam suam*, hoc est, prædicauit, & annunciauit Dei vindictam, & vltionem diuinam futuram *super flumina*, id est, super hæreticos de errore in errorem ruentes, & alios secum trahentes. *Et super fontes aquarum*, id est, hæresiarchas, à quibus vt à fonte, exibunt riuuli prauæ doctrinæ, secundæ Petri secundo, Hi sunt sine aquis gratiæ, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur. Vnde
C prius Iudæorum ponit sæuitiam, & gentilium malitiam, contra quos Deus suscitauit Apostolorum, & Martyrum constantiam. Videns Diabolus quòd nec per Iudæos, nec per gentiles poterat superare Ecclesiam, introduxit hæreticorum falsam doctrinam. Contra quos etiam Dominus suscitauit Confessorum & Doctorum Catholicorum veram doctrinam, qui phialam iræ Dei super ipsos effuderunt, quia pœnam æternam eis prædixerunt; *&*
D *super flumina*, id est, super hæreticos instabiles, id est, de errore in errorem ruentes, & secum alios trahentes: *& super fontes aquarum*, id est, super hæresiarchas, à quibus vt à fonte exierunt riuuli falsæ & prauæ doctrinæ.

Hæreticus de errore in errorem labitur.

Hæretici aduersus Ecclesiam à damone suscitantur.

Et benè dicitur, quòd hic Angelus effudit phialam, vel diuinã iram, super istos hæreticos, quia supple,

Pœna hæreticorum fœtentissima.

hic populus *factus est sanguis*, id est, pœna eorũ erit abominabilis, sicut sanguis; *vel factus est sanguis*, id est, pœna istorum per ipsos cõfessores & Catholicorum doctorum prædicamenta, erit abominabilis, sicut eorum doctrina est mortifera, & crudelis, vt pœna respondeat culpæ. Exod. primo Moyses conuertit aquam in sanguinem, quia Sancti doctrinam istorum ostenderunt crudelem & pœnam horribilem.

Iracundi sanguinolenti.

Vel Moraliter per flumina, quæ currunt cum impetu, designantur iracundi, qui aliquando in rixa effuderunt sanguinem, Ierem. secundò *Inuentus est sanguis animarum pauperum in alis eorum*, id est, iracundorum. Hic igitur Angelus *effudit phialam suam*, id est, prædicauit pœnam futuram, *super flumina, & super fontes*, id est, super iracundos maiores, & minores, suo impetu sanguinem effundentes, *& factus est sanguis*, id est, pœna lethalis, & detestabilis super ipsos. Sicut enim in motu libero est cõmotio sanguinis delectabilis, sic in motu iræ commotio sanguinis tristabilis. Primò in effusione sanguinis ostenditur hæc pœna ipsorum culpæ proportionabilis. Vnde Seneca. Ira est ex magno genere, quia neptis est superbiæ respectu Dei, nurus inuidiæ, respectu proximi, filia stultitiæ, respectu sui, soror incõstantię respectu boni propositi. Vnde ortus eius est ex elatione superbiæ, ex æmulatione inuidiæ, ex delectatione stultitiæ, ex commotione inconstantiæ: & ideo ira est naufragium virtutum, quo periclitatur omnis nauis sanctitatis. Iterum, ira est gurges vitiorum, quo submergitur omnis vigor puritatis. Iterum ira est dementia spirituum, quo sopitur omnis sensus veritatis.

Varia definitiones iræ.

Ierem. 2.

A

B

C

D

Item ira est vorago gratiarum, qua impeditur omnis actio bonitatis. Et ideo super iracundos effunditur iræ Dei phiala.

VERSVS 5.

Sequitur, *Et audiui Angelum aquarum dicentem, iustus es Domine, qui es, & qui eras Sanctus, qui hoc iudicasti, quia sanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem dedisti eis bibere, vt digni sunt.* Hîc descriptâ pœnâ, describitur Sanctorum congratulatio, super diuino iudicio. Et primò maiorum; secundò minorum, ibi, *& audiui alterum Angelum dicentem: Domine Deus omnipotens, vera & iusta iudicia tua.*

Dicit ergo, *& audiui Angelum aquarum*, id est, confessorum cœtum, & Doctorum, qui præsident aquis doctrinæ sacræ, in exponendo, & explanando, *dicentem*, id est, laudem diuinæ iustitiæ proferentem, vel diuinam iustitiam de pœna ipsorum hæreticorum collaudantem; dicentem, inquam, *iustus es Domine*, &c. *iustus es* æquitatem tenendo in punitione malorum, *Domine* omnibus præsidendò, *qui es* immutabiliter, *qui eras* æternaliter, *Sanctus* ineffabiliter, ab omni culpa purus & alienus. Vel *iustus* per iustitiæ æquitatem, Psal. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum*: *Domine*, per præsidentiæ potestatem, Psalm. *Dominus nomen illi. Qui es* per scientiæ immutabilitatem, Exod. 3. *Qui est misit me ad vos*; *eras* per existentiæ æternitatem, Ioann. primo, *In principio erat verbum*; *Sanctus*, per omnis impuditiæ immunitatem, Psal. *Non est sanctus vt est Dominus Deus noster.*

Deus laudibus extollendus propter impiorum punitionem.

Psal. 118.

Exod. 3.

Ioan. 1.

Psal.

Et benè dico, *Domine qui es, & qui eras Sanctus*, quia tũc appares iustus. quia hæc quæ suprà annuntiamus,

& prædicamus, ventura ſunt ſupra hæreticos, & alios reprobos, iudicaſti eſſe, firma demonſtraſti; vel ea quę ventura annunciamus iudicaſti, & firmiter ſtatuiſti, & cõfirmaſti, & malos, vt prædiximus, condemnaſti. Vnde vtraque littera bona eſt, vel *iudicaſti*, vel *indicaſti*.

VERSVS 6.

Et benè dico quòd tu appares iuſtus & ſanctus, quia hæreticos, & alios reprobos condemnaſti, *quia ſanguinem ſanctorum* maiorum *effuderunt*, id eſt, quia mortem Sanctorum procurauerunt, Pſal. *Effuderunt ſanguinem ſeruorum tuorum tanquam aquam in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret.* Et ideo quia ſanguinem Sanctorum effuderunt, iuſtus, Domine, appares. Et quia ſanguinem Sanctorum effuderunt, & *ſanguinem dediſti eis bibere*, id eſt, pœnam ęternam debitam ſecundum culpæ exigentiam, Deuter. trigeſimo ſecundo. *Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes.* Et dicit ſignanter, *bibere*, quia intrinſecè incorporabitur eis pœna, Et benè dico Domine, quia ſanguinem dediſti eis bibere, *quia digni ſunt*, id eſt, ſic meruerunt, dignum eſt, vt qui ſanguinem effuderunt, ſanguinem æternæ pœnæ bibant, Matth. vigeſimo primò, *Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit.*

Pſal 78.

Pœna demeritis proportionata.

Deut. 32.

Matth. 21.

VERSVS 7.

Et Audiui alterum Angelum dicentem: etiam Domine Deus omnipotens, vera & iuſta iudicia tua. Hîc deſcribitur minorum Sanctorum cõgratulatio ſuper diuino iudicio, & exultationis maiorum approbatio. Ita dixi, quòd maiores ſanctos audiui, & Angelos exultãtes, & Deum collaudantes, de hæreticorum & aliorum improborum damnatione, maiorum ſententiam approbantes, dicendo, hoc eſt, dicentes, verum eſt, quòd Domine te maiores de damnatione hæreticorum, & aliorum improborum collaudantes.

Audiui ergo *alterum Angelum dicentem*, hoc eſt, primi Angeli ſententiam approbantem, & dicentem, *Domine*, per excellentiam, *Deus*, per naturam, *Omnipotens* per efficaciam, *iudicia tua*, quibus iudicas bonos & malos, *ſunt vera*, in promittendo, iuſta in reddendo, Pſalm. *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Vel Domine per præſidentiam, *Deus* per clementiam, *Omnipotens*, per indeficientiam, *iudicia tua ſunt vera*, quia reddunt quæ promittunt. *Iuſta* quia vnicuique ſine perſonarum acceptione ſecundum eorũ merita tribuunt. Vnde & iudicia Dei ſunt incomprehenſibilia, quoad rationem. Ad Rom. vndecimo, *quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.* Irreprehenſibilia quoad diſpoſitionem, Daniel. tertio. *Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorũ*, & omnia iudicia tua vera, irreuocabilia, quoad executionem, Ad Rom. ſecundo, *Exiſtimas, ô homo, qui talia agis, quoniam effugies iudicium Dei?*

Pſal. 118.

Qualia ſunt Dei iudicia.

Rom. 11.

Dan. 3.

Rom. 2.

VERSVS 8.

Et quartus Angelus effudit phialam ſuam in Solem, & datum eſt illi æſtu homines affligere, & igne. Hîc oſtenditur pœna hypocritarũ. Et primò oſtenditur denunciatio præcedens; ſecundò effectus conſequens, ibi, *& æſtuauerunt homines æſtu magno.*

Dicit ergo, *& quartus Angelus effudit phialam ſuam*, id eſt, quartus prædicatorum cœtus, vt ſunt viri religioſi, *effudit phialam ſuam*, id eſt,

prædicauit vltionem diuinam, *in Solem*, id est, in hypocritas, id est, in falsos fratres, qui exteriùs lucent sicut Sol, per honestam conuersationem, sed intus sunt obtenebrati per peccatorum infectionē, suprà octauo & quarto, ibi, *Angelus tuba cecinit, & percussa est tertia pars Solis.* Videns enim Diabolus, quòd non poterat peruertere Ecclesiam Dei per hæreticos, introduxit vulpes subdolas, vt per eas vineam Domini demoliretur, contra quos Dominus suscitauit veros Religiosos, qui contra eos iram Dei, & diuinam vltionem prædicarent. Et sic phialam iræ Dei quartus Angelus effudit in Solem.

Et datum est illi, hoc est, permissum, & præceptum Angelo prædicto *affligere homines*, id est, hypocritas simulatos, qui dicūtur esse homines, imaginem Dei habentes, cùm non sint; *affligere*, id est, puniendos ostendere, *igne & æstu*, æstu, scilicet appetitus inordinati, per interiorem inflammationem, *& igne*, scilicet inferni, exteriùs per combustionem. Vnde attendendum est ab illis falsis hypocritis, qui apparent Sol exteriùs, & sunt fæx interiùs, nam per apparentiam peccata operiunt.

Nota quòd *hypocrita* dicitur ab *hypo*, quod est *sub*, & *crisis*, quod est *aurum*, quasi subaurati. Et omnes hi per Solem signantur. Simulates fallunt per fraudulentiam, Matth. 7. Matth. septimo, *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces.* Vanam laudem quærunt per arrogantiam, Matth. sexto, *Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.* Citò pereunt in gehennam, in proposito, *Datum est illi, homines affligere æstu & igne.* Et quia sic iste Angelus, id est, verorum Religiosorū cœtus, ostendit ipsos hypocritas puniendos æstu & igne, ideo & ipsi homines hypocritæ tristes, Soli exteriùs similes.

Cur hypocrita soli comparatur.

Hypocrita periculosissimus Ecclesiæ persequutor.

Interpretatur nominis hypocritæ.

VERSVS 9.

Æstuauerunt æstu magno, id est, magnâ inuidiâ contra prædictos prædicatores. Vnde inuidia omnibus principalibus vicijs est affinis: est enim inuidia filia superbiæ, à qua contrahit pertinaciam, contra maiores; soror vanæ gloriæ, à qua contrahit discordiam contra æquales; neptis iracundiæ, à qua contrahit tristitiam, contra meliores; nurus auaritiæ, à qua contrahit fraudulentiam, contra simpliciores. Propter quod Isidorus de Sūmo bono, Celebre est prouerbium apud antiquos: *Sola miseria nescit inuidiam* Nam fortuna miseri hominis hæc est, quòd ei non inuidetur. Refert enim Plato quòd cùm Socrates inuideret Platoni, Plato interrogauit Socratem, qua ratione posset homo inuidiam declinare? Respondit, esto vt Teristes. Teristes fuit homo abundans omnibus infortunijs, & carens omnibus bonis: & ideo sola miseria nescit inuidiam.

Inuidia omnibus vitiis affinis.

Sola miseria nescit inuidiam.

Ergo hypocritæ tristes *æstuauerunt æstu magno*, id est, inuidiâ cōtra veros prædicatores, & pœnas æternas prædicantes. Et non solùm æstuauerunt æstu magno, verùm *& blasphemauerunt nomen Dei, habentis potestatem super has plagas.* Et ipsi hypocritæ, cùm essent in tribulatione, *blasphemauerunt nomen Dei*, id est, negauerunt Christum, dicentes ipsum non esse Christum, sed magum. Dum enim in pace sunt hypocritę, boni apparent, sed quando exagitantur, apparent quales sunt. Matth. quinto. *à fructibus eorum cognoscetis eos.*

Gre-

Gregor. Qualis vnuſquiſque apud ſe lateat, contumelia illata probat.

Blaſphemauerunt ergo *iſti nomen Dei, habentis poteſtatem ſuper has plagas*, ſcilicet inferẽdi, cui vult, & aufferendi à quo vult, Rom. decimo; *Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat*, & hoc diſplicet hypocritis, quia Deus pœnas, vel plagas infert pro peccatis. *Blaſphemauerũt* ergo *iſti nomẽ Dei, habẽtis poteſtatẽ* inferẽdi plagas inferni, *nec egerunt pœnitentiam*, ſcilicet de hypocriſi. De hypocriſi pauci pœnitent, quia cum boni apparuerint confunduntur, & erubeſcunt apparere mali: vnde in die iudicij maximè confundentur, quoniam occulta cordium tunc manifeſtabũtur, & omnibus apparebũt, quales fuerint. Et benè dico quòd hypocritæ triſtes, Dei Eccleſiam perſequentes, vineam Domini demolientes, non egerunt pœnitentiam, ſic vt darent gloriam Deo. Hîc oſtẽdit quòd aliqui pœnitent interiùs, & dolent, ſed ore confiteri exteriùs præ confuſione non audent: Sed hoc non ſufficit ad ſalutem, *quia Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem*, ad Rom. decimo. Vel ſecundum Gloſſam, fideles perfecti, afflicti tempore Antichriſti ſic affligent tortores ſuos æſtu iracundiæ Dei, quia inuenientur in fide fideles, & à Chriſto inſeparabiles, ita quòd ipſi tortores blaſphemabunt nomen Dei, & manebunt impœnitentes.

Rom. 10.

Hypocrita regulariter impœnitẽs.

Rom. 10.

Vel moraliter; Effuſio phialæ in Solem, eſt annũciatio damnationis æternæ, in ſuperbos, qui volunt ſicut Sol in conſpectu hominum apparere, & fulgere, ſed neceſſe habent in inferni caliginem intrare, vnde ſuperbia tenet gradũ in exercitu vitiorum, ipſa eſt enim omniũ vitiorum regina, & imperatrix, & ideo culpa maxima; omnium virtutum ruina, & debellatrix, & ideo radix amariſſima, omnium operum, ſentina, & deprauatrix, & ideo peſtis morbida, omnium naturalium pruina, & vitiatrix, & ideo mors primogenita: propter quod dicitur Iſai. 28. *Væ coronæ ſuperbiæ, flori decidenti.* Iſai. 28.

Superbia omnium vitiorum regina & Imperatrix.

VERSVS. 12.

Et quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ, & factum eſt regnum eius tenebroſum, & manducauerunt linguas ſuas præ dolore: Oſtẽſâ pœnâ perſequentiũ Eccleſiam ab initio vſque ad finem; hîc oſtenditur pœna perſequentium ipſam circa finem, & primò pœna diſcipulorũ Antichriſti; ſecundò præſidentium dæmoniorum, ſecunda ibi, *& ſextus effudit phialam ſuam in flumen*; tertia ibi; *& ſeptimus Angelus effudit phialam ſuam in aërem.* Item primò ponitur quintæ phialæ effuſionis modus, ſecundò conſequens effectus, ibi, *& factum eſt regnum eius tenebroſum.*

Dicit ergo, *& quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ.* Ita dixi quod quatuor Angeli, ordines prædicatorũ ſupradicti effuderunt phialas ſuas, hoc eſt, prędicauerunt, & denunciauerunt pœnas futuras, perſequentibus Eccleſiam Dei, ab initio vſque circa finem mudi, ſcilicet vſque ad tempus Antichriſti: Primus effudit ſuper terram, id eſt, ſuper Iudæos terrenos, cupidos, & auaros; ſecundus ſuper mare, id eſt, ſuper gẽtiles amarè Eccleſiam perſequentes, quia interfecerunt Martyres; tertius ſuper flumina, & ſuper fontes, id eſt, ſuper hæreticos, de errore in errorem fluẽtes, & alios ſecũ attrahẽtes; quartus ſuper Solẽ, id eſt ſuper hypocritas triſtes, ſicut ſol

Recenſentur Angeli effundentes phialas plenas ira Dei.

exteriùs lucentes,& fulgẽtes:& non solùm hoc, verùm & vidi, quòd & quintus Angelus, id est, quintus prædicatorum cœtus, qui circa finem mundi prædicabit, *effudit*, id est, *effundet*; præteritum pro futuro more prophetico. Effundet, inquam, *phialam suam*, id est, prędicabit,& annuntiabit vltionem diuinam,& pœnam futuram, atque æternam.

Impius sedes bestiæ.

Super sedem bestiæ, id est, super Antichristi complices ipsum imitantes, sequentes, & ipsi consentientes, in quibus, quasi in sede, quiescit. Simile suprà secundo cap. *Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ*:& in Psalmo, *Nũquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?* Et benè dico quòd hîc Angelus effudit phialam suam super istam pestiferam sedem, sustinentem Antichristum, bestiam crudelem, & ferã: quod patet, quia *factum est regnum eius tenebrosum. Et factum est*, cùm iste quintus Angelus, vel prædicatorum cœtus, prædicaret,& pœnam æternam imitanti, & consentienti Antichristo denunciaret, *regnum eius tenebrosum*, id est, cor eius propter istam prædicationem magis in perfidia excęcatũ, & in malitia obstinatũ, quàm priùs esset; quia non poterunt audire gloriam Dei, sed à veritate auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur, propter quod scribit, Isai. 60. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videant oculis suis, & auribus audiant, & intelligant corde*: vnde in pœnam Deus faciet, quòd Antichristũ sequentes, & imitantes, verbum Dei audientes magis erunt excæcati,& pertinaces.

Impius tùm minetur vt bene operetur obstinatior aliquãdo reddatur.

Isai. 6.

Et non solùm hoc, verùm etiam & isti præcursores Antichristi *manducauerunt linguas suas*, id est, stridebunt dentibus mordentes linguas; *præ dolore*, id est, præ inuidia, quã habebunt contra prædicatores Theologos, quia non poterunt eis resistere, nec eos à fidei constantia remouere. Et non solùm hoc, verùm

VERSVS 11.

Et blasphemauerunt Deum cæli, id est, negabit Christum esse Deum, sed magum. Simile Ioan. 7. habetur, *Alij dicebant quia bonus est, alii non, sed seducit turbas. Blasphemauerunt* ergo *Deum*, dicentes Christum magũ, & hoc *præ doloribus, & vulneribus: præ doloribus suis*, id est, præ angustijs cordis, quia non poterunt omnes quos volunt, à Christo separare, & Antichristo coniungere, *& vulneribus suis*, scilicet interioribus, quia Sancti prædicatores ferient eos telis sacræ Scripturæ,& doctrinæ, & munditiæ, & nomen Christi negabunt, & Deum cœli etiam negabunt.

Ioan 7.

Impiorum quibus ardor vt sui similes acquirant.

Et non solùm, verùm & hi præcursores Antichristi, *non egerunt pœnitentiam, ex operibus suis*, id est, ad monitionem prædicatorum Catholicorum, non facient pœnitentiam de actibus suis prauis & iniquis, nec intrinsecùs, nec extrinsecùs, sed finaliter impœnitentes morientur. Vnde ab illa parte, *& factum est regnum eius tenebrosum*, vsque ad hanc, tanguntur quatuor effectus effusionis quintæ phialæ iræ Dei, super complices Antichristi. Primus est excæcatio mentis, vel rationis, ibi, *factũ est regnum eius tenebrosum*: secundus, detectio Catholicę veritatis, ibi, *manducauerũt linguas suas præ dolore*, authoritati Christi detrahẽdo; tertius abnegatio veritatis, ibi, *& blasphemabunt Deum cęli*; quartus desperatio fœlicitatis, ibi, *& non egerunt pœnitentiam ex operibus suis*; Vel moraliter,

Quatuor effectus effusionis huius quintæ phialæ.

Effusio quintæ phialæ super sedem bestiæ, est effusio iræ, vel vltionis diuinæ super inuidos, qui propriè sunt sedes bestiæ magnæ, scilicet Diaboli, qui inuidiâ motus genus humanũ ad terram deiecit, & multis doloribus oppressit: vnde inuidiâ Diaboli mors intrauit in orbem terrarum: vndevbi inuidia, ibi mors: & propter hoc factum est regnum mundi tenebrosum; nã inuidus sumit nomé à cæcitate, inuidus enim à videndo dicitur, quod non potest videre bonum proximi, sed solùm sui, propter quod dicit Gregorius; [Qui de alienis bonis affligitur, de radijs Solis obscuratur] Hi etiã *mãducauerunt linguas suas.* Linguas suas manducare, est verbis sibi inuicem detrahere: nam inuidia non tantũ bona aliorum mordet, verùm & sua consumit: & tunc quod intendit nõ consequitur, sed totus inter se cõsumitur. Vnde Gregor. [Inuidia primũ sui mordax est, nam primùm dissipat bona propria, quàm aliena.]

Inuidus sedes bestiæ nempe diaboli.

Hi etiam *blasphemauerunt Deum cœli*, bonis proximorum derogando: cùm enim omnia bona sint à Deo bono, qui alterius bono derogat, sũmum bonum blasphemat: vnde hîc nominantur tres effectus phialæ iræ Dei, & vltionis diuinæ, quæ in ipsis inuidis habẽt esse. Excæcatio quoad seipsum, ibi, *factum est regnum tenebrosum*: corrosio quoad proximum, ibi, *& manducauerunt linguas suas*; abnegatio quoad Deum, ibi, *& blasphemauerunt Deum cœli*; & potest addi obduratio mali, ibi, *& non egerunt pœnitentiam ab operibus suis.*

Qui alterius bonis detrahit summum bonũ blasphemat.

VERSVS. 12.

Et sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem, & siccauit aquas eius, vt præparetur via regibus ab ortu Solis. Hîc ostenditur pœna Antichristi, & hoc per prædicationes Christi, & quoniam ipse Martyribus repugnabit, nec tamen præualebit, & ideò primò ostenditur ipsius per prædicatores deiectio, secundò ipsius contradictio, ibi, *Et vidi de ore Draconis, & de ore bestiæ, & de ore Pseudo-Prophetæ exisse tres spiritus immundos, & inuidos ad modum ranarum.* Item primò ponitur sextæ phialæ modus effusionis, secundò consequens effectus, ibi, *& siccauit aquam eius.*

Dicit ergo, *Et sextus Angelus* &c. Ita dixi, quòd *quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ*, id est, super complices & precursores Antichristi, bestiæ iniquæ & malignæ; & non solùm hoc, verùm etiam *& sextus Angelus*, id est, sextus prædicatorum cœtus, qui prædicabit in sexto statu Ecclesiæ Dei, scilicet tempore Antichristi: Hic inquam, *sextus Angelus*, propter serenitatem in exemplùm appellatus, *effudit*, id est, effundit, *suam phialam*, id est prædicauit iram Dei futuram, *in flumen illud magnum Euphratem*, id est, super Antichristũ. Euphrates interpretatur humus, puluerulẽtus, frugifer, crescens: Antichristus autem erit humus, id est, homo purus, & terrenus, & spiritu maligno plenus; puluerulentus, propter criminalem infectionem; frugifer, propter temporalem locupletationem; crescens propter populare opinionẽ. Et ideo per Euphratem flũmen designatur.

Cur Antichristus, cur gratè defignatur.

Quomodo interpretatur Euphrates.

Sextus ergo Angelus prædicabit iram Dei futuram super *flumen illud magnũ Euphratem*, scilicet super Antichristum, & suos sequaces, qui erunt fluxibiles in delicijs, ibi, *flumen*; notabiles in vitijs, ibi, *illud*; mirabiles in excellentijs, ibi,

magnum, multiplicabiles in diuitijs, ibi, *Euphratem*, quod *crescens* interpretatur. Hic ergo Angelus *effudit phialam suam super Euphratem*, id est, super Antichristum, *& siccauit aquã eius*, id est, doctrinam eius esse sine humore gratiæ demonstrabit. Vel *siccauit aquam eius*, id est, diuitiarum affluentiam, quam Antichristus habebit, deficiendam prædicabit.

Et nota quòd aqua doctrinæ Christi est consolatiua lugentium, Isai. duodecimo, *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*; satiatiua sitientium, Ioann. quarto, *Qui biberit ex aqua hac non sitiet iterum.* Isai. *Omnes sitientes venite ad aquas*; calefactiua frigidorum, Genes. vigesimo. *inuenit aquas calidas in solitudine*; expiatiua peccatorum, Numer. 31. *Aqua expiationis sãctificabitur.* Doctrina Antichristi in his deficiet, nec erit consolatiua, imò desolatiua; nec satiatiua, imò defectiua; nec calefactiua, imò refrigeratiua; nec expiatiua, imò maculatiua: habebit enim hæc aqua, scilicet doctrina Antichristi, falsedinem, quæ habebit scientiam Philosophorum; habebit amaritudinem, quæ habebit scientiam mundanorum; habebit putredinem, quæ habebit scientiam dæmoniorũ. De primo in Psal. *In mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis.* De secundo Exod. primo, *Non poterãt bibere de aquis propter amaritudinem.* De tertio Exod. decimo. *Non poterãt Ægyptij bibere aquas putei.*

Isai. 12. *Quod discrimen inter doctrinam Christi & Antichristi.* Ioan. 4. Isai. Genes. 2. Numer. 31 Psal. 76. Exod. 10.

Hic igitur Angelus *exsiccauit aquam Antichristi*, id est, doctrinam eius esse sine humore gratiæ demonstrabit, vel diuitiarum eius abundantiam, quam habebit, esse deficiendã prædicabit, Isai. trigesimo septimo. *Siccauit vestigio pedis sui omnes riuos aquarum.* Et benè dico quòd hic Angelus *siccabit*, id est, annihilabit, *aquam*, id est, doctrinam Antichristi, & hoc, *vt præparetur via*, scilicet Christi, *regibus*, id est, Principibus Christianis, qui vt reges inũguntur in Baptismo: vel *vt preparetur via salutis regibus*, id est, ipsis prædicatoribus, se & alios regentibus.

Isai. 37.

Vel hic Angelus, *siccabit aquam eius*, id est, abundantiam diuitiarũ mundanarũ, quam habebit, & dabit, deficiendam denunciabit, *vt præparetur via regibus*: ad litteram terrenis Principibus. Antichristus enim terrenos Principes attraher diuitijs: sed hic Angelus eis diuitias terrenas esse cõtemnendas prædicabit, & sic aquas diuitiarum siccabit, *vt præparetur via*, scilicet Paradisi, regibus huius mundi, per contemptũ terrenorũ: & appetitum diuitiarum cælestium, *vt præparetur*, inquam, *via regibus*, & hoc *ab ortu Solis*, id est, virtute Christi, qui in ortu suo ad modum Solis totum mundum illuminabit; vnde virtute istius Solis præparatur via æterna saluationis, à prædicatoribus æternæ veritatis. Et nota in ista clausula prædicatorũ Christi actũ congruũ, ibi, *vt præparetur via regibus*, Matth. *Parate viam Domini rectas facite vias Domini nostri*, subiectum strenuum, in *regibus*, Act. *Vt portet nomen meum coram regibus*; obiectum arduũ, ibi, *ab ortu solis*. Luc. *Visitauit nos oriẽs ex alto.*

Terrenos principes diuitijs ad se attrahet.

Matth. 3. Act. 9. Luc. 1.

Vel Angelus magni cõsilij siccauit aquas infectas doctrina Antichristi. *vt præparetur via*, scilicet prædicandi regibus, id est, prædicatoribus Christi, alios regentibus, & prædicatoribus veniẽtibus ab ortu Solis, scilicet Christi, qui per eum, & ab eo missi sunt, & illuminati.

Et nota quòd prędicatores dicũtur reges. Rex enim sanctus cognoscitur prędicator in cogitatione mũda,

Cur euangelizatores euãgelici dicuntur reges.

Prou. Prou. *Rex qui sedet in solio dissipat*, &c. In affectione sancta, Isai. *Væ terræ, cuius rex puer est*; in operatione strenua, Prouerb. *dissipat impios rex sapiens*; in retributione ardua. Suprà *fecisti nos regnum & sacerdotes Deo nostro.*

VERSVS 13.

Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore Pseudoprophetæ, tres spiritus immundos in modum ranarum. Hîc ostenditur Antichristi repugnantia, conantis resistere obiectioni à prædicatoribus Christi denuntiatæ. Et primò describitur pertinacia & malitia Antichristi contra prædicatores Catholicos, per congregationem exercitus; secundò conatus eius motus, & actus, ibi, *Congregare illos in prælium.* Item primò ostendit per quos suum exercitum congregabit, quia per malorum destinationem; secundò per quid, quia per signorum ostensionem, ibi, *Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa*; tertiò quos congregabit, quia Principes & maiores, ad maiorem resistentiam, & impugnationem, ibi, *& procedunt ad reges totius terræ*:

Impius nequaquam cedit virtuti Christi sed manet pertinax.

Dicit ergo, *Et vidi de ore Draconis, & de ore bestiæ, &c.* Ita dixi, quòd *sextus Angelus effudit phialam suam, super flumen magnum*: Antichristum, *& siccauit aquam eius*, id est, doctrinam eius, annullauit. Sed non propter hoc à malitia cessauit sua, imò magis inualuit, quod patet, quia & *vidi*, id est, spiritualiter intellexi, quid? *De ore Draconis*, id est, de suggestione hostis, *& de ore bestiæ*, id est, de præcepto Antichristi, bestiæ iniquæ, *Et de ore Pseudoprophetæ*, id est, de consilio Apostolorum suorum, quos mittet per vniuersum mundum:

Vidi, inquam, *de ore istorum exisse tres spiritus immundos in modum ranarum*, id est, omnes malos, qui dicuntur spiritus, præ nimia astutia & subtilitate, in malitia, qui dicuntur tres, propter illam trinitatem malam, de qua primæ Ioan. secundo. *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut oculorum, aut superbia vitæ.* Et tres spiritus immundi dicuntur esse in modum ranarum, secundum Glosam ranæ in luto deliciarum carnalium morantes, garrulæ sunt, per quas designantur sapientes mundi, per eloquentiam garrulantes, quietem auferunt, per quas designantur satellites mundi iussu Principum, & consilio sapientum, quietem fidelibus auferentes, quos vocat spiritus, propter malitiã nocendi, quoad mundi Principes, astutiam decipiendi, quoad mundi sapientes, celeritatem discurrendi, quoad mundi satellites. Vel vocat istos spiritus quia tentabant de peccatis spiritualibus, immundos, quia tentabant de peccatis carnalibus. 1. Ioan. 2.

Cur mali dicuntur spiritus ad modum ranarum.

De ore ergo *Draconis*, id est, Antichristi, & Apostolorũ falsorũ ipsius Antichristi, *exibunt* isti tres spiritus immundi, reprobi Principes, in quibus erit malitia nocendi; reprobi sapientes, in quibus erit astutia decipiendi; reprobi satellites, in quibus erit celeritas discurrendi, & capiendi. Vnde hi tres spiritus exibunt de ore Draconis, id est, suggestione, *In modum ranarum.* Rana est paludosa, per quod Principes in luto deliciarum carnalium morantes designantur; tædiosa, per quod satellites Principũ, quietem fidelibus auferentes; garrulosa, per quod sapientes rationibus physicis garrulantes.

Quid rana mystice designat.

Nota moraliter, quòd tres sunt

Tres Spiritus immundi resistentes tribus spiritibus veritatis.

spiritus immundi resistentes tribus spiritibus veritatis. Spiritus primus concupiscentia carnis, resistens veritati vitæ; secundus concupiscentia oculorum, veritati iustitiæ; tertius superbia vitæ, veritati doctrinæ. Vel voluptas, cupiditas, vanitas. Igitur voluptas inficit veritatem vitæ; cupiditas peruertit veritatem iustitiæ; vanitas corrumpit veritatem doctrinæ. Isti sunt tres spiritus immundi resistentes tribus spiritibus veritatis. Quos vidit Ioannes exisse *de ore Draconis*, scilicet Diaboli; *& de ore bestiæ*, scilicet Antichristi, *& de ore Pseudoprophetæ, in modum ranarum.* Rana est lutosa, garrula, gulosa. Draco ergo lutositate luxuriæ maculat vitã; bestia gulositate auaritiæ conculcat iustitiam; Pseudopropheta garrulositate arrogantiæ, fermentat doctrinam. Veritas vitæ toxicatur, & maculatur hodie obliquitate intentionis, in operantibus bona non benè; duplicitate simulationis, in operantibus mala occultè; peruersitate actionis, in operantibus mala apertè.

Quomodo veritas iustitiæ distributiuæ corrumpitur.

Et sic exiuit spiritus immundus de ore Draconis, qui toxicat, & maculat vitam. Veritas iustitiæ distributiuæ conculcatur in beneficiis, in officiis, in personalibus, per personarum acceptionem; commutatiuæ, in contractibus, in pactis, in societatibus, per fraudis circũuentionem; directiuæ, in conciliis, in iudiciis, in sententiis, per voluntatis subuersionẽ. Et sic iam exiit de ore bestiæ spiritus immundus, qui conculcat iustitiam. Veritas doctrinæ fermentatur hodie, otiositate negligentium; curiositate inquirentium; temeritate præsumentium. Et sic iam spiritus immundus exiuit de ore Pseudoprophetæ, qui fermentat doctrinam. Vidi ergo ego Ioannes de ore Draconis, & aliorum iam dictorum, exisse spiritus immundos iam dictos.

Quomodo veritas doctrinæ fermentatur.

VERSVS 14.

Et sequitur, *Sunt enim spiritus Dæmoniorum, facientes signa.* Sunt enim spiritus, scilicet procedentes de ore Diaboli, & de ore Antichristi, & de ore falsorum Apostolorum eius. Spiritus Dæmoniorum dati & erecti, & ordinati; *facientes signa*, id est, mira, non miracula vera, ad homines magis alliciendum, & attrahendum. Vnde per illa signa habebit efficaciam eorum doctrina, sicut dicitur de Christo, *sequebantur eum, videntes miracula, quæ faciebat.* Vel mali principes, sapientes, & satellites, ex ore istorum, suggestione exeuntes, & procedentes, sunt spiritus Dæmoniorum, per conformitatem & imitationem; sequuntur enim illum, qui sunt ex parte eius.

Falsis prodigiis allicere veros fideles conabuntur Antichristiani.

Et procedunt ad reges totius terræ, congregare illos in prælium ad diem magnum Dei omnipotentis. Hîc ostenditur Principum terrenorum congregatio, vt magis resistant prædicatoribus, & amicis Christi. Et primò ostenditur istorum Principum congregatio; secũdò illorum damnatio, & glorificatio, ibi, *Ecce venio sicut fur, Beatus, qui vigilat, & custodit vestimenta sua.*

Dicit ergo, *Et procedunt ad reges totius terræ, congregare illos in prælium.* Ita dixi, quòd ego Ioannes vidi tres spiritus immundos; exisse de ore Draconis, id est, Antichristi, *& de ore* Apostolorũ eius. Et vidi plus, quòd hi spiritus *procedunt*, id est, accedunt *ad reges totius terræ, congregare illos ad prælium*, ad litteram, contra fideles ipsum Christum confitentes. Ad lit-

Quid non moliuntur impii aduersus seruos Christi.

teram Antichriſtus & eius populi primò accedét ad Reges, & illorum Principes, & ipſos ad ſe congregabunt, & conuertent ſignis,& donis; per illos maximè perſequentur fideles Chriſtum confitentes. Accedent ergo iſti *ad Reges totius terræ*,cupidos & auaros; *congregare illos in prælium*, vt ex congregatione ipſorum ſint animoſiores, & fortiores contra Catholicum cœtum;

Et notantur in iſta clauſula tria. Dolus falſitatis; ibi, *procedunt*. Modus vniuerſalitatis, ibi, *ad Reges vniuerſę terrę*. Actus peruerſitatis, ibi, *congregare illos in prælium*. Et ſic quòd hæc congregatio erit ad damnum eorum, & ideo ſequitur, quòd etiam *congregabuntur ad diem magnum Dei omnipotentis*, id eſt, ad diem magni iudicii, diem ſuæ perditionis, ſicut cõgregabuntur ad Sanctorum perſequutionem & interfectionem. Et dicitur *dies*, quia in illo iudicio omnia manifeſtabuntur; *magna*, quia magna fient ibi, cùm peccatores in perpetuum damnabuntur, & iuſti pręmiabuntur; ſed *omnipotentis Dei*, quia tunc oſtendet omnibus ſuam potentiam in contemnendo, glorificando, & veraciter iudicando. Sed ne quis putet illum diem nimis diſtare, ideo addit

Cur dies iudicij magnus dicitur.

VERSVS. 15.

Et ecce venio ſicut fur. Et ecce, ſicet ego Chriſtus præſens ad iudicandum, ex claritate manifeſtiſſimus; venio citò, cum plenitudine poteſtatis, ad retribuẽdum paratiſſimus, ſicut fur, ad ſubintrandum eum, qui erit impremeditatus: vnde ſicut fur ex inſperato, & improuiſo veniet,&c.

Chriſtus ad inſtar furis iudicaturus accedet.

Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Beatus qui vigilat, ad procurandum bona non habita; *& cuſtodit* iam acquiſita,& collecta, *veſtimenta ſua*, id eſt, virtutes, quibus ornatur anima, & dona: veſtimenta enim quibus ornatur anima, ſunt virtutes, dona, opera meritoria, Baptiſmalis gratia.

Quænam veſtimenta animæ

Beatus ergo, *qui cuſtodit ſic veſtimenta ſua, ne nudus ambulet.* Ne nudus in bonis operibus & virtutibus ſpoliatus ambulet, ſcilicet de hoc mundo ad iudicium; qui enim non habebunt veſtes nuptiales, eiicientur de conuiuio paradiſi, & mittentur in tenebras inferni, Matth. vigeſimo ſecundo, *Ligatis manibus, & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores.*

Math.22.

Beatus ergo, moraliter, *qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus* ambulet, *& videant*; ſcilicet omnes in iudicio, quãdo cuncta, cunctorúmque peccata patebunt; *turpitudinem eius*, id eſt, ſcelera & peccata, quæ animam deturpant, & corpus ingrauant, & maculant. Peccatum enim propriè turpitudo vocatur, quia omne illud, in quo eſt, turpe efficitur coram Deo, & Angelis eius.

In iudicio cuncta cunctorumque peccata patebunt.

Peccatum ipſamet deformitas.

VERSVS 16.

Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraïce Armagedon. Hîc oſtenditur actus congregationis Principum, ſapientium, & aliorum malorum ſequentium Antichriſtum. Ita dixi, quòd Antichriſtus, & Apoſtoli eius, atque eorum dux Diabolus, accedent ad Reges totius terræ, congregare eos ad prælium, contra Sanctos, & Dei electos. *Et congregabit*, ideſt, Diabolus adunabit ſibi corde, ore, opere, illos ſcil. Reges, Principes, & maiores, in prælium contra Sanctos. Et hoc *in locum qui vocatur Hebraïcè Armagedon*, id eſt, ad conſortium Antichriſti, cui

Quomodo interpretatur Armagedon.

propriè conuenit res huius nominis. *Armagedon* enim interpretatur consurrectio testium iniquorum, vel furum; vel mons globosus; Antichristus autem cõtra Christum congregabit multitudinem testium iniquorum, Psal. *Surrexerunt in me testes iniqui.* Dicitur autem Antichristus mons furum, quia sicut mons furũ dicitur, in quo fures habent refugium, sic omnes mali confugiẽt ad Antichristum, Ioann. decimo; *Quotquot venerunt præter me, fures sunt, & latrones.* Dicitur autem Antichristus mons globosus, quia conglobabit in pœna, quos hic conglobauit in culpa.

Psal. 34.

Ioan. 10.

Cur Antichristus dicitur mons furum.

VERSVS 17.

Sequitur, *Septimus Angelus effudit phialam suam in aërem, & exiuit vox magna de throno dicens, factũ est.* Suprà fuit ostensa pœna Antichristi; hîc ostenditur pœna Dæmonum, Antichristum, & alios reprobos regentium, & ad malum impellentium. Vnde effusio septimæ phialæ per septimum Angelum, nihil aliud est, quàm prædicatio damnationis æternæ ipsorum Dæmonum, vbi primò tangitur ipsius septimæ phialæ effusio; secundò eorum super quos fit confusionis damnatio, ibi, *Et facta est ciuitas in tres partes.* Item primò ostenditur huius effusionis modus, secundò tempus, ibi, *Et exiuit vox magna de throno dicens, factum est.*

Dicit ergo, *& septimus Angelus effudit phialam suam in aërem.* Ita dixi, suprà, quòd sextus Angelus effudit phialam suam super flumen illud magnum Euphratem, id est, Antichristum; & non solum hoc, verùm etiam septimus Angelus, id est, septimus prædicatorum cœtus, qui prædicabit in septimo statu Ecclesiæ Dei, scilicet post mortem Antichristi; quando soli Dæmones persequentur & impugnabunt fideles, & amicos Christi. Iste, inquam, *septimus Angelus effudit phialam suam,* id est, prædicabit, & denunciabit iram Dei futuram, *in aërem*, id est, in Dæmones, qui in hoc aëre caliginoso, vsque ad iudicium habitabũt, & circa nos volitabunt sicut muscæ. Vnde Glossa. Effudit phialam suam in aërem, id est, contra Dæmones, quorum locus est aër. Vnde Apostolus, *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum.*

Plures dæmones in hoc aere caliginoso manebunt vsque ad diem iudicii.

Vocantur autem Dæmones, *aër*, propter leuitatem motus, quia faciliter huc, illucque discurrunt; propter fluxibilitatem affectus, quia semper de malo in peius fluunt; propter spiritualitatem status, quia inuisibiles sunt; propter penetrabilitatem transitus, quia sine fractione per muros, & lapides transeunt.

Cur aere denotantur dæmones.

Vel moraliter, Hic *Angelus, effudit phialam suam*, id est, denunciauit iram Dei futuram *in aërem*, id est, in accidiosos. Accidiosi enim ad modum aëris per vagationem mentis agitantur. Vnde Gaufridus in libro de septem vitiis [Accidiosi displicet loquutio, languet oratio, friget deuotio, tædiosa est prædicatio, odiosa est consideratio, mortua est fides, excidit spes, charitas refrigescit. Huic grauis est sobrietas, intolerabilis paupertas, triste silentium, durum ieiunium, obedientia seruilis, humilitas vilis, castitas infamis, confessio abominabilis, satisfactio impossibilis, & ad vltimum perseuerantia desperata.]

Cur accidiosi aere adumbrantur.

Describitur accidiosus.

Effudit iste, *septimus Angelus phialam suam in aërem*, id est, in Dæmones,

nes, in isto caliginoso aëre habitantes. Et cùm sic istam phialam effunderet, id est, iram Dei futuram super dæmones prædicaret, *exiuit*, id est, in manifestum venit, *vox magna*, quia magna denuncians, *de tẽplo*, id est, de Ecclesia, *à throno*, id est, à *Christo*, iudicaturo in throno regiæ potestatis, & maiestatis. Vel ab illis exiuit hæc vox, qui cũ Christo iudicabunt, & in sedibus, vel thronis duodecim residebunt,
Matth.25. Matth. *Cùm venerit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.*

Et nota quòd dicitur etiam templum ædificatum ex fermẽto Apostolorum, ex sanguine Martyrum,
1.Esdr. 3. ex sabulo Confessorum, ex calce Virginum. De primo Esdræ 3. *Filij Iuda quasi grex vnus stabunt super eos, qui ædificabant templum.* Nota etiam
Qualis est thronus diuini numinis. me dixisse suprà, quòd est thronus diuini numinis, Christi hominis, beatæ Virginis. Thronus diuini numinis dulcissimus in propitiando, durissimus in iudicando, dignissi-
Daniel 7. mus in contemplando, Daniel, se-
Qualis thronus beatissimæ Virginis. ptimo, *Aspiciebam donec throni positi sunt.* Thronus beatæ Virginis mirus artificio, quòd pertinet ad sanctitatem genitricis, excelsus imperio, quod pertinet ad dignitatem Imperatricis; pius adiutorio, quod pertinet ad pietatem mediatricis, tertij
3.Reg.2. Reg. secundo, *Positus est thronus matri eius, quæ sedet à dextris eius.*
Qualis thronus Christi. Thronus Christi hominis est æternaliter fixus virtute diuinitatis, ad
Ad Heb.1 Hebr. *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi*; speculanter clarus splendore
Psal.88. humanitatis, Psal. *Thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum*; singulariter summus honore dignitatis, suprà decimo ter-

tio, *Raptus est Deifilius ad Deum, & ad thronum eius.* Apocal 13

Exiuit ergo *vox magna de templo*, id est, de Ecclesia; *à throno*, id est, à Christo iudicaturo in throno regiæ potestatis, *dicens*, id est, interiùs ostendés, ad fideliũ consolationem, & confortationem. Allocutio enim aliquando est interior, aliquando est exterior, aliquando corporalis, aliquando spiritualis. *Dicens* ergo, quid? *factum est*, id est, persequutio Antichristi consummata est, & finis mundi adest. Vnde mortuo Antichristo poterit dici, *factum est*, quia pauca facienda restabunt. Quasi diceret, ô vos fideles Christum prosequentes, nolite timere in tempore persequutionis Antichristi, quia *factum est*, id est, persequutio Antichristi statim transibit, & finis mũdi statim aderit, & retributio erit.

Nota plura in prædicta clausula, in bonis prædicatoribus Christi. Est enim progressio ex sanctitate, Gen. Genes 12. *Exi de terra tua, & vade in terram, quam monstrauero tibi*; prælatio ex humilitate, ibi, *vox*, Matth. *Vox clamantis in deserto*; est affectus ex charitate, ibi, *magna*, Isai. *Quasi tuba exalta* Isai. 58. *vocem tuam*; affectio de veritate, ibi, *de templo*, suprà decimo quarto, *Alius Angelus exiuit de templo habens falcem acutam*; deuotio ex sublimitate, ibi, *à throno*, suprà vndecimo, *Sub throno Dei omnes sancti clamant*; prædicatio cum salubritate, ibi, *factum est*, suprà decimo nono, *facta est salus & virtus.*

Plura reperiuntur in bonis prædicatoribus digna attẽtione.

VERSVS. 18.

Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræ motus factus est magnus, qualis numquam fuit, ex quo homines sũt super terram, talis terræ motus sic magnus.

Hîc ostenditur sequela, & effectus istius vocis magnæ, & primò per-

profectus malorum, ibi, *Et facta est ciuitas in tres partes.* Ita dixi quòd *de templo, & de Dei throno, exiuit vox magna dicens, factum est*, id est, finis mundi adest; & in fine mundi, *facta sunt fulgura*, id est, vera miracula, scilicet per Eliam, & Enoch. Dicuntur autem mirabilia; fulgura, quia terrent, & illuminant, sicut fulgura.

Facta ergo *sunt fulgura*, id est, vera mirabilia, *& voces*: Glossa, blandæ per prædicationem Eliæ & Enoch, exhortando ad bona opera, & promittendo bona æterna; *& tonitrua*, id est, comminationes contra malos, denunciando æterna supplicia; *Et terræ motus factus est magnus*, id est, commotio terrenorum magna contra Sanctos, ex ruina Diaboli, & Antichristi, & suorum furiâ: *qualis numquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram; talis terræ motus sic magnus*, id est, à tempore Abel, qui fuit primus iustus occisus. Numquam fuit commotio terrenorum tanta, quâta erit tempore Antichristi: tunc enim enim Diabolus persequetur Ecclesiam Dei, sciens quòd modicum tempus habet ad nocendum homini; tam grauis enim tribulatio numquam fuit, sicut tunc erit. Vel ad litteram, appropinquabit iudicium.

Tonitrua comminationes aduersus malos.

Erunt fulgura, & voces & tonitrua, & terræ motus magnus, qualis numquam fuit, quia tunc erit terræ motus per totum mundum. Alij fuerunt plures particulares. Matth. 22. *Erunt terræ motus magni per loca, & pestilentiæ, & fames.* Non enim, secundùm aliquos, possiblilis est per naturam terræ motus vniuersalis, sed particularis, qui fit ex grosso fumo incluso in aliqua parte terræ, qui cùm exire compellitur à natura repellente, terræ motus causatur. Tũc autem fiet terræ motus per vniuersum mundum vniuersalis, per ordinationem diuinam, & maximè terræ motus magnus, qualis numquam fuit.

In iudicio finali terræ motus erit vniuersalis. Matth. 22.

Terræ motus vniuersalis per naturam impossibilis

VERSVS. 19.

Et facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderunt. Hîc ostenditur defectus malorum, & primò casus, siue culpa; secundò pœna, ibi, *& Babylon magna venit in memoriam apud Deum.* Ita dixi, quòd appropinquante vniuersali iudicio, *facta sunt fulgura, & terræ motus*; & non solùm hoc, verùm *& facta est ciuitas magna in tres partes*, id est, congregatio malorum, qui conuenerunt ad Antichristum, *diuisa est in tres partes*, quia ibi erunt Principes sæculi, qui erunt defensores Antichristi, ibi erunt pseudo eius Apostoli, & ibi eorum satellites, & ministri, qui omnes constringentur, & dissipabuntur in aduentu Iesu Christi.

Igitur *ciuitas magna*, id est, malorum cõgregatio, quæ est dãnata, in respectu bonorum est magna, quia multi erũnt damnati, pauci verò saluati, *& facta est in tres partes*, quia diuisa est pœna vnicuique pro merito, *in tres partes*, scilicet Iudæis, Gẽtibus, & falsis Christianis. Istæ sunt tres partes ciuitatis Diaboli, nam istos congregat in sua potestate, & durante sua potestate, *& ciuitates gentium ceciderunt*, id est, congregationes malarum gentium, & male viuentium ante Antichristum perierunt, vel damnabuntur, Psal. *Ipsi obligati sunt, & ceciderunt.*

Quando tres partes ciuitatis Diaboli.

Psal. 19.

Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare ei calicem vini indignationis iræ suæ. Hîc ostenditur ipsorum Dæmonum, & vniuersaliter omnium malorum pœna. Ita dixi, quòd congregatio malorum, id

tres partes diuisa est: primò est diuisa in Gentiles, secundò in Iudæos, tertiò in Christianos falsos, & hoc ego Ioannes vidi, & non solùm hoc, verùm *& vidi* quòd appropinquante iudicio, *venit in memoriam ante Deũ Babylon illa magna*, id est, malorum congregatio confusa, *Babylon* enim *confusio* interpretatur. Et tunc multi & magni, confusione perpetua cõfundentur, tunc enim memorabitur Deus omnium, & sumet vindictam, quæ priùs videbatur oblita, quia nondum erat plena pœna inflicta.

Babylon confusio interpretatur.

Nota quòd eorum peccatorum congregatio est à Dei memoria deleta, quia nondum est secuta vindicta plena in punitione corporis & animæ. *Veniet* ergo *in memoriam ante Deum in iudicio Babylon illa magna*, malorum congregatio confusa.

Et hoc *dare ei calicem*, id est, pœnam æternam, quæ procedere videtur ab ipso Christo iudice irato & indignato. Et dicitur pœna æterna *calix*, quia mensurabitur secundùm culpam, sicut mensurat calix vinum, vel aquam. Vnde ponit hęc tria, *Calicem vini indignationis iræ Dei.* Calicem quoad pœnæ mẽsurationem; *vini indignationis*, quoad punitionem; *sed iræ Dei*, propter suppliciorum additionem. Vnde cùm delectatus fuerit homo peccator in culpa, dupliciter punietur in gehenna, scilicet in corpore & anima, propter quæ duo dicit, *Calicem vini indignationis iræ Dei.*

Vnde nota quòd est vinum cœli purum, sine mixtione doloris; mundi, mixtum ex cœli consolatione, & inferni tribulatione; inferni fæx, vel fœtidum, carens omni consolatione. Deus calice suæ iustitiæ mero potat Sanctos in cœlo; mixto potat cunctos in mundo; fæce potat malos in inferno. Nota etiam quòd ira Dei est dura, & hæc erit indeclinabilis, quoad forum vindictæ; & hæc ira est irreuocabilis, quoad verbum: dira sententia, & hæc ira Dei erit intolerabilis, quoad damnum; fixa iustitia; & hæc ira Dei erit implacabilis quoad statum. Dabit ergo Dominus in iudicio congregationi malæ, Babyloni magnæ, calicem vini indignationis iræ eius.

Multiplex consideratio ira Dei.

Multiplex vinum Dei & inferni.

VERSVS 20.

Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Hîc ostendit pœnam reproborum, primò quoad cærtiam bonorum; secũdò quoad pœnitentiam malorum, ibi, *Et grando magna sicut talentum descendit de cælo in homines.* Ergo dicit, *& omnis insula fugit.* Ita dixi, quòd cùm Christus ad iudicium venerit, dabit improbis bibere vinum indignationis iræ eius: & non solùm hoc, verùm *& omnis insula*, id est, omnes luxuriosi, & delitiosi, qui in insulis delitiarum carnalium manent: hæc, inquam, *insula fugit*, id est, non erit talis ausus stare, vel permanere coram facie Dei, Isai vigesimo secundo, *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei; & montes*, id est, superbi, per elationem alti, *non sunt inuenti*, scilicet in numero, & congregatione bonorum: *Non enim inuentus est locus eius amplius in cælo.*

Insulis luxuria deditis veniunt intelligendi. Isai. 22.

VERSVS 21.

Nam *Et grando magna*, id est, vltio diuina, *sicut talentum*, scilicet ponderosa, & secundùm vniuscuiusque merita mensurata, *de cælo descẽdit*, id est, à Christo iudice iusto, *in homines*, scilicet peccatores Antichristum sequentes, qui dicuntur

homines, quasi humum diligentes plusquam cœlum, & peccatum contra Deum. Et quoniam pœnæ grauitatem reprobi in inferno impatienter tolerabunt, ideo pœna compellet eos blasphemare, secundùm Glossam. Displicebit enim eis, quòd Deus pœnam inferat pro peccatis. Et hoc est blasphemare, secundùm Glossam; quia Deus cùm sit iustus, debet pœnam ordinare propter culpam, aliter non esset iustus, & per cõsequens, & hoc est quod sequitur, *Et blasphemauerunt homines Deum, propter plagas grãdinis. Et blasphemauerunt*, scilicet damnati; humum plusquam cœlum diligentes, *Deum, propter plagas grandinis*, id est, diuinæ vltionis reprobos grandinantis: *quoniam magna facta est*, pœna inferni magna facta est in quantitate continua, quantùm ad durationem; in quantitate discreta, quantùm ad multiplicationem; sed magna vehementer, quantùm ad intensionem.

SYNOPSIS CAPITIS DECIMI SEPTIMI.

VIdetur à Beato Ioanne mulier fornicaria, non solùm super aquas sedens, sed & super bestiam septem capitum, & decem cornuum. Hæc autem erat variis induta ornamentis, habens poculum aureum in manu sua, plenum non vino, sed immunditia, & abominatione fornicationis eius: visa est ebria sanguine Martyrum. Horum omnium explicationem audit, & discit Ioannes ab Angelo.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

1. ET venit vnus de septem angelis: qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, 2. Cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. 3. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem. 4. Et mulier erat circumdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius, 5. Et in fronte eius nomen scriptum: Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ: 6. Et vidi mulierem ebriam de sanguine Sanctorum, & de sanguine Martyrum

Iesu. Et miratus sum cùm vidissem illã admiratione magna. *7.* Et dixit mihi Angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem. *8.* Bestia, quam vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiam, quæ erat, & non est. *9.* & hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. *10.* Quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit: & cùm venerit, oportet illum breue tempus manere. *11.* Et bestia, quæ erat, & non est: & ipsa octaua est: & de septem est, & in interitum vadit. *12.* Et decem cornua, quæ vidisti, decem reges sunt: qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tamquam reges vna hora accipient post bestiam. *13.* Hi vnum consilium habent, & virtutem & potestatem suam bestiæ tradent. *14.* Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos: quoniam Dominus dominorum est, & qui cum illo sunt vocati, electi, & fideles. *15.* & dixit mihi: Aquæ, quas vidisti vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ. *16.* Et decem cornua, quæ vidisti in bestia: hi odient fornicariam, & desolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt. *17.* Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum est illi: vt dent regnum suum bestiæ, donec consummentur verba Dei. 18. Et mulier, quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

VERSVS 1.

ET *venit vnus de septem Angelis, qui habebãt septem phialas, & locutus est mecum dicens, veni.* Ostensâ damnatione persecutorum Ecclesiæ, per reuelationem factam Ioanni, & per denunciationem prædicatorum Christi; hîc ostenditur causa damnationis malorum, sub figura mulieris meretricis. Et primò ponitur istius mulieris descriptio; secundò intellectualis expositio, ibi, *& miratus sum, cùm vidissem illam admiratione magna.* Item primò ponitur ad istam visionem præparatio; secundò ipsa visio, ibi, *& vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam.* Item primò præparatur Ioannes per excitationem; secundò per abstractionem à mundialibus, ibi, *Et abstulit me in spiritu in desertum.*

Dicit ergo, *Et venit vnus de septem Angelis.* Ita dixi suprà, quòd vidi septem Angelos, id est, septem prædicatorum cœtus, septem phialas iræ Dei super septem status hominum reproborum effundentes. Et non solùm hoc, verùm & vidi, supple in eadem visione, quòd & *vnus de septem Angelis, qui habebant septem phialas iræ Dei*, effudit; id

est, plagas inferni reprobis denunciauit.

Cur prædicatores dicuntur vnus.

Iste, inquam, *Angelus venit ad me*, scilicet ad me interius, per inspirationem diuinam. Dicuntur autem omnes prædicatores vnus, per vnitatem dilectionis, operationis, intentionis; & quia ab vno mittuntur, & vnum intendunt. Ephes. 4. *Vnus Deus, vna fides, vnum Baptisma, vnus Deus pater omnium, qui super omnes est, & per quem omnia.* Vel aliter, & melius, *Et venit ad me vnus de septem Angelis*, id est, Christus, qui dicitur magni consilii Angelus Isai. nono, cuius inspiratione hoc vidi. Vel Angelus reuelans hoc Ioanni, accepta horum reuelatione à Christo, suprà primo cap. *Mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni.* Sed quid est quod dicit, & quod iste *est vnus de septem Angelis, qui habebãt septem phialas*, cùm illi sint septem ordines prędicatorum? Christus dicitur Angelus, cùm non sit de numero illorum per essentiæ identitatem, est tamen de numero illorum per voluntatis conformitatem. Vel potest dici quòd sicut erant ordines prędicatorum disiuncti ad has phialas effundendas per denunciationem, & prædicationem, ità erant Angeli reuelantes Ioanni, ex præcepto Christi ordinati, & distincti ad phialarum effusionem per ministerium & exequutionem; de quorum numero ille erat vnus, qui reuelauit Ioanni. Vel potest dici secundum eorum positionem primam, quòd Ioannes vidit visionem diuinam, nempe septem Angelos effundentes septem phialas iræ Dei, per quos intellexit septem prædicatorum ordines, quorum vnus reuelauit ei, quod hic dicitur.

Ephes. 4.

Isai. 9.

Venit ergo *ad me* hic Angelus, dicit Ioãnes, *& locutus est mecum.* *Venit*, inquam, *ad me* dulciter & humiliter, non terrendo, *& locutus est mecum*, admirabiliter, & familiariter, secreta Dei reuelando, sicut Doctor. Vnde Glossa. Hic Angelus habet personam docentis, & Ioannes discentis.

Angelus docens Ioannes discens.

Locutus est ergo *metum dicens, veni*, scilicet intellectum ad intelligendum applicando. Vnde nota quòd septẽ monitoria cantat nobis Deus. Primum ignorãtibus ad erudiẽdum in proposito, & in Ps. *Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos*; secundum, postulantibus ad audiendum: Isai. *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum*; tertium, laborantibus ad consolandum, Matth. vndecimo. *Venite benedicti Patris mei percipite regnum.*

Psal.

Isai.

Locutus est ergo *hic Angelus*, id est, Christus, *mecum*; *veni* scilicet intellectum ad intelligendum secreta Dei applicando; *& ostendam*, id est, tibi, Ioannes, reuelabo, vt cognoscentes timeant, & timentes caueãt, & cauentes vitam æternam habeant; quid? *Damnationem meretricis*; id est, causam dãnationis vanitatis mundanæ, ciuitatis Romanæ, peccatricis animæ, fallaciæ Antichristianæ. Vocatur enim meretrix, vanitas mundana, propter idoli veneratiõnẽ, & sponsi derelictionem; ciuitas Romana, propter beneficii venditionem, & derelictionem; peccatrix anima, propter animi prostitutionem, & Diaboli conuictionem; falsitas Antichristiana, propter simplicium fraudulentam deceptionem. De Primo, *Ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis, & in omni creatura quæsisti delectationem luxuriosam.* Omnia hæc opera mulieris meretricis. De secũ-

Cur mundana vanitas dicitur meretrix.

Ciuitas Romana ethnica meretrix.

Isai 7. do,Isai. septimo, *Quomodo facta est meretrix vrbs fidelis, plena iudicij?* De
Ezech. 1. tertio,Ezech. *frons meretricis factus est tibi, noluisti erubescere.* De quarto,Ezech.16. chielis decimo sexto, *Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedem cunctis amatoribus tuis.* Vnde secundùm Glossam, Hæc meretrix iniqua, id est, falsitas Christiana, dicitur meretrix magna, propter profunditatem impudicitiæ, malitiæ, & concupiscentiæ. Vel meretrix vocatur hîc vanitas superbię Iud.decimo primo, *Iephte vir fortissimus.* Quartum inquirentibus ad inuenien-
Iudit. 11. dum,Isai.5.*Si quæritis, quærite, reuertimini & venite*; quintum pœnitentibus
Isai. 5. ad imitandum,Matth. *venite post me faciam vos fieri piscatores hominũ*; sextũ
Matth. 4. esurientibus ad reficiendũ 1. Matt. *Ecce tauri mei, & altilia parata sunt, venite ad nuptias*; septimum triumphantibus ad coronandum, Matth. *Venite benedicti patris mei &c.* Filius mulieris meretricis, auariciæ cupi-
Meretrix hic pro pluribus sumitur. ditas, Ieremiæ 5. *Saturaui eos, & mœchati sunt, in domo meretricis luxuriabantur*; Inuidiæ crudelitas, Prouerb. se-
Ierem.5. Prou. 1. cundo, *fouea profunda facta meretrix, crudelis, & iniqua.* Accidiæ otiositas
Ierem. 2. Ierem. secundo, *In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix.* Ergo tu Ioannes, *veni ad me* reuelantem, *& ostendam tibi damnationem meretricis magnæ*, id est, peccatricis animæ, quæ dicitur meretrix, quòd, derelicto sponso suo Christo, adhæret adulte-
Anima peccatrix meretrix. ro ipsi Diabolo. Vnde Glossa, *Ostendam tibi damnationem meretricis*, id est, causam damnationis malorum, qui relicto creatore, fornicantur cum Dæmone, idola colendo, terrena amando, & immunditijs seruiendo. Vnde peccatrix anima dicitur *meretrix*, propter peccati vilitatem; *ma-*

Quæ, inquam, mulier *sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt Reges terræ, & inebriati sunt, qui inhabitant terram, à vino prostitutionis eius*; Hîc ostendit causam damnationis istius mulieris: Benè dico, quòd Angelus, qui mihi apparuit, mulieris meretricis, scilicet mundanæ vanitatis, Romanæ ciuitatis, animæ peccatricis, Antichristianę falsitatis, damnationẽ ostendit, quia hæc mulier meretrix est, *quæ sedet super aquas multas* *Diuitiæ & deliciæ aquæ fluunt citissime.*
B id est, super populos multos, in quibus regnat, & dominatur Luxuria. Vel secundùm Glossam, *Super aquas multas*, scilicet diuitiarum & deliciarum habentium, sedet meretrix magna, id est, regnat, & residet vanitas mundana.

VERSVS 2.

Cum qua fornicati sunt reges terræ, *Cum qua*, scilicet mundi vanitate, vel auaritiæ cupiditate, *fornicati sunt*
C *Reges terræ*, terreni Principes, & Ecclesiæ custodes, & rectores alios regentes. Mundi enim vanitas secum trahit quàm maximè hodie Prælatos, & Principes terrenos, ad fruitionem creaturarum, Deum contemnendo, terrena amando, immunditiæ seruiendo, ipsi Diabolo adultero adhærendo. Vel *cum qua*, scilicet ciuitate Romana, meretrice pessima, *fornicati sunt Reges terræ.* Ad litteram, ciuitas Romana erit Re-
D gum terræ, & aliorum hominum terrenorum fornicandi, & sponsum Christum relinquendi causſa. Nam Reges terræ, & aliqui Prælati principales Ecclesiæ, *conuenient in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius*, deprædando thesaurum ipsius.

Plures Prælati vanitatibus intenti.

Psal 2. *Hoc intellige de Roma quæ futura est iterum circa finem mundi ethnica.*

Cum hac ergo meretrice, *Fornicati sunt Reges terræ, & inebriati sunt, qui*

inhabitant terram, de vino proſtitutionis eius. Et inebriati ſunt, id eſt, extra viam, & extra ſtatum bonum facti ſunt, *qui inhabitant terram*, id eſt, illi qui plus terrena quàm cœleſtia diligunt & amant. *Inebriati*, inquam, *ſunt* iſti, & hoc *de vino proſtitutionis eius*, id eſt, de carnali delectatione voluptatis mundi, quæ ſic inebriat Reges terræ, & Prælatos Eccleſiæ, vt non ſentiant flagella comminationis diuinæ, Iſai. vigeſimo octauo, Iſai. 28. *Sacerdos & Propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino.* Vel minores, *qui inhabitant terram*, id eſt, terrena diligentes, *inebriati ſunt*, id eſt, extra viam, & ſtatum bonum facti ſunt, *de vino proſtitutionis eius*, ſcilicet ciuitatis Romanæ, vel aliquorum Prælatorum Eccleſiæ. Nam Prælati Eccleſiæ ſuis malis exemplis dant occaſionem cadendi, & peccandi. Propter quod dicit, Gregor. [Scire debent Prælati, quòd ſi vnquam mala perpetrát, tot mortibus digni ſunt, quot perditionis exempla ad ſubditos tranſmiſerunt.]

Mala vita Prælati eſt occaſio aliis cadendi.

Et abſtulit me in ſpiritu in deſertum locum. Hîc poſtquam præparauit Chriſtus, vel Angelus Ioannem ad videndum hanc viſionem, & inſpirationem cœleſtem, per excitationem, præparat ipſum per mundialium abſtractionem, quia qui eſt mundialibus deditus, non poteſt eſſe contemplatiuus, Ita dixi, quòd Angelus magni conſilij dixit mihi: *Veni mecum, & oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ*, & quia non poteram hanc viſionem videre, nec benè intelligere, niſi eſſem ſeparatus à conuerſatione mundiali, ideo iſte Angelus, Chriſtus, *abſtulit me in deſertum locum*, *abſtulit me* à mundiali conuerſatione, *in ſpiritu*, id eſt, in ſpirituali vocatione, & electione; *in deſertum*, ſcilicet pœnitentiæ, qui eſt locus aptus contemplationi diuinæ; Vel *abſtulit me in deſertum*, id eſt, in reprobos à Deo deſertos, & derelictos, propter culpam ſuam. Subleuauit me in ſpiritu, id eſt, in ſpirituali viſione. Quaſi dicat illuminauit me ſpirituali luce, ad cognoſcendum reproborum mala. Et cum ſic eſſem ſubleuatus, id eſt, ſpirituali luce illuminatus

Mundanis deditus, contemplationi vacare non poteſt.

Vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, plenam nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſeptem, & cornua decem. Et vidi, id eſt, ſpiritualiter intellexi, *mulierem*, id eſt, omnium malorum vniuerſitatem. Vnde per mulierem rectè malorum congregatio deſignatur, quia nulla fuerunt mala olim perpetrata, quorum mulier non fuit caput, vel cauſa: vnde per mulierem Adam vincitur, & proditur, Loth filiabus labitur, Ioſeph in carcerem mittitur, Eſau decipitur, Samſon hoſtibus traditur, Iſraël bello vincitur, Dauid adulter dicitur, Vrias occiditur, Salomon idololatra efficitur, Helias de terra eiicitur, Ioannes Baptiſta occiditur: Petrus mendax efficitur: omnis homo perditur, & per hanc ad pœnas æternas traditur. Rectè ergo per mulierem malorum congregatio deſcribitur. Benè ergo dicit Ioannes, mulierem deſcribendo, *vidi mulierem*, id eſt, omnium malorum congregationem, *ſedentem ſuper beſtiam*, id eſt, quieſcentem ſuper Antichriſtum, beſtiam crudelem, & feram. *Beſtiam* dico *coccineam*, id eſt, ſanguineam, propter ſanguinis effuſionem nimiam, quam effudit Antichriſtus Diabolo ſuggerente: Ezech. 7. Ezech. ſeptimo, *Terra plena eſt iudicio, & ciuitas plena eſt iniquitate.*

Mulieris omnium malorum vniuerſitas deſignatur.

Vidi,

Mulier sanguinaria.

Vidi ergo *mulierem*, id est, malorum congregationem, *sedentem super bestiam coccineam*, id est, sanguineam & homicidam *plenam nominibus blasphemiæ*, id est, quia omnia, quæ dicet,& faciet Antichristus,fereblasphemię erunt.Et tamen dicet illa Deo placere, quod est Deum maximè blasphemare. Vnde Glossa, [quia dicet mala, quæ Deo debent displicere] Et non solùm hoc vidi, scilicet istam bestiam Antichristum, *plenam nominibus blasphemiæ*, verùm *& habentem capita septem, & cornua decem. Habentem capita septem*, id est, septem vitia capitalia, quia intendet impellere ad illa: *& cornua decem*, id est, vniuersa mundi regna,decem præcepta Decalogi impugnantia, sicut dictum est suprà. Vniuersa enim mundi regna, tempore Antichristi erunt decalogum impugnantia. Hæc ergo bestia, super quam sedebat mulier iniqua, id est, omnis malorum cógregatio, *habebat septem capita, & decem cornua.*

Quænam sunt septem capita huius bestiæ super quam sedet mulier.

VERSVS 4.

Sequitur, Et *mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis.* Ollẽsâ specie mulieris iniquæ, vel congregationis malæ, hîc ostendit nocumentum, & primò totius, secundò partium eius, ibi, *habens poculum aureum in manu sua.* Dicit ergo, *& mulier erat circumdata purpurâ.* Ita dixi, quòd super bestiam, id est, Antichristum, *sedebat mulier* iniqua, id est, congregatio malorum, quæ erit tempore eius, mala, *& vidi* quòd hęc *mulier*, id est, congregatio mala Antichristi, per mulierem fragilem designata; *erat circundata purpura*, id est, mundi gloriâ decorata, & ornata,& *coccino*, id est,Sanctorũ Martyrum sanguine rubra. Cógregatio enim malorum, quæ erit tempore Antichristi, erit sanguine Sanctorũ plena: vnde sicut in purpura ostentatio dignitatis signatur, ita in coccino rubro ostensio crudelitatis.

Quodnam mecumentum huius mulieris & quid significat.

Hæc etiam mulier *erat inaurata auro*, id est, similitudine charitatis, quæ est præcipua omnium virtutum, sicut aurum omnium metallorum, Vel *inaurata auro*, id est, similitudine sapientiæ, & sanctitatis, *& lapide pretioso*, id est, similitudine patientiæ, & firmitatis.

Mulier hæ fallacissima.

Recollige ergo omnia prædicta verba. In muliere congregatio malignitatis, *non est malitia super malitiam mulieris*; in purpura, quæ est vestis regalis, iactantia potestatis, *in coccino*, quod est coloris sanguinei, terror, in auro auaritia cupiditatis, in lapide pretioso, id est, carbunculo, secundùm Glossam, qui lucet in tenebris, simulatio veritatis: in margaritis, quæ sunt ex rore cœli in cóchis generatæ, gloria vanitatis: Hæc ergo mulier circundata purpura, &c. & non solùm hoc, verùm

Et erat habens poculum aureum in manu sua, scilicet cógregatio Antichristi erit habens *poculum aureum*, id est, diuinam Scripturam, quâ poranTur fideles, ad salutem animarum, *in manu sua*, id est, in potestate sua, quia exponent Antichristus, & sequaces eius sacram Scripturam, nullo contradicente, pro voluntate sua. Vnde Antichristus authoritates sacræ scripturæ habebit ad manum, vt faciliùs ei credatur, & meliùs ad ipsum populus attrahatur. Vnde Glossa, hæc mulier *habens poculum aureum*, id est, sacræ Scripturæ librum *in manu* id est, in expositionibus prauis, *plenum abominationibus*, id est, erroribus, & falsitatibus, & *immunditia fornicationum eius*, tam

Scripturam sacrâ fuer Antichristus, sed eam ad peruersos sensus deducet.

mentis, quã corporis. Vnde Gloſſa, plenum abominationibus, id eſt, falſis erroribus, & expoſitionibus, quæ debent tamquam abominationes haberi, *plenum* etiam *immunditiæ fornicationis*, quia eorum doctrina docet carnis immunditiam, & excitat ad luxuriam: vnde Antichriſtus per mulierem ad ſe multos attrahet.

VERSVS 5.

Sequitur, *Et in fronte eius nomen ſcriptum, Myſterium, Babylon magna. Et in fronte*, id eſt, in mente congregationis Antichriſti malæ, *erit nomen eius ſcriptum Myſterium*, id eſt, malitia eius occulta. *Myſterium* enim eſt occultum ſecretum, vel *in fronte eius*, id eſt, in aperto, & extrà, *nomen eius ſcriptum, myſterium*, id eſt, myſticum, ſcilicet nomen, *Babylon magna*, id eſt, magnatorum conſideratio confuſa, quoniam mortuo Antichriſto, ipſa malorum congregatio apertè apparebit Babylon magna, ciuitas magna confuſa, mater fornicationum, dando exemplum à Deo recedendi, & Diabolo adhærendi, & *abominationum terræ*, ſcilicet Deum negandi, & contemnendi, & peccata faciendi. Nota ergo in prędicta clauſula, quoad malos, quia tempore Antichriſti erunt habẽtes *in frõte* indurationem, *Scriptum*, excæcationem, *myſterium*, confuſionem, ibi, *Babylon*, diuinã offenſam, ibi, *mater fornicationum, & abominationum terræ.*

Quod nomen ſcriptũ in fronte huius mulieris.

Vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam plenam blaſphemiæ, &c. In tota iſta clauſula deſcribitur iſta mulier, quantùm ad ſexũ deceptiuum, ibi, *vidi mulierem*; quantùm ad ſitum perceptiuum, ibi, *ſedentem ſuper beſtiam*, quantùm ad habitum ornatiuum, ibi, *circundatam purpura*; quantùm ad cognitiuum, ibi, *& in fronte eius* nomen ſcriptum myterium, quantùm ad cauſam, caſum ſubmerſiuũ, ibi, *Babylon magna, mater fornicationũ & abominationum terræ.*

Muliebris ſexus fallaciſſimus.

VERSVS 6.

Et vidi mulierem ebriam de ſanguine Sanctorum, & de ſanguine Martyrum Ieſu, & miratus ſum, cùm vidiſſem eam, admiratione magna. Oſtensâ figura malorum ſub ratione culpæ, hîc oſtẽditur ſub ratione pœnę, & primò tãgitur pœnæ afflictio; ſecundò admiratio, ibi, *& miratus ſum, cùm vidiſſem eam*; tertiò iſtius admirationis manifeſtatio, ibi, & dixit mihi Angelus, *quare miraris?*

Dicit ergo, *Et vidi mulierem ebriam.* Ita dixi, quòd in fronte mulieris meretricis magnæ, id eſt, congregationis Antichriſti malignę, vel vanitatis mũdanæ, vidi *ſcriptum Babylõ magna*, id eſt, cõgregatio malorũ confuſa. Et nó ſolùm hoc, verũ & vidi, id eſt, per inſpirationem intellexi, quid? *mulierem*, id eſt, mundanam vanitatem, vigorem virtutum emollientem, vel malorũ congregationem mollitiem diligentem, & carnalitatem ſequentem, *Ebriam*, id eſt, præ doloribus inferni dementatam, *de ſanguine Sanctorum*, id eſt, præ effuſione ſanguinis iuſtorum, & præ doloribus nimis neſciam, vbi ſit, ſicut ebrius vbi ſit, neſcit.

Cur mulier hæc dicitur ebria ſanguine inſtorum.

Vidi ergo iſtam *mulierem*, inquam, congregationem Antichriſti malam, *ebriam*, id eſt, pœna & doloribus inferni deprehenſam, *de ſanguine iuſtorum*, vel Sanctorũ, id eſt, præ effuſione ſanguinis iuſtorum, *& de ſanguine Martyrum Ieſu*, id eſt, præ effuſione ſanguinis Martyrum: vel per ſanguinem Sanctorum, ſcilicet veteris Teſtamenti, & per ſanguinem Martyrum Ieſu, id eſt, Sanctorũ noui Teſtamenti; vt per ſanguinem Sanctorum intelligan-

tur illi, qui occisi sunt ab Abel vsque ad aduentum Christi; per sanguinem Martyrum Iesu, occisi post aduentum vsque ad iudicium, quorum congregatio malorum, sanguinem effudit, & ideo ebria, & dementata erit præ doloribus inferni.

Et miratus sum, cùm viderem illam, admiratione magna. Hic ponitur' expositio intellectualis ipsius visionis, & primò ponũtur quędam præambula, secundò visio ipsa, ibi, *Bestia quam vidisti, fuit, & non est.* Item primò ponitur Ioannis stupefactio; secũdò additur quæstio: nam stupor admirationis materiam suscitauit quęstionis, ibi, *& dixit mihi Angelus, quid miraris?*

Dicit ergo, *Et miratus sum.* Ita dixi, quòd *vidi mulierem*, id est, malorum congregationem, ebriam, id est, bene oppressam & dementatam, præ effusione sanguinis Sanctorum: *Et miratus sum cùm vidissem illam*, scilicet primò sic exaltatam, & decoratam, postea sic depressam, & tribulatam. *Miratus*, inquam, *sum admiratione magna*, scilicet præ malorum depressione, & tribulatione subitanea. Glossa dicit, quòd loquitur Ioannes in persona illorum, qui admirantur, quare Deus permittit malos in hoc mundo prosperare, & bonos deprimi: Et hoc est ad malorum maiorem confusionem, & ad bonorũ maiorem retributionem, & glorificationem. *Miratus* ergo *sum, cùm vidissem istam mulierem*, sic insurgẽtem, sic abundantem, postea sic cadentem, & cùm sic mirarer

Cur Ioannes miratur huius mulieris magnam exaltationem.

VERSVS 7.

Dixit mihi, scilicet volenti intelligere quomodo posset hoc esse, *Angelus*, id est, Christus, vel eius nuncius, *quare miraris?* scilicet de mundi gloria fulgente, & postea citò cadẽte? Quasi diceret, si inuestigare velis quare hic fulgentes citò cadunt, & in infernum descendunt, cognoces, quòd iusto Dei iudicio punientur æternaliter, qui transgrediuntur finaliter. Nam tanta est offensa, quantus qui offenditur. Vnde certè potiùs culpa miranda, quàm pœna, non enim mirandum si Deus pro offensis infinitis pœnam æternam infligit, sed id magis mirandum, quòd creatura creatorem suum, & factorem offendere præsumit. Sicut mirandum esset, si vas figuli insurgeret cõtra figulum, qui fecit illud.

Tanta est offensa quantus qui offenditur.

Dixit ergo mihi Ioanni miranti de malorum pœna æterna, *quare miraris?* Quasi diceret, non debes mirari: vnde supple, si velis scire, quare peccator sic æternaliter punitur, *Ego dicam tibi*, id est, apertè exprimam, & ostendam, quid? *sacramentum mulieris*, id est, significationem malæ congregationis, & *sacramentum bestiæ*, id est, Antichristi, *quæ portat eam*, scilicet de peccato in peccatũ, & postea in in infernum. Quasi diceret, si velis intelligere quid significet mulier suprà descripta, & bestia, *quæ portat eam*, scilicet de peccato in peccatũ, & postea in infernum, quasi dicat, Ego magni consilij Angelus, qui scio omnia, *dicam tibi*, id est, tibi reuelabo, & manifestabo, tamquam speciali amico meo. Et statim sequitur manifestatio, siue explicatio, ibi, *bestia quam vidisti, fuit, & non est*: & primò expositio bestiæ ponitur; secundò mulieris magnæ, ibi; *& mulier quam vidisti est ciuitas magna.* Itẽ primò ostenditur varietas statuum bestiæ; secundò vana qualitas mẽbrorũ, ibi, *septẽ capita sunt septẽ montes.* Item primò ponitur bestiæ descriptio; secundò imprudentiũ admiratio, ibi, *& mirabũtur inhabitãtes terram.*

Portamur à damne de peccato in peccatum & à peccato in infernum.

Qualis bestia damon.

Dicit ego, *Bestia, quam vidisti, fuit, & non est.* Ita promisi tibi Ioannes ego Christus, vel Angelus, quòd tibi dicerem quid significet bestia, quòd sicut promisi statim impleo. *Bestia quam vidisti*, id est, Diabolus, quasi bestiales faciens, Diabolus enim bestia deuoratrix, dissipatrix, deuastatrix, deturpatrix: vnde in

Daniel. 4. Daniele, quarto, *Bestia terribilis atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat, comedens atque diminuens, & reliqua pedibus conculcans.* Vnde B, Martinus, quid hîc stas cruenta bestia, nihil in me funesti inuenies? vnde Diabolus bestia dicitur, quia bestiales facit, quia crudelis est, & nulli parcit. *Hæc*, inquam, *bestia fuit, & non est, fuit*, scilicet in potestate magna, ante aduentum Christi: *& non est*, quia nato Christo, virtutem suam pro magna parte amisit, Ioan. duo-

Ioan. 12. decimo, *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras*: vnde hæc bestia, scilicet C Diabolus, fuit per suam creationem in magna nobilitate, Eccles.

Ezech. 28. vigesimo octauo. *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore in delitijs paradisi fuisti;*

Iob. 4. in magna potestate, Iob quarto. *Non est potestas super terram, quæ huic valeat comparari*: in magna dignignitate, Ezech. trigesimo primo,

Ezech. 31. *Erat pulcherrimus in magnitudine sua.* Et non sic iam per peccatum, sunt D in eo enim naturalia diminuta.

Et ascensura est de abyssо, & in interitum vadit. Ostenso statu in quo deiecta est à pristina potestate, ostẽditur status in quo resumet pristinam potestatẽ. Ita dixi quòd *bestia* scilicet Diabolus, fuit, *& non est.* Et non solùm hoc, verùm & *hæc bestia ascensura est de abyssо*, id est, de occulto, & profundo malo in apertam malitiã, scilicet tẽpore Antichristi: A infrà secundò: *Cùm consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exibit, & durabit*; ideo statim additur casus dicens; *& in interitum abijt*: quamuis enim tempore Antichristi, sit hęc bestia crudelis, & fera, ascensura in actum, virtute tamen diuina ibit in interitum, scilicet inferni, ita quòd ampliùs non habebit persequendi, vel pugnandi locum: nam Dominus Iesus Christus eam interficiet spiritu oris sui.

Impiorum gloria cito euanescit.

B Et de tanta potestate subitò perdita, & annihilata *mirabuntur inhabitantes terram*, id est, terrena sequentes, & amantes, *quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ*, scilicet per æternam prædestinationem, sed potiùs in terra, præsciti ad terram damnationem, Psal. *Vocauerunt nomina sua in terris suis.* Et ideo additur, *â constitutione mundi*, hoc dicit vt ostendat differentiam libri vitæ, & Scri-

C pturæ. Quidam enim sunt scripti in pagina præsentis iustificationis, de quo multi delentur, Psal. *Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.* Nomina ergo terrena amantium non sunt scripta in libro vitæ, à constitutione mundi, & si aliqui sunt scripti pro tempore præsenti, & isti *mirabuntur, videntes bestiam, quæ fuit, & non est. Videntes bestiam*, id est, Antichristum, vel Diabolum; *quæ fuit*, scilicet in tanta potestate, *& non est*, ex defectibilitate. Vnde certè terrena amantes, & ipsi Diabolo, & Antichristo adhærentes, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ, à constitutione mundi; mirabuntur de subito casu potestatis Diaboli, & Antichristi.

Multiplex liber vitæ.

VERSVS 9.

Et hîc est sensus, qui habet sapientiam:
Et hîc, scilicet in casu huius bestiæ,

qui habet sapientiam, scilicet Dei; vel ratione peccati obumbratam, *est sensus*, scilicet potest sapientiam accipere, vt scilicet valeat à pœna, & à casu simili cauere, quia

Fœlix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Tres partes sapientiæ.

Glossa, Respectu huius pœnæ, potestis vobis cauere. Et certè sapientes, qui habent memoriam præteritorum, intelligentiam præsentium, prudentiam futurorum: hæ enim sunt tres partes sapientiæ. Isti, inquam, sapientes ex consideratione pœnæ, & damnationis aliorum fiunt cauti, vt non descendant in laqueum Diaboli, & per consequens Inferni. Sed multi peccatores excæcantur, cùm viderint alios mori, vel damnari: *Excæcauit enim eos malitia eorum, vt non aspicerent cælum, nec recordarentur Iudiciorum*, vt dicitur de iniquis.

Alienum periculum cautos nos reddere debet.

Septem capita, septem montes sunt, Hîc describitur varietas membrorum, & primò describit ipsius membra, sub ratione damnabilis culpæ; secundò sub ratione miserabilis pœnæ, ibi, *& decem cornua, quæ vidisti in bestia, hi odient fornicariam.* Item primò ostenditur qualitas rectorũ; secundò subditorum, ibi, *Et dixit mihi, aquæ, quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, gentes, & linguæ.* Item primò ponit istius bestiæ septem capita; secundò decem cornua, ibi, *& decem cornua, quæ vidisti, decem Reges sunt.*

Dicit ergo, *septem capita, septem sunt montes.* Ita dixi suprà, quòd tu, Ioannes, vidisti bestiam habentem septẽ capita, & ego Christus Angelus tibi exposui, & ostendi quid erat illa bestia, nunc expono quæ sint illa septem capita, dicens, *septem capita septem montes sunt*, id est, septem vitia capitalia, quibus peccatores contra Deum eriguntur, & in altum, sicut mótes eleuantur. Vnde Glossa [per hæc septem capita erigit se Diabolus in superbiã.] Vel *septem capita, septem montes sunt*, isti septem montes sunt vniuersa regna, & potestates reproborum, à quibus impugnatur Ecclesia, quæ possunt distingui secundum septem tempora. Primum ab Adam vsque ad Noë; secundum à Noë vsque ad Abraham; tertium ab Abraham vsque ad Moysem; quartum à Moyse vsque ad transmigrationem Babylonis; quintum à transmigratione Babylonis, vsque ad Christum; sextum à Christo vsque ad Antichristum; septimum ab Antichristo, vsque ad Iudicium.

Quid vult dicere quod septem capita sunt septem montes.

Septem ergo capita Diaboli sunt septem montes, id est, omnes reprobi in septem statibus prædictis perseguentes Ecclesiam Dei; contra Deum se erigentes, & contra Deum se eleuãtes, super quos, scilicet contra Deum se eleuantes, & superbiẽtes, *mulier sedet*, id est, malorum congregatio, fundata super Principes superbos, qui proprie dicuntur montes, se contra Deum in prædictis statibus erigentes. Congregationes enim malorum, omnium malorum sunt causſa; vel quia alios à malis non refrænant; vel quia occasionem peccandi dant. Et hi etiam montes, vel septem capita, *sunt septem Reges*, id est, vniuersæ dominationis in septem statibus prædictis, terrenæ, vel Ecclesiasticæ potestatis Vnde omnes Principes reprobi in prædictis statibus septem sunt terreni, siue Ecclesiastici, qui dicuntur Reges, quia alios habent regere. Dicuntur septem capita bestiæ, scilicet Diaboli. Primus enim Rex dicitur magister omnium malorum,

Superbus nomine mõtis intelligitur.

qui regnat in primo ſtatu, ſcilicet ab Adam vſque ad Noë, & ſic deinceps vſque ad finem mundi. Vnde nota quòd per ſeptem capita, intelliguntur omnes Principes, qui extolluntur de mundi opulentia, per ſeptem Reges, omnes illi, qui extolluntur de dignitatis eminentia. Septem ergo capita, ſunt Reges ſeptẽ. Et de iſtis Regibus

VERSVS 10.

Quinque ceciderunt, & vnus eſt, & alius nondum venit. Ita dixi, quòd primus Rex, id eſt, primus malorum in primo ſtatu, ſcilicet ab Adam vſque ad Noë, ſecundus à Noë, vſque ad Abraham, & ſic deinceps numerando ſeptem ſtatus prædictos. Et de omnibus ſtatibus *quinque ceciderunt*, id eſt, quinque ſtatus, & omnes mali cum eo tranſierunt. *Et vnus eſt* ſtatus, ſcilicet gratiæ ſub Chriſto, & mali, qui in eo ſunt, *& Alius nondum venit*, ſcilicet ſtatus futurus ſub Antichriſto. Et nota quòd Chriſtus rectè dicitur vnus ſingulari cognoſcẽtia, vnde fuit dignus ad perſonalem aſſumptionem, Eccleſiaſti ſeptimo; *vnum de mille reperi*; ſingulari ſufficientia, vnde fuit idoneus ad generalem redemptionem. Matth. vigeſimo ſecundo, *Expedit vobis vt vnus moriatur homo*; Singulari præſidentia, vnde fuit perfectus ad naturalem regenerationem. Rom; quarto, *Sicut vnius delicto multi mortui ſunt, multo magis viuimus gratia vnius hominis Ieſu Chriſti*; ſingulari prouidentia, vnde fuit aptus ad magiſtralem inſtructionem, primi Machab. octauo. *Committunt vni magiſtratum ſuum, dominari vniuerſæ terræ.*

Multiplicetur dicitur Chriſtus vnus.

Eccleſ. 7.

Math. 12.

Rom. 4.

1. Mac. 8

Quinque ergo *reges ceciderunt*, antequam Chriſtus venit, quia quinque ſtatus tranſierunt, *& vnus*, ſcilicet Chriſtus, & ſtatus eius, *eſt, & alius*, ſcilicet ab Antichriſto, *nondum venit*; *Et cùm venerit*, ſcilicet Antichriſtus rex iniquus peior omnibus præcedentibus, *oportet illum breue tempus manere*, ſcilicet regnando, prædicando, decipiendo, perſequẽdo Eccleſiam Chriſti, quia ſolùm tribus annis & dimidio regnabit.

VERSVS. 11.

Et beſtia, quæ erat, & non eſt, & ipſa octaua eſt, & de ſeptem eſt, & in interitum vadit. Hîc oſtenditur caſus Diaboli. Et primò caſus; ſecundò modus, ibi, *& iſta octaua eſt.* Ita dixi ſuprà ego Chriſtus, vel Angelus, quòd *beſtia, quam tu vidiſti*, Ioannes, *fuit, & non eſt. Et beſtia*, id eſt, Diabolus, *quæ erat* ante aduentum Chriſti in magna poteſtate, & dignitate, *& non eſt*, ſupple nunc in tempore, amiſſa virtute, *& ipſa octaua eſt.* Prima beſtia eſt cœtus malorum omnium, ab Adam vſque ad Noë; ſecunda, malorum à Noë, vſque ad Abraham; tertia ab Abraham vſque ad Moyſem; quarta à Moyſe vſque ad tranſmigrationem Babylonis; quinta, à tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtum; ſexta à Chriſto vſque ad Antichriſtum; ſeptima ab Antichriſto, vſque ad finem mundi.

Diabolus octaua beſtia.

Septima ergo beſtia, Antichriſtus; Diabolus octaua, omnes alias tranſcendens in malitia, Iob. vndecimo, *Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Diabolus ergo octaua beſtia eſt, *& de ſeptem eſt*, ſcilicet conformitate culpæ, & pœnæ, licèt non identitate naturæ. Vel *de ſeptem eſt*, quia ſcilicet à ſtatibus prędictis, Diabolus portat malos de peccato in peccatum, & prouocat omnes tam bonos, quàm malos ad malum, & nunquam nouit facere bonum, &

Iob. 11.

Variè exponitur octaua illa bestia quæ tamen de septem est.

Ideo sequitur quòd *vadit in interitum*, scilicet in inferni sepulchrum. Vel *bestia, quæ erat, & non est*, est Antichristus, qui erit primò in magna potestate, & gloria, sed post modicum non erit, ex amissa virtute, & firmitate, *& ista octaua est*, per singularem denominationem, *& septima est*, scilicet per naturam consimilem. Sicut dicitur de Aquila, quæ erat desuper ipsorũ quatuor, quia leuabant se super se, contemplando diuina: Sic Antichristus est vna bestia de septem, & tamen dicitur octaua, propter excellentiam in malitia, quia per superbiam plenus Diabolo, extollet se supra humanam potentiam; *& vadit in interitum*, scilicet mortis corporalis, spiritualis, & infernalis.

VERSVS 12.

Et decem cornua, quæ vidisti, decem Reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestas tanquam Reges vnâ horâ accipient post bestiam. Postquam suprà exposuit bestiæ septem capita, hîc exponit decem cornua. Et quia per illa intelliguntur decem Reges, ideo primò ostendit eorum potestatem; secũdò operationem, ibi, *Hi vnum consilium habent, & virtutem.* Ita dixi suprà, quòd erant bestiæ suprædictæ septem capita, nunc ostendo quæ sunt decem cornua, dicens, *Et decem cornua quæ vidisti*; supple tu Ioannes, *decem Reges sunt*, scilicet in capite bestiæ, Diaboli, vel Antichristi, scilicet futuri tempore Antichristi. Regnum eorum diuidetur in decem regna tempore Antichristi, quæ subiugabuntur regno, & imperio Antichristi, vt habet Daniel; *Cornua ipsius decem, decem reges sunt, qui nondum regnum acceperunt*, quia non modò, sed tempore Antichristi regnabunt.

Impii Reges cornua dicuntur Diaboli.

Dicuntur autem isti Reges cornua bestiæ, scilicet Diaboli, vel Antichristi, propter adhæsionem, quia adhærebunt Antichristo, sicut cornua capiti suo, propter elationem, quia erigentur in altum contra Dominum suum, propter persequutionem, vel impugnationem, quia impugnabunt Ecclesiam per potentiam suam. Vel decem cornua istius bestiæ, scilicet Diaboli, vel Antichri, decem Reges sunt, omnes scilicet mali Principes, mandata transgredientes. Et hi, dicit Ioannes, *non dũ regnum acceperunt*, scilicet tempore eius: vnde post Ioannem fuit diuisio mundi principaliter in decem regna, vel Reges, qui sunt scilicet Sarraceni, Daci, Galli, Lombardi, Burgundiones, Almani, Sueui, Franci, Hunni. Melior tamen expositio prima, decem cornua decem Reges sunt futuri tempore Antichristi.

Quis vere Rex dicatur.

Qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam Reges, non sicut Reges veri, sed sicut Tyranni: verus enim Rex debet habere æquitatem iustitiæ, claritatem sapientiæ; pietatem, imò sanctitatem diuinæ reuerentiæ, quibus omnibus omnes carebunt isti Reges. Et ideo signanter dicit, quòd *potestatem habebunt tanquam Reges*, scilicet tyranni Ecclesiam persequẽtes, & Deum, & proximum.

Principatus malorum brevissimus.

Hi ergo potestatem in malum tanquam Reges *vnâ horâ accipient. Vnâ horâ* dicit, quia cito eorum potestas transibit, quia tribus annis & dimidio solùm durabit. Hanc ergo potestatem accipient vna hora post Antichristum, vel Diabolum, tanquam sui imitatores, & eius voluntatem facientes, & ipsum sequentes. Ecce vilissimum principatum, post

bestiam, quia qui bestiam sequitur bestia est, Psalm. *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris*, & cum bestia, bestia eris. Psal. 17.

VERSVS 13.

Sequitur, *Hi vnum consilium habent, & virtutem, & potestatem suam bestiæ tradent.* Hîc ostenditur eorum operatio duplex, scilicet imitatio Antichristi, & persequutio Christi, ibi, *Hi cum agno pugnabunt.* Dicit ergo, *Hi vnum consilium habent.* Ita dixi quod reges prædicti, imitatores Antichristi, potestatem accipient pòst, & non solùm hoc, verùm etiam *hi vnum consilium habent*, scilicet negandi Christum, & credendi Antichristum, quia eorum malitia erit exquisita. Istud erit consilium impiorum.

Impiorum consilium aduersus pios quale.

Hi ergo Reges impii habebunt consilium vnum, Christum negandi, Ecclesiam persequẽdi, Antichristum sequendi; *& virtutem, & potestatem suam tradent bestiæ. Et virtutem*, scilicet quam habebunt in seipsis, *& potestatem*, scilicet quam habebunt super alios, *bestiæ tradent*, id est, Antichristo attribuent. Omnia enim quæ facient, illi attribuent, cùm tamen non sit potestas, nisi à solo Deo, Roma. decimo tertio.

VERSVS. 14.

Hi cum Agno pugnabunt. Hîc ostenditur persequutio Christi per prædictos Reges, nam impii erunt imitatores Antichristi, & non solùm hoc, verùm & persequutores Christi, *qui cum Agno pugnabunt*, id est, cum Christo, Agno mitissimo, verbo & facto, & suos subtrahendo & occidendo; *non prævalebunt*, quia *& Agnus vincet illos*, scilicet illorum malitiam refrenabit, & ipsos in se, & in suo capite Antichristo damnabit, & suis fidelibus constantiam tribuet. Et benè dico, quòd Agnus iste Christus Reges istos iniquos Antichristi vincet, *quoniam Dominus dominorum est*; *Dominus* singulariter, *dominorum* vniuersaliter est, veraciter, & stabiliter, & firmiter. Glossa, *Dominus dominorum est*, vtens malis ad libitum, & ad bonorum gloriam; *Et Rex regum*, scilicet omnia ordinando, omnibus imperando: & iste Agnus non solum per se, sed etiam per suos vincet istos Reges impios. Ideo addit, *& qui cum illo sunt vocati electi, & fideles, vincent illos*, non virtute propria, sed diuina. *Et qui cum illo sunt*, per firmam adhæsionem, *vocati* scilicet per prædicationem, vel inspirationem, *electi* per prædestinationem, *fideles* per præceptorum impletionem, & fidei conseruationẽ. Isti, inquam, vincent dictos Antichristi iniquos ministros: vocat autem hîc Christum *Agnum* propter vincendi modum, qui est per patientiam.

Christus imperum victor.

Cur cum Christus dicatur vincturus Antichristianus nominatur agnus.

VERSVS. 15.

Et dixit mihi, aquæ quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ. Ostensâ qualitate rectorum, hîc ostenditur qualitas subditorum. Ita dixi quod promisit mihi Ioanni Angelus quòd ostenderet mihi damnationẽ meretricis, quæ sedet super aquas multas, & ostendit quæ est bestia, & quæ sunt eius septem capita, & eius cornua decem: nunc autem ostendit quæ sint aquæ, super quas sedet meretrix dicta, dicens, *aquæ quas vidisti super quas meretrix sedet*, id est, vanitas mundana, vel congregatio Antichristi, residet, vel dominatur, vt domina & regina, *populi sunt*, quoad auaros,

Vanitas mundi regina.

auaros; *& gentes*, quoad luxurioſos, *& linguæ*, quoad ſuperbos. Super iſtos ſedet, & quieſcit meretrix iniqua. Omnes enim iſti ſubiecti erunt meretrici, ſcilicet Antichriſto, Diabolo, & eius dominationi, qui docebat eos meretricari, & fornicari. Nã ex omni parte colliget multos: propter quod dicit *populi*, quoad illos qui legem habent; *gentes*, quoad illos, qui lege carent; *linguæ*, quoad vtroſque, qui alios inſtruunt, & docent. Vnde de omnibus non ſolùm maiores, qui intelliguntur per *populos & gentes*, ſed etiam minores, qui intelliguntur per *linguas loquentes* ſubiecti erunt Antichriſto, maximè meretrici, quia non ſolùm ipſe fornicabitur, ſed compellet illos fornicari. Et dicit *meretrix*, quia ſemper eſt immunda, *ſedet*, quia voluptatem exigit, & voluntatem non erigit ad appetenda cœleſtia; *Super aquas*, quia ſemper fluit, appetendo delectabilia, & non præcauendo futura iudicia. Sic & Antichriſtus, & eius cœtus fœditatem non abiiciet, voluptatem appetet, de peccato in peccatum fluet.

Ex omnibus plurimos colliget Antichriſtus in ſua ſequelam.

VERSVS 16.

Et decem cornua, quæ vidiſti in beſtia, hi odient fornicariam, & deſolatam facient eam, & carnes eius manducabunt, & ipſam igne cremabunt. Suprà deſcribit membra Diaboli, vel Antichriſti ſub ratione damnabilis culpæ, & quia huius cauſa eſt iugum, dicitur iudicium, ideo primò ponitur pœna, vel ſupplicium; ſecundò diuinum iudicium, ibi, *Deus enim dedit in corda ipſorum, vt faciant quod illi placitum eſt.*

Dicit ergo, *& decem cornua, quæ vidiſti in beſtia*, &c. Ita dixi ſuprà, quòd A beſtia, ſcilicet Antichriſtus, habebat decem cornua, & quòd illa cornua erant decem Reges, & omnes mundi Principes, Antichriſtum imitantes, decem præcepta Decalogi impugnantes. Et non ſolùm hoc, verùm & decem cornua capiti ſuo inhærentia; *hi odient*, ſcilicet in inferno, *fornicariam*, ſcilicet Antichriſtum, cui conſenſerunt, vel vanitatem mũdanam, quam dilexerunt, vel congregationem malam, de qua ipſi B erant, quia vnus odiet alium in inferno; *Et deſolatam faciet illam*, ſcilicet Antichriſtum, quia completo numero electorũ, perdet ſolatium; & deſolabitur de cruciatu ſuo, & ſuorum; *Et nudam*, ſcilicet virtutibus; *Et carnes eius manducabunt*, quia cum ipſis punietur Diabolus, & Antichriſtus; *Et ipſam igne cremabunt*, propter inordinatum amorem, quo ipſe eos C diliget, & ipſe eum.

In inferno odio habebuntur quæ hunc ſummo amore diligebant.

Dicit eſſe *deſolatam* contra conſolationem honorum; *nudam*, contra opulentiam diuitiarum; *igne cremasam*, propter inuidiam nequitiarum. Habebit enim eminentiam honorum, opulentiam diuitiarum, affluentiam delitiarum, inuidiam nequitiarum. Vel Antichriſtus habebit in mundo conſolationem, in Inferno deſolationem, & ideo dicit *deſolatam*; vel habebit in mundo diuitiarum magnitudinem, contra hoc nuditatem, & paupertatem, D *nudam*. Vel Antichriſtus, habebit in mundo delectationẽ carnalem, contra hoc, in inferno carnis, & vermis corroſionem, & deuorationem, ibi, *carnem eius manducabunt*. Vel Antichriſtus habebit in mundo inflammatam nocendi voluntatem, contra hoc, gehennalem concrematio-

Quanto quis æternior in hoc ſæculo tanto grauius in inferno punietur.

nem, ibi, *igne cremabunt*, Apoc. decimo ſeptimo, *Quantum glorificauit ſe, tan-*

& in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Dicuntur autem sequentes Antichristum, carnem eius manducare occasionaliter, quia pro hoc ipse igne cremabitur. Isaias. *Ambulate in flammis, quas succendistis vobis.* Vnde propter ista duo dicitur Isai. decimo octauo, *Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur.* Isai.

VERSVS 17.

Dominus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod illi placitum est, vt dent suum regnum bestiæ, donec consummentur verba Dei. Hîc ostendit quod omnia dicta fient permissione diuina, & iusto Dei iudicio. Ita dixi suprà, quòd Principes terreni adhærebunt bestię, Antichristo, & Diabolo, & quòd pugnabunt cum Agno. Et hoc totum fiet Dei iudicio, quia *Dominus dedit*, id est, permisit, vel permittet, præteritum pro futuro, *vt faciant quod placitum est illi*, scilicet Antichristo; & hoc meritò, quia Deus malos excæcat suis meritis. Meritò ergo permittet Deus, vt Antichristiani faciant quod placitum est illi, scilicet Antichristo: *vt dent regnum suum bestiæ*, id est, concedant, vel consentiant super se Antichristum, vel Diabolum regnare: Et hoc faciet tandiu, *donec consummentur verba Dei*, id est, donec impleantur quæ à Deo sunt pronuntiata de pœnis reprobrorum, & de pręmijs electorum. Vsque tunc enim permittentur mali regnare cum bonis, & quandoque super bonos, & in area ventilabra, & palea comburentur, triticum autem in horreum reponetur, Matth. tertio, *Separabuntur mali à bonis*; vt deinceps nulli malo sit benè, & nulli bono sit malè.

Demerita nostra caritatis nostra spiritualis causa.

VERSVS. 18.

Sequitur, *Et mulier, quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super omnes Reges terrę.* Expositâ bestiæ figurâ, exponitur mulieris metaphora, & præterit ea, de quibus diffusiùs infrà. Dicit ergo, *Et mulier, quam vidisti.* Ostendi tibi, Ioannes, ego Angelus, vel Christus, quid significat bestia, quam vidisti, nunc ostendo quid significat mulier, dicens. *Mulier, quam vidisti, est ciuitas magna*, id est, malorum multiplicitas, & reproborum vniuersitas, quæ est *mulier* appellata, quia est fœcunda ad malum, mollis & infirma ad bonum. Vnde malorum congregatio est appellata *mulier*, quia fœcunda vitiis, *Ciuitas*, quia alios colligit suis malis exemplis; vel quia vnitam malis, sed *magna*, propter magnitudinem in personis; vel propter superbiam in factis. Infinitus enim est numerus stultorum, & ideo magna est ciuitas, vel congregatio peccatorum, & hæc ciuitas est, quæ *habet regnum super Reges terræ*, & hoc ratione superbiæ. Superbia enim regnat super Reges, & Principes terræ. Sed sicut regna in mundo, sic terræ subiicietur in inferno, propter quod ille versus.

Qua malorum congregatio appellatur mulier.

Superbi deprimentur in inferno.

Res homo labilis, ac fragilis, qui fronte tumescit
Elatæ pennā ponetur in igne gehennæ:

SYNOPSIS CAPITIS DECIMI OCTAVI.

DEscribitur excidium & incendium Babylonis, quod Angelus glorioſus et potens cum clamore aperit dicens, Cecidit, cecidit Babylon magna: tum Reges ac negotiatores terræ, qui olim ipſi adhæſerant, amare flebunt: cœlicolæ verò, Apoſtoli, et Prophetæ lætitiâ perfundentur.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

1. ET poſt hæc vidi alium Angelum deſcendentem de cœlo, habentem poteſtatem magnam: & terra illuminata eſt à gloria eius. 2. Et exclamauit in fortitudine dicens, Cecidit, cecidit Babylon magna: & facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis volucris immundæ, & odibilis: 3. Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes: & reges terræ cum illa fornicati ſunt: & mercatores terræ de virtute delitiarum eius diuites facti ſunt. 4. Et audiui aliam vocem de cælo, dicentem: Exite de illa populus meus, vt ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. 5. Quoniam peruenerunt peccata eius vſque ad cælum, & recordatus eſt Dominus iniquitatum eius. 6. Reddite illi, ſicut & ipſa reddidit vobis: & duplicate duplicia ſecundum opera eius: in poculo quo miſcuit, miſcete illi duplum. 7. Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum, quia in corde ſuo dicit: Sedeo regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo. 8. Ideo in vna die venient plagæ eius, mors & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis eſt Deus, qui iudicabit illam. 9. Et flebunt, & plangent ſe ſuper illam reges terræ, qui cum illa fornicati ſunt, & in delitiis vixerunt, cùm viderint fumum incendii eius. 10. Longè ſtantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vnâ hora venit iudicium tuum. 11. Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt ſuper illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius: 12. merces auri, & argenti, & lapidis pretioſi, & margaritæ, & byſſi, & purpuræ, & ſerici, & cocci, (& omne lignum thyi-

num, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & æramento, & ferro & marmore, *13.* & cinnamomum) & odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum & animarum hominum. *14.* Et poma desiderii animæ tuæ discesserunt à te, & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & amplius illa iam non inuenies. *15.* Mercatores horum, qui diuites facti sunt, ab ea longè stabunt, propter timorem tormentorum eius, flentes ac lugentes, *16.* Et dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byssо, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis: *17.* quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ. Et omnis gubernator, & omnis qui in lacum nauigat, & nautæ, & qui in mari operantur, longè steterunt, *18.* & clamauerunt videntes locum incendii eius, dicentes: Quæ similis ciuitati huic magnæ? *19.* Et miserunt puluerem super capita sua, & clamauerunt flentes & lugentes, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes, qui habebant naues in mari de pretiis eius: quoniam vnâ horâ desolata est. *20.* Exulta super eam cælum, & sancti Apostoli, & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa. *21.* Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem, quasi molarem, magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas magna, & vltra iam non inuenietur. *22.* Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius: & vox molæ non audietur in te amplius: *23.* & lux lucernæ non lucebit in te amplius: & vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erãt principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes. *24.* Et in ea sanguis Prophetarum & Sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.

VERSVS 1.

ET post hæc vidi alium Angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Premissis quinque visionibus, quibus reuelatur pertinentia ad præsentem statum Ecclesiæ, hîc ponũtur duæ visiones pertinentes ad futurũ statum. Prima visio fuit de correctione Ecclesiarum; secunda de reuelatione mysteriorum; tertia de numero Angelorum tubâ canentium; quarta de pugna draconis & mulieris; quinta de septem Angelis effundẽtibus septem phialas iræ Dei. Duæ sequentes de pœnis malorum sunt, & de præmijs electorum: & ideo hæc pars in duas diuiditur; In prima agitur de damnatione reproborum; in secunda de gloria bono-

rum, infrà vigesimo primo, *Et vidi cœlum nouum, & terram nouam.* Et ita prima pars continet tria capitula. Item primò ponitur damnatio malorum generaliter; secundò rectorum specialiter, sicut Antichristi & Diaboli, infrà decimo nono, ibi, *Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus in medio.* Item quia ad damnationem malorũ sequitur exultatio bonorum, ideo primò ponitur malorum damnatio; secundò bonorum exultatio, ibi, *Exultate super ea cœlum, & sancti Apostoli, & Prophetæ.* Item primò ponitur denunciatio damnationis ad credendum; secundò ad cauendum, ibi, *Et audiui aliam vocem de cœlo, dicentem, exite*, &c. Item primò describit denunciationem, ibi, *& exclamauit in forti voce dicens*; *Cecidit, Cecidit.*

Et nota, ad maiorem euidentiam dicendorum, quòd hæc visio continet tres partes, in prima agit de causa generali malorum; in secunda de casu bestiæ, & Pseudo-Apostolorum, in fine vigesimi primi capituli, sicut dixi; in tertia de pœna dęmonum. Hoc autem caput in quatuor partes diuiditur: in prima agit de casu vniuersitatis malorum; in secunda monet fugere Babylonem, vel mundanam cõsolationem, quia reducit ad pœnas reproborum, ibi, *Audiui vocem de cœlo dicentem, exite de ea populus meus.* In tertia ponit dolorem, & luctum ipsorum damnatorum, ibi, *Et flebunt, & plangent super eum reges*; in quarta gaudium bonorum de damnatione malorum, ibi, *Exultate super ea cœlum.* Nota etiam quòd in alijs capitulis dãnatio malorum; hæc verò damnatio nòn ex proposito, sed inflictio. Sed quia ad damnationem reproborum sequitur inflictio pœnarum, ideo si quid A de damnatione malorum tangitur, non est superfluum quod additur.

Dicit ergo, *Et post hæc vidi*, &c. Hæc pars prędecentibus partibus sic cõtinuatur. Ita dixi suprà quòd vidi correctionem Ecclesiarum in prima visione; reuelationem mysteriorum in secunda; numerum Angelorum in tertia; pugnam draconis, & familiæ Agni in quarta; septem Angelos effundentes septem B phialas iræ Dei in quinta; *& post hæc vidi*, id est, post visiones dictas, & post eorum mysteria mihi pleniùs reuelata, *vidi* autem Ioannes, scilicet dictinctè, vt per intelligentiam clariùs aspiceretur; apertè, vt per memoriam firmiùs teneretur; ordinatè, vt per linguam ordinatiùs exprimeretur.

Vidi inquam, *alium Angelum*, id est, Christum, qui dicitur alius Angelus, singularitate vnionis mirificæ; sed alius authoritate missionis paternæ. Vel alius, quia ipse Deus, alij ministri, iste Dominus, alij serui; iste pater, alij filij; sed Angelus à Deo Patre missus, Christus enim magni consilij Angelus, Isai. nono. *Christus cur alius Angelus, ab aliis Angelis dicitur.*

Vidi ergo *alium Angelum*, id est, Christum, *descendentem de cœlo.* Descendentem, scilicet humilitate exinanitionis in Incarnatione; *de cœlo.* id est, de æqualitate Patris, sine derelictione; *habentem potestatem*, scilicet per æqualitatem maiestatis paternæ. Vnde Glossa, *habentem potestatem*, scilicet cum Patre, secundùm diuinitatem, & humanitatem, Danielis septimo, *potestas eius, potestas æterna.* *Christus indiuidue cum Patre.* Daniel. 7.

Dicit ergo, *Vidi alium Angelum, descendentem de cælo, habentem potestatem magnam:* In ista clausula ostendit in Christo authoritatem, in persona Angeli, ibi, *Vidi alium Angelũ;*

Isai. 9. Isa. nono. *Magni consilij Angelus*; humilitatem Incarnationis in descensu amabili, ibi, *Descendentem de cælo*; sublimitatem dominationis in virtute inseparabili, ibi, *habentem potestatem magnam*, Eccles. 17. Ecclesiasti. decimo septimo, *Dedit illi potestatem sempiternam, & regnum eius in generationem & generationem.* Hîc descensus fuit summè amabilis, quia ibi fuit copulatum summum bonum delectabile nostræ paruitati; summè laudabilis. quia ibi fuit adunatum summum expediens nostræ infirmitati; summè honorabilis, quia ibi fuit complantatum summum bonum honestum nostræ deformitati. Vnde Psalm. *Descendit sicut pluuia in vellus*: & descendit non figuraliter in subiecta creatura, sed visibiliter in assumpta natura, non mutando locum, quia Deus vbique est, sed producendo nouum effectum, quia Deus homo, & homo factus est Deus. Sed sicut pluuia in vellus faciliter impressionem roris, & passionem non sentit liquoris, aliter liquorem effunderet: sic cùm Beata Virgo, in quam Dei filius personaliter descendit, statim ad consensum Angelicum recepit Spiritus sancti impressionem, & carnis non sentit læsionem, liberaliter refudit, & refundet vnctionem.

Qualis fuit Christi Domini descensus.

Psal. 71.

Vidi ergo *alium Angelum descendentem de cælo*, id est, Christum descendentem de sinu Patris, & venientem in vterum Virginis matris, *habentem potestatem magnam*, scilicet propter æqualitatem paternæ maiestatis; *& terra illuminata est à gloria eius*, id est, Ecclesia situ firma, super aquas gratiæ fundata, fœcunda fructibus, speciosa virtutibus. Hæc inquam, *terra illuminata est à gloria eius*, id est, ab eius eruditione, & A prædicatione, & miraculorum operatione; & per consequens actione est informata, & illustrata. Vnde eius doctrina, exempla, ac miracula totam terram, id est, Ecclesiam militantem illuminabunt. Vnde *habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis*, Isai. nono. Vel *terra illuminata est à gloria eius*, id est, illuminati sunt luce fidei, & cognitionis, à tenebris infidelitatis, & ignorantiæ, Ioan. primo, *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Vel *terra illuminata est à gloria eius*, id est, humana natura facta est glorioſa, cùm fuit diuinitati coniuncta; Ioan. decimo, *Vidimus gloriam eius, quasi*, &c.

Isai. 9. B Ioan. 1. Ioan. 1.

Terra illuminata est à gloria eius. Si verbum istud allegoricè exponatur, terra ista potest dici beata Virgo, quæ est terra glorioſa ortu, Isai. quadragesimo quinto, *Rorate cæli desuper*; militans Ecclesia, quæ est C terra speciosa situ, Matth. decimo sexto, *Quodcumque ligaueris super terram*: fidelis anima, quæ est terra speciosa cultu, Luc. octauo, *Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt*, &c. Cœlestis Curia, quæ est terra pretioſa fructu, Psal. *Portio mea Domine, sit in terra viuentium*; & *Credo videre bona Domini in terra viuentium*, &c. Prima illuminatur germinationis coniunctione, Isai. quarto, *Surge illuminare Ierusalem*: & Eccles. quadragesimo primo, *Sol illuminans per omnia*: secunda illuminatur veritatis eruditione, Luc. primo, *Illuminare, his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent*: Tertia sanctitatis illustratione, ad Ephes. quinto, *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus*, quarta illuminatur fœlicitate fruitionis, infrà vigesimo secundo, *Claritas illuminabit*

Virgo qualis terra est. Isai. 45.

Multipliciter sumitur. Matth. 16. Luc. 8. Psal. 141. Psalm. 26. Isai. 4. Luc. 1. Ephes. 5.

eam, & lucerna eius erit Agnus. Vel A ad Diabolum.

poteſt legi littera à principio capituli vſque huc. Et *poſt hæc*, id eſt, poſt viſiones dictas, *vidi Angelum*, id eſt, Chriſtum à Patre miſſum, id eſt, aliam rem mihi oſtendentem: *Deſcendentem de cælo*, id eſt, ad iudicium venientem, *habentem poteſtatem magnam*, ſcilicet damnandi malos, & præmiandi bonos. Et eo veniente, *terra illuminata eſt*, id eſt, fideles, iuxta illud Eccleſiaſtici, *Fulgebunt iuſti*, &c. *à gloria eius*, id eſt, à præſentiâ filij ſui.

Eccleſ.

VERSVS 4.

Et exclamauit in fortitudine, dicens, Cecidit, cecidit Babylon illa magna. Hîc poſtquàm deſcripſit denunciantem malorum damnationem, deſcribit ipſam denunciationem. Et primò ſententiantis verba; ſecundò ipſam ſententiam, ibi, *Cecidit, Cecidit.* Dicit ergo, *& clamauit.* ta dixi, quòd *vidi Angelum*, ſcilicet Chriſtum, *à cuius gloria terra illuminata eſt*, & non ſolùm hoc, verùm & *vidi*, quòdidem Angelus exclamauit, ſcilicet prænũtiando, propter zeli vehementiam, *in fortitudine*, non trepidando, propter mentis conſtantiam, dicens pronunciando ſententiam, quid? *Cecidit, Cecidit Babylon illa magna*, id eſt, malorum congregatio peſſima; Babylon dicta, quia confuſione duplici erit confuſa, ſcilicet interiori, & exteriori: *Babylon* enim dicitur *confuſio.* Et certè malorum congregatio erit confuſa in corpore, & anima. Et ideo propter hanc duplicem confuſionem dicitur bis *Cecidit*; vel propter amiſſionem gloriæ, & damnationem pœnæ, Ierem. decimo quinto, *Duplici contritione contere eos.* Vel propter auerſionem à Deo, & conuerſionem

Malorum congregatio merito, Babylon nuncupata.

Ierem. 15.

Ergo *Cecidit, cecidit, Babylon illa magna*, id eſt, peccatorum & malorum vniuerſitas eſt confuſa, Pſal. *Confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos.* Confundentur enim peccatores extremâ confuſione, & cadent in profundum pœnæ æternæ.

Babylon ergo plena confuſione nequitiæ indebitæ, pœnę debitę, gloria perditæ, *Cecidit, cecidit Babylon illa magna*, id eſt, mundi vanitas. Dicitur Babylon magna, quoniam ſicut Babylon dicebatur magna, propter populi numeroſitatem, regni principalitatem; inhabitantem faſtuoſitatem; ſic mundi vanitas dicitur Babylonia; propter peccantium multitudinem; propter peccatorum enormitatem, propter enormitatis diuerſitatem, Daniel. quarto, *Nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in robore fortitudinis meæ?* Sed quare ait, *Cecidit, Cecidit*, & non dicit *ſteterit?* Quia non poteſt diu ſtare vanitas mundialis, nam homo morietur, & eius hæreditas erunt ſerpentes & vermes, Eccleſ. ſecundo: vnde Bernardus [Dic, vbi ſunt amatores huius mundi, qui in pauca tempora vobiſcum erant? nihil ex eis remanſit, niſi cineres, & vermes. Quid profuit eis inanis gloria, breuis lætitia, mundi potentia, falſæ diuitiæ, magna familia, concupiſcentia mala? vbi riſus? vbi iocus? vbi iactantia? vbi arrogantia? heu! de tanta lætitia, quanta triſtitia!] de illa magna exultatione in ruinam magnam ceciderunt.

Cur vanitas Babyloni magna comparetur.

Daniel. 4.

Cecidit ergo *Babylon illa magna*, & non ſolùm cecidit, verùm *& facta eſt habitatio dæmoniorum.* Hîc tangitur duplex cauſa caſus, vel damnationis Babylonis, vel congregationis malæ: & quia peccatum in ſe effe-

Caſus noſtri cauſa peccatum.

cit, & quia ſuo malo exemplo ſuggeſſit, ibi, *quia de vino fornicationis eius biberũt omnes gentes.* Quòd autem hîc tangatur cauſa caſus, vel damnationis Babylonis, id eſt, malæ congregationis, vel mũdanæ vanitatis, patet ex Gloſſa, quæ dicit, ideo cecidit, *quia facta eſt habitatio dæmoniorum*, & quia damnationis æternæ eſt cauſa, peccatum. Ideo tangit peccatum, primò in generali; ſecundò in ſpeciali, ibi, *& cuſtodia omnis ſpiritus immundi.*

Dicit ergo, *Et facta eſt habitatio Dæmoniorum.* Ita dixi quòd cecidit Babylon, & quare? Quia ſupple, *& facta eſt habitatio Dæmoniorum*, id eſt, receptaculum omnium peccatorum mortalium, ſicut dicitur de Magdalena, quòd eiecit de ea ſeptem Dæmonia, quia cunctis vitiis erat plena: *Et quia facta eſt cuſtodia omnis ſpiritus immundi*: & hoc dicitur quoad peccata carnalia, quæ reddunt hominem immundum apud homines, & apud Deum *Et quia facta eſt cuſtodia omnis volucris immundæ, & odibilis.* Hoc dicitur quoad peccata ſpiritualia, quemadmodũ volucres eleuant hominẽ in altum, non in cœlũ, ſed cõtra Deum, ideo reddunt hominem maximè odibilem apud Deum. Sicut ſunt peccata carnalia, maioris infamiæ, peccata etiam ſpiritualia ſunt maioris culpæ. *Vel cuſtodia omnis volucris*, quoad peccatum ſuperbiæ, quemadmodum volucris, habet hominem contra Deum eleuare, *immundæ*, quoad peccatum luxuriæ, quod habet corpus & animam maculare; *Odibilis.* quoad peccatum auaritiæ, quòd maximè reddit hominem odibilem apud proximum, & apud Deum, & defectiuum apud ſeipſum. Excedit enim auarus ſuperbiam Luciferi A præſumptoris; hic enim appetit Dei æqualitatem, quaſi quid maximũ æſtimãs; auarus autem Deum quotidie vendens, pertractat eum, quaſi rem parùm appretiandam, imò pro nihilo dandam, cùm ſe miſer homo ſi venderet, non ſe pro nihilo daret. Ecce amentiam Adæ contemptoris; nam hic putauit comedere fructum vetitum, ille autem vẽdit ſanguinem humanum vehementiùs prohibitum. Ecce malitiam Iudæ proditoris, quia hic frequenter pro denario vendit, quem ille pro triginta dedit.

Nihil deteſtabilius quam auaritia.

VERSVS 3.

Quia de vino iræ fornicationis, vel de ira fornicationis eius, *biberunt omnes gentes.* Hic tangitur alia cauſa caſus, vel damnationis Babylonis, ſcilicet peccatum, in quantùm alios corrũpens, ſeipſum, & alium per malũ exemplum meretur damnationem, & caſum æternum. Ita dixi, quòd *Babylon cecidit, quia facta eſt habitatio Dæmoniorum*, id eſt, receptaculum diuerſorũm peccatorum: & non ſolùm propter hoc cecidit, verùm etiam *quia de vino fornicationis*, id eſt, de delectatione peccati, quia fornicatur anima coniungẽdo ſe ſpõſo mortali, *iræ*, quia Deus prouocatur ad iram, *biberunt omnes gentes.* Vnde nõ ſolùm Babylon cecidit, quia in ſe peccatum commiſit, verùm *de vino iræ fornicationis eius*, id eſt, de delectatione ſuæ corruptionis, ſuo malo exemplo, alios infecit: Et hoc eſt quod dicit, *de vino fornicationis*, &c. *biberunt omnes gentes*, id eſt, omnes maiores, vel Reges terræ, id eſt, maiores regentes, *cum illâ fornicati ſunt*, & ſicut maiores, peccauerunt, Iſai. 24. *Sicut populus, ſic & ſacerdos.* Vel aliter, ſicut enim Eccleſia

Peccatum apud omnes nos reddit immundos.

Quam exitiale peccatum auaritia.

Peccatum damnat.

Superiores peruerſo ſuo exemplo alios inficiunt.

sia bonorum, gratias multiplicat & A dona, sic Ecclesia malorũ, mala. Et hoc ostendit specialiter, primò respectu carnalium populorum, dicens, *De vino fornicationis, &c. biberunt omnes gentes*, id est, omnes carnales gentiliter viuentes; secundò respectu maiorum, & superborum, cùm dicit, *& reges terræ*, id est, maiores & superbi, alios sibi subiicientes, *cum illa fornicati sunt*, id est, ad B exẽplum illius Babylonis peccauerunt, & à summo sponso recesserũt.

Et mercatorès terræ de virtute delitiarum eius diuites facti sunt. Et mercatores terræ, id est, auari, qui animas suas vendiderũt Diabolo, ambitione sæcularium rerum, dicendo, *per* Deum tantũ dedi, vel tantũ dabitis mihi. *De virtute delitiarum eius*, id est, de copia peccatorum Babylonis, quæ peccata auari reputãt diuitias, *Diuites facti sunt*, id est, repleti sunt. Vnde Greg. [Auaritia implet bursam, euacuat conscientiam, excludit iustitiam, oculos claudit, manus C contrahit, libertatem tollit, sentina stercorum est, piscina sordium, stabulum peccorum,] Eccles. 12. *Si fueris diues, non eris immunis à peccato.*

Mercatores terræ, id est, auari; *de virtute delitiarum eius*, id est, de peccatis Babylonis, vel malæ cõgregationis, in quibus peccatis mali delectantur, *diuites facti sunt*, id est, repleti facti sunt, & sic auãri diuitijs repleti D sunt, quia omnia eis deficiunt, dicẽte Seneca: Desunt inopiæ multa, auaritiæ omnia: & ideo Hieronimus in prologo Galeato [Auaro tã deest quod habet, quàm quod non habet; &, auarus obolo indiget.

Impius animam suam pro nihilo vendit.

Impius peccata diuitias esse arbitratur.

Auarus licet ditissimus tamen pauperimus est.

VERSVS. 4.

Et audiui aliam vocem de cælo dicentem, exite de illa populus meus, ne participes fitis delictorum eius. Hic denunciatur damnatio ad cauendum, & primò damnationis causa; secundo pœna, ibi, *Reddite illi, sicut illa reddidit vobis.* Ita dixi quòd audiui Angelum voce magna denunciantem malorum dãnationem, vt credatur, dicendo, *Cecidit, cecidit Babylon illa magna*; & non solùm hoc, verùm *& audiui vocem*, id est, diuinam inspirationem, vel Christi & suorum prædicatorum; *de cælo*, id est, de Ecclesia, in qua sunt infidelibus indignis celata diutna mysteria; *vocem dicentem, exite de illa*, id est, de Babylone confusa, vel mundi nequitia, meretrice vesana: *exite*, inquam, id est, cauete, ne faciatis eius opera; *populus meus*, mihi adhærẽtes ex amicitia; *ne fitis participes delictorum eius*, experiendo eius delectabilia; *& de plagis eius non accipiatis*, sustinendo infernalia supplicia. Quasi diceret, si capitis partẽ de flagitijs, vel de diuitijs, accipietis de supplicijs, & si dissimiles estis in vita, non eritis similes in pœna. Qui enim erũt participes in culpa, erunt per consequens in pœna,

Societas malorum periculosissima.

Ergo *ne fitis participes delictorum eius*, id est, non adhibeatis ei consensum. Consensũ prebet, qui laudat, & adulatur, & qui corrigere debet, & non facit, *& de plagis eius*, id est, de peccatis, quæ habent animam vulnerare, non accipiatis in hoc mundo, & sic non eritis participes pœnarũ in futuro. Et benè moneo, quòd de peccatis eius, & de plagis eius non accipiatis, & quare? statim reddit causã: *Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum*, id est, vsque ad suam malam consummationem. Vel vsque ad cœlum per desperationem, blasphemiam, & enormitatem peccatorũ, Gen. decimo septimo. *Clamor Sodomorũ & Gomorrhçorũ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est ni-*

Peccatum vere plaga est.

Genes. 17.

mis, vt peruenirent vsque ad cælum, id est, A vsque ad Dei contemptum, & maximè claudit cœlum.

Peruenerunt ergo *peccata* Babylonis iniquæ meretricis, *vsque ad cælum*, id est, adeò creuerũt, vt vltrà crescere non possent, scilicet vsque ad Dei contemptum: & quia peccata eius vsque ad cœlum, id est, vsque ad Dei contemptum, venerunt, *Recordatus est Dominus*, quòd priùs delictorum eius videbatur oblitus, cùm eam permitteret prosperari. B

Cur dicitur Deus recordari iniquitatum nostrarum.

Recordatus est, inquam, ad puniendũ, Ierem. trigesimo primo, *Peruenit vsque ad cælum iudicium eius*, Ecclesiastici octauo, *Et quia non profertur contra malos citò sententia, absque terrore vllo filii hominum perpetrant mala.* Vel *Recordatus est Dominus iniquitatis eius*, quia tunc Dominus reducit ad memoriam: sicut scire dicitur Deus, quando facit nos scire sensum. Gregor. Moral. vigesimo primo: Scire, inquit, Dei, dicitur, C scire nos facere, vsitato nostræ loquutionis modo, quia lætum diem dicimus, quando contingit nos lætari. Vnde sciendum quòd Dominus aliquando recordatur peccatorum ad ostendendum, & peccator erubescat, Thren. *Recordare Domine, & respice opprobrium nostrum*; aliquando recordatur peccatorum ad indulgendum, vt peccator gratias agat, Abacuc tertio, *Cùm iratus fueris misericordiæ recordaberis*, aliquando recordatur peccatorum, ad puniẽdũ, vt peccator paueat, in proposito. D

Ierem. 31.
Eccles. 8.
Thren. 5.
Multipliciter Deus dicitur memor peccatorum.
Abac. 3.

VERSVS 6.

Reddite illi, sicut illa reddidit vobis, & duplicia secundum opera eius. Hîc postquam fuit denuntiata damnationis malorum causa denuntiatur pœna. Et primò denuntiat pœnam, per voluntatem persequendi; secundò per studium delectandi, & fruendi, ibi, *Glorificauit se, & in deliciis fuit*, &c. Ita dixi suprà quòd Babylon multa mala commisit, & quòd amicos Dei persecuta fuit; & ideo omnes Sancti, & electi ab ipsa Babylone iniqua meretrice persequuti sunt.

Reddite illi, scilicet Babyloni, id est, malorum, iniquorum, & peccatorum congregationi, *sicut ipsa reddidit vobis*, id est, sicut ipsa vos puniuit iniustè. Glossa, vindicate iram meam, id est, puniendam denunciate iustè, vindicate iram meam in illos, sicut ipsi vos punierunt, vt pœna respondeat culpæ, Ierem. *Reddite ei opus suum, iuxta omnia quæ fecit.* Ierem 50. Et non solùm supple, Reddite talionem pro talione, verùm *& duplicate duplicia*, id est, ipsos dupliciter puniendos denuntiate, quia in corpore & anima; ipsi enim vos punierunt simpliciter, quia solùm in corpore. Ergo vos Sancti duplicia denũtiate; persecutores, & vos puniẽtes, dupliciter esse puniendos: & hoc *secundùm opera eius*, id est, secundùm quod maius, & minus cõtra vos cõmiserunt. Et benè dico, *duplicate Babyloni*, id est, cõgregationi malorum, *duplicia*, ita quòd in poculo, quod vobis miscuit, *miscete illi duplũ*, in poculo, scilicet tribulationis, quod miscuit vobis, pœnas inferendo, *miscete illi duplum*, scilicet duplicem pœnam denunciando. Vel istud vltimum *in poculo*, &c. non videtur esse, nisi quædam explanatio superius dicti, scilicet *duplicia duplicate*: & dicit *in poculo*, quod miscuit, quia in praua suggestione est admixtũ venenum infidelitatis cũ melle suauitatis, vel dulcedinis verborum; suprà 17. *Mulier erat habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione, & iracundia fornicationis eius.* Apoc. 17.

Deus secundũ duplicia à nobis pœnas exigit.

VERSVS 7.

Quantùm glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum. Hìc determinatur de pœna, quàm habebit de peccatis in seipsam cómissis, quia peccauit in se, se glorificádo, & delectando, & suam gloriam alijs ostendendo. Ideo dicit, *quantùm glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum*, contra gloriam, & luctum, contra superbiam, & delitias. Vel sic, *quantum glorificauit se*, scilicet honores appetendo, & temerariè vsurpando; *& in deliciis fuit*, carnis mollitiem ampliando, *tantùm date illi tormentum*, scilicet in corpore, & luctum in anima, vel in mente, vel tormentum quantũ ad ignem, luctũ quantũ ad vermem.

Qui glorificat se in honoribus.

Et nota quòd *tantum* & *quantùm*, non dicunt æqualitatem quantitatis, sed proportionis. Ergo quantum erit tormentum clericorum honores indebitè appetentium, & temerè vsurpantium? Certè maximum: propter quod dicit Hugo, quòd vnus, vel plures erunt in præbendis, vnus, vel plures, erunt in tormentis. Quantùm etiam lugebunt, qui tantum carnis mollitiem diligunt? Vnde inter omnes, aliqui clerici magis sequũtur carnis oblectamenta, & ideo maiora habebunt tormenta. Ergo carnem doma, si vis effugere tormenta in fine, propter quòd ille versus

Nollem quod vellem mulieris tangere pellem
Vellẽ, quòd pellem possem cohibere rebellem.

Quia in corde suo dicit, sedeo Regina, & vidua non sum, & luctum non videbo, ideo in vna die venient plagæ eius. Hic ostéditur ipsorum malorũ, vel congregationis iniquæ stulta, & præsũptuosa securitas. Ita dixi quòd quá-

Quam præsumptuosa est peccatorum securitas.

A tùm cógregatio mala glorificauit se, tantum habebit tormentũ, & luctũ. Et non solùm hoc, verùm etiá *quia in corde suo superbiendo, & glorificando, & dona Dei sibi attribuẽdo*, non à Deo recogitando, *vt Regina sedeo*, & ideo de honore meo, & dignitate amoueri non timeo: *& vidua non sum*, quia bonis temporalibus plena sum: *& luctũ non video*, quia nó video aliquid, quod remoueat me à delectationibus meis, quod est carnalibus causſa mœroris. B

Ad litteram, sic hodie exęcantur mundani, vt spoliari non credant temporalibus, nec opprimi aduersitatibus, nec puniri pro peccatis, & deformitatibus. Vnde dicere videntur in corde suo insipientes, non est Deus; non attendentes quòd scribitur Iob vigesimo primo, *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendũt*: & ideo diuiti, qui in corde suo stultè cogitabat, dicens, *quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos, destruam horrea mea, & maiora faciam, & ideo congregabo omnia horrea mea, & dicam animæ meæ, anima habes multa bona, requiesce, comede, bibe, & epulare. Et dixit ei stultè, hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti, cuius erunt?* C

Cæcitas stipendia peccatorum.

Iob. 21.

Luc. 12.

VERSVS 8.

Ideo, propter iactantiá & præsumptuosa confidétiá illorum additur, *in vna die venient plagæ eius.* Quasi diceret, siue sis Rex, siue quicumque alius, non debes de te presumere, & alios contemnere, & quare? certè *quia vna die*, scilicet iudicij, *venient plagæ eius*, id est, inferni, super te. D

Quia ergo Babylon magna mundana *dicit in corde suo, sedeo vt Regina*, id est, in pace, & potestate magna, *& vidua nõ sũ*, id est, mũdi solatijs nó sũ

Cauendum à iactantia.

iudicij, quo non putabunt peccatores, & maligni, *venient plagæ eius*, id est, pœnæ debitæ peccatis eius: & statim subiungit, quæ erunt istæ plagæ, dicens.

Visionis Dei carentia mors animarum.

Mors, & luctus, & fames, & igni comburentur. *Mors*, id est, visionis Dei carentia, quæ est animarum mors æterna, Psalm. *Mors depascet eos.* Hæc est mors supra mortem, propter excessiuam acerbitatem, sine morte, propter continuitatem, vltra mortem, propter æternitatem, & ideo Iob ait, *Dimitte me, vt plangam*, &c.

Psal. 48.

Iob. 10.

Veniet ergo super peccatricem animam *mors*, id est, carentia visionis diuinæ; *& luctus*, id est, dolor ex gehennarum afflictione, & bonorum amissione; Luc. sexto, *Væ vobis, qui nunc ridetis, quoniam plorabitis.* Vel luctus ex pœnarum afflictione, *& fames*, ex bonorum carentia, & amissione, Isai. quinquagesimo quinto, *Serui mei comedent, & vos esurietis.*

Luc. 6.

Quanam fames damnatorum.

Isai. 55.

Et igni comburentur, quia enim dixit, *Sedeo vt Regina*, ideo prædicitur mors æterna; quia dixerat, *vidua non sum*, ideo prædicitur ei *fames*, id est, omnis consolationis carentia, quia dixerat, *luctum non video*, ideo prædicitur ei *luctus* ex generali pœna, Matth. *Ite in ignem æternum, ibi erit fletus, & stridor dentium.* Vt dicit Fulgentius in Epistola, [Duo sunt principalia tormenta in inferno, scilicet frigus intolerabile, & calor inextinguibilis, fletus namque & liquefactio oculorum nascitur ex calore, stridor verò dentium ex frigore oritur.]

Matth. 8.

S. Fulgent.

Quia fortis est Deus, qui iudicabit eam. Hîc ostenditur puniẽdi potestas. Benè dico quòd veniet super peccatores *mors, luctus, & igni comburentur*: & hoc scilicet à iusto iudice, quia reddet vnicuique secundùm opera sua. Et hoc *quia fortis est Deus*, cui nullus potest resistere, propter quod stulta est eorum securitas, cùm non valeãt contra Deum aliquid facere. *Fortis est* ergo *Deus, qui iudicauit illam*, scilicet Babylonem Reginam, id est, vanitatem mundanam, vel peccatricem animam, Sapient. sexto, *Iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet.*

Sapient 6.

VERSVS 9.

Sequitur, *Et flebunt, & plangent super illam Reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in delitijs vixerunt.* Ostensus fuit damnationis status, hîc ostenditur fletus & planctus: & primò agitur de fletu, & planctu Regum, Principum, & magnorum; secundò de fletu negotiatorum, ibi, *& negotiatores terræ flebunt super illam*; tertiò de fletu nautarum, ibi, *& omnis gubernator, & omnis qui lacum nauigat.* Et per tres hos intelliguntur omnes mali.

Dicit ergo, *Et flebunt, & plangent*, &c. Ita dixi quòd Babylon, id est, vanitas mundana, vel malorum Ecclesia, contra Deum se erexit, dicendo, *Sedeo vt Regina; & ideo venient super illam mors, luctus, fames, & ignis, & frigus*, semper habebit ista mala, verùm omnes facientes similia, quia *& flebunt*, scilicet interiùs in mente cõscientia remordente; *& plangent*, scilicet exteriùs in corpore, *& igne comburentur super illam*, id est, propter illam Babylonẽ iniquã, vel vanitatẽ mundanam; *Omnes Reges terræ*, id est, omnes Principes terreni, cœlestia relinquentes, & temporalia di-

ligentes. Vel *plangent se omnes Reges terræ super illam*, id est, super vanitatem mundanam fundati, *qui cum illa fornicati sunt*, id est, ad exemplum, & impulsum illius à Domino recesserunt. Sponsus enim animæ Deus, sed qui fornicatur cũ altero, in peccato coniungitur. Vnde mundana vanitas hodie (quia maximè Principes, & aliquos Ecclesiæ rectores, qui dicuntur Reges alios regentes) trahit ad fruitionẽ creaturarum, Deum contemnendo, terrena amando, immunditiæ seruiendo, ipsi Diabolo adultero adhærendo aduersus Dominum, derelinquendo ipsum, aduersus Christum eius deprædando ipsius Christi thesaurum. Sequitur, *Disrumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum.*

Animam sponsus Deus.

Ad pessima nos trahit mundana vanitas.

Cùm ergo cum meretrice ciuitate Babylonica mundana fornicati sint Reges terræ, ideò flebunt, *& plangent se, qui cum illa fornicati sunt, & qui in delitijs vixerunt*, eas impudenter amplexando. Et additur, *in delitiis*, quia non omne peccatum est in delitiis, vt est peccatum iræ & inuidiæ. Et benè dico quòd *flebunt & plangent se* tales Reges. *Et hoc cùm viderint fumum incendij eius*, id est, magnum incendium fumosum. *Nam fumus tormentorum, eius ascendet in sæcula sæculorum*, vt suprà. decimo quarto. *Cum viderint*, inquam, *istum fumum*

VERSVS 10.

Longe stantes. Sed quæritur in quo statu erunt isti Reges, si in Inferno, quomodo stabunt longè. Si in cœlo, quomodo flebũt? si in mundo, quomodo videbũt? Solutio, Dico quòd in Inferno, sed dicitur quod longè stabunt, si quidem positione, sed nó affectione, & voluntate. Si autem intelligatur de bonis Regibus, benè terram suam, id est, conscientiam suam, & alios regentibus, tunc potest dici, quòd in mundo stantes, & sic longè dolebunt, & dolent de pœna malorum, quam vident eos pati secundùm oculos fidei. Vel etiam ipsi damnati longè stant à voluptate mundi. Longè ergo ab incendio Infernî, non positione, sed voluntate.

Cùm viderint fumum illius incendii, flebunt, & plangent se, & hoc propter terrorem tormentorum eius; plus enim cruciabit eos horror, & terror continuationis pœnæ, quàm actualis afflictio gehennæ.

Plus damnatum cruciabit horror continuationis pœnæ, quã actualis afflictio gehennæ.

Flebunt ergo, *& plangent se dicentes, væ væ ciuitas illa magna Babylon.* Ecce notabilis expressio doloris, & omne verbum subtransit, nec omne potest addi. Ille omnis dolor non est cogitabilis, vel expressibilis, vel imaginabilis. Erunt ergo dicentes *væ væ*, Duplicatur *væ væ*, propter duplicem dolorem ignis, & vermis, vel propter duplicem damnationem animę & corporis. Ierem. decimo sexto. *Duplici contritione contere eos.*

Exprimi non potest dolor damnatorum.

Ierem. 16.

Bis ergo dicit *Væ*, quia damnatur completissimè illa ciuitas, quia damnatur vilissimè omnis faciens mala; *Magna*, quia non cessabitur, præ magnitudine pœnæ; *Babylon*, quia damnabitur pro sua deinordinatione, & turpitudine, & ideo ponetur in extrema confusione. *Ciuitas illa magna*, mali multitudine; *fortis*, in peccati perpetratione. *Væ*, inquam, ciuitati, scilicet malæ congregationi, vel mundanæ vanitati. Et quare? Quia in vna hora damnabitur; verissimè veniet iudicium tuũ apertissimè particulare, scilicet in morte, vel in mundi fine, Iohelis vltimo, *Cito velociter reddam vobis vicissitudinẽ in caput vestrum.* Propter quod

In malos punitio non citius venire.

Ioël. vlt.

dicit Gregorius. [Quoties diem iudicii cogito, toties toto corpore contremisco]

VERSVS 11.

Et negotiatores terræ flebunt super illam, & lugebunt, Hîc postquam ostendit luctum Principum, & maiorum, ostendit luctum imitatorum & mediorum. Et ostenditur causa luctus, scilicet carétia bonorum, & affluentia malorum. Ita dixi quòd Reges terræ alios malè regentes, *flebunt*, & non solùm hi, verùm *& negotiatores*, sic appellati, propter inquietudinem in acquirendo; *terræ*, propter iniquam cupiditatem in appetendo; *flebunt* interiùs, propter amaritudinem in amittendo, *& lugebunt* exteriùs, propter acerbitatem in tolerando.

Mundanis negotiis & lucris dediti, terenus torquebuntur.

Vel *negotiatores terræ* pro terrenis animas dando, *flebunt*, ex verme interiùs corrodente, *& lugebunt* exteriùs, ex igne corrodente. Et benè dico quòd *lugebunt*, *& flebunt*, *quoniam merces eorum*, quas scilicet emerunt propter lucrum, *Nemo emet amplius*, quia non erunt vtiles quantùm ad vsum: tunc enim deficiet tempus merendi, & demerendi; Zachar. vltimo, *Non erit vltra mercator in domo Dei in die.* Et nota quòd duplicatur verbum pertinens ad lucrũ, quia dolebunt in amissione rei amatæ, & in tanto labore acquisitæ, & de pœna inflicta præ inordinato amore. Et exprimit illa, in quibus maxime mercati sunt, & laborauerunt, ponendo primò ea, quia inter metalla sunt pretiosiora, & ponuntur in thesauris, dicens,

Zachar. vltimo.

VERSVS 12.

Merces auri & argenti, Ad litteram supple nemo emet à vobis *& lapides pretiosi*, qui Antonomasticè dicuntur A carbunculus, & margarita. Vnde nota, ad intelligentiam istius dicti, quòd enumerantur in speciali merces, quas nemo post iudicium emere potest, de quibus suprà mentionem fecit in generali, quia sic possunt distingui, quæ merces sunt ad opulentiam, & superfluitatem, vt quæ determinantur in metallis, & lapidibus pretiosis, quæ tanguntur cum dicitur, *merces auri & argenti, & lapides pretiosi, & Margaritæ.* Vnde hîc enunciauit illa, in quibus nutritur auaritia. Quædam sunt ad honestatem, & horum quædam ad honestatem corporum, cùm dicitur, *Et byssus, & purpura*, quædã ad honestatẽ domorum, cùm dicitur, *omne lignum thyinum, & cedrinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide precioso, & æramento & ferro, & marmore.* Hîc enuntiantur omnia in quibus nutritur vanitas mundana, vel superbia. Quædam sunt ad necessitatem, & horum quædam sunt ad necessitatem infirmitatis, cùm dicitur

Superfluitas vitranda.

VERSVS. 13.

Et cinnamomum, & odoramentorum vnguenti, & thuris; quædam ad necessitatem sustentationis, quæ tanguntur, cùm dicitur, *Et vini, & olei, &c.* quædam ad necessitatem operationis, quæ tanguntur cùm dicitur; *Et omnium iumentorum & equorum, & rhedarum*, id est, curruum, *& mancipiorum*, quæ corpore seruiunt, & non mente, vt Ioseph Pharaoni; *Et animarum hominũ*, id est, seruorum, qui seruiunt corpore, & mente. Merces, inquam, omniũm Sanctorum nemo emet à nobis post iudicium, quia ex tunc merces non habebunt locum. Et quia quædam sunt, quæ pertinent ad gaudium

animæ,ad voluptatem, quam exprimit in quadam generalitate dicens,

VERSVS. 14.

Poma desiderij animæ tuæ, id est,superflua desideria mentis tuæ, *discesserunt à te*, id est,discedent; *Et omnia pinguia, & præclara perierunt à te*, id est, quæcumque delectabilia, Sapient. primo, *Transierunt hæc omnia, relinquendo post se* ✠*maritudinem*, quia quamuis transeat eorum præsentia, memoria pungit tamen: in peccato enim est delectatio transiens,& non obliuio manés;& confusio sequens, & damnatio concludens. Non solùm priuatur omnium istorum possessione, imò sunt sine recuperandi spe;ideo addit,

Quid post delectationes remanet nisi dolor.

Sapien. 1.

VERSVS. 15.

Et amplius illam non inuenient mercatores,id est, amplius non erit tempus vel locus mercandi. Et ideo lugebunt,& flebunt, propter quòd ille versus.

Quis mercatorum possit figmenta malorum,
Fraude mille modos latitando dicere nodos?
Fallunt fallentes, falluntur decipientes.
Intrabunt barathrum, nisi reddant, prôh dolor, aurum.

In mercatoribus fraus & dolus.

Qui diuites facti sunt, ab ea longe stabunt. Hîc ostenditur horror, vel terror ex pœna cognita. Ita dixi quòd negociatores, animas dantes pro terrenis, lugebunt. Et non solùm hoc, verùm etiam supp. *& timebunt*, quia & *qui diuites*, scilicet ipsi idem mercatores, vel alij aliter diuitias malo modo acquirentes : *qui* inquam, *diuites facti sunt*,scil. tẽporaliter, hi fient pauperes spiritualiter, *ab ea*, scilicet à Babylone nequam, vel vanitate mundana, hoc est,à negotiatoribus, mercatoribus factis in ea. Hi, inquam, *diuites longè stabunt*, scilicet à pœna æterna, non positione, sicut dictum est suprà. Et benè dico quòd longè stabunt à pœna, voluntate, & quare?

Qui diues fit temporaliter malis artibus fit pauper spiritualiter.

Propter terrorem tormentorum eius. Hoc est, quia magis timebunt pœnarum continuationem, quàm præsentem afflictionem. Vel quia maior erit pœna terroris cõtinuationis pœnæ, quàm afflictionis gehennæ. Vnde Sapientiæ. *Turbabuntur timore horribili*,&c. Vnde nota;diuites huius mundi sunt feruentes auaritiâ, fallentes astutiâ; & ideo sepelientur in gehenna : vnde mortuus est diues, & sepultus est in Inferno Luc.16.

Sapient.5.

Describitur miseria diuitum huius sæculi.

Luc. 1.

Ergo *longe stabunt* à pœna,voluntate, non positione, *propter terrorem tormentorum eius*, *flentes & lugentes*; ecce signum doloris. *Flẽtes*, inquam, erunt pro commissis, *ac lugentes*, pro omissis.Vel *flentes* interiùs conscientiâ mordente, & *lugentes* exteriùs igne comburente,

VERSVS 16.

Dicentes,væ væ ciuitas illa magna, id est,vanitas mundana,vel cõgregatio iniqua malorum. Malorum enim,& peccatorum cõgregatio,ciuitas magna dicitur, quia multi conueniunt in vitiis, & in peccatis, stultorum enim, id est,peccatorum, est numerus infinitus. Ergo benè ciuitas magna,dicitur mundus.Huius ciuitatis incœptio, fœditatis fulcimentum, defectio, stoliditatis nutrimentum, confectio, vanitatis in alto cooperimentum, corruptio, iniquitatis perfectio. Propter quod beatus Sebastianus dixit [Vita mundana in se sperantes fallit, se expectantes decipit: admonet furem,vt rapiat, iracundum vt sæuiat : mendacem vt

Vanitas huius vitæ præsentis describitur.

fallat, hæc imperat crimina, iubet facinora; suadet iniusta]

Væ ergo *ciuitas illa magna, quæ erat amicta byssо*, (vt diues ille epulo. Luc. vndecimo,) quæ fieri solet de lino Ægypti. Dicitur *byssо*, propter carnis mollitiem, *purpura*, propter carnalitatem, est pannus rubei coloris tinctus in croco, & significat carnalitatem.

Et deaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis. Hoc totum expositum est suprà. Et nota quòd dicitur, ciuitas mundana auro deaurata, quia amatores huius mundi signa deaurationis habent, sed tamen re carent. Vnde licèt hæc non sint in inferno, retinebunt tamen signa vanitatis, quæ habuerunt in mundo, ad pœnæ cumulum, & doloris augmentum. *Væ*, ergo, *ciuitas illa*, sic amicta; sic deaurata. Et quare? statim reddit causam.

Signa vanitatis remanebunt in inferno ad pœnæ cumulum.

VERSVS. 18.

Quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ. Quoniam vnâ horâ, id est, subitò, & ex insperato *destitutæ sunt tantæ diuitiæ*, id est, transierunt tales vanitates mundanæ, Lucæ. duodecimo, *stulte hac nocte repetent animam tuam à te.*

Luc. 12.

Pœnam ergo aggrauabit peccatorum recordatio, & delitiarum temporalium velox transitio. Sunt enim vna hora defectiuæ, & ideo plurium deceptiuæ, quod Bernard. [Dic mihi, vbi sunt amatores huius mundi, qui ante pauca tempora nobiscum erant, &c. vt suprà.] Ergo vnâ horâ sunt mundanorum diuitiæ destitutæ.

Pœnã peccatorum recordatio aggrauat.

Possunt autem ista verba ab isto loco, *Merces eorum nemo emet amplius*, vsque huc, exponi moraliter secundùm Glossam de hypocritis, & simulatis hominibus, pro laude humana

Hypocrita describitur.

A preciosas merces vendentibus, sed tunc non erunt qui emant, quia omnibus apparebit eorum falsitas. Prętendunt ergo hypocritæ se habere aurum diuinæ sapientiæ, argentum spiritualis eloquentiæ, lapidem pretiosum, scilicet carbunculum lucidum, conuersationis honestæ; Margaritam, nitorem vitæ apostolicæ; byssum, Sanctorum nitorem; purpuram, Martyrum amorem; Sericum, virginitatis nitorem, coccum, charitatem perfectam; lignum thyinum imputribile, constantiam immobilem.

Marmor inuictæ humilitatis, cinnamomum, id est, pallorem pœnitentiæ, & amomum, scilicet opinionis bonæ. Videntur etiam isti hypocritæ habere merces odoramentorum, scilicet donorum, & thuris, id est, amoris. Et vini, compunctionis, & olei, compassionis, & similæ, conscientiæ puritatis, tritici, firmitatis. Videntur etiam habere merces iumentorum, id est, laborum spiritualium, & ouium innocentiæ, & simplicitatis, & equorum, fortitudinis, & strenuitatis, & creaturarum, sustentationis, & mancipiorum, administrationis, & animarum hominũ, scilicet rationis, & pomorum delectabilium, id est, bonæ famæ, quam præ omnibus desiderant, sed quid? discesserunt à te hypocrita, *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Et non solùm hæc discesserunt, verùm & omnia pinguia, quoniam eorum nequitia erit omnibus manifesta, quæ tamen prius erat byssо, & purpura, & sericis amicta.

Hypocritæ suæ simulationis hic recipit mercedem in altero sæculo seuerissime puniendus.

Sequitur, *Et omnis gubernator, & omnes, qui in lacum nauigant, & nautæ, & qui in mari operantur, longe steterunt.* Hîc ostenditur luctus nautarum, seu carnaliũ clericorũ. Et primò ponitur

horror

horror & terror plangentium; secundò clamor eorum, ibi, *Et clamauerunt videntes locum incendij eius.* Et nota quòd suprà per Reges intelliguntur terreni Principes, per negotiatores alij sæculares, hîc per gubernatores, Clerici, & alij gubernatores Ecclesiæ, quorum est alios gubernare.

Dicit ergo, *& omnis gubernator.* Ita dixi suprà, quòd Reges, & gubernatores lugebũt, & quòd longè à pœna inferni stabunt, & si non positione, tamen volũtate: & hoc ego Ioãnes vidi, & non solùm hoc, verùm *& omnis gubernator, & omnes qui in lacum nauigãt*, id est, omnis qui ad certam prælationem aspirat, quod signatur in nauigatione laci; *& omnes nautæ*, scilicet, qui ad incertam prælationem anhelant. Vel nautæ vocantur, Prælati minores, vt Priores, Decani, & Presbyteri Parochiales.

Et qui operantur in mari, id est, prædicatores, propter latitudinem maris, quia sunt dispersi per vniuersum mũdum, hi omnes supple, malè implentes officium suum, *longè steterunt*, id est, stabunt, scilicet à suis prælationibus, & officijs degradati, & in infernum detrusi. Vel *longè stabunt*, scilicet à pœna, sicut dictum est de Regibus, & negotiatoribus suprà, non positione, sed affectione. Vel *longè steterunt*, scilicet ad litteram, id est, malè plebem sibi commissam custodierũt, & quasi per fugam reliquerunt: & ideo à Deo etiam longè steterunt, & infernali pœna digni sunt. Vnde possunt hodie dicere aliqui Prælati Ecclesiæ, illud Cant. *Posuerunt me custodem in vineis, vineã meam non custodiui*; imò certè dissipaui, & dissipatam reliqui, & ab ea longè steti: propter

Prælati commissi sibi gregis immemores seuerè puniendi.

Cant. 1.

A quod de his quàm plurimis queritur Ecclesia, Canticorum, *Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem, percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum.* Circumeunt hodie aliqui ciuitatem Ecclesiæ, vt prælationes possint habere in muneribus illicitis, partibus indignis, obsequijs inhonestis, intentionibus iniquis, falsis sigillis, donec Ecclesiá inueniãt, inuentam percutiant, dũ eius bona destruũt, percussam vulnerent dum de igne immunditiæ ministrent: sed pallium auferunt, dum Christi patrimonium violenter emungunt, & parentibus tribuunt: & ideo morte æternâ digni sunt. Vnde Chrysost. Clericus qui de bonis patrimonii potest sustentari, si res pauperum suscipit, iudicium sibi manducat, & bibit, & multo magis si parentibus tribuit.

Cant. 5.

Ebur castitatis, as longanimitatis, ferrum firmitatis symbolum.

Vel aliter, *O mnis gubernator*, id est, omnis rector, quantumcumque fuerit peritus; *& omnes nautæ*, quamuis fuerint in remigando fortissimi, *& omnes qui in lacum nauigant*; quamuis fuerint in periculis, *& qui in mari operantur*, quamuis fuerint expositi, *longè stabunt*, scilicet à sua negotiatione, quam ampliùs non poterunt exercere. Vel longè steterunt à Deo per culpam, & ideo longè stabunt ab eo per pœnam. Et non solùm hi mali gubernatores, & Ecclesiæ rectores longè steterunt.

VERSVS. 18.

Sed *& clamauerunt*, id est, clamabunt, *Videntes locum incendij eius*, id est, præ terrore inferni succensi igne & sulphure, *dicentes*, scilicet præ stupore; *Quę similis huic ciuitati magnæ?* scilicet vanitati mundanæ, quæ fuit in tanta gloria, & modò in tanta miseria, & istos retraxit à cęlo, & trusit in

Damnatorum miseria ineffabilis.

infernum. *Quę* ergo *similis huic ciuitati magnę* ? cuius continuus dolor, & intolerabilis, Iob. 23. *De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultũ abire non patitur*; Continuus fœtor abominabilis, Amos, *Pluit super vnam ciuitatem*, &c. Psal. *Pluet super peccatores laqueos*, continuus horror innominabilis, Amos 6. *Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odiui.* Quæ ergo similis ciuitati huic magnæ? & dicitur *magna*, quia multi & magni ibi erũt; *Lata est via quæ ducit ad illam, & multi vadunt per illam*, ad miseriam, & pœnã æternã. Sed quia causa miseriæ istorum est amor, siue cupiditas terrenorum, ideo additur

Iob. 28.
Amos. 4.
Psal. 10.
Amos 6.

VERSVS 19.

Et miserunt puluerem super capita sua. Et Ecclesiæ rectores malè se, & alios regentes & gubernantes, miserunt, id est, mittent, quærendo pœnitentiam, sed frustrà, nam præoccupabuntur die mortis, & quærent spatium pœnitentiæ, & inuenire non poterunt. Nam *iurauit Angelus per viuentem in sęcula sęculorum quia tempus non erit amplius* pœnitendi post mortem. Vel *Et miserunt*, cùm in mundo fuerunt, *puluerem*, id est, temporalia puluere plena, *super capita*, id est, voluntate, & affectione sua, & ideo perierunt in gehenna. Vel *miserunt puluerem*, desperationis, quæ omnia deiicit, & miserum facit, *super capita sua*, id est, in mente sua. Et ideo deiecti sũt in magna miseria, *& clamauerunt*, id est, clamabunt præ dolore, *flentes*, scilicet interiùs in mẽte, *& lugentes*, scilicet exteriùs in corpore, *dicentes, Vę vę*, præ duplici afflictione, corporis scilicet & animæ, ciuitas illa magna, scilicet vanitas magna multitudine & magnitudine.

Amor terrenorum miseriarum & calamitatum origo.

In qua diuites facti sunt omnes, qui habebant naues in mari. In qua, scilicet ciuitate mundana, *diuites facti sunt*, tẽporaliter, & in perpetuum pauperes spiritualiter, *omnes, qui habebant naues in mari*, diuitias in mundo, quasi per eas in mari magno, & periculoso nauigantes, facti sunt, inquam, tales diuites *de pretiis*, id est, de bonis temporalibus pretium habentes, *eius*, scilicet ciuitatis mundanæ. Et statim addit causam, quare sic clamauerũt, vel clamabunt, *Quoniam vnâ horâ desolata est*, quoniam vnâ horâ, quę fuit sibi ignota, scilicet mortis, *desolata est*, scilicet cessante diuitiarum iactantiâ, & delitiarum affluentiâ, & superueniente omnium pœnarũ indicibili, & irremediabili superabũdantia. Et nota quòd spiritualiter nauem dicuntur habere in mari, id est, in hoc mundo, qui præsunt alijs per officium regiminis, vt aliqui Prælati; vnde hi de prætijs & mercibus eius malè & iniustè acquisitis diuites facti sunt, & ideo in ciuitate inferni inter alios erunt desolati, & pauperes.

VERSVS 20.

Quid post possessionẽ terrenorum remanet nisi dolor.

Sequitur, *Exulta super ea cęlum, & sancti Apostoli, & Prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium nostrum de illa.* Hæc est quarta pars capituli vbi ostenditur exultatio bonorũ de dãnatione peccatorum & malorum; & primò ponitur exultatio; secundò vt magis gaudeãt, malorum punitio, ibi, *Et sustulit vnus Angelus lapidem fortem quasi molarẽ*, tertiò ostenditur in peccatoribus omnis lætitiæ subtractio, ibi, *& vox citharœdorum*, &c.

Reprehendũtur Prælati redditibus officiorum abutentes.

Angelus cur cœlum dicitur.

Dicit ergo, *Exulta ſuper ea cælum, & ſancti Apoſtoli.* Ita dixi, quòd mali flebunt etiam in profundo inferni, & lugebunt. Et non ſolùm hoc, verùm & boni ſupple, gaudebunt in damnatione eorum, in palatio Paradiſi: & hoc eſt, quod dicit, *Exulta ſuper ea cælum*, id eſt, vos cœleſtes Angeli gratia cõfortati, *Gaudete*, de malorũ damnatione. Vnde Angeli dicuntur cœli, ãlti cõtemplatione indicibili; clari ſpeculatione inoffuſcabili; ſphærici in duratione interminabili: hi gaudẽt de damnatione malorum, Thren. 2. *Laudabunt ſuper Babylonem, cælũ, & terra, & omnia quæ in eis ſunt. Exulta* ergo *cælũ*, id eſt, Angeli; vel *exulta cælum*, id eſt corpus, vel cœtus Angelorum in cęlis habitantium, *& ſancti Apoſtoli*, id eſt, omnes Sãcti maiores, *& Prophetæ*, id eſt, Sancti minores, quia Prophetę poſſunt dici omnes, qui per cautelã & circũſpectionem futurorum præuident, & præuiſa, prout accidũt, præcauent. *Exultate* ergo, non ſolùm de eorũ pœna, ſed de Dei iuſtitia, *quoniam iudicauit iudicium noſtrum de illa*: huc eſt, ſicut malorũ collectio peruersè nos iudicauit, & oppreſſit iniuſtè, ſic Deus ipſam iudicabit, & cõdemnabit iuſtè, Iſai. 32. *Væ qui prædaris, nonne & ipſe prędaberis? & qui ſpernis, nonne & ipſe ſpernêris?* vtique.

Multiplex eſt iudicium.

Et nota quòd eſt iudicium diſcuſſionis interiùs, & hoc laudatur, ad Rom. decimo, *Si noſmetipſos diiudicauerimus*: Definitionis eorũ, quæ ſunt manifeſta exteriùs, hoc permittitur 1. ad Cor. 7. *Permittit nobis iudicare.* Gloſſa [de apertis publici iuris, de conuictis & confeſſis] Pleniùs hoc præcipitur, Deut. 12. *Iudices & magiſtros conſtitues*; Suſpicionis in proximum, hoc diſſuadetur. Malignitatis contra Deũ, hoc cõdemnatur. De 1. A 1. ad Cor. *Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus*, de 2. Luc. 6. *Nolite iudicare, vt nõ iudicemini.* De 3. ad Rom. *Inexcuſabilis es, ô homo omnis qui iudicas*: de tertio in propoſito, *Iudicauit Dominus iudiciũ noſtrum de illa*: hoc eſt, congregationem malam ſub iſto iudicio condemnabit: vnde iudicium eſt ordinatè diſpoſitum, diſcretè diſcuſſum; iuſtè executum, Pſal. *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.*

1. ad Cor. 4. Luc. 6. Rom. 3. Pſal. 118.

B

VERSVS 21.

Ierem. 2.

Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem, quaſi molarem, magnũ, & miſit in mare, dicens, hoc impetu, &c. Hîc oſtenditur malorum punitio. Ita dixi quòd mali de ſua damnatione flebunt, & quòd boni gaudebunt. Et cũ ſic illi flerent, & iſti gauderent, quid? *ſuſtulit*, id eſt, ſurſum tulit, *vnus Angelus fortis*, id eſt, Chriſtus, qui dicitur

C

Lapides molares denotantur pertinaces in impietate.

Angelus, quia à Patre miſſus, vnus ſingulariter genitus, quia ſingulariter electus; *fortis*, quia per eũ aduerſarius victus. Hic, inquam, Angelus, *ſuſtulit lapidem quaſi molarem, magnum*, id eſt, ſuſtolli & eleuari permiſit obſtinatos, & duros in malitia, & immobiles ad bona opera. Vtique lapides ſunt, iniqui obſtinãti in malitia, molares, quia ſunt circa tẽporalia occupati, & quia à mũdo rotati. *Suſtulit* ergo, hic Angelus talem *lapidem, & miſit in mare*, id eſt, in amaritudinem inferni, *dicens*, id eſt, per prædicatores ſuos affirmans, quid?

D

Si impius eleuatur grauiori impetu ruit.

Hoc impetu mittetur Babylon illa magna ciuitas, ſcilicet in infernum. Quaſi diceret, ſicut lapis eleuatus in altum, cum magno impetu deſcendit, & profundiùs cadit, ſic ipſa multitudo malorũ, modò permittitur eleuari in altũ, vt profundiùs

Iſai. 32.

Iob. 3. corruat in infernum. Vnde Iob tertio, *Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti validè.* Vnde de Ægyptijs, per quos, peccatores intelliguntur, dicitur, *Descenderunt in profundum quasi lapis. Hoc ergo impetu*, id est, *subitò mittetur Babylon ciuitas illa magna*, id est, congregatio malorum, *in mare*, id est, in infernalem pœnã, *Et vltra non inuenietur*, scilicet in mundo, vel in horum cõsortio, quod est contra hæreticos quosdam dicẽtes, reprobos post mille annos liberandos, & in bonorum consortio collocandos.

VERSVS 22.

Et vox citharædorum, & musicorum, & tibiâ canentium, & tuba non audietur in ea amplius. Ostensâ illatione mali tristabilis, ostenditur priuatio boni delectabilis. Et primo tãgitur damnatiõ, quantùm ad priuationem omnis iucunditatis, secundò quantùm ad priuationem omnis vtilitatis, ibi, *& omnis artifex omnis artis.* Ita dixi, quòd reprobi multa mala in inferno sustinebunt, & non solùm hoc, verùm & omni bono, & consolatione carebunt. *Et vox citharædorum, & musicorũ, & tuba non audietur in ea amplius*, id est, nulla iucunditas, vel cõsolatio, quam solent habere de musicis instrumentis, imò erit *ibi*, id est, in inferno, omnis consolationis priuatio, primi Machab. nono, *Conuersæ sunt nuptiæ eorum in luctum, & vox musicorum in planctum*

In inferno priuatio omnis iucunditatis & vtilitatis.

1. Machab 9.

Et omnis artifex omnis artis non inuenietur in ea amplius. Hîc tangitur damnatio infernalis, quantùm ad priuationem eorum, quæ habent aliquid vtilitatis, quorum quædam pertinẽt ad esse, vel benè esse hominis indiuidui, quædam ad benè esse speciei, scilicet hominis, in quantũ est principium alterius, ibi, *& vox sponsi*, &c. tunc ad esse, vel benè esse hominis indiuidui, quædam spectant ad animam, vt ars, scientia, & huiusmodi, quorum priuatio primò tãgitur cũ dicitur, *& vox molæ*, &c. quædam spectant ad ea, quæ inquiruntur exteriùs, quorum priuatio tãgitur, cũ subditur; *& lux lucernæ non videbitur.*

Dicit ergo, *Et omnis artifex.* Ita dixi quòd vox citharædorum & musicorum nõ erit in inferno, & ita erit ibi omnis iucunditatis priuatio. Verùm *& omnis*, quia *& omnis artifex*, id est, omnis scientia practica, siue speculatiua, nõ inuenietur in ea ampliùs, scilicet in damnatione æterna, imò omnium istorum carentia, Eccles. 9. *Quodcumq; potest manus tua facere instãter operare, quia nec opes*, quoad mechanicos; *nec ratio*, quoad Logicos, *nec scientia*, quoad Astrologos, *nec sapientia*, quoad Theologos, & Aduocatos, *erunt apud inferos, quò tu properas.* Sciendum quòd artifices, & clerici amittent scientiam suã, quòd satis probabile est, habebunt tamen eorum recordationem, non ad consolationem, sed ad maiorem doloré, sicut dicit Gregorius, quòd ignis lucebit, vt videant reprobi; vnde doleant, non vnde gaudeant. Sic etiam est de scientia intelligẽdum, quia si habeant aliquam rerum scientiam, non ad consolationem, sed ad desolationem.

Si scientia remanet in inferno, non ad consolationem sed ad pœnæ augmentum.

Eccles. 9.

Omnis ergo *artifex omnis artis non inuenietur in ea*, scilicet dãnatione æterna à principio, *& vox citharædorũ*, &c. Hîc ponitur priuatio ad interiorem, & exteriorẽ hominẽ. Per hoc, quod dicitur, *& vox citharædorum*, priuatur consolatio respectu auditus; vnde vox citharædorum, & illorũ dulciũ ad aures pertinentium nõ audietur in ciuitate illa ampliùs; per hoc quod dicit, *omnis artifex*, notatur

quòd omnis ars non inuenietur in ciuitate illa amplius. Priuatio consolationis rationis, vel intellectus non tantum vnius artis; sed omnis, non inuenietur in ciuitate amplius. Post hoc priuatio consolationis respectu gustus: vnde dicitur *vox molæ*, quia est ad vsum gustus, vnde ad gustum pertinentes non inuenientur in ea amplius, imo erit omnis boni saporis defectus.

VERSVS 23. B

Et lux lucernæ non lucebit ibi amplius: per hoc substractio consolationis visus tollitur. *Et vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc*, id est, amplius *inte*; per hoc intercluditur consolatio tactus.

Sic ergo colligendo omnia prædicta verba, erit ibi substractio omnis consolationis, & iucunditatis interioris & exterioris, scilicet quoad virtutes intellectiuas, quia C nec scientia, ibi; Et quoad sensitiuas, scilicet quoad auditum, gustũ, odoratum, visum, & tactum. Et sic priuatio omnis boni, & superafluentia omnis mali. Et ne credatur quòd frustrà subtrahatur isti Babiloni, id est, malæ congregationi consolatio, addit causam quare subtrahit dicens, *quia mercatores tui erant principes terræ. Quia mercatores tui*, id est, negotiatores tecum existentes, D *erant principes terræ*, id est, animas pro terrenis dantes. Sed si Babylon sic punitur, quia principes cupidos sic eligebat, quid fiet de viris Ecclesiasticis, quĩ terrenam sapientiam plus quęrunt in eligendis, quã diuinam? Baruch. tertio, *Filii Agareni quæsierunt prudentiam, quæ de terra est, & nescierunt*; & sequitur, *& quoniam non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam.* Babylon ergo iniqua amisisti omnia bona, *quia mercatores tui erant principes terræ*, id est, quia plus amauerunt terrena quam cœlestia. Baruch. 3.

Propter principes malos afflguntur subditi.

Et quia veneficiis, quæ ita vocantur quia his homines interficiuntur. *Et quia in veneficiis tuis*, id est, ad exemplum tui errauerunt omnes gentes, id est, multi de omnibus gentibus. Et non solùm ex his amisisti omnia bona, sed etiam quia

VERSVS 24.

Et in ea sanguis Prophetarum & Sanctorum inuentus est, id est, persequutio, & occisio iustorum: quasi diceret, ideo punitur, & ideo bona amittit, quia per eum sanguis iustorum effunditur, & ideo vindicta à Domino requiritur. Et non solum quia in ea sanguis iustorum, & Sanctorum erat inuentus & effusus, sed *omniũ, qui interfecti sunt in terra*, etiam malorum iniustè interfectorum. Vnde Glossa, [Si malus malum occidat, occisorem non excusat nequitia occisi.] De omnibus enim Deus faciet vindictam: vnde hic duplicem causam reddit amissionis bonorum prædictorum; prima est dilectio terrenorum, quam tangit, ibi, *& in veneficiis suis*; secunda persequutio iustorum, ibi, *& sanguis Prophetarum & iustorum.*

Mali iniuste non interficiendi.

SYNOPSIS CAPITIS DECIMI NONI.

POst damnationem purpurata meretricis, nempe Babylonis, describitur beatorum gaudium & gratulatio, tum de eius damnatione, tum quòd dies nuptiarum & retributio adueniat: deinde Christus habens in fœmore scriptum Rex Regum, & Dominus dominantium, gladium ore vibrans, regali pompa & gloria ad suos animandos ac tuendos; Antichristumque ac suos sectatores perdendos, adueniens commemoratur; Antichristus & eius præcursor, siue pseudopropheta à terra absorbentur.

CAPVT DECIMVM NONVM.

1. POST hęc audiui quasi vocem turbarum multarum in cælo dicentium: Alleluia: Salus, & gloria, & virtus Deo nostro est: 2. Quia vera & iusta iudicia sunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. 3. Et iterum dixerunt: Alleluia. Et fumus eius ascendit in sæcula sæculorum. 4. Et ceciderunt seniores viginti quatuor: & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronum, Amen: Alleluia. 5. Et vox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius: & qui timetis eum, pusilli & magni. 6. Et audiui quasi vocem turbę magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium: Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens. 7. Gaudeamus, & exultemus, demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. 8. Et datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti & candido: Byssinum enim, iustificationes sunt Sanctorum. 9. Et dixit mihi: Scribe: Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. & dixit mihi: Hæc verba Dei vera sunt. 10. Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. Et dixit mihi: Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrũ tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetiæ. 11. Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis, & Verax, & cum iustitia iu-

dicat, & pugnat. *12.* Oculi autem eius ſicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe. *13.* Et veſtitus erat veſte aſperſá ſanguine: & vocatur nomen eius, Verbum Dei. *14.* Et exercitus, qui ſunt in cælo, ſequebantur eum in equis albis, veſtiti byſsino albo, & mundo. *15.* Et de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus: vt in ipſo percutiat Gentes. Et ipſe reget eas in virga ferrea: & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. *16.* Et habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum: Rex regum, & Dominus dominantium. *17.* Et vidi vnum Angelum ſtantem in Sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus, quæ volabant per medium cæli: Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei: *18.* vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & ſedentium in ipſis, & carnes omnium liberorum, & ſeruorum, & puſillorum; & magnorum. *19.* Et vidi beſtiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos, ad faciendum prælium cum illo, qui ſedebat in equo, & cum exercitu eius. *20.* Et apprehenſa eſt beſtia, & cum ea Pſeudopropheta: qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos, qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui miſsi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis ſulphure: *21.* Et ceteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equum, qui procedit de ore ipſius: & omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum,

VERSVS 1.

POſt hæc audiui quaſi vocem magnam turbarum multarum in cœlo dicentium Alleluia, ſalus, & gloria, & virtus Deo noſtro, quia vera & iuſta ſunt iudicia eius. In præcedenti cap. actum eſt de damnatione malorum, ſub nomine Babylonis, & meretricis; hîc agitur de gratiarum actione, pro malorum damnatione; ſecundò pro ſaluatione bonorum, ibi, *vox de throno exiuit dicens, laudem dicite Deo noſtro.* Item primò oſtenditur cum gratiarum actione exultatio; ſecũdò exultationis cõtinuatio, ibi, *Et iterum dixerunt, Alleluia.* Vel aliter, totum capitulum diuidendo in tres partes. In prima agitur de gratiarum actione; in ſecunda de iudicij prolatione, vt oſtendatur quantus ſit ille, cui debemus gratias agere, *Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus;* In tertia, agit de ſpeciali pœna Antichriſti, & eius deiectione, ibi, *Et vidi beſtiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium.*

Diuiſio huius capitis.

Dicit ergo. *Poſt hæc.* Ita dixi quòd vidi damnationem malorum. *Audiui vocem magnam. Audiui* non aure exteriori. Vel *Audiui*, id eſt, per diuinam inſpirationem intellexi; *vocem magnam*, id eſt, magnæ authoritatis. Sed vbi audiuit ſtatim dicit, quia *in cœlo*, id eſt, in Eccleſia, quæ dicitur cœlum, clarum fidei illuſtratione, altum ſpei erectione,

Eccleſia cœlum.

rotundum, vel ſphæricum Sanctorum collectione. Vel in cœlo Empyreo.

Audiui ergo *vocem magnam in cœlo quaſi vocem tubarum multarum*, id eſt, Sanctorum multorum, vel patrum priorum, qui olim vt tuba in cœlo, id eſt, in Eccleſia prædicando, intonuerunt, & nunc etiam reſonant exultando. Vnde notandum quòd prædicatores verbi diuini congruè tubæ comparantur, quoniam ſicut B tuba non ſonat, niſi manu teneatur, ſic nec prædicatio valet, niſi opere compleatur. Et ſicut tuba eſt arctior ex parte canentis, ſic vita prædicatoris debet eſſe arctior, quàm populi attendentis. Vnde prædicator debet eſſe tuba buccinans ad præliandum contra peccantium vilitatem. Iſa. quinquageſimo octauo. *Clama ne ceſſes*; ad congregandum contra ſchiſmatum pluralitatem, ſuprà decimo ſeptimo, *Audiui quaſi vocem tubæ magnæ*; Et ſequitur, *venite & congregamini ad cœnam magnam Dei*; ad formandum, Suprà nono, *Quintus Angelus tubâ cecinit, & data eſt ei clauis putei abyſſi, &c.*

Concionator cur tuba comparatur.

Iſai. 58.

Contra deſpicientiam pœnarum.

Audiui ergo, *in cœlo*, id eſt, in Eccleſia, *vocem magnam*, annunciantem, *quaſi vocem tubarum multarum*, id eſt, multorum patrum præcedentium, ſicut tuba prædicando clamantium, dicentium; quid? *Alleluia, laus, & gloria, & virtus Deo noſtro. Alleluia*, id eſt, laus ineffabilis, D eſt enim *Alleluia*, laus inexplicabilis, interminabilis, vniuerſalis, Tobiæ decimo tertio, *Per vicos Alleluia cantabitur.* Vnde Beda dicit, quòd *Alleluia*, idem eſt quòd laus, & eſt verbum Græcum. Vnde interpretatur, *laudate Deum.*

Tobiæ 13.

Alleluia interpretatur laudate Deum.

Audiui ergo vocem Sanctorum Patrum dicentium *Alleluia*, id eſt, A Laudate Deum: vel inexplicabilis laus Deo noſtro eſt. Et non ſolùm *Alleluia*, verùm *& laus, & virtus, & gloria. Laus* ratione creationis, virtus ratione recreationis, gloria ratione retributionis, vel glorificationis. Vel dicuntur hæc quatuor, *Deo noſtro laus, Alleluia, gloria, virtus*, vnum, ſcilicet *Alleluia*, quod eſt laus vniuerſalis, propter eſſentiæ vnitatem; & *Alleluia duo*, propter perſonarum pluralitatem, vt laus attribuatur Spiritui ſancto, ratione clementiæ; Gloria filio, ratione ſapientiæ; Virtus Patri, ratione potentiæ. Vel laus debetur Deo, propter Spiritus ſancti miſſionem, gloria, propter filij in mundo apparitionem Lucæ. ſecundo. *Gloria in altiſſimis Deo, virtus* propter hoſtis deiectionem:

Cur laus gloria & virtus Deo debentur.

Luc. 2.

Sed quæritur quare hîc ponitur laus, cùm idem ſit quod *Alleluia*? Et C quare non ponitur aliquid ſonans laudem, in lingua hebræa ſicut in lingua Latina, & Græca? quia vtraq; ſpecialiter laudat Deũ, tacet autem Hebræa, quæ magis Deũ blaſphemat, quàm laudat, vel gratias agat. Deum enim blaſphemat, qui Chriſtum eſſe Dei filium negat.

Deum blaſphemat qui Deum negat.

Audiui ergo *vocem* Sanctorum patrum *dicentem Alleluia*, pro acerbitate gehennalis combuſtionis; *laus*, pro æternitate durationis; *gloria*, pro amiſſione conſolationis, virtus pro executione punitionis, *Deo noſtro*, pro priuatione viſionis. Sic enim Sancti laudant Deum pro damnatione malorum. Et ſtatim reddit cauſam quare de hoc laudãt Deum, dicens

VERSVS. 2.

Quia vera & iuſta iudicia eius ſunt, ſcilicet non ſolùm bonos remunerando,

randō, & præmiando, verùm & malos condemnando, & puniendo: vnde *vera ſunt iudicia* Dei, *vera*, reddendo promiſſa bonis, & iuſta reddendo ſupplicia malis, *iuſta* proportionando pœnas culpæ. Vnde notādum quòd Dei iudicium eſt certum, & ideo præcludit probationem, *verum*, & ideo concludit executionem, *rectum*; & ideo excludit appellationem, *iuſtum*, & ideo includit retributionem, ad Rom. ſecundò, *An æſtimas ô homo, qui iudicas alium quoniam tu effugies iudicium Dei?* De recto in Pſalmo, *Iuſtus es Domine & rectum iudicium tuum*; de vero, & iuſto in propoſito.

Iudicium Dei certum verum, rectum, iuſtum.

Rom.2.

Pſal.118.

Benè ergo Sancti laudant Deum de damnatione malorum, *quia vera ſunt, & iuſta iudicia eius*, per quæ tribuit bona bonis, & ſimiliter mala malis. Et benè dico, quòd *iuſta & vera ſunt iudicia* Dei, *qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua. Qui iudicauit* in ſua præſcientia tandem, & euidētia, *de meretrice magna*, id eſt, de muliere impia vniuerſaliter infecta, ſcilicet Babylone iniqua, vel vanitate mundana, *quæ corrupit terram*, id eſt, terrenos, *in proſtitutione ſua*, id eſt, luxuriâ; vel auaritiâ, vel ſuperbiâ ſuâ: nā *omne quòd eſt in mundo, vel eſt concupiſcentia carnis*, & ſic eſt luxuria, *vel concupiſcentia oculorum*, & ſic eſt auaritia; *vel ſuperbia vitæ*, & ſic eſt arrogantia. His ergo tribus peccatis meretrix magna, vel mūdana vanitas *corrupit terram*, id eſt, terrena amantes, & cæleſtia relinquentes. Et ideo propter iſtud triplex peccatum, quo tota terra corrumpitur ſuprà octauo, *habitantibus in terra*, prēcatur, vel imprecatur. Ergo væ auaris, propter ignem cupiditatis; væ immūdis propter ſulphur iniquitatis,

Quibus vitijs meretrix, magna terram corrupit.

A væ ſuperbis propter fumum faſtuoſitatis; extinguunt enim auari flāmam charitatis; ſuperbi flatum benignitatis, propter quod debetur eis ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum. *Væ* ergo auaris propter ignē cupiditatis. Vnde Ieron. auaritia eſt radix vitiorum, ſeruitus idolorum, fomes peccati, genitrix culpæ, mater ſimoniæ, nutrix gehennæ. *Væ* ergo luxurioſis, propter ſulphur fœditatis; vnde Gregor. Luxuria eſt peſtis arida, corruptio fœtida, amaritudo continua, delectatio momētanea, pœna æterna, per quam corpus conſumitur, ſenſus hebetatur, intellectus obtenebratur. *Væ* illi, qui tūc habuerit crimen luxuriæ, *væ* ſuperbis propter ventum faſtuoſitatis, nam in ipſa ſumpſit exordium omnis perditio, vt habetur Tobiæ quarto. Ergo merito meretrix iniqua corrupit terram, propter quod dicit Gregor. [Non dedignemini, ſi mali in mundo florent, & vos patimini, quia non eſt Chriſtianæ dignitatis in tēporalibus exaltari, ſed potiùs deprimi. Mali & terreni nihil habēt in cælo, vos nihil in mūdo ſed ſpe illius boni, adquod tēditis, quicquid in via cōtingat, gaudere debetis.] Quia ergo *iudicauit Deus de meretrice iniqua*, id eſt, de vanitate mūdana, *quæ corrupit terram*, id eſt, terrenos, *in proſtitutione ſua*, id eſt, in luxuria ſua, auaritia, ſuperbia, quia ſcilicet digna eſt pœnā æterna, ideo vera & iuſta apparent, & ſunt iudicia eius. Et non ſolùm hoc, verùm *& quia vindicauit ſanguinem ſuorum, de manibus eius*, id eſt, effuſum per manus illius, Deut. trigeſimo ſecundò, *Laudate gentes populum eius, quoniam ſanguinem Sanctorum ſuorum vlciſcetur.* Et quia Deus condemnabit malos,

Quid auaritia.

Quid luxuria.

Ridemus impiorum proſperitatem.

Deut.32.

& vindicabit bonos, ideo ſancti Patres nos præcedentes

VERSVS 3.

Iterum dicunt *Alleluia*, pro damnatione & punitione malorũ æterna. Per hanc iterationem intelligimus laudem eſſe cõtinuam & æternam, Pſal. *Beati qui habitant in domo tua Domine*: Vel primum *Alleluia* refertur ad laudem de vindicta peccatorum, quæ fecit Babylon ſe proſtituendo, Eccleſ. ſecundo, impijs, *& peccatoribus reddet vindictam*, ſed qualis eſt vindicta ſtatim addit dicens,

Pſal. 83.

Eccleſ. 1.

Pœna infernis continua & perpetua.

Et fumus eius aſcendet in ſæcula ſæculorum. Ignis qui cruciabit meretricem dictam, erit continuus & perpetuus. Vnde per fumi perpetuitatem, intelligit ignis infernalis continuitatem, & perpetuitatem: vnde per hoc, quod dicit *Aſcendet*, interpretatur pœnæ æternæ irremiſſibilitas, & cõtinuitas; per hoc quod dicit, *in ſæcula ſæculorum*, perpetuitas & æternitas, Iſai. vltimo, *Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur*: & ſuprà decimo tertio, *Aſcendet fumus tormentorum in ſæcula ſæculorum.* Ergo fuge meretricem dictam, ſcilicet vanitatem mundanam, ſi vis vitare gehennam, propter quòd dicit ille verſus:

Iſai. vlt.

Te miſer aſpice, corrige, profice, viuere ſi vis,
Cælica reſpice, terrea deſpice, plena nociuis.

VERSVS 4.

Sequitur, *Et ceciderunt viginti quatuor ſeniores, & quatuor animalia, & adorauerunt ſedentem ſuper thronum, dicentes, Amen, Alleluia.* Oſtensâ laude minorum de damnatione, hîc oſtenditur laus maiorum, de quibus tanguntur tria in expoſitione diuinæ laudis, ſcilicet reuerentia corporalis, ibi, *& ceciderunt*; adoratio mentalis, ibi, *& adorauerunt ſedentem*; laus vocalis, *dicentes, Amen, Alleluia.* Ita dixi quòd maiores Sancti congregati ſunt, & Deo gratias egerunt de damnatione malorum; & non ſolùm minores, ſed etiam maiores, vt Patriarchæ, Apoſtoli, & Doctores, *quia ceciderunt viginti quatuor ſeniores*, ſcilicet duodecim Apoſtoli, & duodecim Patriarchæ, *& quatuor animalia*, id eſt, quatuor Doctores, ſuper quorum doctrinam eſt fundata Eccleſia.

Per viginti quatuor ſeniores quinam intelligantur.

Ergo per viginti quatuor ſeniores intelligũtur veteris, & noui Teſtamenti Patres, & ſancti maiores; per quatuor animalia omnes Doctores, ſuper quatuor Euangelia doctrinam ſuam fundantes. Hi, inquam, omnes, *ceciderunt*, id eſt, ſe Deo humiliauerunt, & *gratias egerunt de vindicta malorum*: & non ſolùm *ceciderunt*, verùm *& adorauerũt ſedentem ſuper thronum*, id eſt, illum, cui poteſtas iudiciaria eſt conceſſa, ſcilicet Chriſtum, qui reddet vnicuique iuxta opera ſua.

Quatuor animalia quos denotent.

Adorauerunt, inquam, iſtum iudicem, *dicentes Amen, Alleluia.* Hic tanguntur duo, ſcilicet laudis exhibitio, ibi, *Alleluia.* Eſt enim laus inexplicabilis, interminabilis, vniuerſalis, ſicut dictum eſt; & eiuſdem cõfirmatio, ibi, *Amen.* Vnde Gloſſa, verùm eſt quod ita glorioſus eſt, ſicut dixerunt minores. Ad maiores pertinet confirmare quod minores dicunt, & ideo præmittitur *Amen*: ad ipſos etiam pertinet laudare, & ideo additur *Alleluia.* Ergo Sancti maiores Deum de dãnatione malorũ laudãtes dicũt *Amen, Alleluia*: ſed quæritur quare magis in laude ſeniorũ, & maiorũ exprimitur

Laus Dei exprimi non poteſt.

Quãtò quis maior, tantò humilior sit.

casus, & adoratio dicendo, *ceciderunt, & adorauerunt*, quam in laude aliorũ? Solutio, hoc est ad designãdũ quòd quantò aliqui sunt maiores, tantò debent esse humiliores, ad exemplũ Christi, qui dedit exemplum humilitatis, Eccles. trigesimo secundo, *Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis, & quantò maior es humilia te in omnibus*, Ecclesiasti. tertio. Gregor. Moral. *Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi puluerem in vento portat.* Vnde quia exteriùs ad faciem cernitur, inde interiùs excæcatur.

Eccles. 32.

Eccles. 3.

VERSVS 5.

Et vox de throno exiuit dicens, Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius, & qui timetis Deũ, pusilli & magni. Hîc postquam egit de laude, & de gratiarũ actione pro malorum damnatione, agit de gratiarum actione Sanctorũ, pro salute bonorum: & primò ponitur gratiarum actio; secundò ad gloriam inuitatio, ibi, *Et scribe, Beati qui ad cœnam Agni vocati sunt*; tertiò ponitur Ioannis ex ostensione & reuelatione humiliatio, ibi, *Et dixit mihi, Hæc verba Dei sunt, & cecidi ad pedes eius, vt adorarem eum.* Item primò ponitur ad laudem Dei excitatio, & exhortatio: secundò executio, ibi, *& audiui vocem tubæ magnæ.*

Dicit ergo, *Et vox de cælo exiuit*, &c. Ita dixi, quòd audiui vocem Sãctorum, in cœlo laudantium Deum de damnatione malorum, sed etiam de propria salute, quia *& vox*, id est, admonitio, *de throno*, id est, de Ecclesia, in qua Deus sedet, vt in sede sua, *exiuit dicens*. Vel aliter *vox*, id est, admonitio, *exiuit*, id est, venit *de throno*, id est, de Sanctis, qui sunt sedes Dei.

Deus sedet in Ecclesia sicut in sede sua.

Sancti throni Dei.

Admonitio ergo de Ecclesia Dei, vel de Sanctis, & Dei electis, *exiuit dicens*, quid? *Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius*; nã ad laudẽ Dei est facta omnis rationalis creatura, Deut. vigesimo sexto, *Dominus elegit te in laudem, & nomen, & gloriam suam. Laudem* ergo *dicite Deo*, qui nos creauit, *nostro*, qui nos recreauit, & redemit. Et quia non est speciosa laus in ore peccatoris, ideò additur laudantium conditio, & conuenientia, cùm dicitur, *Omnes serui eius*, vt sit in omnibus consonantia, & munditia: *& qui timetis Deum*, super omnia, nondum tamen perfectè, quia *perfecta charitas foras mittit timorem*, Ioan. 4. propter quod dicit, *pusilli & magni; pusilli*, scilicet minores Deum timentes, nondum altiora Dei mysteria attingentes, *magni* altiora penetrantes. Etenim omnium est laudare Deum, & etiam magnificare; vnde hîc tangitur laudantium differentia. Debent enim omnes Sancti, & serui Dei ipsum laudare ratione vocationis, & glorificationis; *pusilli*, ratione creationis; *magni*, ratione conseruationis.

Deut. 26.

Non est speciosa laus in ore peccatoris.

Ioan. 4.

Sed videtur quòd qui timent Deũ non sunt Sancti, vel serui Dei, cùm disiungant inter hoc dicendo, addendo; *Omnes sancti*, vel *serui Dei qui timetis Deum*? Responsio, disiungit inter istos, ratione status, vt Sancti, vel serui Dei dicantur maiores, qui sunt in charitate, & gratia confirmati, Deum timentes dicantur minores, nondum perfecti, nec in gratia confirmati: nam hi adhuc sunt in timore, primi autem sine timore, quia *perfecta charitas foras mittit timorem*

Omnium est laudare Deum.

Vox ergo *exiuit de throno*, id est, de Ecclesia, vel de Sanctis, *dicens, laudem dicite Deo*, &c. sed non solùm de damnatione malorum, verùm & de glorificatione, & saluatione iustorum. Et nota quòd triplex est thro-

Triplex thronus Dei.

nus, scilicet vniuersalis Ecclesia, in *qua Deus sedet*, vt Doctor sapientissimus, suprà quarto cap. *Vidi septem lampades ardentes &c.* Cœlestis patria, in qua Deus sedet vt Imperator vniuersaliſſimus, & liberaliſſimus, suprà duodecimo, *Rapuus est filius &c.* fidelis anima, in qua Deus sedet vt gubernator rectiſſimus, infrà vigesimo secundo, *Dixit, qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia;* & Danielis septimo, *Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit.* Est ergo thronus Dei vniuersalis Ecclesia, cœlestis patria, fidelis anima, & de omnibus istis thronis exiuit vox, dicens, *laudem dicite Deo nostro*, &c. nam militans Ecclesia, cœlestis patria, & fidelis anima, docent Deum laudare, mentali deuotione, vocali expressione, virtuali impletione.

Apoc. 12.

Apoc. 22.

Daniel. 7.

Quomodo Deus laudandus.

VERSVS. 6.

Et audiui quasi vocem tubæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentem Alleluia, Hìc laus ista est propter coniunctionem cum Christo. Ideo primò tangit laudis affatum; secundò sponsæ ornatum, ibi, *& vxor eius præparauit se.* Item primò laus; secundò causa laudis, ibi, *Quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens.* Dicit ergo, *Et audiui quasi vocem tubæ magnæ.* Ita dixi quòd vox exiuit de throno, id est, de Ecclesia, dicens, *Laudem dicite Deo nostro.* Et cùm sic talis vox de throno exiret, *audiui vocem illam, quasi vocem tubæ magnæ*, id est, Sanctorum Patrum, qui, quasi tuba, in throno Ecclesiæ exaltauerunt vocem suam, scilicet prædicando; & ideo exaltati sunt in throno gloriæ, iubilando, Isai. *Quasi tuba exalta vocem tuam. Et sicut vocem aquarum multarum*, id est, Sanctorum populorum, qui sanctè & mundè vixerunt propter Deum, *& sicut vocem tonitruorum magnorum*, id est, Sanctorum impios terrentium, sicut terrent tonitrua; vox enim & exultatio Sanctorum, est afflictiua malorum.

Isai. 58.

Exultatio sanctorum afflictiua malorum.

Vel aliter, vox prædicatoris debet inducere puros, per fortes excitationes; & ideo prædicator comparatur tubæ, allicere timidos, per dulces consolationes; & ideo prædicator comparatur aquis; terrere malos per pœnarum comminationes, & ideo prædicator comparatur tonitruo.

Qualis debet esse concionator.

Audiui ergo, *vocem*, sanctorum Patrum prædicantium, *quasi vocem tubæ magnæ*, quia vox eorum vocabat ad festum, & conuiuium spirituale, sicut tuba ad carnale; *& sicut vocem aquarum multarum*, quia eorum vox mundabat à peccatorum sordibus, sicut aqua à corporalibus fæcibus: *& sicut vocem tonitruorum magnorum*, quia eorum vox impios terrebat, per pœnarum comminationes, sicut tonitrua terrent audientes per coruscationem. Sed quid clamabant istæ voces, statim ostendit, cùm dicit, *dicentium Alleluia.*

Audiui, inquam, *vocem* istorum Patrum *dicentium Alleluia*, id est, Deum laudantium & glorificantium, inexplicabiliter, interminabiliter, vniuersaliter. Est enim *Alleluia*, laus interminabilis, inexplicabilis, vniuersalis, sicut dictum est suprà. Et statim reddit causam laudis dicens, *quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens.* Ideo sancti, & Dei electi Deum laudant, *quoniam regnauit Dominus Deus omnipotens*, id est, destruet regna malorum. Non enim videtur regnare Deus, nec videtur omnipotens, quamdiu malum in

Alleluia qualis vox.

Deus regnare non videtur cum in nobis regnat peccatum.

hoc mundo regnat, & fulget; sed tunc totaliter Deus regnare videbitur, quando malorum congregatio exterminabitur,&in Inferno recludetur.

Quare ergo *regnauit* in præterito, cùm maximè appareat Rex in futuro, extremo iudicio completo? Responsio, Dicit *regnauit* in præterito, vt regni eius appareat certitudo, in præterito, quàm in futuro. Vel quia malorum damnatio est initiata, sed in futuro erit consummata. Vel accipitur præteritum pro futuro,more Prophetico,quia quod futurum erat in re, iam Ioan. viderat, & præteritum erat in Dei præuisione.

Deus maximè laudandus propter quatuor effectus.

Et nota quòd à principio cap. vsque huc, est quater positum *Alleluia*, propter quatuor effectus Dei, ratione quorum debemus laudare Deum, & superomnia exaltare, scilicet propter effectum creationis, reparationis, gubernationis, & glorificationis. Vel propter quatuor quæ in Deo ponimus, potentiam creantem, sapientiam ordinantem, clementiam miserantem, & naturam benefacientem. Vel quadrupliciter dicitur *Alleluia*,propter quatuor effectus laude dignos, qui respondent quatuor nominibus positis in hac laude, *quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotẽs*; vt dicatur *omnipotens*, quia potenter creat; *Deus*; quia sapienter gubernat. *Noster*, quia clementer liberat; *regnauit*, quia affluenter glorificat:

VERSVS 7.

Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, & quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. Hîc tangitur de exultatione, & propria beatitudine, & de mutua inuitatione Sanctorum ipsorum ad exultationem & gaudium; & primò inuitatio Sanctorum ipsorum ad laudem tangitur; secundò causa subiungitur, ibi, *quia venerunt nuptiæ Agni*. Dicit ergo, *gaudeamus, & exultemus*. Ita dixi, quòd Deus malos damnat, iustos autem beatificat; & ideo nos Sancti, qui sumus beatificati, *gaudeamus* propter dotes animarum, quæ sunt visio clara, dilectio pura, tentio firma; *Et exultemus*, propter dotes corporũ quæ sunt claritas, agilitas, subtilitas, impassibilitas; *& demus gloriam ei*, habere ab eo omnia bona recognoscendo, & reputando, Psal. *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

De quibus Sancti maximè lætantur.

Gaudeamus ergo interiùs, propter dotes animæ, *& exultemus* exteriùs propter dotes, quas habemus in corpore. Hæc sunt duplicia, de quibus in Prouerbijs, *Omnes domestici eius vestiti duplicibus. Et demus gloriam ei*, mente, ore, & opere, scilicet referendo omnia bona nostra bonitati eius. Et statim reddit causam huius exultationis, & lætitiæ. Et primò tangitur coniunctio Christi; secundò conuenientia ex parte Ecclesiæ suæ sponsæ, ibi, *& venerunt nuptiæ Agni*, id est, quia facta est coniunctio Christi, ex fidelis animæ gratificatione, & glorificatione. Prou. 31.

Et nota quòd sunt nuptiæ carnales inter sponsum & sponsam; spirituales inter Deum & animam fidelem; Sacramentales inter Christum & militantem Ecclesiam, æternales inter Deum, & cœlestem patriam. Est enim matrimonium carnalis concupiscentiæ, Dei & animæ, Christi & militantis Ecclesiæ, Christi & triumphantis Ecclesiæ. Et huius sunt nuptiæ Culpæ, gratiæ, Eucharistiæ. gloriæ, Primum, scilicet car-

Spirituales nuptiæ quales & quanam.

nis concupiſcentiæ, initiatur in impulſu hoſtis, ratificatur in conſenſu mentis, conſummatur in effectu operis. Secundum matrimonium, ſcilicet Dei & animæ fidelis, eſt Religioſorum, qui aliud matrimonium non debent contrahere, & iſtud initiatur in ingreſſu religionis, ratificatur in voto profeſſionis, conſummatur in impletione promiſſionis. Tertium matrimonium, ſcilicet Chriſti & Eccleſiæ, fuit initiatum in Chriſti incarnatione, vel in Chriſti promiſſione, ratificatum in miſſione, conſummatum in paſſione. Quartum matrimonium Chriſti & triumphantis Eccleſiæ, hoc initiatur in præſenti iuſtitia per ſpem de æternis bonis, ratificatur adeptione primæ ſtolæ in animabus bonis; conſummatur poſt iudicium in adeptione vtriuſque ſtolæ, ſcilicet animę & corporis.

Gaudeamus ergo, *& exultemus, quoniam venerunt nuptiæ Agni*, id eſt, Chriſti, & Eccleſiæ, vel fidelis animæ. *Et vxor eius præparauit ſe.* Hîc oſtenditur ex parte Eccleſiæ, vel fidelis animæ conuenientia. *Et vxor eius*, id eſt, Eccleſia, vel fidelis anima, præparauit ſe, id eſt, idoneum ſe fecit, vt à Chriſto vt ſponſa reciperetur, & ſpirituali matrimonio vniretur; Spiritualiter quantùm ad fidelem animam; vel Sacramentaliter quantùm ad militantem Eccleſiam, Amos quarto, *Preparare in occurſum Domini Dei tui:* quæ præparatio conſiſtit in depoſitione vetuſtatis, & inductione nouitatis. Matth. vigeſimo quinto. *Quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias &c.* Et nota quòd Eccleſia, vel fidelis anima & propriè ſponſa in via, ſed erit vxor, quando coniungetur ei in patria, quo facto requiem dabit omnibus amicis ſuis, ſicut legitur Heſter ſecundo. *Rex Aſſuerus requiem dedit vniuerſis prouincijs ſuis, ac dona plurima largitus eſt.* Ergo ſi velimus Deum deſponſare, debemus nos præparare, ad obſeruantiam mandatorum, ad prouidentiam futurorum, ad vigilantiam meritorum. *Vxor* ergo *eius*, id eſt, Eccleſia, *præparauit ſe*: & cùm ſic ſe præpararet, & ſe idoneam ad copulam ſpiritualem faceret,

Amos. 4.

Matth. 25.

Qualis debet eſſe præparatio noſtra vt digne Chriſto ſponſo iungamur.

Heſter. 2.

VERSVS 8.

Datum eſt ei, à Deo ſponſo ſuo, à quo eſt omne datum optimum, *vt operiat ſe byſſino ſplendenti*, id eſt, ſplendore charitatis in mente, *& candido*, id eſt, candore munditiæ, & caſtitatis in corpore: byſſus enim eſt genus lini candidiſſimum, creſcens in Ægypto: candor enim byſſi reſpicit conſcientiæ puritatem, ſplendor verò vitæ honeſtatem.

Quid byſſus denotat.

Datum eſt ergo Eccleſiæ, vel animæ fideli, vt cooperiat ſe byſſino. Quaſi diceret, quòd ornet ſe Eccleſia, vel fidelis anima, non habet à ſe, ſed à Deo dáre, & ipſam deſponſante. Et benè dico, quòd Chriſti ſponſa eſt byſſo cooperta. *Byſſinum enim ſunt iuſtificationes Sanctorum.* Quaſi diceret, quòd per byſſinum, quæ eſt veſtis candidiſſima, intelliguntur virtutes, quæ habent iuſtificare, & ſanctum facere, vt nitor bonæ famæ, puritas conſcientiæ, quæ ſunt veſtes candidiſſimæ corporis & animæ. Vnde iſtud vltimum, *byſſinum enim ſunt iuſtificationes Sanctorum*, non eſt niſi expoſitio dicti præcedentis, *Datum eſt ei, vt cooperiat ſe byſſino, &c.*

Quod anima ſe præparet vt ſit ſponſa Dei non à ſe ſed à Deo habet.

VERSVS. 9.

Sequitur, *Scribe, Beati, qui ad cœnam Agni vocati ſunt.* Hæc eſt pars,

in qua præcipitur Ioanni, vt ſcribat, & prædicet illa, quæ alliciunt ad Dei laudem, & amorem : & tanguntur allectiua. Primò tangitur allectiuum concupiſcibilis, ratione nuptiarum cœnæ nuptialis, *Et dixit, ſcribe*, ſcilicet, *Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt*; ſecundò tangitur allectiuum iraſcibilis, ratione exhibitionis honoris, ibi, *Et cecidi ad pedes eius, vt adoratem eum*; tertiò tangit rationabilem ad contemplationem, cùm dicit, *Et dixit mihi, hæc verba Dei ſunt*; quartò tangit iraſcibilem ad humiliationem, cùm dicit, *cecidi ad pedes eius, vt adorarem eum, &c.*

Dicit ergo, *Et dixit mihi, &c.* Ita dixi quòd audiui vocem in cœlo, mihi reuelantem gaudium bonorum de damnatione malorum, & de ſua ſaluatione. Et iſta eadem vox Angeli, vel Dei mihi reuelans iſta, dixit mihi, *Scribe*, id eſt, ſcriptum in tabulis cordis retine, vel in mente firmiter imprime. Inter omnia enim maximè eſt in memoria habendum gaudium, & gloria Sanctorum. Vel *ſcribe*, id eſt, in ſcripto retine, ita quòd ſi de memoria labatur, in ſcripto inueniatur, Abac. ſecundo, *Scribe viſum, & explana illud ſuper tabulas, vt percurrat, qui legerit.* Et ſtatim ſubdit quid ſit ſcribendum, dicens, *Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt.* Ecce primum allectiuum ad Dei laudem, & amorem : vnde delitiæ nuptiarum Agni debent allicere concupiſcibilem. *Beati* ergo, *qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt*, id eſt, ad gaudia, vel ad conuiuium Paradiſi electi, vocati, & introducti ſunt, vbi cum Domino cœnabunt cùm gaudio.

Maxime in memoria habendum ſanctorum gaudium.

Abac. 2.

Et nota quòd conuiuium Paradiſi dicitur hîc *cœna*, quia nullum aliud conuiuium ei ſuccedit, & in ea delicata fercula apponuntur, ſicut in cœna magnatorum non niſi delicata cibaria miniſtrantur. De iſta cœna Luc. decimo quarto, *homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos*; propter quod dicitur Lucæ vigeſimo primo, *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Et notatur hîc de iſto conuiuio, primum, inuitantis nobilitas, ibi, *Ego*; ſecundum, ferculorum, vel miniſtrorum ordinabilitas, ibi, *Diſpono*; tertium, inuitatorum honeſtas, & pluralitas, ibi, *vobis*; quartum, inuitantis liberalitas, ibi, *ſicut diſpoſuit mihi*; quintum, plena ſatietas, ibi, *regnum*, quia cœlum totum dabit; ſextum, maxima Dei familiaritas, ibi, *vt edatis ſuper menſam meam*; ſeptimum, loci amœnitas, ibi, *in regno meo*, in quo eſt ſumma ſecuritas.

Cur conuiuium paradiſi dicitur cœna.

Luc. 14.

Luc. 22.

Beati ergo, *qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt.* Gloria & exultatio, quam Sancti habẽt in patria quantùm ad quatuor deſcribitur in his verbis. Primò quantùm ad ſtatum indefectibilẽ, ſtatus dignior, quod probat perfectio integralis, ibi, *beati*; ſecundò quantùm ad guſtum infaſtidibilem, guſtus ſuauior, quod probat cœna regalis, ibi, *qui ad cœnam*; tertiò quantùm ad nexum indiſſolubilem nexus fortior, quod probat adhæſio æternalis, ibi, *nuptiarum Agni*; quartò quantùm ad fructum inæſtimabilem, fructus dulcior, quod probat oblatio liberalis, ibi, *vocati ſunt.*

Deſcribitur gaudium & exultatio beatorũ quantum ad quatuor.

Circa primum, vbi deſcribitur gloria Sanctorum quantùm ad ſtatum digniorem, quod probat perfectio integralis, cùm dicitur, *beati*, ſciendum, quòd hæc beatitudo eſt,

quam oculus contemplationis aſ-
ſurgit,& ideo affectum reficit, & ſic
totum hominem perfectum reddit.
Item hæc beatitudo eſt, quam iubi-
lus exultationis titulo amplexatio-
nis aſtringit,& ideo defectum eiicit.
De primo, Tobiæ decimo tertio,
Tobiæ.13. *Beatus ero, ſi fuerint ſeminis mei reli-*
quiæ, ad videndam claritatem Ieruſa-
lem. De ſecundo Lucæ 2. *Beati, qui*
Luc. 2. *nunc eſuritis, quia ſaturabimini, gaudete*
in illa die, quoniam merces veſtra copioſa
eſt in cœlo. De tertio, 3. Reg. quar-
3.Reg. 4. to, *Beati viri tui, & beati ſerui tui,*
qui ſtant coram te ſemper.

Circa ſecundum, vbi deſcribitur gloria Sanctorum, quantùm ad in-
faſtidibilem guſtum, cùm additur,
Vocatio Dei perficit intellectum. *qui ad cœnam*, ſciendum quòd hæc
cœna eſt liberaliter communicata
Luc.12. in omni vocatione; Dei vocatio in-
tellectum perficit, Lucæ decimo ſe-
cundo, *Homo quidam fecit cœnam ma-*
gnam, & vocauit ſeruos ſuos,&c. Item
hæc cœna eſt ordinabiliter diſpoſi-
ta in præmiorum diſtributione, di-
Eſdr. 2. ſtributio affectum allicit, Eſdræ ſe-
cundo, *Rex Darius fecit cœnam ma-*
gnam omnibus vernaculis ſuis, & magi-
ſtratibus. Item hæc cœna eſt dãnabi-
liter recuſata in peccatorum perpe-
tratione, peccatorum perpetratio
defectum elicit, Lucæ. *Amen dico*
Luc.14. *vobis, quia nemo illorum virorum, qui vo-*
cati ſunt, guſtabit cœnam meam.

Circa tertium, vbi deſcribitur glo-
ria Sanctorum, quantùm ad indiſſo-
lubilem nexum, cùm ſubditur, *nu-*
ptiarum agni, ſciendum quòd in his
nuptiis eſt corpus exultationis in-
contriſtabilis, quia liberaliter com-
municatiuæ; cultus preparationis,
quia ordinabiliter diſpenſatæ; cibus
delectationis infaſtidibilis, quia
damnabiliter recuſatæ.

Ad hoc, vt ad iſtas nuptias venia-
mus, debet eſſe veſtis prætioſa, ma-
nus operoſa, anima gaudioſa. De
primo, Matth. *Amice, quomodo huc in-*
traſti non habens veſtem nuptialem? De
ſecundo, Matth. vigeſimo quinto,
Quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad
nuptias. De tertio, in iſto præſenti
cap. *Gaudete & exultate.* De primo,
iſto eodem capitulo. De ſecundo,
Heſter ſecundo, *Iuſſit Rex conuiuium*
præparari in veſtibulo horti, quod conſitum
erat cultu regio. De tertio, Matth. vi-
geſimo ſecundo, *Prandium meum pa-*
raui, tauri & altilia occiſa ſunt, venite ad
nuptias.

Quomodo ad nuptias Dei accedere debemus.
Matth.22.
Matth.25.
Heſter. 2.
Matth.22.

Circa quartum, vbi deſcribitur, Sanctorum vocatio ad incõpenſabi-
lẽ fructum, cùm ſubinfertur, *vocati*,
ſciendum quòd vocatio Dei initia-
tur in gratia, Gratia præparat, in gra-
tia veſtis prætioſa, primæ Petri ſe-
cundo, *Qui de tenebris vos vocauit in*
admirabile lumen ſuum; certificatur
per merita, meritum impetrat, in
merito manus operoſa, ſecundæ Pe-
1.Petri.2. tri primo, *Fratres ſatagite, vt per bona*
opera certam veſtram vocationem facia-
tis; confirmatur in gloria, quæ
conſummationis eſt terminus, ſe-
2. Petri.1. cundæ Petri primo. *Vocauit nos pro-*
pria virtute in gloria ſua. Beati ergo
2. Petri.1. *qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati*
ſunt.

Vocatio Dei initiatur in gratia.

Et dixit mihi, Hæc verba Dei, ve-
ra ſunt. Hîc tangit ſecundum alle-
ctiuum, ſcilicet rationalem, ad lau-
dem Dei, ratione certitudinis veri-
tatis. Ita dixi quòd Angelus, qui
mihi loquebatur dixit, *Beati qui ad*
cœnam nuptiarum &c. per quod alli-
citur concupiſcibilis ad ſupernam
delectationem, & ad Dei laudem.
Et non ſolùm hoc dixit, verùm etiã,
dixit mihi; *Hæc verba Dei, vera ſunt*,
per quod allicit rationalem ad Dei
contemplationem, & laudem. *Hæc*
verba,

verba, scilicet quę suprà audisti, verba supple Dei *sunt vera*, ideo scribẽda, vera non falsa, ideo credenda. Et cùm ego Ioannes audirem vocem Angeli mihi hoc ostendentis, quid?

VERSVS 10.

Cecidi ad pedes eius, vt adorarem eum. Hîc ostenditur Ioan. ex ostensione humiliatio; secundò prohibitio, ibi, *& dixit mihi vide ne feceris.* *Cecidi* ergo, id est, reuerentiã exhibui, mente & corpore me humiliando, in quo docemur doctores Dei mysteria reuelantes venerari. Vnde Glossa [Quia maiorem me intellexi, & obedire paratus fui, sic vos mihi obedite, & meis Doctoribus reuerentiam & honorem exhibete.] *Cecidi* ergo *ad pedes Angeli, vt adorarem eum*, scilicet maiorem me intellexi, & cùm vellẽ eum adorare, *dixit mihi, vide ne feceris*, id est, sollicitè caue ne me quasi maiorem adores; *Cõseruus enim tuus sum*, id est, simul tecum seruus: quasi diceret, ego non sum maior te, sed sumus ambò vnius Domini, scilicet Iesu Christi. Et non solùm sum conseruus, *sed fratrum tuorũ*, à Patre æterno per semen verbi ex matre Ecclesia genitorum, quia ego, & tu, & cõfratres tui fideles de Ecclesia vnum habemus Deũ, qui solus est adorandus. Sed quid est quod Angelus prohibuit Ioanni eum adorare, quia legitur Iosue 5. quòd Iosue cecidit pronus coram Angelo, vt adoraret eũ, nec legitur Angelũ prohibuisse? respondet Glossa, In veteri lege non prohibuit se adorari, sed post Ascẽsionem, videns suprà se exaltatũ hominẽ, adorari noluit. Ex quo docemur honores fugere, & seruos vt cõpares reputare, omnes enim æquales genuit natura. Et ideo soli Deo honor & gloria, vnde si reuerentia personæ detur, semper tamen prospectum ad Deum dirigamus.

Dei mysteria annuntiantes honore prosequamur.

Iosue. 5.

Cur Angelus prohibet Ioannem sibi impendere adorationem.

Vide ergo *ne feceris, cõseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum*, fratrũ dico *habentium testimonium Iesu Christi*, id est, gratiã sancti Spiritus, quæ testificatur ipsos esse filios Dei, quia *qui Spiritu Dei agũtur, hi sunt filij Dei.* Vel *habentium testimoniũ*, id est, fidem Dei in corde, ore, & opere. Ex quo ego sũ seruus tuus, & fratrũ tuorũ, vide ne feceris, ne me adores, sed statim dicit, *Deum adora*, scilicet solùm, quia soli Deo debetur honor, & gloria, quia à solo ipso sunt omnia bona. Et statim reddit causam quare solũ ipse est adorandus, vt non solũ homo purus, vel Angelus, & dicit, *Testimonium Iesu est spiritus Prophetiæ*, id est, omnes spiritus Prophetię testimonium perhibent de Christo, scilicet quia ipse solus sit Deus, & homo. Et ideo tu Ioannes debes ipsũ adorare, & nõ me: vnde solus Deus est adorandus, quia vna est veritas, per quam credimus omnia, vna est virtus, per quam speramus omnia, vna est bonitas per quam diligimus omnia, & per quã diligimus super omnia, & ideo vna tantũ deitas adoranda, Matth. 4 *Dominũ Deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies.* Matt. 4.

Prophetæ testimoniũ perhibent de Christo quod sit Deus & homo.

VERSVS 11.

Et vidi cœlũ apertũ, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis. Hic ostenditur dãnatio rectorum ipsorum malorũ. Et primò dãnatio Antichristi. ibi, *Et vidi bestiam, & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad prælium faciendũ.* Item primò prælium, 2. monet fideles vt accedãt ad intuẽdum spectaculum & deiectionem Antichristi, & *suorum sequentium*, ibi, *& vidi vnum Angelũ stantem in sole.* Item primò tangitur potentia Christi quoad primum aduentum; secũdò quoad secundũ, ibi; *Et de ore ipsius, procedit gladius ex vtraque parte acutus.* Item primò ponitur Christi apparatus; secundò exercitus, ibi, *Et*

rotundum, vel ſphæricum Sanctorum collectione. Vel in cœlo Empyreo.

Audiui ergo *vocem magnam in cœlo quaſi vocem tubarum multarum*, id eſt, Sanctorum multorum, vel patrum priorum, qui olim vt tuba in cœlo, id eſt, in Eccleſia prædicando, intonuerunt, & nunc etiam reſonant exultando. Vnde notandum quòd prædicatores verbi diuini congruè tubæ comparantur, quoniam ſicut B tuba non ſonat, niſi manu teneatur, ſic nec prædicatio valet, niſi opere compleatur. Et ſicut tuba eſt arctior ex parte canentis, ſic vita prædicatoris debet eſſe arctior, quàm populi attendentis. Vnde prædicator debet eſſe tuba buccinans ad præliandum contra peccantium vilitatem. Iſa. quinquageſimo octauo. *Clama ne ceſſes*; ad congregandum contra ſchiſmatum pluralitatem, ſuprà decimo ſeptimo, *Audiui quaſi vocem tubæ magnæ*; Et ſequitur, *venite & congregamini ad cœnam magnam Dei*; ad formandum, Suprà nono, *Quintus Angelus tubâ cecinit, & data eſt ei clauis putei abyſſi, &c.*

Continuatur cur tuba comparatur.

Iſai. 58.

Contra deſpicientiam pœnarum.

Audiui ergo, *in cœlo*, id eſt, in Eccleſia, *vocem magnam*, annunciantem, *quaſi vocem tubarum multarum*, id eſt, multorum patrum præcedentium, ſicut tuba prædicando clamantium, dicentium; quid? *Alleluia, laus, & gloria, & virtus Deo noſtro. Alleluia*, id eſt, laus ineffabilis, D eſt enim *Alleluia*, laus inexplicabilis, interminabilis, vniuerſalis, Tobiæ decimo tertio, *Per vicos Alleluia cantabitur.* Vnde Beda dicit, quòd *Alleluia*, idem eſt quòd laus, & eſt verbum Græcum. Vnde interpretatur, *laudate Deum.*

Tobiæ 13.

Alleluia interpretatur laudate Deum.

Audiui ergo vocem Sanctorum Patrum dicentium *Alleluia*, id eſt, A Laudate Deum: vel inexplicabilis laus Deo noſtro eſt. Et non ſolùm *Alleluia*, verùm *& laus, & virtus, & gloria. Laus* ratione creationis, virtus ratione recreationis, gloria ratione retributionis, vel glorificationis. Vel dicuntur hæc quatuor, *Deo noſtro laus, Alleluia, gloria, virtus*, vnum, ſcilicet *Alleluia*, quod eſt laus vniuerſalis, propter eſſentiæ vnitatem; & *Alleluia duo*, propter perſonarum pluralitatem, vt laus attribuatur Spiritui ſancto, ratione clementiæ; Gloria filio, ratione ſapientiæ; Virtus Patri, ratione potentiæ. Vel laus debetur Deo, propter Spiritus ſancti miſſionem, gloria, propter filij in mundo apparitionem Lucæ. ſecundo. *Gloria in altiſſimis Deo, virtus* propter hoſtis deiectionem:

Cur laus gloria & virtus Deo debentur.

Luc. 2.

Sed quæritur quare hîc ponitur laus, cùm idem ſit quod *Alleluia*? Et C quare non ponitur aliquid ſonans laudem, in lingua hebræa ſicut in lingua Latina, & Græca? quia vtraq; ſpecialiter laudat Deũ, tacet autem Hebræa, quæ magis Deũ blaſphemat, quàm laudat, vel gratias agat. Deum enim blaſphemat, qui Chriſtum eſſe Dei filium negat.

Deum blaſphemat qui Deum negat.

Audiui ergo *vocem* Sanctorum patrum *dicentem Alleluia*, pro acerbitate gehennalis combuſtionis; *laus*, pro æternitate durationis; *gloria*, pro amiſſione conſolationis, virtus pro executione punitionis, *Deo noſtro*, pro priuatione viſionis. Sic enim Sancti laudant Deum pro damnatione malorum. Et ſtatim reddit cauſam quare de hoc laudát Deum, dicens

VERSVS. 2.

Quia vera & iuſta iudicia eius ſunt, ſcilicet non ſolùm bonos remunerando,

randō, & præmiandō, verùm & malos condemnando, & puniendo: vnde *vera sunt iudicia* Dei, *vera*, reddendo promissa bonis, & iusta reddendo supplicia malis, *iusta* proportionandō pœnas culpæ. Vnde notādum quòd Dei iudicium est certum, & ideo prœcludit probationem, *verum*, & ideo concludit executionem, *rectum*; & ideo excludit appellationem, *iustum*, & ideo includit retributionem, ad Rom. secundò, *An æstimas ô homo, qui iudicas alium quoniam tu effugies iudicium Dei?* De recto in Psalmo, *Iustus es Domine & rectum iudicium tuum*; de vero, & iusto in proposito.

Iudicium Dei certum verum, rectum, iustum.

Rom.2.

Psal.118.

Benè ergo Sancti laudant Deum de damnatione malorum, *quia vera sunt, & iusta iudicia eius*, per quæ tribuit bona bonis, & similiter mala malis. Et benè dico, quòd *iusta & vera sunt iudicia* Dei, *qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua.* *Qui iudicauit* in sua præscientia tandem, & euidētia, *de meretrice magna*, id est, de muliere impia vniuersaliter infecta, scilicet Babylone iniqua, vel vanitate mundana, *quæ corrupit terram*, id est, terrenos, *in prostitutione sua*, id est, luxuriâ, vel auaritiâ, vel superbiâ suâ: nā *omne quòd est in mundo, vel est concupiscentia carnis*, & sic est luxuria, *vel concupiscentia oculorum*, & sic est auaritia; *vel superbia vitæ*, & sic est arrogantia. His ergo tribus peccatis meretrix magna, vel mūdana vanitas *corrupit terram*, id est, terrena amantes, & cælestia relinquentes. Et ideo propter istud triplex peccatum, quo tota terra corrumpitur suprà octauo, *habitantibus in terra*, prēcatur, vel imprecatur. Ergo væ auaris, propter ignem cupiditatis; væ immūdis propter sulphur iniquitatis,

Quibus vitiis meretrix, magna terram corrupit.

A væ superbis propter fumum fastuositatis; extinguunt enim auari flāmam charitatis; superbi flatum benignitatis, propter quod debetur eis ignis, sulphur, spiritus procellarum. *Væ* ergo auaris propter ignē cupiditatis. Vnde Ieron. auaritia est radix vitiorum, seruitus idolorum, fomes peccati, genitrix culpæ, mater simoniæ, nutrix gehennæ. *Væ* ergo luxuriosis, propter sulphur fœditatis; vnde Gregor. Luxuria est B pestis arida, corruptio fœtida, amaritudo continua, delectatio momētanea, pœna æterna, per quam corpus consumitur, sensus hebetatur, intellectus obtenebratur. *Væ* illi, qui tūc habuerit crimen luxuriæ, *væ* superbis propter ventum fastuositatis, nam in ipsa sumpsit exordium omnis perditio, vt habetur Tobiæ quarto. ergo merito meretrix iniqua corrupit terram, propter quod C dicit Gregor. [Non dedignemini, si mali in mundo florent, & vos patimini, quia non est Christianæ dignitatis in tēporalibus exaltari, sed potiùs deprimi. Mali & terreni nihil habēt in cælo, vos nihil in mūdo sed spe illius boni, adquod tēditis, quicquid in via cōtingat, gaudere debetis.] Quia ergo *iudicauit Deus de meretrice iniqua*, id est, de vanitate mūdana, *quæ corrupit terram*, id est, terrenos, *in prostitutione sua*, id est, in luxuria sua, auaritia, superbia, quia scilicet digna est pœnâ æterna, ideo D vera & iusta apparent, & sunt iudicia eius. Et non solùm hoc, verùm *& quia vindicauit sanguinem suorum*, ei scilicet fideliter seruientium, *de manibus eius*, id est, effusum per manus illius, Deut. trigesimo secundò, *Laudate gentes populum eius, quoniam sanguinem Sanctorum suorum vlciscetur.* Et quia Deus condemnabit malos,

Quid auaritia.

Quid luxuria.

Ridemus impiorum prosperitatem.

Deut.32.

& vindicabit bonos, ideo ſancti Patres nos præcedentes

VERSVS 3.

Iterum dicunt *Alleluia*, pro damnatione & punitione malorũ æterna. Per hanc iterationem intelligimus laudem eſſe cõtinuam & æternam, Pſal. *Beati qui habitant in domo tua Domine*: Vel primum *Alleluia* refertur ad laudem de vindicta peccatorum, quæ fecit Babylon ſe proſtituendo, Eccleſ. ſecundo, impijs, *& peccatoribus reddet vindictam*, ſed qualis eſt vindicta ſtatim addit dicens,

Pſal. 83.

Eccleſ. 2.

Pœna infernicontinua & perpetua.

Et fumus eius aſcendet in ſęcula ſæculorum. Ignis qui cruciabit meretricem dictam, erit continuus & perpetuus. Vnde per fumi perpetuitatem, intelligit ignis infernalis continuitatem, & perpetuitatem: vnde per hoc, quod dicit *Aſcendet*, interpretatur pœnæ æternæ irremiſſibilitas, & cõtinuitas; per hoc quod dicit, *in ſæcula ſæculorum*, perpetuitas & æternitas, Iſai. vltimo, *Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur*: & ſuprà decimo tertio, *Aſcendet fumus tormentorum in ſæcula ſæculorum.* Ergo fuge meretricem dictam, ſcilicet vanitatem mundanam, ſi vis vitare gehennam, propter quòd dicit ille verſus:

Iſai. vlt.

Te miſer aſpice, corrige, profice, viuere ſi vis,
Cælica reſpice, terrea deſpice, plena nocuis.

VERSVS 4.

Sequitur, *Et ceciderunt viginti quatuor ſeniores, & quatuor animalia, & adorauerunt ſedentem ſuper thronum, dicentes, Amen, Alleluia.* Oſtensâ laude minorum de damnatione, hîc oſtenditur laus maiorum, de quibus tanguntur tria in expoſitione diuinæ laudis, ſcilicet reuerentia corporalis, ibi, *& ceciderunt*; adoratio mentalis, ibi, *& adorauerunt ſedentem*; laus vocalis, *dicentes, Amen, Alleluia.* Ita dixi quòd maiores Sancti congregati ſunt, & Deo gratias egerunt de damnatione malorum; & non ſolùm minores, ſed etiam maiores, vt Patriarchæ, Apoſtoli, & Doctores, *quia ceciderunt viginti quatuor ſeniores*, ſcilicet duodecim Apoſtoli, & duodecim Patriarchæ, *& quatuor animalia*, id eſt, quatuor Doctores, ſuper quorum doctrinam eſt fundata Eccleſia.

Ergo per viginti quatuor ſeniores intelligũtur veteris, & noui Teſtamenti Patres, & ſancti maiores; per quatuor animalia omnes Doctores, ſuper quatuor Euangelia doctrinam ſuam fundantes. Hi, inquam, omnes, *ceciderunt*, id eſt, ſe Deo humiliauerunt, & *gratias egerunt de vindicta malorum*: & non ſolùm *ceciderunt*, verùm *& adorauerũt ſedentem ſuper thronum*, id eſt, illum, cui poteſtas iudiciaria eſt conceſſa, ſcilicet Chriſtum, qui reddet vnicuique iuxta opera ſua.

Per viginti quatuor ſeniores quinam intelligantur.

Quatuor animalia quos denotant.

Adorauerunt, inquam, iſtum iudicem, *dicentes Amen, Alleluia.* Hic tanguntur duo, ſcilicet laudis exhibitio, ibi, *Alleluia.* Eſt enim laus inexplicabilis, interminabilis, vniuerſalis, ſicut dictum eſt; & eiuſdem cõfirmatio, ibi, *Amen.* Vnde Gloſſa, verùm eſt quod ita glorioſus eſt, ſicut dixerunt minores. Ad maiores pertinet confirmare quod minores dicunt; & ideo prætmittitur *Amen*: ad ipſos etiam pertinet laudare, & ideo additur *Alleluia.* Ergo Sancti maiores Deum de dãnatione malorũ laudãtes dicũt *Amen, Alleluia*: ſed quęritur quare magis in laude ſeniorũ, & maiorũ exprimitur

Laus Dei exprimi non poteſt.

Quàtò quis maior, tantò humilior sit.

casus, & adoratio dicendo, *ceciderunt, & adorauerunt*, quam in laude aliorũ? Solutio, hoc est ad designãdũ quòd quantò aliqui sunt maiores, tantò debent esse humiliores, ad exemplũ Christi, qui dedit exemplum humilitatis, Eccles. trigesimo secundo, *Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis, & quantò maior es humilia te in omnibus*, Ecclesiasti. tertio. Gregor. Moral. *Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi puluerem in vento portat.* Vnde quia exteriùs ad faciem cernitur, inde interiùs excæcatur.

Eccles. 32.

Eccles. 3.

VERSVS 5.

Et vox de throno exiuit dicens, Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius, & qui timetis Deũ, pusilli & magni. Hîc postquam egit de laude, & de gratiarũ actione pro malorum damnatione, agit de gratiarum actione Sanctorũ, pro salute bonorum: & primò ponitur gratiarum actio; secundò ad gloriam inuitatio, ibi, *Et scribe, Beati qui ad cœnam Agni vocati sunt*; tertiò ponitur Ioannis ex ostensione & reuelatione humiliatio, ibi, *Et dixit mihi, Hæc verba Dei sunt, & cecidi ad pedes eius, vt adorarem eum.* Item primò ponitur ad laudem Dei excitatio, & exhortatio: secundò executio, ibi, *& audiui vocem tubæ magnæ.*

Dicit ergo, *Et vox de cælo exiuit*, &c. Ita dixi, quòd audiui vocem Sãctorum, in cœlo laudantium Deum de damnatione malorum, sed etiam de propria salute, quia *& vox*, id est, admonitio, *de throno*, id est, de Ecclesia, in qua Deus sedet, vt in sede sua, *exiuit dicens.* Vel aliter *vox*, id est, admonitio, *exiuit*, id est, venit *de throno*, id est, de Sanctis, qui sunt sedes Dei.

Deus sedet in Ecclesia sicut in sede sua.

Sancti throni Dei.

Admonitio ergo de Ecclesia Dei, vel de Sanctis, & Dei electis, *exiuit dicens*, quid? *Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius*; nã ad laudẽ Dei est facta omnis rationalis creatura, Deut. vigesimo sexto, *Dominus elegit te in laudem, & nomen, & gloriam suam. Laudem* ergo *dicite Deo*, qui nos creauit, *nostro*, qui nos recreauit, & redemit. Et quia non est speciosa laus in ore peccatoris, ideò additur laudantium conditio, & conuenientia, cùm dicitur, *Omnes serui eius*, vt sit in omnibus consonantia, & munditia: *& qui timetis Deum*, super omnia, nondum tamen perfectè, quia *perfecta charitas foras mittit timorem*, Ioan. 4. propter quod dicit, *pusilli & magni*; *pusilli*, scilicet minores Deum timentes, nondum altiora Dei mysteria attingentes, *magni* altiora penetrantes. Etenim omnium est laudare Deum, & etiam magnificare; vnde hîc tangitur laudantium differentia. Debent enim omnes Sancti, & serui Dei ipsum laudare ratione vocationis, & glorificationis; *pusilli*, ratione creationis; *magni*, ratione conseruationis.

Deut. 26.

Non est speciosa laus in ore peccatoris.

Ioan. 4.

Sed videtur quòd qui timent Deũ, non sunt Sancti, vel serui Dei, cùm disiungant inter hoc dicendo, addendo; *Omnes sancti*, vel *serui Dei qui timetis Deum*? Responsio, disiungit inter istos, ratione status, vt Sancti, vel serui Dei dicantur maiores, qui sunt in charitate, & gratia confirmati, Deum timentes dicantur minores, nondum perfecti, nec in gratia confirmati: nam hi adhuc sunt in timore, primi autem sine timore, quia *perfecta charitas foras mittit timorem*

Omnium est laudare Deum.

Vox ergo *exiuit de throno*, id est, de Ecclesia, vel de Sanctis, *dicens, laudem dicite Deo*, &c. sed non solùm de damnatione malorum, verùm & de glorificatione, & saluatione iustorum. Et nota quòd triplex est thro-

Triplex thronus Dei.

nus, scilicet vniuersalis Ecclesia, in *qua Deus sedet*, vt Doctor sapientissimus, suprà quarto cap. *Vidi septem lampades ardentes &c.* Cœlestis patria, in qua Deus sedet vt Imperator vniuersalissimus, & liberalissimus, suprà duodecimo, *Raptus est filius &c.* fidelis anima, in qua Deus sedet vt gubernator rectissimus, infrà vigesimo secundo, *Dixit, qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia;* & Danielis septimo, *Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit.* Est ergo thronus Dei vniuersalis Ecclesia, cœlestis patria, fidelis anima, & de omnibus istis thronis exiuit vox, dicens, *laudem dicite Deo nostro*, &c. nam militans Ecclesia, cœlestis patria, & fidelis anima, docent Deum laudare, mentali deuotione, vocali expressione, virtuali impletione.

Apoc. 12. Apoc. 22. Daniel. 7. *Quomodo Deus laudandus.*

VERSVS. 6.

Et audiui quasi vocem tubæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentem Alleluia, Hîc laus ista est propter coniunctionem cum Christo. Ideo primò tangit laudis affatum; secundò sponsæ ornatum, ibi, *& vxor eius præparauit se.* Item primò laus; secundò causa laudis, ibi, *Quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens.* Dicit ergo, *Et audiui quasi vocem tubæ magnæ.* Ita dixi quòd vox exiuit de throno, id est, de Ecclesia, dicens, *Laudem dicite Deo nostro.* Et cùm sic talis vox de throno exiret, *audiui vocem illam, quasi vocem tubæ magnæ*, id est, Sanctorum Patrum, qui, quasi tuba, in throno Ecclesiæ exaltauerunt vocem suam, scilicet prædicando; & ideo exaltati sunt in throno gloriæ, iubilando, Isai. *Quasi tuba exalta vocem tuam. Et sicut vocem aquarum multarum*, id est, Sanctorum populorum, qui sanctè & mundè vixerunt propter Deum, *& sicut vocem tonitruorum magnorum*, id est, Sanctorum impios terrentium, sicut terrent tonitrua; vox enim, & exultatio Sanctorum, est afflictiua malorum.

Isai. 58. *Exultatio sanctorum afflictiua malorum.*

Vel aliter, vox prædicatoris debet inducere puros, per fortes excitationes; & ideo prædicator comparatur tubæ, allicere timidos; per dulces consolationes; & ideo prædicator comparatur aquis; terrere malos per pœnarum comminationes, & ideo prædicator comparatur tonitruo.

Qualis debet esse concionator.

Audiui ergo, *vocem*, sanctorum Patrum prædicantium, *quasi vocem tubæ magnæ*, quia vox eorum vocabat ad festum, & conuiuium spirituale, sicut tuba ad carnale; *& sicut vocem aquarum multarum*, quia eorum vox mundabat à peccatorum sordibus, sicut aqua à corporalibus fœcibus: *& sicut vocem tonitruorum magnorum*, quia eorum vox impios terrebat, per pœnarum comminationes, sicut tonitrua terrent audientes per coruscationem. Sed quid clamabant istæ voces, statim ostendit, cùm dicit, *dicentium Alleluia.*

Audiui, inquam, *vocem* istorum Patrum *dicentium Alleluia*, id est, Deum laudantium & glorificantium, inexplicabiliter, interminabiliter, vniuersaliter. Est enim *Alleluia*, laus interminabilis, inexplicabilis, vniuersalis, sicut dictum est suprà. Et statim reddit causam laudis dicens, *quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens.* Ideo sancti, & Dei electi Deum laudant, *quoniam regnauit Dominus Deus omnipotens*, id est, destruet regna malorum. Non enim videtur regnare Deus, nec videtur omnipotens, quamdiu malum in

Alleluia qualis vox.

Deus regnare non videtur cum in nobis regnat peccatum.

hoc mundo regnat; & fulget; sed tunc totaliter Deus regnare videbitur, quando malorum congregatio exterminabitur, & in Inferno recludetur.

Quare ergo *regnauit* in præterito, cùm maximè appareat Rex in futuro, extremo iudicio completo? Responsio, Dicit *regnauit* in præterito, vt regni eius appareat certitudo, in præterito, quàm in futuro. Vel quia malorum damnatio est initiata, sed in futuro erit consummata. Vel accipitur præteritum pro futuro, more Prophetico, quia quod futurum erat in re, iam Ioan. viderat, & præteritum erat in Dei præuisione.

Deus maximè laudandus propter quatuor effectus.

Et nota quòd à principio cap. vsque huc, est quater positum *Alleluia*, propter quatuor effectus Dei, ratione quorum debemus laudare Deum, & superomnia exaltare, scilicet propter effectum creationis, reparationis, gubernationis, & glorificationis. Vel propter quatuor quæ in Deo ponimus, potentiam creantem, sapientiam ordinantem, clementiam miserantem, & naturam benefacientem. Vel quadrupliciter dicitur *Alleluia*, propter quatuor effectus laude dignos; qui respondent quatuor nominibus positis in hac laude, *quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotẽs*; vt dicatur *omnipotens*, quia potenter creat; *Deus*; quia sapienter gubernat. *Noster*, quia clementer liberat; *regnauit*, quia affluenter glorificat:

VERSVS 7.

Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, & quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. Hìc tangitur de exultatione, & propria beatitudine, & de mutua inuitatione Sanctorum ipsorum ad exultationem & gaudium; & primò inuitatio Sanctorum ipsorum ad laudem tangitur; secundò causa subiungitur, ibi, *quia venerunt nuptiæ Agni*. Dicit ergo, *gaudeamus, & exultemus*. Ita dixi, quòd Deus malos damnat, iustos autem beatificat; & ideo nos Sancti, qui sumus beatificati, *gaudeamus* propter dotes animarum, quæ sunt visio clara, dilectio pura, tentio firma; *Et exultemus*, propter dotes corporũ quæ sunt claritas, agilitas, subtilitas, impassibilitas; *& demus gloriam ei*, habere ab eo omnia bona recognoscendo, & reputando, Psal. *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

De quibus Sancti maximè lætantur.

Gaudeamus ergo interiùs, propter dotes animæ, *& exultemus* exteriùs propter dotes, quas habemus in corpore. Hæc sunt duplicia, de quibus in Prouerbijs, *Omnes domestici eius vestiti duplicibus. Et demus gloriam ei*, mente, ore, & opere, scilicet referendo omnia bona nostra bonitati eius. Et statim reddit causam huius exultationis, & lætitiæ. Et primò tangitur coniunctio Christi; secundò conuenientia ex parte Ecclesiæ suæ sponsæ, ibi, *& venerunt nuptiæ Agni*, id est, quia facta est coniunctio Christi, ex fidelis animæ gratificatione, & glorificatione.

Prou. 31.

Et nota quòd sunt nuptiæ carnales inter sponsum & sponsam; spirituales inter Deum & animam fidelem; Sacramentales inter Christum & militantem Ecclesiam, æternales inter Deum, & cœlestem patriam. Est enim matrimonium carnalis concupiscentiæ, Dei & animæ, Christi & militantis Ecclesiæ, Christi & triumphantis Ecclesiæ. Et huius sunt nuptiæ Culpæ, gratiæ, Eucharistiæ. gloriæ, Primum, scilicet car-

Spirituales nuptiæ quales & quanam.

nis concupiſcentiæ, initiatur in impulſu hoſtis, ratificatur in conſenſu mentis, conſummatur in effectu operis. Secundum matrimonium, ſcilicet Dei & animæ fidelis, eſt Religioſorum, qui aliud matrimonium non debent contrahere, & iſtud initiatur in ingreſſu religionis, ratificatur in voto profeſſionis, conſummatur in impletione promiſſionis. Tertium matrimonium, ſcilicet Chriſti & Eccleſiæ, fuit initiatum in Chriſti incarnatione, vel in Chriſti promiſſione, ratificatum in miſſione, conſummatum in paſſione. Quartum matrimonium Chriſti & triumphantis Eccleſiæ, hoc initiatur in præſenti iuſtitia per ſpem de æternis bonis, ratificatur adeptione primæ ſtolæ in animabus bonis, conſummatur poſt iudicium in adeptione vtriuſque ſtolæ, ſcilicet animę & corporis.

Gaudeamus ergo, *& exultemus, quoniam venerunt nuptiæ Agni*, id eſt, Chriſti, & Eccleſiæ, vel fidelis animæ. *Et vxor eius præparauit ſe.* Hîc oſtenditur ex parte Eccleſiæ, vel fidelis animæ conuenientia. *Et vxor eius*, id eſt, Eccleſia, vel fidelis anima, præparauit ſe, id eſt, idoneum ſe fecit, vt à Chriſto vt ſponſa reciperetur, & ſpirituali matrimonio vniretur; Spiritualiter quantùm ad fidelem animam; vel Sacramentaliter quantùm ad militantem Eccleſiam, Amos quarto, *Preparare in occurſum Domini Dei tui*: quæ præparatio conſiſtit in depoſitione veteſtatis, & inductione nouitatis. Matth. vigeſimo quinto. *Quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias &c.* Et nota quòd Eccleſia, vel fidelis anima & propriè ſponſa in via, ſed erit vxor, quando coniungetur ei in patria, quo facto requiem dabit omnibus amicis ſuis, ſicut legitur Heſter ſecundo. *Rex Aſſuerus requiem dedit vniuerſis prouincijs ſuis, ac dona plurima largitus eſt.* Ergo ſi velimus Deum deſponſare, debemus nos præparare, ad obſeruantiam mandatorum, ad prouidentiam futurorum, ad vigilantiam meritorum. *Vxor* ergo *eius*, id eſt, Eccleſia, *præparauit ſe*: & cùm ſic ſe præpararet, & ſe idoneam ad copulam ſpiritualem faceret,

Amos. 4.

Matth. 25.

Qualis debet eſſe præparatio noſtra vt digne Chriſto ſponſo iungamur.

Heſter. 2.

VERSVS 8.

Datum eſt ei, à Deo ſponſo ſuo, à quo eſt omne datum optimum, *vt operiat ſe byſſino ſplendenti*, id eſt, ſplendore charitatis in mente, *& candido*, id eſt, candore munditiæ, & caſtitatis in corpore: byſſus enim eſt genus lini candidiſſimum, creſcens in Ægypto: candor enim byſſi reſpicit conſcientiæ puritatem, ſplendor verò vitæ honeſtatem.

Quid byſſus denotat.

Datum eſt ergo Eccleſiæ, vel animæ fideli, vt cooperiat ſe byſſino. Quaſi diceret, quòd ornet ſe eccleſia, vel fidelis anima, non habet à ſe, ſed à Deo dãte, & ipſam deſponſante. Et benè dico, quòd Chriſti ſponſa eſt byſſo cooperta. *Byſſinum enim ſunt iuſtificationes Sanctorum.* Quaſi diceret, quòd per byſſinum, quæ eſt veſtis candidiſſima, intelliguntur virtutes, quæ habent iuſtificare, & ſanctum facere, vt nitor bonæ famæ, puritas conſcientiæ, quæ ſunt veſtes candidiſſimæ corporis & animæ. Vnde iſtud vltimum, *byſſinum enim ſunt iuſtificationes Sanctorum*, non eſt niſi expoſitio dicti præcedentis, *Datum eſt ei, vt cooperiat ſe byſſino, &c.*

Quod anima ſe præparet vt ſit ſponſa Dei non à ſe ſed à Deo habet.

VERSVS. 9.

Sequitur, *Scribe, Beati, qui ad cœnam Agni vocati ſunt.* Hæc eſt pars,

in qua præcipitur Ioanni, vt ſcribat, & prædicet illa, quæ alliciunt ad Dei laudem, & amorem: & tanguntur allectiua. Primò tangitur allectiuum concupiſcibilis, ratione nuptiarum cœnæ nuptialis; *Et dixit, ſcribe*, ſcilicet, *Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt*; ſecundò tangitur allectiuum iraſcibilis, ratione exhibitionis honoris, ibi, *Et cecidi ad pedes eius, vt adorarem eum*; tertiò tangit rationabilem ad contemplationem, cùm dicit, *Et dixit mihi, hæc verba Dei ſunt*; quartò tangit iraſcibilem ad humiliationem, cùm dicit, *cecidi ad pedes eius, vt adorarem eum, &c.*

Maxime in memoria habendum ſanctorum gaudium.

Dicit ergo, *Et dixit mihi, &c.* Ita dixi quòd audiui vocem in cœlo, mihi reuelantem gaudium bonorum de damnatione malorum, & de ſua ſaluatione. Et iſta eadem vox Angeli, vel Dei mihi reuelans iſta, dixit mihi, *Scribe*, id eſt, ſcriptum in tabulis cordis retine, vel in mente firmiter imprime. Inter omnia enim maximè eſt in memoria habendum gaudium, & gloria Sanctorum. Vel *ſcribe*, id eſt, in ſcripto retine, ita quòd ſi de memoria labatur, in ſcripto inueniatur, Abac. ſecundo, *Scribe viſum, & explana illud ſuper tabulas, vt percurrat, qui legerit.* Et ſtatim ſubdit quid ſit ſcribendum, dicens, *Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt.* Ecce primum allectiuum ad Dei laudem, & amorem: vnde delitiæ nuptiarum Agni debent allicere concupiſcibilem. *Beati* ergo, *qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt*, id eſt, ad gaudia, vel ad conuiuium Paradiſi electi, vocati, & introducti ſunt, vbi cum Domino cœnabunt cùm gaudio.

Abac. 2.

Et nota quòd conuiuium Paradiſi dicitur hîc *cœna*, quia nullum aliud conuiuium ei ſuccedit, & in ea delicata fercula apponuntur, ſicut in cœna magnatorum non niſi delicata cibaria miniſtrantur. De iſta cœna Luc. decimo quarto, *homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos*; propter quod dicitur Lucæ vigeſimo primo, *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Et notatur hîc de iſto conuiuio, primum, inuitantis nobilitas, ibi, *Ego*; ſecundum, ferculorum, vel miniſtrorum ordinabilitas, ibi, *Diſpono*; tertium, inuitatorum honeſtas, & pluralitas, ibi, *vobis*; quartum, inuitantis liberalitas, ibi, *ſicut diſpoſuit mihi*; quintum, plena ſatietas, ibi, *regnum*, quia cœlum totum dabit; ſextum, maxima Dei familiaritas, ibi, *vt edatis ſuper menſam meam*; ſeptimum, loci amœnitas, ibi, *in regno meo*, in quo eſt ſumma ſecuritas.

Cur conuiuium paradiſi dicitur cœna.

Luc. 14.

Luc. 21.

Beati ergo, *qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt.* Gloria & exultatio, quam Sancti habẽt in patria quantùm ad quatuor deſcribitur in his verbis. Primò quantùm ad ſtatum indefectibilẽ, ſtatus dignior, quod probat perfectio integralis, ibi, *beati*; ſecundò quantùm ad guſtum infaſtidibilem, guſtus ſuauior, quod probat cœna regalis, ibi, *qui ad cœnam*; tertiò quantùm ad nexum indiſſolubilem nexus fortior, quod probat adhæſio æternalis, ibi, *nuptiarum Agni*; quartò quantùm ad fructum inæſtimabilem, fructus dulcior, quod probat oblatio liberalis, ibi, *vocati ſunt.*

Deſcribitur gaudium & exultatio beatorũ quantum ad quatuor.

Circa primum, vbi deſcribitur gloria Sanctorum quantùm ad ſtatum digniorem, quod probat perfectio integralis, cùm dicitur, *beati*, ſciendum, quòd hæc beatitudo eſt,

verba, scilicet quę suprà audisti, verba supple Dei *sunt vera*, ideo scribę da, vera non falsa, ideo credenda. Et cùm ego Ioannes audirem vocem Angeli mihi hoc ostendentis, quid?

VERSVS 10.

Cecidi ad pedes eius, vt adorarem eum. Hîc ostenditur Ioan. ex ostensione humiliatio; secundò prohibitio, ibi, *& dixit mihi vide ne feceris.* Cecidi ergo, id est, reuerentiâ exhibui, mente & corpore me humiliando, in quo docemur doctores Dei mysteria reuelantes venerari. Vnde Glossa [Quia maiorem me intellexi, & obedire paratus fui, sic vos mihi obedite, & meis Doctoribus reuerentiam & honorem exhibete.] Cecidi ergo *ad pedes Angeli, vt adorarem eum*, scilicet maiorem me intellexi, & cùm vellę eum adorare, *dixit mihi, vide ne feceris*, id est, sollicitè caue ne me quasi maiorem adores; *Cõseruus enim tuus sum*, id est, simul tecum seruus: quasi diceret, ego non sum maior te, sed sumus ambò vnius Domini, scilicet Iesu Christi. Et non solùm sum conseruus, *sed fratrum tuorũ*, à Patre æterno per semen verbi ex matre Ecclesia genitorum, quia ego, & tu, & cõfratres tui fideles de Ecclesia vnum habemus Deũ, qui solus est adorandus. Sed quid est quod Angelus prohibuit Ioanni eum adorare, quia legitur Iosue 5. quòd Iosue cecidit pronus coram Angelo, vt adoraret eũ, nec legitur Angelũ prohibuisse? respondet Glossa, In veteri lege non prohibuit se adorari, sed post Ascensionem, videns suprà se exaltatũ hominẽ, adorari noluit. Ex quo docemur honores fugere, & seruos vt cõpares reputare, omnes enim æquales genuit natura. Et ideo soli Deo honor & gloria, vnde si reuerentia personæ detur, semper tamen prospectum ad Deum dirigamus.

Dei mysteria annuntiantes honore prosequamur.

Iosue. 5.

Cur Angelus prohibet Ioannem sibi impendere adorationem.

A *Vide* ergo *ne feceris, cõseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum*, fratrũ dico *habentium testimonium Iesu Christi*, id est, gratiâ sancti Spiritus, quæ testificatur ipsos esse filios Dei, quia *qui Spiritu Dei agũtur, hi sunt filij Dei.* Vel *habentium testimoniũ*, id est, fidem Dei in corde, ore, & opere. Ex quo ego sũ seruus tuus, & fratrũ tuorũ, vide ne feceris, ne me adores, sed statim di-

B cit, *Deum adora*, scilicet solùm, quia soli Deo debetur honor, & gloria, quia à solo ipso sunt omnia bona. Et statim reddit causam quare solũ ipse est adorandus, vt non solũ homo purus, vel Angelus, & dicit, *Testimonium Iesu est spiritus Prophetiæ*, id est, omnes spiritus Prophetię testimonium perhibent de Christo, scilicet quia ipse solus sit Deus, & homo. Et ideo tu Ioannes debes ipsũ adorare, & nõ me: vnde solus Deus est adorandus, quia vna est veritas, per quam credi-

C mus omnia, vna est virtus, per quam speramus omnia, vna est bonitas per quam diligimus omnia, & per quã diligimus super omnia, & ideo vna tantũ deitas adoranda, Matth. 4 *Dominũ Deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies.* Matt. 4.

Prophetæ testimoniũ perhibent de Christo quod sit Deus & homo.

VERSVS 11.

Et vidi cælũ apertũ, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis. Hic ostenditur dãnatio rectorum ipsorum malorũ. Et primò dãnatio Antichristi. ibi, *Et vidi bestiam, & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad prælium faciendũ.* Item primò prælium, 2. monet fideles vt accedãt ad intuẽdum spectaculum & deiectionem Antichristi, & *suorum sequentium*, ibi, *& vidi vnum Angelũ stantem in sole.* Item primò tangitur potentia Christi quoad primum aduentum; secũdò quoad secundũ, ibi, *Et de ore ipsius, procedit gladius ex vtraque parte acutus.* Item primò ponitur Christi apparatus; secundò exercitus, ibi, *Et*

exercitus, qui in cælo sunt sequebantur eum in equis albis. Item primò ostenditur dispositio membrorum corporis; secundò capitis, ibi, *Et in capite eius diademata multa.* Dicit ergo, *& vidi cælum apertum.* Ita dixi suprà, quòd vidi Babylonis damnationem, & Sanctorũ exultationem; & non solùm hoc, verùm & Antichristi & suorum cõfusionem, quorum damnationis præmittit causam: quia pugnabunt contra Christum, & quia incredibile erit apud aliquos, quòd ita potentes possint dãnari, præmittit potentiam damnantis, & secundùm diuinitatem, & secundũ humanitatem. Dicit ergo, *& vidi*, scilicet post Babylonis damnationem, & Sanctorum exultationem, quid? *Cælum apertum*, id est, Dei mysteria mihi sunt reuelata: vnde cœli apertio est mysteriorum reuelatio. Vel vidi diem iudicij, prædico cœlum apertum ad animas, & corpora recipiendum.

Cælorum apertio, mysteriorum reuelatio.

Vidi ergo cœlum apertum contra Antichristũ, *& ecce equus albus.* Ecce apparatus Christi procedentis ad bellum contra Antichristum. Ecce *equus albus*, id est, humana natura innocens, alba, & mũda, à peccati rubigine depurata, cũ qua cõtra Diabolum pugnauit, & in cruce moriẽs strauit, Prouerb. 5. *Equus paratus in diẽ belli, & qui sedebat super eum*, id est, diuinitas quæ habens equum, scilicet humanitatem ascendit in incarnatione, vocabatur *fidelis & verax*, fidelis quoad custodiam suorũ, *verax* quoad futura. Aparatus igitur Christi cõtra Antichristũ erit humana natura cũ diuina, sed quia pugnare iniustè, vel sine iustitia non est laudabile, ideo addit, *Et in iustitia pugnat & iudicat*, & Deus in iustitia, hoc est, iudicare dicitur, scilicet bellũ esse iustum contra Antichr. & Diabolũ, & non solũ iudicat illud bellum esse iustum, sed etiã pugnat, scilicet cõtra Diabolum & Antichristum.

Prou. 5. *Pugnare iniuste vituperio dignum.*

Ecce equus albus, & qui sedebat super eũ vocabatur fidelis & verax. Hîc Christus describitur quantum ad tria. Primò quantũ ad humanitatem portantẽ, ibi, *equus albus*; diuinitatem regentẽ, ibi, *& qui sedebat super eum*: actuum vnitatem pollentẽ, ibi, *Vocabatur fidelis, & verax.* Primò dico quòd describitur Christus quantũ ad humanitatem portantem cũ dicitur, *ecce equus albus*: in quo tangitur próptitudo ad aggrediendum, ibi, *Ecce*, fortitudo ad superandum, ibi, *equus*, pulchritudo ad intendendum, ibi, *albus*: vnde Christus fuit equus obedientissimus ad inuadẽdum, animosissimus ad bellandũ, robustissimus ad superandum; Prouerb. 2. *Equus paratus*, quoad primum, *ad diem belli*, quoad secundùm, *& Dominus dabit salutem*, quoad tertiùm.

Cur Christus equo assimilatur.

Prou. 21.

Circa 2. vbi describitur Christus quantùm ad diuinitatem regentem cũ dicitur, *& qui sedebat super eũ*, sciẽdũ quòd sessor huius equi est Deus coniunctus homini. Iste sessor istum equũ ascendit in incarnatione, produxit in passione, reduxit in Ascensione. Vel assúpsit in Incarnatione, reliquit in Passione, recuperauit in resurrectione. Et iste sessor fuit bellicosus in aggressu, suprà 6. *Ecce equus albus, & qui sedebat super eũ habebat arcum*, scilicet ad vincendum mundum, & Diabolum. Circa 3. vbi Christus describitur quantum àd actuum, vel virtutũ vnitatem pollentem, sciẽdum quòd Christus est *fidelis* in promissis implendis Ps. *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis*, *verax* in doctrinis docẽdis, Matt. *Magister scimus, quia verax es, iustus* in iudicijs dãdis, Ps. *Iustus Dominus & iustitias dilexit*; fortis in victoriis suis habẽdis,

Apoc. 6.

Psal 144.

Matth. 22.

Psal 10.

Psal. 23. Psal. *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.*

VERSVS. 12.

Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa. Hic ostenditur dispositio membrorum istius sessoris, scilicet Christi hominis: vel hic sessor primò describitur quoad Deum, scilicet quoad notitiam veritatis, cùm dicitur; *Oculi eius sicut flamma ignis*; secundò quoad euidentiam regiæ potestatis, in capitis coronatione, ibi, *& in capite eius diademata multa*; tertiò ostendit in istis duobus sufficienter eius maiestatem descriptam esse, ibi, *habens nomen scriptum, quod nemo nouit, nisi ipse.*

Cur oculi Christi sicut flamma ignis.

Dicit ergo, *Oculi eius sicut flamma ignis.* Ita dixi quòd iste sessor, scilicet Deus, in iustitia iudicat, scilicet tam bonos, quàm malos, & pugnat, scilicet cum bonis contra malos, & peruersos. Et non solùm hoc, verùm *& oculi eius sicut flamma ignis*, propter claram cognitionem, quam habet de præteritis, præsentibus, & futuris, occultis & manifestis, ad Hebr. quarto, *Omnia nuda, & aperta sunt oculis Dei.* Vnde oculi Domini dicuntur *flamma*, quia illustrat veritatem; *ignis*, quia inflammat charitatem. Vel flamma ignis est consummatiua contrarij, & generatiua suæ speciei, in quo notatur notitia Dei, prout est operatiua, consummando malum, & faciendo bonum, Deut. quarto, *Dominus Deus tuus ignis consumens est*, & suprà primo cap. *Oculi eius sicut flamma ignis.* Vel oculi Dei sunt dona Spiritus sancti, quæ sũt vt flamma ignis, quia inflãmant in amorem Dei, & consumunt rubiginem peccati; & emolliunt duritiam cordis obstinati.

Hebr. 4.

Qualis Dei notitia.

Deut. 4.

Cur dona Spiritus sancti ignis comparantur.

Oculi ergo *Domini sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa.* Hîc describitur Christus ad eminẽtiam Regiæ maiestatis, vbi ostendit signa militaris aptitudinis, & post signa victoriæ, ibi, *Et in capite eius diademata multa*, secundò signa patiẽtiæ, ibi, *Et vestitus erat veste aspersa sanguine.* Ita dixi, quòd oculi Christi sunt sicut flamma ignis: *Et in capite eius*, id est, in diuinitate, quæ est caput humanitatis, *diademata multa*, id est, coronæ multæ, quas paratus erat victoribus dare: & benè dicit *multa*, quia pugnabit contra bestiam habentem capita multa: vel pluraliter dicit *diademata*, propter multitudinem victoriarum.

Habẽs nomen scriptũ, quod nemo nouit, nisi ipse. Glossa, hoc nomen est Deus homo, vel Iesus, id est, Saluator, quia saluando suos, contra Diabolũ pugnat, & pugnando saluat: & hic est finis victoriæ. Vtrumque nomẽ ipse solus nouit, quia ipse solus Dominus, *Emmanuel*, id est, *nobiscũ Deus.* De primo nomine, Matth. 1. *Vocabitur nomen eius Iesus.* Hoc nomen fuit scriptum in humana natura, quod scripsit virgo Beata consentiẽs Angelo, quãdo dixit, *Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum*, Luc primo. Vnde ipsa fuit calamus scribæ scribentis velociter, quia in instanti suæ conceptionis, in vtero Virginis fuit homo perfectus, quod non contingit in alijs mulieribus.

Nota de nomine Iesu.

Matth. 1.

Luc. 1.

Sed quæritur de hoc, quod dicit quòd *nomen istud nemo nouit, nisi ipse*, nonne Ioannes nouit, qui vidit scriptum, & cui fuit reuelatum? Responsio: Nemo nouit, *nisi ipse*, nemo scilicet alienus à fide: alienus enim à fide non credit ipsum Deũ & hominem esse, vel nemo nouit, scilicet ad plenum, nisi ipse, propter quod Ioãnes non poterat corrigiam calceamenti eius soluere: vnde solus (sup-

Quomodo nomen Iesus solus Christo cognitum.

ple Deus) est perfectus cognitor sui ipsius, ipse enim habet nomen scriptũ, quod ipse solus nouit, quod nomen est *Deus & homo*. Et ita istud nomen cõplectitur equum albũ iã dictũ, & sessorem quia equus humanitas, sessor Diuinitas: ET ita tãgitur apparatus Christi procedẽtis ad bellum contra Diabolum & Antichristum. Vidi ergo quòd *in capite eius erant diademata multa, & quòd habebat nomen quod ipse solus nouit.* Et non solùm hoc, verùm,

VERSVS 13.

Et vestitus erat veste aspersâ sanguine, id est, carne cruentata proprio sanguine, Isai. septuagesimo secundo, Isai. 72. *Quare rubrum est indumentum tuum? & vocabatur nomen eius verbum Dei,* id est, filius Dei, per quem in mundo apparuit, & per quem Pater omnia fecit. De primo, Ioan. decimo septimo, Ioan. 17. *Pater manifestaui nomen tuũ hominibus, quos dedisti mihi*; de secundo Ioan. primo; Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt*: vnde hoc est verbum, quòd dixit, & facta sunt.

In ista clausula, *Vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius verbum Dei*, describitur assumptio humanitatis, vel temporalis incarnatio in vestis induitione, ibi, *vestitus erat veste*; passio acerbitatis, vel corporalis passio in sanguinis aspersione, ibi, *aspersa sanguine*, excellentia diuinitatis, vel æternalis generatio in verbi expressione, ibi, *vocabitur nomen eius verbum Dei.*

Cur Christus dicitur vestitus veste aspersa sanguine.

Vestitus ergo erat veste, id est, carne aspersa sanguine, scilicet in passione: vnde notandum quòd septem vicibus effudit sanguinem, in circumcisione, in oratione, in flagellatione, in coronatione, in pedum perforatione, in lateris apertione, in manuum penetratione. Et de ista septemplici effusione habetur figura Leuitici quarto, vbi dicitur quòd sacerdos legalis aspergebat septies sanguinem contra velum: Aspersit etiam ipse septies sanguinem, vt nos à septem vitijs, & peccatis mundaret, suprà, *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Chrysost. [Largitor imbrium sputis perfunditur, clauis ferri cœli structor adstringitur; mellis dator felle cibatur, propinator fontium aceto potatur, subleuator omnium in cruce leuatur. Ibi tandem mortuus lanceâ perforatur, & sanguine proprio laureatur. Heu, Heu, captiuorum libertas traditur, gloria Angelorũ illuditur, omnium Deus flagellatur, speculum sine macula, & candor lucis æternæ conspuitur, morientium vita occiditur, sanguis innoxius effunditur, & quid nobis miseris vlterius restat, nisi vt eamus & moriamur cum eo?] Iste ergo fuit vestitus veste aspersa sanguine, propter quod dicit quidã versificator.

Christus effudit septies sanguinem.

Leuit. 4.

Chrysost.

Cur Christus septies sanguinem effudit.

Christi sancta caro perfuso sanguine
claro, (amaro
Nos pretio charo de carcere traxit

VERSVS 14.

Sequitur, *Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis.* Suprà fuit positus Christi apparatus, hîc ponitur exercitus, & quia exercitus Christi est conformis ei, ideo primò hîc conformitas tangitur, ibi, *Exercitus, qui sunt in cœlo sequebantur eum*; secundò ostenditur in quibus hæc conformitas attenditur, ibi, *in equis albis*; tertiò mundicia animarum, ibi, *vestiti bysso: aspersa sanguine*, cum qua fuit contra Diabolum & Antichristum paratus pugnare. Et hoc Ioannes vidi, & non solùm hoc, verùm & vidi quòd *exercitus*, vel fidelium cœtus, *qui*

Quomodo Christum sequi debemus.

sunt in cœlo, id est, in Ecclesia, merito, & vitâ, & cõuersatione cœlicâ, *sequebantur eum*, id est, imitabantur eum, prosequẽdo per viam paupertatis, humilitatis, & castitatis, contra mundum, carnem, & Diabolum dimicantes. Et hoc *in equis albis*, id est, in corporibus mundis, & dealbatis. In ista clausula ostenduntur Sancti, qui Deum sequuntur vt victoriosi contra prælium, ibi, *exercitus*; virtuosi contra vitium, ibi, *qui sunt in cœlo*; operosi contra otium, ibi, *sequebantur*; gratiosi contra odiũ, ibi, *in equis albis*, fructuosi per virtutum cumulum, ibi, *vestiti byssino albo & mundo.*

Vtraque munditia necessaria corporis & animæ.

Exercitus ergo, id est, fidelium cœtus, *qui sunt in cœlo*, id est, in Ecclesia per conuersationem cœlestem, *sequebantur eum*, scilicet Christum, per viam paupertatis, humilitatis, castitatis, contra mundum, carnem & Diabolum dimicantes. Et hoc *in equis albis*, in corporibus mundis, *vestiti byssino albo & mũdo*, id est, vestiti, scilicet interiùs in anima, byssо albo quoad puritatem intellectus, & mũdo quoad sanctitatem affectus. Vnde per hoc quod dicit, *sequebantur eum in equis albis*, tãgitur ipsorum fidelium munditia corporis; per hoc quod dicit, *vestiti byssino albo, & mundo*, munditia mentis.

VERSVS 15.

De ore ipsius procedebat gladius ex vtraque parte acutus. Hîc vsque ab isto loco, *vidi cœlum apertum*, ostensa est Christi potentia, quoad primum aduentum; hîc ostenditur quoad secundum; & ostendit tria in ista clausula, sententiæ processionem, ibi, *de ore ipsius procedebat*, malorum præcisionem, ibi, *gladius ex vtraque parte acutus*, Gehennæ punitionem, ibi, *vt percutiat gentes.*

Dicit ergo, *De ore ipsius.* Ita dixi quòd Christus erat vestitus in incarnatione veste aspersa sanguine, in passione. Et non solùm hoc, verum etiam *de ore ipsius*, scilicet Christi, *procedebat*, id est, procedet, *gladius ex vtraque parte acutus*, scilicet sententia puniens in corpore, & anima. Et ideo additur, *vt in eo percutiat gentes*, id est, peccatores gentiliter, & bestialiter viuentes, plagâ irremediabili & insanabili, quæ intrat vsque ad cor, ad Heb. quarto, *Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque ac medullarum.* Ergo gladius iste est sententia iudiciaria, quæ egredietur de ore Domini contra Antichristum, & alios reprobos, vnde Isai. vndecimo. *Spiritu oris sui interficiet impios*, vel impium. Sed iste gladius dicitur *ex vtraque parte acutus*, quia remunerabit bonos, & punier impios: vel ex vtraque parte acutus, quoad malos, quos damnabit in anima & corpore, vel propter duplicem pœnam, scilicet ignis & vermis. Vnde nota quòd ista sententia dicitur *gladius* propter separationem, *acutus* propter transuerberationem, *bis acutus*, propter duplicem punitionem; *ex vtraque parte acutus* propter reproborũ damnationem, & electorum remunerationẽ.

Hebr. 4.

Quis gladius ex ore Christi procedens ex vtraque parte acutus.

Isai. 11.

Isto gladio *percutiet omnes gentes*, id est, omnes peccatores: propter quod Augustinus [Angustæ erunt viæ impiis in die iudicij, desuper, erit iudex iratus, subtus horridum chaos, & patens infernus, à dextris peccata accusantia, à sinistris infinita Dæmonia, intus conscientia vrens, deforis mundus ardens, desuper gladius scindens. Et miser homo sic deprehensus, quò fugiet?]

Describitur qualiter stistendi simus ante tribunal Christi.

Si quæras, quis te accusabit? dico quòd totus mundus, quia offenso creatore, offenditur omnis creatura.

Ex ore ergo Christi *procedebat gladius acutus ex vtraque parte, vt in ipso percutiat gentes*, id est, peccatores, *& regat eos in virga ferrea*, id est, in inflexibili iustitia, quæ licèt modò per pœnitentiam possit flecti, in futuro tamen nullo modo flecti poterit, nec reuocari, Psalm. *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Et ne credatur quòd solùm huius omnipotentia sit in diuinitate, ostendit quòd est etiam in humanitate, cùm dicit, Psal. 2.

Et ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Benè dico quòd Christus habet potentiam percutiendi, & puniendi impios, non solùm inquantùm Deus, sed etiam in quantùm homo Virginis filius. Et quare? quia & ipse Christus, inquantùm homo, *calcauit torcular*, id est, destruxit æternam mortem morte sua, quæ primo homini ab irato Deo illata fuit. Vnde mors primi hominis dicitur torcular vini furoris Dei omnipotentis, quia primus homo peccato perpetrato, ab irato Deo fuit quasi in torculari pressus, & ad torcular etiam Inferni obligatus. Et ipse Christus in torculari Crucis oppressus: torcular mortis primi hominis, quod dicitur torcular vini furoris Dei omnipotentis, calcauit, id est, destruxit & vitam resurgendo reparauit.

Mors primi hominis torcular vini furoris Domini.

Mortem ergo æternam, quæ est torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis, calcat, torcular crucis extruxit torcular Ecclesiæ militantis. Vult ergo dicere meritò, quòd percutit gladio suo omnes peccatores, quia ipse Christus destruxit mortẽ, ad quá quilibet erat obligatus, per peccatum primum. Et ipsi iterũ redeũt, & cadũt in ipsum, & ideo iusto Dei iudicio redeunt ad mortem, ad quam eramus omnes obligati, per primum hominem. Ipse ergo Christus *calcauit*, id est, destruxit, *torcular*, id est, mortem æternalem, quæ dicitur torcular, propter acerbitatem pœnæ.

Cur dicitur Christus calcare torcular vinis furoris iræ Dei.

Nota quòd est triplex torcular, scilicet Crucis, in quo confossus Christus; Ecclesiæ militantis, in quo positus iustus; Pœnæ æternalis, in quo compressus impius. Torcular crucis elicitatiuum diuinæ dulcedinis. Est torcular militantis Ecclesiæ congratulatiuum dominici gregis. Torcular pœnæ æternalis oppressiuum animæ & corporis.

Triplex torcular crucis, Ecclesia militantis, pœna æterna.

De primo Isai. 43. *Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum.* Isai. 43.

De secundo Matth. vigesimo primo, *Homo erat pater familias, qui plantauerat vineam, & sepe circundedit eam, & in ea fodit torcular.* De tertio in præsenti cap. *Calcauit torcular*, &c. Et benè dico quòd ipse Christus reget impios in virga ferrea, & quòd calcauit torcular mortis æternæ morte sua, & certè hoc potuit facere. Et quare? quia Matth. 21.

VERSVS 16.

Et habet in vestimento, & in femore suo scriptum: Rex Regum, & Dominus dominantium. Quia Rex Regum, ideo reget impios in virga ferrea, & in inflexibili iustitia; quia Dominus dominantium, ideo calcauit torcular mortis æternæ morte sua nobilissima. Habet ergo Christus in vestimento, hoc est, in humanitate, quâ diuinitas est vestita, Ad Philipp. secundo, *habitu inuentus vt homo. Et in femore suo*, id est, Philipp. 2.

in origine, vel regali sua generatione; *Scriptum*, id est, indelebiliter signatum, quia ipse, *est Rex regum & Dominus dominantium.* Quia Rex regum, ideo habet potestatem regendi impios quantumcumque magnos; quia Dominus dominantium, ideo habet potestatem calcandi mortem, & inde extrahendi suos.

Vestimentum, & femur hic in que differunt.

Vnde nota quòd *vestimentum*, & *femur*, idem sunt in proposito, re, sed differunt ratione, quia humanitas vestimentum dicitur, inquantùm est assumpta, sed femur, in quantùm à Parentibus propagata. Genes 23. Hoc signatum fuit Genes. vigesimo tertio, vbi habetur, quod dixit Abraham seruo suo, *Pone manum tuam super femur meum, vt adiurem te per Dominum cœli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum.* Vbi Gregor. [Manum iubet sub femore ponere, & per Dominum cœli iurare, quia Christus filius erat Abrahæ, ab humanitate, & Dominus ex diuinitate.] Vult ergo dicere, ex quo in vestimento eius homo est in humanitate scriptum, *Rex regum, & Dominus dominantium*, non solum ad ipsum Christum, quia potest punire & iudicare impios secundùm diuinitatem, imò secundùm humanitatem. Propter quòd ait Bernardus.] Dilexit nos Deus dulciter, sapienter, fortiter; dulciter namque dilexit, quia carnem induit, sapienter quia culpâ caruit; fortiter, quia mortem nostram morte sua calcauit.]

VERSVS. 17.

Et vidi vnum Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auibus, quæ volant per medium cœli, venite & congregamini ad cœnam Dei magnam. Hîc postquam fuit ostensus apparatus Christi procedentis ad bellum contra Antichristum, & alios infideles, monet fideles ad intuendum spectaculum de deiectione Antichristi, & punitione aliorum impiorum, vt per hoc proficiant in bonum, & accedant ad gloriam Angelorum. Vel hîc ponitur admonitio inuitans fideles, vt adhæreant Christo, qui sicut dictum est, est rex regum & Dominus dominantium. Et primò persona inuitans describitur; secundò, ipsa admonitio additur; ibi, *& clamauit voce magna*; tertiò quibus hæc admonitio fit, ostenditur, ibi, *Omnibus auibus, quæ volant per medium cœli*, deinde concluditur, cum dicitur, *Venite congregamini*, &c.

Dicit ergo, *Et vidi vnum Angelum.* Ita dixi, quia *in vestimento eius, & in femore erat scriptum, Rex regum & Dominus dominantium.* Et ideo quia talis & tantus, ei adhærendũ est, quia *& vidi vnum Angelum*, id est, vnum prædicatorem, qui dicitur vnus summitate intentionis, sed sublimitate perfectionis: *stantem in sole*, id est, in claritate cognitionis, & feruore dilectionis. Vnde in ista clausula dicuntur quatuor, quæ debet habere prædicator. Debent enim omnes prædicatores habere vniformitatem intentionis; Authoritatem legationis; solemnitatem sustentationis; claritatem cognitionis. Primum, ibi, *vnum*; secundum, ibi, *Angelum*; tertium, ibi, *stantem*, quartum, ibi, *in sole*. Prædicatores etiam dicuntur esse Angeli tubriles in contemplando, agues ministrando, viriles triumphando Isai. decimo octauo, *Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam, ad populum*

Quatuor conditiones prædicatoris.

Cur concionator Angelus debet esse. Isai. 18.

clamauit, statim ostendit.

Quomodo ad cœnam Dei veniendum.

Venite & congregamini ad cœnam Dei magnam: venite, inquam, persidem, *congregamini* per charitatem & dulcedinem, *ad cœnam magnam Dei*; vbi recipietis omnium bonorum fertilitatem, Lucæ decimo tertio, *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.* In ista cœna Deus Pater præparabit locum, Matth. vigesimo, *Sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo*; Deus filius ministrabit cibum, Luc. decimo secundo, *Faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis*; Deus Spiritus sanctus, secũdum Bernardum propinabit potum, Cantic. quarto, *Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.* Angeli Dei cantabunt canticum Isa. 6. *Clamauerunt alter ad alterũ dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.* Sancti, & electi dicent tripudium, Psal. *Exultabunt sancti in gloria.* Ait ergo Dominus per Angelum suum Sanctis, & electis Dei, & iustis; *Venite*, scilicet post me exemplantem, ad me amplexãtem, ad me reficiẽtem.

Luc. 13. Matth. 20 Luc. 12. Cant. 4. Isai. 6. Psal. 149.

Vnde nota quòd septem inuitatoria cantat nobis Deus. Primum ignorantibus ad erudiendum, Psal. *Venite filii audite me*; secundum postulantibus ad exaudiendum, Isai. sexto, *Omnes sitientes venite ad aquas*; tertium, laborantibus ad consolandum, Ioan. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis*; quartum se inquirentibus ad inueniendũ, Isai, *Si quæritis, quærite, reuertimini, & venite*; quintum, pœnitentibus ad imitandum, Luc. nono, *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam*, &c. sextum, esurientibus ad reficiendum, Matth. vige-

Psal. 33. Isai. 6. Luc. 9. Math. 22.

A simo secundo, *Ecce tauri mei, & altilia occisa sunt, venite*; septimum, triũphantibus, Matth. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Venite*, ergo, *& congregamini ad cœnam Dei magnam.* Ista cœna est perfectæ vnitatis, puræ satietatis, largissimæ pietatis, miræ humilitatis: ideo inde repellentur contentiosi, voluptuosi, auari, superbi. Ergo congregamini vos fideles, & amici Dei, ad B cœnam Agni, ad quid? statim ostendit,

Math. 25.

Qualis est Dei cœna.

VERSVS 18.

Vt manducetis carnes Regum, & carnes Tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum, ac seruorum, & pusillorum, & magnorum: vt manducetis, id est, vt glorieminiin cruciatu Principum magnorum; & *carnes tribunorum*, id est, Principum C maiorum, *Et carnes fortium*, id est, mediorum, ad mandatum ipsorum Principum Ecclesiam persequentium; *& carnes equorum*, id est, Prælatorum, & subditorum sedentium in ipsis subditis, tamquam in equis, quos habent dirigere, gubernare: *& carnes omnium liberorum*, id est, Clericorum, qui sunt liberi à tributis, & collectis. Et nota quòd dicit *omnium*, eo quòd plures damnabuntur, & quia peiùs quàm alij D punientur, ac *seruorum*, scilicet ipsis Clericis seruiẽtium, ministrantium, & consentientium in peccatis eorum. Vel liberos vocat à coniugio solutos, seruos ligatos: & dicit *omnium liberorum* à coniugio, quia pauci sunt, qui castitatem tenuerunt: *& pusillorum*, id est, contemptorum, *& magnorum*, id est, honoratorum. De omnibus istis multi damnabuntur. Rectè ergo Sancti car-

Ecclesiastici seuerius punientur.

nes istorum comedere dicuntur, sicut in esu carnium homo gaudet, & lætatur: sic Sancti in punitione, & cruciatu istorum gaudent, & delectantur, maximè cõpleto numero electorum, quia tunc perfectum erit gaudium.

VERSVS. 19.

Et *vidi bestiam, & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendũ prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius.* Ostenso apparatu Christi procedentis ad prælium contra Antichristum, & alios infideles, hîc ostenditur apparatus ipsius Antichristi cõtra ipsum pugnãtium. Et primò ponitur pugna; secundò additur deiectio miranda, ibi; *& apprehensa est bestia*; tertiò subditur pœna, ibi, *Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis*; quartò ex deiectione Antichristi, Sanctorum exultatio, & lætitia, ibi, *Et omnes aues saturatæ sunt de carnibus eorum.*

Dicit ergo, *Et vidi bestiam*, &c. Ita dixi suprà, quòd vidi equum albũ, scilicet Christum paratum pugnare contra Antichristum, & eius exercitum, & non solùm hoc vidi, verùm etiam *& vidi bestiam*, id est, Antichristum, bestiam crudelem, & effrænatam, qui dicitur bestia, propter libidinem vastandi Ecclesiam, & propter impetus irrationales, quibus persequetur Ecclesiam, Genes. vigesimo octauo, *Fera pessima deuorauit filium meum Ioseph*; id est, Christum, quia Antichristus dicta Christi, & facta, quantùm poterit annihilabit, & etiã deuorabit. Hæc est bestia, de qua suprà decimo tertio, *Vidi aliam bestiam*, id est, Antichristum, crudelem & effrænatum: *& Reges terræ*; Glossa [Apostolos eius, sola terrena amantes, & quærentes, *& exercitus eorum*, id est, omnes ei adhærẽtes, & seruientes; *congregatos*, id est, vnanimes in malitia; *ad faciendum prælium cum illo*, id est, cõtra illum, *qui sedebat in equo*, scilicet contra Christum, in quo, sicut in equo, humanitas deificata, tamquã sessor, sedet diuinitas humanata. Vel ille Christus, qui sedebat in equo, id est, prædicatorũ throno, qui portant Christum per vniuersum mundum prædicando eius dicta, exempla, & facta. Et non solùm cũ Christo, verùm etiam cum exercitu eius, id est, cum Sãctis hominibus Christo adhærentibus; Daniel. vndecimo, *Magnificabitur aduersus omnem, & aduersus Deum deorum loquetur magnifica.* Hoc autem prælium faciet per blasphemias, prædicationes, & miracula. Pugnabit enim blasphemãdo, persequendo, & miracula faciendo. Sed non præualebit aduersus Christum, nec aduersus exercitum eius, quia

Daniel. 11.

VERSVS 20.

Et apprehensa est bestia, & cum eo Pseudopropheta. Vnde hîc tangitur deiectio Antichristi, & seruorum, & damnatio eorum. Vnde Glossa [*Apprehensa est bestia*, id est, æternaliter damnata, scilicet Antichristus, & cum eo Pseudo-propheta, id est, falsi & seductores Apostoli Antichristi sunt apprehensi, & æternaliter damnati.] Nota quòd dicit *Pseudo-propheta* singulariter, propter vnitatem prauæ intentionis, quia omnes Apostoli Antichristi sunt comprehensi cum ista bestia.

Qui, inquam, Pseudo-propheta, *fecit*, id est, faciet signa falsa *coram ipso*, id est, ad placendum ipsi Antichristo. Vel coram ipso, id est, virtute ipsius Antichristi; & in eius

Cur Antichristus bestia dicitur.

Irriti conatus malorum aduersus Christus.

nomine. Vnde ſicut virtute nomi-
nis Chriſti, eius diſcipuli facie-
bant miracula vera, ſic diſcipuli
ipſius Antichriſti, in eius nomine
facient miracula falſa. Fecit ergo
Propheta miracula, & ſigna coram
Antichriſto, quibus ſcilicet ſignis
ſeduxit, id eſt, ſeorſum duxit à re-
ctitudine vitæ, *eos qui acceperant cha-*
racterem beſtiæ, id eſt, ſignum Anti-
chriſti beſtiæ iniquæ. Et non ſolùm
ſeduxit iſtos, verùm etiam *eos, qui*
adorauerunt imaginem beſtiæ, ſcilicet
in occulto tenendo, credendo, & B
imitando.

Miracula Antichriſti ſolum apparentia

Pſeudo ergo Propheta ſignis fal-
ſis *ſeduxit eos, qui acceperant charactę-*
rem beſtiæ, & qui adorauerãt imaginẽ
eius: & hi duo, qui acceperunt cha-
racterem beſtiæ; & adoraverant
imaginem eius, *viui miſsi ſunt in ſta-*
gnum ignis ardentis, & ſulphuris, ſuprà
tertio, *Si quis adoraverit beſtiam, &*
imaginem eius in fronte, aut in manu ſua,
hic biber de vino iræ Dei. C

Et *hi duo*, ſcilicet beſtia, & Pſeu-
dopropheta, *viui miſsi ſunt in ſtagnum*
ignis ardentis, & ſulphuris, id eſt, deſ-
cenderunt in infernum viuentes. Et
nota quòd hîc tangitur pœnæ pro-
funditas, cùm dicitur, ſtagnum, *acer-*
bitas, cùm additur, *ignis ardentis*; irre-
mediabilitas, cùm ſubditur, *& ſul-*
phuris. Et vocatur pœna æterna *ſta-*
gnum, quoniam ſicut aqua ſtagni
ſemper eſt immobilis, ſic pœna
æterna numquam fluit, nec tranſit,
quoniã ſicut ſulphur ardet in aquis,
ſic pœna æterna numquam extin-
guitur, propter quod Iſidorus, [in-
tuere anima quaſcumque pœnas,
quoſcũque tormentorum dolores,
quoſcumque dolorum acerbitates,
compara his tormentum gehennæ,
& leue eſt, omne quod pateris.] Et

Cur pœna inferni aſſimilatur ſtagno non fluminis.

D

A ſecundùm Gregor. [Mors ibi ſem-
per viuit, & finis ſemper incipit, &
deficere defectus neſcit.]

VERSVS 21.

Et cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis
ſuper equum. Hîc oſtenditur pœna
minorum ſequentium Antichriſtũ,
& aliorum impiorum. Ita dixi, quòd
beſtia, & Pſeudopropheta viui miſsi ſunt,
id eſt, mittentur, *in ſtagnum ignis: &*
cæteri, id eſt, eorũ ſequaces, qui sũt
in culpa minores, *occiſi ſunt*, id eſt,
occidẽtur *in gladio ſedẽtis ſuper equũ*, id
eſt, in ſententia Chriſti iudicis, ſu-
per equum humanitatis ſedentis.
Qui, inquam, gladius procedet ex Math. 22.
ore eius, Matth. vigeſimo ſecundo,
Ite maledicti in ignem æternum.

Et omnes aues ſaturatæ ſunt de carni-
bus eorum. Hîc oſtenditur congratu-
latio, & exultatio bonorum de pu-
nitione Antichriſti, & ſuorum, & *Gaudent ſancti de damnat. e-*
etiam aliorum impiorum. Ita dixi, *ne impio-*
quòd *beſtia, & Pſeudo-propheta ſunt* *rum, non*
miſsi viui in ſtagnum ignis, & cæteri ip- *propter illo-*
ſos ſequentes ſunt *gladio occiſi*. Et de *rum ſupplicia ſed*
hoc Sancti, & electi Dei ſunt gauiſi, *propter di-*
non ratione pœnæ, ſed ratione diui- *uinam iuſtitiam.*
næ iuſtitiæ. Vnde omnes aues, id eſt,
omnes Sancti per medium cœli re-
ctæ intentionis, ala contemplatio-
nis volantes, *ſaturatæ ſunt de carnibus*
eorum, id eſt, delectatæ ſunt, viden-
do pœnas Antichriſti, & ſuorum, & Pſal. 57.
aliorum impiorum, Pſal. *Lætabitur*
iuſtus, cùm viderit vindictam; manus
ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Et Ezech. 39.
Ezech. trigeſimo nono, *Dic omni*
volucri, & vniverſis auibus, cunctiſque
beſtijs; venite properate, & concurrite vn-
dique ad victimam meam, quam ego im-
molabo vobis, &c.

SYNOPSIS CAPITIS VICESIMI.

VIdetur à Beato Ioanne Angelus, habens clauem abyſsi, ligans in ea Sathanam per mille annos, quibus expletis iterum ſoluitur, congregans gentes Gog, & Magog ad Antichriſtum, vt pro eo pugnent contra Chriſtum, & Chriſtianos: ſed Deus eos igne de cœlo miſſo perdet, Sathanam vero & Antichriſtum in tartara deturbabit. Iudicat Chriſtus vniuerſos mortales, regnant Sancti cum eo, impii autem qui non ſunt ſcripti in libro vitæ, cum Diabolo in ſtagnum ignis mittuntur.

CAPVT VIGESIMVM.

1. ET vidi angelum deſcendentem de cœlo, habentem clauem abyſsi, & catenam magnam in manu ſua. 2. Et apprehendit draconem, ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus & ſatanas, & ligauit eum per annos mille: 3. & miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat ampliùs gentes, donec conſummentur mille anni: & poſt hæc oportet illum ſolui modico tempore. 4. Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis: & animas decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt beſtiam, neque imaginem eius, neque acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus ſuis, & vixerunt, & regnauerunt cum Chriſto mille annis. 5. Cæteri mortuorum non vixerunt, donec conſummentur mille anni. Hæc eſt reſurrectio prima. 6. Beatus, & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima: in his ſecunda mors non habet poteſtatem: ſed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum illo mille annis. 7. Et cum conſummati fuerint mille anni, ſoluetur ſatanas de carcere ſuo, & exibit, & ſeducet Gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus eſt ſicut arena maris. 8. Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circuierunt caſtra ſanctorum, & ciuitatem dilectam. 9. Et deſcendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos: 10. & Diabolus, qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & beſtia, Et Pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte, in ſæcula ſæcu-

lorum. *11.* Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cælum, & locus non est inuentus eis. *12.* Et vidi mortuos, magnos & pusillos, stantes in conspectu throni; & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundùm opera ipsorum. *13,* & dedit mare mortuos, qui in eo erant: & mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant: & iudicatum est de singulis secundùm opera ipsorum. *14.* Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. *15.* Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

VERSVS I.

ET *vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua.* Ostensâ deiectione & damnatione Antichristi, hîc ostenditur deiectio & damnatio capitis sui, scilicet Diaboli: Et primò damnatio capitis; secundò damnatio corporis, ibi, *Et vidi thronum magnum candidum.* Item primò ostenditur deiectio facta in primo aduentu, secundò fienda in secundò, ibi, *Et cùm consummati fuerint mille anni, soluetur.* Item primò ostenditur deiectio dæmonis; secundò libertas hominis, ibi, *Et vidi sedes, & sederunt super eas.* Item primò describit authorem deiectionis; secundò ipsam deiectionem, ibi, *Et apprehendit draconem serpentem.*

Diuisio capitis.

Dicit ergo, *Et vidi Angelum descendentem de cælo.* Ita dixi suprà, quòd *vidi Angelum*, scilicet Christum deiicientem Antichristum. Et non solùm hoc vidi, verùm *& vidi Angelum*, id est, Christum, qui dicitur Angelus, quia à Patre missus ad nos visitandum, consolandum, & liberandum. Ipse enim est magni consilij Angelus, Isai. nono.

Isai. 9.

Vidi ergo *Angelum*, id est, Christum, *descendentem de cælo*, scilicet in Incarnatione, vt induceret saccum mortalitatis, & passibilitatis, Ionæ tertio, *Descendit Rex de solio suo, & indutus est sacco:*

Ionæ 3.

Vidi ergo, *Angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi*, id est, potestatem super Diabolum, ipsum ligandi, & soluendi. Nihil enim potest nunc nisi à Deo permissus. Vel crux dicitur clauis, quia aperit Paradisum, & claudit infernum. Isai. vigesimo secundo, *Dabo clauem domus Dauid super humerum eius, vt aperiat*, scilicet Paradisum, *& non erit qui claudet, & claudat*, scilicet infernum, *& non erit qui aperiat.* Et non solùm super ipsum Diabolum iste Angelus habet potestatem, sed etiã super omnia. Vnde dicit, *Et catenam in manu sua*, id est, potestatem ligandi, cohibendi, refrænandi non solùm dæmones, verùm & omnes eis cohærentes. Vnde hanc catenam habet *Christus in manu sua*, id est, in potestate: vel *in manu sua*, id est, in operatione sua, quia nullus quantumcumque potens potest euadere manus eius, nec in morte, nec in vita.

Isai. 22.

Crux clauis aperiens paradisum.

Vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi. In isto verbo ostendit Christi eminentiam gene-

rosam sub persona Angeli, ibi, *Vidi Angelum*; clementiam viscerosam in descensu amabili, ibi, *descendentem*; potentiam virtuosam in expressione clauis abyssi, ibi, *habentem clauem abyssi.*

Eminentia generosa Christi, clementia viscerosa, potentia virtuosa.

Circa primum, vbi describit Christi clementiam generosam, cùm dicitur, *vidi Angelum*, sciendum quòd Christus est Angelus pulchritudine puritatis incomparabilis, suprà decimo cap. *Vidi Angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube*; celsitudine dignitatis inexplicabilis, suprà septimo ca. *Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis*; plenitudine potestatis insuperabilis, suprà decimo octauo, *Vidi alium Angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam*, & in proposito.

Qualis Angelus Christus.

Circa secundum; vbi describit Christi clementiam viscerosam, cùm addit *descendentem de cœlo*, circa quod sciendum quòd Christus descendit ad visitandum, ne moriamur per egestatem indeuotionis. Psal. *Descendit sicut pluuia in vellus*; ad curandum, ne moriamur per infirmitatem carnalis corruptionis. Ioan. quarto; *Rogabat Iesum Regulus quidam, vt descenderet & sanaret filium eius*: & sequitur, *veniam & curabo eum*; ad liberandum de manu praui hostis, Exod. tertio; *Descendi vt liberem eum.* Vnde descendit ad viuificandam mentem, ad curandam carnem, ad superandum hostem.

Cur Christus descendit. Psal. 71. Ioan. 4.

Circà tertium, vbi describit Christi potentiam virtuosam, cùm subdit, *habentem clauem abyssi*, Sciendùm quòd Christus habet clauem aperiendi Paradisi thalamum, soluendi peccati vinculum, claudendi Inferni barathrum. De primo, & vltimo in authoritate per allegoriam, Isai. vigesimo secundo, *Dabo clauem domus Dauid.* De secundò. Matth. *Tibi dabo claues regni cœlorum, quodcumque ligaueris*, &c. *Vidi* ergo, *Angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua.* Et benè dico, quòd hic Angelus habuit catenam magnam, cùm

Potentia Christi. Isai. 22. Matth. 16.

VERSVS 8.

Apprehendit Draconem, serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Satanas. Dicitur autem Angelus malus, *Draco*, propter violentiam; *serpens*, propter astutiam; *antiquus*, propter diuturnam experientiam, *Diabolus*, qui interpretatur deorsum fluens, propter malitiam; *Satanas*, qui interpretatur aduersarius, propter importunã assistentiam. Hunc apprehendit magni consilij Angelus, scilicet Christus: vnde ipsum Diabolum apprehendit, dum peccatum eius manifestauit, & à Paradisi gaudijs exulauit. Et non solùm ipsum apprehendit, id est, peccatum suum manifestauit, verùm

Cur draco dicatur.

Et ligauit eum. Glossa, [primò priori potestate priuauit ipsum [& hoc *per mille annos*, Glossa, id est, à tempore passionis Christi, vsque ad tempus, in quo complendus est numerus electorũ, scilicet à tempore Antichristi, vsque ad finem mundi. *Mille* enim cõponitur ex triplici denario in se ducto. Nam decies, decẽ decies, faciunt. Et significat tempus, in quo sancti Decalogum impleuerũt, scilicet legis naturæ, legis scriptæ, legis gratiæ. Anni autem mille possunt ad litteram interpretari, quia iam plusquam mille anni à passione Christi sunt trãsacti, ideo per mille significatur totum tempus, quo numerus electorum com-

Quomodo per mille annos ligauit Christus dæmonem.

pletur, ita vt pars pro toto po-
natur.

VERSVS 3.

Et misit eum in abyssum. Ad litteram relegatus est ille Draco magnus in Inferni profundum, qui dicitur abyssus, ratione carentiæ visionis diuinæ, & ratione profunditatis interminabilis, & flammæ gehennalis. Vel secundùm Glossam, Misit Christus Diabolum *in abyssum*, id est, in corda infidelium hominum, abyssus enim peccatorum, sunt tenebrosa corda impiorum. Vnde Glossa, eiectus à fidelibus, in malis incepit dominari, & etiam hospitari, Matth. octauo, *Si eiicis nos hinc, mitte nos in porcos*, id est, in peccatores lutosos. Sed moralis est hæc Glossa. Ad litteram

Cur infernus dicitur abyssus.

Matth. 8.

Cur impij abyssus.

Ergo *misit* Christus *eum*, scilicet Diabolum malignum *in abyssum*, id est, in Inferni profundum, & *clausit illum*, id est, potestatem exeundi subtraxit, vel secundùm Glossam, licẽtiam egrediendi interdixit, Iob 34. *Quis concluſit ostiis mare?* id est, Diabolum, qui reddit peccatorem amarum: Certè illius primum ostium fuit incarnatio, secundum passio, tertium resurrectio, quartum ascensio. His ostiis clausit Christus Diabolum in Inferni profundo, & *signauit super illum*, id est, signum crucis posuit super eum, vtà fidelibus expellatur. Vnde Cassiodorus super Psalterium, [Crux est humilium inuicta tuitio, superborum abiectio, victoria Christi, perditio diaboli, Inferni destructio, cœlestium informatio, mors infidelium, vita iustorum.] Ergo Christus super Diabolum *signauit*, id est, signum crucis posuit, & hoc, *vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni*,

Iob. 34.

Quibus ostiis clausit Christus diabolum in inferno.

virtus crucis describitur.

id est, quousq; venerit tempus Antichristi.

Sed quid? Nonne modò seducit? Responsio, Sic, sed non sicut ante aduentum Christi. Vnde ante tempus gratiæ causaliter seducebat, scilicet compellendo ad descensum Inferni; sed modò seducit solùm occasionaliter, hoc modo seipsum seducit magis causaliter; Diabolus namq; non potest nunc in hominẽ quicquã, nisi velit. Ante autem aduentum Christi nullus potuit resistere, quin ad Infernum descenderet: sed tempore Antichristi, quasi per tentationis vehementiam, quasi violenter ad peccatum trahet, & sic ad infernum deducet. Nam vt habetur, Matth. vigesimo quarto, *Nisi abbreuiati fuissent dies illi, non salua fieret omnis caro.* Ergo, *apprehendit* Christus *Draconem*, ne possit contra hominem irruere per sæuitiam, *& ligauit*, ne possit inferre violentiam, *& clausit*, ne possit effluere per malitiam, *& signauit*, ne possit impugnare per tentationem executiuam. Et hoc fecit Christus, vt scilicet Draco ille antiquus, *non seducat amplius gentes*, scilicet causaliter; *donec consummentur mille anni*, id est, donec Christus veniat ad iudicium, secundùm. Glossam. Tunc enim completus erit numerus electorum, *Et post hoc*, id est, istos annos, appropinquante mundi fine, *oportet ipsum solui modico tempore*, Ioan. tertio, *Necesse est secundum Dei ordinationem, quia sic ipse, qui verax est, disposuit eum solui*, id est, potestatem ei relaxari. Vnde illud opus, siue hæc necessitas soluendi Diabolum, est adimpletio diuinæ ordinationis. Et est necessitas. Vnde nota quòd oportet solui Diabolum tempore Antichristi, ad exercitationem bonorum, & hoc

Matth. 24.

Soluetur diabolus modico tempore ante finem mundi.

Ioan. 3.

Damon parupendendus.

modico tempore, ſcilicet tribus annis A cum dimidio, & ideo non eſt timendus, quia parum durabit poteſtas eius. Quaſi diceret, Tempore Antichriſti, non timebitis Diabolum, quamuis tunc eius poteſtas relaxetur, quia parum durabit, quia non niſi tribus annis cum dimidio, & tunc ſeducet & decipiet quantùm poterit in mundo. Ideo dicitur ſuprà duodecimo ca. *Væ terræ & mari, quia deſcendit ad vos Diabolus, ſciens quia modicum tempus habet.* Require de iſto B dracone duodecimo cap.

VERSVS 4.

Et vidi ſedes, & ſedentes ſuper eas, & iudicium datum eſt eis. Hîc oſtenſa deiectione Draconis, oſtenditur libertas Eccleſiæ, & hæc libertas Eccleſiæ militantis. Vnde facta deiectione Satanæ, tunc data eſt libertas Eccleſiæ. Et hæc libertas eſt duplex, ſcilicet benè operandi, quæ C conſiſtit in debita ordinatione ſubditorum ad Prælatos, & è conuerſo; & intrandi Paradiſi. Secunda pars incipit ibi, *& animas decollatorum propter teſtimonium Ieſu.*

Quandonam libertas dabitur Eccleſiæ in æternis temporibus.

Dicit ergo, *Et vidi*, &c. Ita dixi quòd vidi deiectionem Diaboli, vel Draconis, & non ſolùm hoc, verùm *& vidi*, Dracone ligato & in abyſſum inferni miſſo, *ſedes*, id eſt, ſubditos. Vidi, inquam, iſtos ad obediendum paratos, vt poſſint dicere D
Pſal. 72. illud Pſ. *Vt iumentum factus ſum apud te. Et ſedentes ſuper eas*, id eſt, fideles Prælatos, & maiores, *vidi*, ſcilicet ad benè regendum circumſpectos; & eis ſupple Prælatis, & maioribus, *& iudicium datum eſt illis*, id eſt, poteſtas iudicandi, corrigendi & puniendi, &
Matth. 19 hoc ſcilicet *à Deo*, Matth. *Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.*

Aliter poteſt exponi, vt totum referatur ad ſtatum beatitudinis. Notatur ergo primò quies æternitatis in ſeſſione, ibi, *& vidi ſedes, & ſedentes ſuper eas*, contra anxietatem laboris; ſecundò tangitur donum diſcretionis in perceptione primæ veritatis, *& iudicium datum eſt eis*, contra ignorantiam rationis. Dicit ergo, *vidi ſedes*, ſcilicet quietis in cœlo; *& ſederunt ſuper eas* laborantes in mundo pro Chriſto, ſuprà decimo quarto, *A modò iam dicit ſpiritus, vt requieſcant. Et iudicium datum eſt eis*, id eſt, poteſtas iudicandi Mich. 6. malos in extremo iudicio, Micheæ ſexto, *Iudicium Domini cum populo ſuo.*

Et animas decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & propter verbum Dei. Hîc tangitur libertas conſequendi fructum, & intrandi Paradiſum: liberè enim intrare poſſumus, dum paratiſumus, nam & Chriſtus nobis viam parauit, & portâ Paradiſi aperuit, Ioan. *Vado parare vobis locum.* Ioan. 14. Et primò oſtenditur, quorum hęc eſt libertas intrandi Paradiſum, ſecundò tangitur fructus, & præmium eorum, ibi, *& vixerunt, & regnauerunt cum Chriſto mille annis.* Item in prima parte, vbi tangitur quorum eſt hæc libertas in duplici differentia, primo Martyrum; ſecundò Confeſſorum, ibi, *& qui non adorauerunt beſtiam.*

Chriſtus vobis Paradiſi viam oſtendit.

Dicit ergo, *& animas decollatorum*, &c. Ita dixi quòd deiecto Dracone, fideles Eccleſiæ habent libertatem benè operandi, & non ſolùm benè operandi, ſed etiam Paradiſum intrandi, quia *& vidi animas decollatorum*, id eſt, Martyrum, *propter teſtimonium Ieſu*, quod habuerunt de humanitate Chriſti Luc. 2. *Vocatum* Luc. 2. *eſt nomen eius Ieſus*; *& propter nomen Dei*, id eſt, propter teſtimonium, quod

Vana haresis eliminatur.

quod habuerit de diuinitate Christi, ratione cuius dicitur verbum Dei. Vidi, inquam, animas istorum, quòd *vixerunt*, *& regnauerunt cum Christo.* Vel aliter, *Vidi animas decollatorum*, id est, interfectorum, *propter testimonium*, quod portabant de Iesu, quo dicebant ipsum esse verum Deum, contra Arrium; hominem verum, contra Manichæum; quia verè à mortuis resurrexit, contra Iudæum; quia vivos & mortuos iudicabit, contra

Ioan. 3. Sadducæum, Ioan. tertio, *Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis*: & non solùm propter testimonium Iesu, *verùm & propter verbum Dei*, id

Act. 8. est, propter Euangelium Christi, quod prædicabant, Actuum octauo, *Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Iesu Christi.*

Et non solùm vidi istos Martyres sic interfectos regnare cum Christo in Paradiso, *verùm & animas eorum, qui non adorauerunt bestiam*, id est, Antichristum, sibi in ipso exhibentes culturam, *& imaginem eius*, id est, suam similitudinem, vt Apostolos, vt eis adhærentes per prædicationem erroneam; *nec acceperunt characterem eius*, id est, signum aliquod, quòd essent de familia eius: & hoc *in frontibus*, id est, in confessione manifesta, aut *in manibus*, id est, in operatione intrinseca, vel extrinseca.

Animas, inquam, istorum vidi quòd *vixerunt* vitâ æternitatis, cõtra miseriam mortis, *& regnauerunt*, id est, obtinuerunt gloriã, & honorẽ contra miseriam seruitutis. Hoc dico, quòd *vixerunt & regnauerunt*, & non cum quocumque, sed *cũ Christo*

Ad Col 3. Rege sũmo, & Deo vero, ad Colos. tertio, *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: Cũ enim apparuerit Christus vita vestra*, &c. *Vixerunt* ergo hi, *& regnauerunt cum Christo*, & hoc *mille annis*, id est, in æternum. Ex hoc obiiciunt Iudæi sic, si verùm ost quod dixit Ioãnes, mille annis erit terminatum Christi regnum? Responsio, Per numerũ millenarium, qui est numerus perfectus, benè intelligitur æternitatis tempus, sicut est expositum. Vnde regnabũt cum Christo mille annis, id est, in æternum. Vel potest dici quòd loquitur Ioannes hîc de gloria animarum, ante resumptionem corporum, quam recipient, quando erit perfectus numerus electorũ. Totum autem tempus, quo impletur numerus electorum, significatur numero millenario, qui est numerus, vltra quem non est alius, nisi per resumptionem. Et certè completo numero electorum, non erit amplius tempus animarum, nisi per resumptionem corporum.

Obiiciunt Iudæi regnum Christi non fore perpetuum.

Et nota quòd *per animas decollatorum*, intelliguntur animæ Martyrũ, sed per animas eorũ, *qui non adorauerunt bestiam, nec imaginem eius, nec acceperunt characterem ipsius*, intelliguntur animæ omnium aliorum Sãctorum. Vnde omnes hi *vixerunt*, id est, viuunt, & viuent post mortem corporis per immortalitatem; *& regnauerunt*, id est, regnant, & regnabunt per honoris sublimitatem, *cum Christo* per amoris familiaritatem, *Mille annis*, per interminabilem æternitatem. Vel vixerunt in mundo vitâ gratiæ, & regnauerunt vincendo carnis oblectamenta, mundi blandimenta, hostis argumenta. Vel *vixerunt* in mundo vitâ gratiæ, *& regnauerunt cum Christo*, permanentes in eius fide, *& hoc mille annis*, id est, toto tempore vitæ suæ.

Quomodo dicuntur Sancti regnare cum Christo per mille annos.

VERSVS. 15.

Cæteri mortui non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hîc ostenditur ex oppositio animas reproborũ deducẽdas in Infernum. Ita dixi, quòd animæ Sanctorum vixerunt cum Christo, & regnauerunt, & ideo cũ eo intrauerunt Paradisum, & per oppositum *cæteri mortuorum*, id est, illi inter mortuos, qui non fuerunt de numero prædictorum Sanctorum, sed sunt mortui in anima per peccatum, *non vixerunt*, scil. finaliter in gratia, sed sunt in supplicio sempiterno. Vnde dicendo *non vixerunt* minùs dixit, & ampliùs signauit. Hi inquam, reprobi alij ab electis Dei, *non vixerunt*, & hoc *donec consummentur mille anni*, id est, vsque in finem mundi inclusiuè, nec etiam ex tunc viuent. Vnde *non vixerunt*, vitâ gratiæ in mundo, & ideo non viuunt, nec viuent vitâ gloriæ in cœlo: vnde post finem mundi pœna non finietur, nec resumptis corporibus.

Qui hic non vixit vita gratiæ, finaliter non viuet vita gloriæ.

Simile habetur primi Regum tertio, *Non poterat videre * lucernam Dei, donec extingueretur*, quia nec ante nec post, Matth. primo, *Ioseph non cognouit coniugem suam, donec peperit filium suum primogenitum*, quia nec ante, nec post simile: *cæteri mortuorum*, à Sanctis, & Dei electis, *non vixerunt*, vitâ scilicet gloriæ, *donec consummentur mille anni*, id est, compleatur numerus electorum: & tunc in corporibus viuent, quia tunc corpora resument, sed illa vita potiùs erit mors quàm vita, quia tunc duplicabitur pœna.

1. Reg. 3. * *Alster hic locus nunc legitur.* Matth. 1.

Hæc est resurrectio prima. Hîc ostenditur quòd libertas, quam nũc habent fideles, & electi Dei, intrandi Paradisum, non est alia quàm habebunt post iudicium, nam maior erit illa, quàm ista. Ita dixi, quòd deiectio Diaboli à Christo ne incarnato & passo, habẽt homines libertatem intrandi Paradisum. Et hæc est resurrectio prima, quâ scilicet Diabolo deiecto, & à Christo in abyssum misso & ligato, resurgent homines à culpa, & à pœna, & corporibus mortuis fruentur animæ requie æterna. Et dicitur prima resurrectio respectu secundæ, in qua corpus glorificabitur, cum anima. Et dicitur prima, ad differẽtiam secundæ, quæ est in anima & corpore. In prima autem resurrectione, quinque continentur, exitus à peccato originali, per gratiam baptismalem; excussio à peccato actuali, per gratiam pœnitentialem; profectio in bono virtuali, per gratiam perficiẽtem; exitus à carcere carnali, per gratiam consummantem; receptio in thalamo Paradisi, per gratiam beatificantem. In secunda continentur ista omnia, & vlteriùs corporis & animæ reuiuificatio, & in cœlis æterna remuneratio. Hæc libertas est secunda Sanctorum resurrectio. Vocat ergo hîc resurrectionem primam à peccato egressum, in bono profectum, temporalis vitæ defectum, cuius vtilitatem vitæ ostendit, quia liberat à morte secunda vel æterna dicens,

Quinque reperiuntur in resurrectione prima.

VERSVS 16.

Beatus & Sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, per promissionem præmiorum, *Sanctus*, per confirmationem collatorum, *qui habet partem in resurrectione prima*, per depositionem peccatorum. Vnde qui resurrexit à culpa, adhuc existens in via, partem habet in resurrectione dicta, vel in qua glorificatur anima sola in patria: ná nisi priùs resurgat à culpa, numquam erit in gloria; vel

Priùs surgendum à pœna quàm priùs beabitur in gloria.

Beatus, per collationem gloriæ, *sanctus*, per confirmationem gratiæ; & *habet partem in resurrectione prima*, per defectum pœnæ & culpæ, & in collatione stolæ primæ. Et dicit partem, quia talis resurrectio fit secundùm partem, quia non liberatur corpus, sed sola anima.

Quæ mors prima, quæ mors secunda.

Beatus igitur, *& sanctus, qui habet partem in resurrectione prima.* Et quare? quia in his secunda *mors*, id est, mors æterna, *non habet potestatem*, per supplicium æternarum punitionum: quæ dicitur mors secunda respectu primæ, quæ est mors culpæ. Vnde nota quòd mors secunda dicitur mors integra, sicut & vita prima dicitur vita completa, & perfecta, quia est mors super mortem, propter excessiuam acerbitatem, infrà, *Missi sunt in stagnum ignis, hæc est mors secunda*; mors suprà mortem, propter continuitatem, Iob. 10. Iob decimo, *Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, &c.* Mors vltra mortem, propter æternitatem, suprà, nono cap. Apoc. 9. *Desiderabunt mortem, & mors fugiet ab eis.* Sed qui habent partem in resurrectione prima, & adeptionem primæ stolæ, fugiunt ab ista morte, non enim habebit hæc mors secunda potestatem in eis.

In quibus consistit beatitudo.

Sed erunt sacerdotes Christi, & Dei, & regnabunt cum illo mille annis. Vnde nota quòd duo sunt, in quibus consistit beatitudo, quæ habetur ex resurrectione prima, scilicet amotio mali, collatio boni. Carentia mali tangitur, cùm dicit: *In his secunda mors non habet potestatẽ*; præsentia boni, cùm addit; *Sed erunt sacerdotes Dei*, &c. id est, laudem exhibentes Deo homini, tanquam ministro nostræ redemptionis, Isai. 41. Isaiæ 41. *Sacerdotes Domini vocabimini.*

In his igitur Sanctis, & iam beatis, qui habent potestatem in prima resurrectione, per susceptionem primæ stolæ; *Mors secunda*, id est, æterna, non habet potestatem per sustẽtationem æternorum supplicium; *Sed erunt sacerdotes Dei, & Christi*, per decantationem præmiorum; *Et regnabunt cum illo mille annis*, id est, per sæcula sæculorum, quia hæredes Dei; cohæredes autem Christi.

VERSVS 7.

Sequitur, *Et cùm consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo.* Hîc ostenditur deiectio Diaboli fienda per aduẽtum Christi; & primò tangitur illius deiectionis, vel damnationis causa; secundò damnatio ipsa, ibi, *& descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos.* Item primò ostenditur ipsorum Dæmonũ potestatis relaxatio; secundò Sanctorum impugnatio, ibi, *Et ascenderunt super latitudinem terræ, circuierunt castra Sanctorum*, &c.

Dicit ergo, *Et cùm consummati fuerint mille anni.* Ita dixi quòd per primum aduentum Christi fuerunt dæmones damnati, & Satanas princeps ipsorum ligatus in carcere abyssi, vel inferni: sed non sic plenè post primum aduentum, sed post secundum, quia supple, *& cùm consummati fuerint mille anni*, id est, cõpletum tempus à passione Christi vsq; ad aduentũ Antichristi; *soluetur Satanas*, id est, relaxabitur eius potestas. *Soluetur*, inquam, *de carcere suo*, Glossa, id est, de cordibus reproborũ, ne pro volũtate sua sæuiat cõtra subiecta bonorũ: sed ante aduentũ Antichristi, sua potestas relaxabitur in tãtum quòd si fieri possit, cadẽt etiam electi. Vnde mali dicuntur nũc carcer Diaboli, quia in eis habitat, & nõ potest sequire in Sãctos, sicut vellet,

Nunc dæmon pro carcere habet corda impiorum.

& ideo corda malorum pro carcere habet: sed quid? tempore Antichristi exibit, scilicet de malis ad bonos, non tantùm relinquendo malos, sed eundo in bonos, & exercendo potestatem relaxatam contra eos.

Et seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ. *Seducet gentes*, id est, à Christo ad se ducet, & trahet, *gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ*, id est, de omnibus gentibus mundi, non tamen omnes. Ergo malitia eius tunc tèporis erit aperta, quoad se, quia exibit; occulta quoad alios, quia gentes seducet, generaliter extensâ potestate super omnes gentes, & super quatuor angulos terræ. Vel ad litteram, *Soluetur Satanas de carcere suo*, id est, de inferno, in quo est vsque ad tempus Antichristi inclusus; *& seducet gentes*, id est, seorsum ducet, quia summè est fallax, & deceptiuus; *quæ sunt super quatuor angulos terræ*, gentes dico, supple Gog & Magog. De istis gẽtibus duæ sunt opiniones. Dicũt enim Iudæi quòd Gog & Magog, sunt duæ gẽtes, quæ habitant in Oriente, quæ in fine sæculi venient contra Christum ad expugnandum; sed à suo Messia iterum Ierusalem reædificabitur, & ibi erunt in magna gloria mille annis, & post in cælum transferentur: secundùm istos legitur sic littera.

Quid nomine Gog & Magog intelligit author.

Soluetur Satanas de carcere suo, scilicet in fine mundi, *& seducet*, id est, secum ducet, scilicet de Oriente, Gog & Magog, ad expugnandum Ierusalem, id est, Ecclesiam militãtem, sed vincetur à Messia, id est, à Christo, & ex tunc erit Ierusalem, scilicet militans Ecclesia, in gloria & pace magna.

Varia de Gog & Magog sententia.

Alij dicunt quòd sunt decem tribus vltra montes Caspios, qui sunt per Iudæos in finem exibunt, & venient in Ierusalem ad suũ Messiam, & Ecclesiam fortiter impugnabũt. Ergo vult, secundùm istos, dicere quòd in fine soluetur Satanas, & *seducet*, id est, secum ducet istas gentes ad militantem Ecclesiam impugnandam.

Alij dicunt, & meliùs, per Gog, & Magog intelliguntur exercitus Antichristi, qui venient impugnare Ecclesiam in fine mundi; nam secundùm Augustinum de Ciuitate Dei, dicit quòd Ioannes in Apocalypsi Gog & Magog, Ecclesiam Dei persequentes non sic accipiendum tamquam sint barbari in aliqua parte constituti, sed per eos vniuersitas malorum intelligitur, quod melius est credendum.

Nota ergo quòd *Gog*, interpretatur, tectum; *Magog*, detectum. Per *Gog* ergo quòd interpretatur tectum, illi intelliguntur, per quos aperte persequetur. Vnde tempore Antichristi erit tentatio occulta, per simulationem sanctitatis, ad decipiendum perfectos; aperta persequutio tribulationis, ad peruertendum imperfectos.

Gog interpretatur tectum, Magog detectum.

Sic igitur ad litteram lege, *Satanas seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ*, scilicet, Gog, id est, malos, occultè, scilicet falsos, & exteriùs pictos ad decipiendum perfectos, & Magog, id est, apertè malos, vt Tyrannos ad peruertendum imperfectos, & interficiendum electos.

Et congregabit eos, scilicet Gog, & Magog, id est, occultè & manifestè Ecclesiam persequentes, *in prælium*, scilicet cõtra fideles Ecclesiam Dei defendentes; quorum, scilicet malorum occultè, & apertè Ecclesiam impugnantium, *numerus erit sicut*

arena maris, propter multitudinem: A propter quod dicitur Ezech. trigesimo octauo, *Fili hominis pone faciem tuam contra Gog, & Magog*, id est, occultè & apertè Ecclesiam persequentes in prælium.

Ezech 38.

VERSVS 8.

Et ascenderunt, id est, ascendent, scilicet superbiendo, occultè & apertè persequendo; *super latitudinem terræ*, id est, in toto orbe, Iohel primo, *Gens enim ascendet super terram meam fortis & inuincibilis, dentes eius vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis. Et circuierunt*, id est, circuibunt, *castra sanctorum*, & dicit signanter, *circuibunt*, non *introibunt*, quia & si castra sanctorum impugnent, nunquam tamen capient, quoniam viriliter se de eis defendent, & eis contradicent. Genes. trigesimo secundo. *Castra Dei sunt hæc.* Et non solùm hi feroces, & maligni circuibunt castra sanctorum; imo etiam *& ciuitatem dilectam*, id est, militantem Ecclesiam, Christi sponsam dilectam, ad modum ciuitatis in bello vnanimem, & cõcordem contra Diabolum, & eius exercitum. Vnde hæc ciuitas Ierusalẽ est militans Ecclesia Deo dilecta; cõiuncta respectu aduersariorum contradicentium; quieta respectu filiorum obedientium; ordinata respectu Prælatorum regentium.

Iohel. 1.

Genes. 32. *Castra sanctorum impugnari possunt non autem expugnari.*

Vnde triplex est murus huius ciuitatis, id est, Ecclesiæ militantis, scicet sacræ Scripturæ veritas, contra perfidiam hæreticorum; Iurisdictionis authoritas, contra contumaciam subditorum; sæcularis brachij potestas, contra violentiam persequutorum. Primum murum scilicet sacræ Scripturæ, dissipant præsumptuosi garrulantes, laici disputantes, indiscreti, & ignorantes, qui errores seminant, indiscretè soluunt & ligant. Vnde cæci cæcis ducatum præstant, & sic in foueam præcipitant subditos, & seipsos. Secundum murum iurisdictionis Ecclesiæ dissipant tres machinæ, scilicet peruersitas in exequendis iudiciis, temeritas in proferendis sententiis, pusillanimitas in corrigendis vitiis. Videtur esse completum quod in Threnis dicitur, *Luxit antemurale, & murus dissipatus est.* Et tertius murus sæcularis brachij potestas, ad quam pertinet Ecclesiæ defensio in aduersis, protectio in prosperis. Hi sunt duo gladii, quos dixit Dominus sufficere ad libertatem conseruandam: sed quomodo hodie aliqui Reges, & aliqui terrarum principes eius libertatem conseruant? Certè non conseruant, sed potius dissipant; nam cùm deberent eam defendere, conantur eius bona arripere, & ipsam violenter opprimere, sponsam Christi, vt venalem meretricẽ prostituere. Propter quod Ecclesia hoc doléter dicit, quod scribitur Iob trigesimo, *Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt*: vnde iam venit tempus, in quo clerici, sacerdotes, Monachi, pauperes Religiosi, & nihilominus Prælati capiuntur, incarcerantur, exulant, & ad nihilum rediguntur. Propter quod quilibet nostrum potest dicere, *ad nihilum redactus sum & nescini.*

Primus murus à quibus impugnatur.

Thren. 2.

Iob. 30.

Certe temporibus auctoris persecutio aduersus Ecclesiã vigebat.

Psal. 72.

Triplex murus militantis Ecclesiæ.

Ergo hi inimici Christi *circuierunt ciuitatem dilectam*, id est, militantem Ecclesiam, volentes destruere eam; sed maximè circuibunt tempore Antichristi; & non præualebunt, quia dicit Dominus, *confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes*

Psal. 17.

meos. Dicit ergo *circuierunt castra Sanctorum, & ciuitatem dilectam.* Dicit autem *castra*, propter pugnam continuam; *sanctorum*, propter vitam præcipuam; *ciuitatem*, propter charitatem mutuam; *dilectam*, propter pietatem summam.

VERSVS. 9.

Sequitur, *Et descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos*, Hîc postquá fuit ostensa istorum damnationis & punitionis causſa, quæ est iniquitas, & malitia, ostenditur damnatio, vel punitio ipsa. Et primò ostenditur damnationis & punitionis modus; secundò damnationis cruciatus. Item primò ostenditur damnatio malorum Diabolo adhærentium; secundò damnatio Diaboli capitis ipsorum, ibi, *Et Diabolus, qui seducebat eos, missus est*, &c.

Dicit ergo, *Et descendit ignis à Deo*, &c. Ita dixi quòd Satanas tempore Antichristi soluetur, & congregabit Gog & Magog, id est, malos occultos & manifestos, & ipsi sic congregati, & in malo muniti, *circuibunt castra Sanctorum, & ciuitatem dilectam*, volentes destruere eam. Et ideo, *descendit*, id est, descendet, *ignis*, id est, grauis pœna eos affligens, quæ per ignem significatur. Nam sicut igni nihil melius potest resistere, quá aqua, sic nec illi pœnę, quàm diuina gratia, quarti Regum primo, *Descendit ignis de cœlo, & deuorauit quinquagenarium.* Et iste ignis leuior est pœna infernali. Dicit autem hîc, *descendit à Deo*, quem contempserunt, *de cœlo*, quod amiserunt. Vnde ignis infernalis est instrumẽtum diuinæ vltionis, & ideo dicitur de cœlo descendere à Deo; *& deuorauit*, id est, deuorabit eos, scilicet malos & iniquos: *deuorabit*, id est, vndique occupabit, Matth. vigesimo tertio; *Ite maledicti in ignem æternum.* Matth. 25

Sequitur, *Et Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris.* Hîc ostenditur damnatio Diaboli, capitis ipsorum malorum. Ita dixi, quòd ignis deuorabit istos malos Diabolo adhærentes, & non solùm eos, verùm etiam Diabolum deorsum fluentem per superbiam, *qui seducebat eos*, id est, seducet Gog & Magog, per fallaciá, & astutiam, *missus est*, id est, mittetur per potentiam Dei, *in stagnum ignis & sulphuris*, per pœnarum vindictam. Ignis enim est ardens, sulphur fœtens: ita sunt in ardore & fœtore, suprà vigesimo, *Missi sunt in stagnum ignis ardentis, vbi bestia*, id est, *Antichristus*, *Pœnarum inferni æternitas.*

VERSVS 10.

Et Pseudoprophetæ, id est, complices, vel Apostoli eius, *cruciabuntur die ac nocte*, id est, quotidie, & sine interpolatione, *in sæcula sæculorum*, id est, sine fine, & terminatione. Dicitur autem Antichristus *bestia*, propter libidinem persequendi Ecclesiam, propter impetus irrationabiles, quibus persequetur eam, suprà decimo tertio, *Vidi de mari ascendentem bestiam, habentem*, &c. *Cur Antichristus per Antonomasiá dicitur bestia.*

Et vidi thronum magnum, & candidum, & sedentem super eum. Hîc postquàm ostendit Diaboli deiectionis casum, ostendit iudicium contra ipsum, in quo ostenditur ordo damnationis. Et primò ostendit antecedentia iudicium ipsum, ibi, *Et vidi mortuos magnos, & pusillos, stantes*, &c. Item primò tangit iudicis potestatem; secundò mundi innouationem, ibi, *Acuius conspectu fugit cœlum, & terra.*

Dicit ergo, *Et vidi thronum má-*

Ignis infernalis instrumentum diuinæ vltionis.

4. Reg. 1.

Cur hic ignis dicitur descendere à Deo de cœlo.

gnum, &c. Ita dixi suprà quòd Diabolus, & complices eius tempore Antichristi maximè circuibunt castra Sanctorum, & ciuitatem dilectam, id est, militantem Ecclesiam. Et ego Ioannes in reuelatione Dei vidi; Et non solùm hoc, verùm & vidi visione interiori, *thronum magnum*, id est, potestatem iudiciariam: *thronum*, propter iudicantis authoritatem, quam nullus poterit reprehendere, vel latere: *Et sedentem super eum*, id est, Christum Ecclesiæ præsidentem, & contra Diabolum, & Antichristum, & sequaces eorum, iudicium proferentem: *à cuius conspectu*, id est, præsentia, nam videbunt ipsum omnes in iudicio præsentem, *fugit*, id est, fugiet, *terra*, supple à specie sua, *& cælum*, scilicet aëreum, quia renouabuntur die illa: vnde fugiet à superiori forma, & dabitur ei noua. *Et locus non est inuentus amplius ab eis. Et locus*, id est, situs priùs à cœlo, & à terra habitus, *non est inuentus*, id est, non inuenietur post iudicium eis. Quasi diceret, quòd forma, quam habuerunt vsque ad tempus illud, non erit ex tunc in eis, sed renouabuntur, & meliorabuntur. Et nota quod qui fugit, non perit, sed à conspectu eius, à quo fugit, recedit: per quod intelligitur, quòd cœlum & terra permanebunt secundùm substantiam, sed mutabuntur secundùm dispositionem, & formam. Vel Methodicè, vel Allegoricè, per *cælum* intelligit malignos Spiritus, qui in cœlo fuerunt creati, per *terram* malos homines, qui sunt terrenis dediti, quòd à conspectu iudicis fugient, audita supple, illa sententia, *Ite maledicti in ignem æternum. Et non est inuentus locus amplius in eis*, vbi scilicet possent stare, & se ab inferni tormentis occultare.

Quomodo omnia renouabuntur post iudicium.

Vide quæ diximus in commentariis in Apocalypsim circa hanc innouationem.

VERSVS 12.

Et vidi mortuos magnos, & pusillos, stantes in conspectu throni, Hîc postquam ostendit Christi potestatem iudiciariam, tangit iudicandorum præsentiam. Et primò præmittit mortuorum congregationem; secundò secretorum reuelationem, ibi, *& libri aperti sunt*; tertiò sententiæ lationem, ibi, *& iudicati sunt mortui ex his.*

Dicit ergo, *& vidi mortuos*, &c. Ita dixi quòd vidi Christum ad iudicium venientem, & in throno iudicis sedentem, & non solùm hoc, verùm & vidi, scilicet visione mentali, & reuelatione, quid? *mortuos magnos, & pusillos*, id est, omnes malos tam magnos, quàm paruos in vtraque morte, scilicet pœnæ æternæ mortuos. Vidi, inquam, omnes istos stantes, factâ corporum resumptione; vel stantes corporaliter, & præsentialiter in conspectu thronorũ Sanctorum Dei, in quibus Deus sedet, qui demerita eorum videbũt, & eos morte æternâ dignos iudicabunt. Vnde ad Sanctos propriè pertinebit malorum iudicium; sed latio sententiæ ad Christum iudicem summum, Matth. decimo nono. *Vos qui secuti estis me, in regeneratione cùm sederit*, &c. Matth 19.

Vidi ergo omnes istos stantes in iudicio extremo *in conspectu iudicis summi*, & cùm sic starent, *libri aperti sunt*, id est, conscientiæ, quæ nũc latent, omnibus apparebunt: vnde vnicuique tunc apparebit, quid boni & mali fecerit. Vel *libri aperti sunt*, id est, præcepta quæ modò sunt clausa multis, quia noluntattendere illa, tunc erunt aperta, quando videbunt se puniri, quia transgressi sunt ea. Et nota quòd libri dicuntur

Vnicuique apparebit, quid boni & mali fecerit.

Conſcientiæ liber eſt. conſcientiæ ſingulorum, hi aperiétur ad teſtificandum, Daniel. ſeptimo, *Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt*, & in propoſito; continentia præceptorum, hi aperientur ad accuſandum, Deuter. vigeſimo primo, *Tollite librum legis, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini, vt ſit contra te in teſtimonium*; præeminentia Sanctorum, hi aperientur ad ſententiandum, vt iſti iudici oſtédant, qui ſunt mortui, ex his quæ ſcripta ſunt in libris ſecundùm opera ipſorum.

Daniel. 7. Deuter. 21.

Ergo in iudicio extremo *libri aperti ſunt*, id eſt, conſcientiæ, quæ nunc latent, omnibus apparebunt: vnde ſicut Vrias portabat ſecum litteras ſuæ mortis, ſic mali in conſcientiis ſuis, litteras ſuæ damnationis. Propter quod dicit Chryſoſt. ſúper Matthæum, [In illo die nihil eſt, quod nos reſpóndeamus, vbi cœlũ, & terra, & aqua & ſol, & luna, & dies, & nox, & totus mundus ſtabũt aduerſum nos in teſtimonium peccatorum noſtrorum, & ſi omnia taceant, tamen ipſæ cogitationes noſtræ, & ipſa opera noſtra ſtabunt ante oculos noſtros, qui erunt accuſatores noſtri ante Deum.]

Ergo *libri*, id eſt, conſcientiæ ſingulorum, aperientur ad accuſandum, & non ſolùm libri iſti aperientur, verùm *& alius liber apertus eſt, qui & vitæ*, Gloſſa, id eſt, Chriſtus, qui tunc apparebit omnibus malos cõdemnando, bonos remunerando, Pſalm. *Cognoſcetur Dominus iudicia faciens.* Modo enim malis Chriſtus non apparet potens, ſed quaſi impotens, quia boni tribulantur, & ſubiugantur, mali ſublimantur, & in temporalibus proſperantur; ſed in iudicio apparebit potens, & bonis & malis, iſtos condemnando, illos præmiando,

Pſal. 9.

Et alius liber apertus eſt, id eſt, diſpoſitio diuina, quæ modò latet, tunc erit manifeſta, quia tunc videbitur apertè, qui ſunt damnandi, & qui ſaluandi, & qui ſcripti, & qui deleti in paginis illius libri. Vnde nota quòd ſcribuntur in libro vitæ Sancti per electionem, Daniel. duodecimo, *Saluabitur populus omnis, qui inuentus fuerit ſcriptus in libro vitæ*; Mali per priuationem, Pſalm. *Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur*; cuncti per præuiſionem, Pſalm. *In libro tuo omnes ſcribentur.* Iſte liber vitæ aperietur ad errorum correctionem, ad meritorum diſtinctionem, ad ſecretorum expreſſionem: libri etiam conſcientiæ in iudicio aperientur, & liber vitæ.

Quomodo quis deletur de libro vitæ.

Dan. 12. Pſal. 68. Pſal. 138.

Et iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris, ſcilicet ſacræ Scripturæ, quia nemo poterit hos libros deflorare, nec deſtruere, nec etiam arguere. Et hoc *ſecundùm opera eorum*, quæ ſcilicet perfectè concordabunt cum libris ſacrarum Scripturarum. Vel mortui iudicabuntur in his, *quæ ſcripta erant in libris*, id eſt, conſcientiis, Gloſſa, *& hoc ſecundùm opera eorum*, quia ſecundùm eorum opera aliis maior aliis minor dabitur pœna, Ierem. 1. *Reddite ei ſecundùm opus ſuum.*

Ierem. 1.

VERSVS. 13.

Et dedit mare mortuos ſuos, qui in eo erant. Huc vſque tetigit iudicium diſceptationis, hîc tangit iudicium definitionis. Et primò tangit quorum eſt iudicium; ſecundò ipſum iudicium, ibi, *& iudicatum eſt de ſingulis.* Ita dixi, quòd mortui iudicabuntur ſecundùm opera eorum, & non ſolùm hoc; verùm *& dedit*, id eſt, dabit, *mare mortuos, qui in eo erant.*

Duplex iudicium diſceptationis & definitionis.

Ad

Ad litteram, illi qui in mari mortui A
sunt, ac à piscibus deuorati, resurgent cum corporibus suis, de quibus minùs videtur. Et ita per locum à maiori, resurgent omnes alij mortui. Vel secundùm Augustinum vigesimo de Ciuitate; Hic hoc sæculum præsens mari signatur, propter sui inquietudiné, propter sui amaritudiné, propter sui periculositatem. Vnde secundùm Augustinum sic exponitur. *Dedit mare*, id est, sæculum, mortuos suos, id est, bonos & malos: vnde boni dicuntur mortui peccato, Ad Colos. tertio. *Mortui estis, & vita vestra abscondita est*; sed mali dicuntur mortui, quasi separati à Deo, Matthæi octauo, *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.*

Hoc præsens sæculum mare.

ad Col.3.

Dedit ergo *mare mortuos, qui in eo erant*, scilicet sæculo adhuc viuentes corpore, sed mortuos mente. C
Vnde hîc videtur loqui de his, quos iudicium inueniet adhuc viuentes. Glossa, De his, quos inueniet mortuos; *& mors*, id est, Diabolus: vel mors ad litteram, quia tunc mors occidet omnes viuentes, & postea resurgent, *& infernus*, ad litteram, *dederunt*, id est, dabunt mortuos qui in ipsis erant, fuerunt, & erunt, nam omnes coram facie Domini apparebunt:

Et iudicatum est de singulis secundùm D
opera eorum, id est, sententia lata pro bonis, & contra malos, *secundùm eorum opera*, quia alijs minor, alijs maior dabitur pœna:

In inferno secundum delicta est cruciatus.

VERSVS 14.

Sequitur, *Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis, & infernus*, Glossa, id est, profundi, & insatiabilis vitiis, & obscuri peccatis, & qui fecerunt de cordibus suis habitaculũ dæmonum, & infernum, & locum tenebrarum: *& mors*; Glossa, id est, Diabolus primus auctor mortis dictus. Dicitur enim Diabolus mors, quia per ipsum est mors culpæ naturæ indicta, gehennæ inflicta.

Cur Diabolus mors nuncupatur.

B

Mors igitur, *& infernus*, id est, Diabolus, & in peccato multiplicatus, & profundus, *missi sunt*, id est, mittentur, *in stagnum ignis*, id est, in pœnam stabilem, sicut stagnum perpetuam, & acerbam pœnam significat. Hæc est secunda mors, scilicet pœna stagni infernalis, 2. mors scilicet animarum & corporum. Vnde prima mors est peccatum, quo separatur Deus ab anima, Isai. quadragesimo nono, *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum*, secunda mors supplicium æternum, quo corpus & anima separantur à gloria, Isai. vigesimo octauo, *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Qui cauet primam, non incurret secundam.

Peccatum mors est.

Isai. 49.

C

Isai. 28.

Sequitur, *Et qui non est inuentus in libro vitæ scriptus*, scilicet stylo prædestinationis, quo tãtum electi scribuntur, *missus est*, id est, mittetur, *in stagnum ignis*, id est, in infernum, vbi pœna stabilis, immobilis, & interminabilis, quæ non extinguet, nec extinguetur, nec finiet, nec finietur.

SYNOPSIS CAPITIS VICESIMI PRIMI.

COelo terrâquè renouatis, noua ciuitas Ieruſalem in agni ſponſam à Deo parata oſtenditur, iuſtis glorificatis, impiiſque in ſtagnum ignis detruſis: cuius ciuitatis murus & porta ac fundamenta deſcribuntur, & menſurantur, quæ vniuerſa ſicut aurum & vitrum mundum, Lapides pretioſi ac margaritæ nec non fœlicitas illius ciuitatis ſuperna recenſentur.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

1. ET vidi cælum nouum; Primum enim cælum, & prima terra abiit, & mare iam non eſt. *2.* Et ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam, deſcendentem de cælo à Deo, paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. *3.* Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: Et ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus: *4.* Et abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quia prima abierunt. *5.* Et dixit qui ſedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc verba fideliſsima ſunt, & vera. *6.* Et dixit mihi: Factum eſt, Ego ſum alpha, & omega, initium, & finis. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. *7.* Qui vicerit poſsidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. *8.* Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure: quod eſt mors ſecunda. *9.* Et venit vnus de ſeptem Angelis habentibus phialas plenas ſeptem plagis nouiſsimis, & locutus eſt mecum, dicens: Veni, & oſtendam tibi ſponſam vxorem Agni. *10.* Et ſuſtulit me in ſpiritu in montẽ magnum & altum, & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Ieruſalem nouam, deſcẽdentem de cœlo à Deo, *11.* habẽtem claritatem Dei: lumen eius ſimile lapidi pretioſo, tamquam lapidi iaſpidis, ſicut cryſtallum. *12.* Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim: & in portis Angelos duodecim, & nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuum

filiorum Israel. *13.* Ab Oriente portæ tres, & ab Aquilone portæ tres, & ab Austro portæ tres, ab Occasu portæ tres. *14.* Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni. *15.* Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum. *16.* Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta, & latitudo: & mensus est ciuitatem de arundine aurea, per stadia duodecim millia: & longitudo, & altitudo, & latitudo eius, æqualia sunt. *17.* Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis, quæ est angeli. *18.* Et erat structura muri eius ex lapide Iaspide: ipsa vero ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo. 19. Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, iaspis: secundum, saphirus: tertium, chalcedonius: quartum, smaragdus: *20.* quintum, sardonyx: sextum, sardius: septimum, chrysolithus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chrysoprasus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus. 21. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas: & singulæ portæ erant ex singulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mundum, tamquam vitrum perlucidum. *22.* Et templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus. *23.* Et ciuitas non eget sole, neque luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est Agnus. 24. Et ambulabunt gentes in lumine eius: & reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam. 25. Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic. *26.* Et afferent gloriam, & honorem gentium in illam: 27 Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni:

VERSVS I.

ET vidi cælum nouum, & terram nouam, primum enim cælum, & prima terra abiit, & mare iam non est. Hæc est visio septima, & vltima, de innouatione mundi, & gloria beatorum, & continet duo capita scilicet, vigesimum primum, & vigesimum secundum; & diuiditur in tres partes. In prima agit de innouatione elementorum; in secunda de nobilitate ciuitatis Ierusalem & ciuium supernorum, ibi, *Ostendit mihi ciuitatem Ierusalem, nouam*; in tertia de affluentia præmiorum, vigesimo secundo capitulo in principio. Dicit ergo *Et vidi cælum nouum*, &c. Ita dixi quòd vidi suprà correctionem Ecclesiarum in prima visione; reuelationem diuinorum mysteriorum in secunda; numerum Angelorum tubâ canentium in tertia; pugnam

Quid Ioannes vidit in septem visionibus.

Draconis, mulieris & familiarium Agni; in quarta, septem Angelos effundentes septem phialas iræ Dei, in quinta; damnationem malorum, in sexta.

Et non solùm hoc, verùm & in septima & vltima visione, *vidi*, ait Ioannes, distinctè, apertè, & ordinatè: Vel *vidi*, id est, per diuinam reuelationem percepi, & cognoui; quid? *Cœlum nouum & terram*, id est, aërem innouatum, *& terram nouam*, id est, innouationem terræ. Hæc innouatio elementorum fiet per ignem conflagrationis, qui præcedet faciem Iudicis. Psalm. *Ignis ante ipsum præcedet.* Vnde super illud, secundæ Petri quarto; *Elementa calore soluentur*, dicit Glossa. [Elementa quatuor, quibus cõsistit homo, ille maximus ignis consumet.] Quis autem ille maximus ignis, habetur ab Augustino de Ciuitate Dei vigesimo secundo, dicente, quòd iste ignis est conflagratio mundanorum ignium, id est, omnes mundani simul diuina virtute congregati, sicut diluuium fuit inundatio omnium aquarum simul congregatarum. Omnes enim materiæ ignibiles tunc incendentur: Isai. 65. *Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam.* Et benè dico quòd cœlum & terra innouabuntur

Qualiter elementorum fiet innouatio.

Psal. 96.

1. Petr. 4.

Quia primum cœlum, & prima terra abijt, id est, post status istorum transibit, vel non renouabitur. Vnde dicit Glossa super illud Petri, *Elementa calore soluentur*, & cuncta elemẽta consumet, vt non sint, sed duo ex toto consumet, scil. ignẽ & aquam; duo verò, scilicet aërem & terram, in meliorem restituet faciem; vnde alia Glossa super illud in eodem capitulo, *Nouos cœlos, & nouam terram expectamus.* Dicit ergo, *nouos*, non alios; sed veteres in melius mutatos, quia grossitudo auferetur, & substantia, & gratia, & species relinquetur. De alijs duobus scil. de igne & aqua, nihil tale habemus quòd innouẽtur, sed potius habemus in Apocalypsi de aqua, *Et mare iam non est.* De igne etiam dicit Glossa, & habemus in Prophetia Ierem. vigesimo quinto, *Lux lucernæ non lucebit amplius.*

Certum est ergo quòd aër & terra non transibunt, sed de aqua habetur hoc planè, ibi, *& mare iam non est*; de igne Ierem. vigesimo quinto, sicut est allegatum.

Sed quæritur, quare hæc transibunt potiùs quàm alia, & maximè de igne, cùm sit maximè actiuus, quàm alia principalia? Item quomodo ignis ab igne consumetur, cùm ignis ad ignem nulla sit contrarietas? Responsio, Dicunt quòd nullum elementorum transibit secundùm substantiam, sed omnia secundùm quod sunt actiua, & passibilia ab inuicem, sit ne vnum principium alterius actiuum, vel passiuum. Sed quia omnis transmutatio potiùs datur actiuis calidis, quàm passiuis, ad innuẽdum quòd omnis huiusmodi transmutatio elementalis cessabit. Dicitur etiam in Glossa Bedæ, quòd ignis & aqua consumentur, potiùs quàm alia. Vnde Augustinus secundo de Ciuitate Dei. [Elemẽtorum corruptibilium qualitates, quæ corporibus nostris corruptibilibus congruebant, ardendo potiùs interibunt: at substantia illas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniebant, vt mundus in melius innouetur, aptè accomodetur, hominibus in carne in melius innouatis.]

Cur aliqua elemẽta secundùm auctorem amplius futura non sunt.

Primum ergo *cœlum, & prima terra* A *abijt*, id est, in primo statu, vel forma non remanebit; *& mare iam non* est, secundùm statum & formam priorem. August. secundo de Ciuit. Dei, [Quod dicitur in Apocalypsi, *mare iam non est*, vtrùm de mari, vel de mundo intelligendum sit nescio, nam nouum mare non memini me legisse, nisi quod supra quarto cap. tamquam mare vitreum simile crystallo reperitur.] B

Cur nullâ mentio ignis hic fit cum de aliis elementis fermo habeatur.

Sed quæritur, cur hîc non fit mentio de igne, sicut de alijs elementis? Resp. non fit mentio de igne, quia ignis minimum habet corruptionis. Vnde sine præiudicio, dico, quòd seipso purgabitur, virtute eius aucta igne actuali, vel conflagrationis. Sed quid erit de aqua, cùm videtur quòd aqua non sit ignibilis, sed perignem potiùs euaporabilis? Dico quòd purgatio aquæ erit ex suppositione suarum C qualitatum, & grossæ materiæ, per ignem conflagrationis: vnde amaritudo aquæ non remanebit, nec frigiditas, & fortè aqua ad subtilitatem aquarum euaporabilium reducetur. Vnde fortè aquæ igne conflagrationis non ignientur, sed euaporabuntur, & innouabuntur.

Hîc ergo describitur ad litteram aëris, terræ & aquæ innouatio, sed mysticè vocatur mundi innouatio, contemplatio, per cœlum; laboriosa actio, per terram; periculosa fluD ctuatio, per mare. Abiit ergo *primum cœlum*, quia non erit vltrà defectus in contemplatione, quia videbimus eum sicut est; *& prima terra*, quia non erit vltra labor in actione: vnde infrà, *dolor non erit vltra, quia prima abierunt*. *Mare* etiã *iam non erit*, quia non erit periculum in fluctuapsal. 113. tione, vnde Psal. *Mare vidit, & fugit.*

VERSVS 2.

Et ego Ioannes vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouam, descendentem de cœlo à Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Hîc postquam egit de mundi innouatione, agit de nobilitate ciuitatis supernæ, & ciuium suorum glorificatione, & innouatione: & primò describit hanc ciuitatem; secundò tangit eius similitudinem, ibi, *Et venit vnus de septem Angelis.* Item primò describit ciuitatem; secundò ostendit descriptionis certitudinem, ibi, *& dixit mihi, factum est.* Item quia magna sunt, quæ dicit de hac ciuitate, ideò primò adducit proprium testimonium Sanctorũ, ibi, *Et audiui vocem magnam de throno dicentem, ecce tabernaculum Dei*; secũdò testimoniũ Christi ad maiorem & certiorem prędictorum confirmationem, ibi, *Et dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia.* Primò ergo præponit Ioannes nomen suũ ad ciuitatem supernam describendam, ad significandum quòd nemo intrat ciuitatem illam, nisi per gratiam *Ioannes*, qui *in quo est gratia*, interpretatur.

Ioannes in quo est gratia interpretatur.

Dicit ergo, *Ego Ioannes.* Ita dixi, quòd vidi mundi innouationem: & non solùm hoc, verùm etiam, & ego Ioannes plenus conuersationis Angelicæ, perfectionis Apostolicæ, prædicationis Euangelicæ, contẽplationis anagogicæ, gratia Dei sum id id quod sum. Ego, inquam, talis conuersationis, Christo familiarissimus, cui sunt secreta cœlestia reuelata; *Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem*, &c. *Vidi*, scilicet per diuinam reuelationem, *ciuitatem*, id est, gloriam cœlestem, vel fidelium animarum congregationem, quæ ciuitas dicitur, per indiuisibilem

Cur congregatio fidelium animarum dicitur ciuitas sancta.

vnitatem, & ciuium vnanimitatem; *ſanctam*, propter iudicialem puritatem; *Ieruſalem*, id eſt, pacificatam, propter imperturbabilem tranquillitatem, *nouam*, quantùm ad inoffuſcabilem claritatem, eſt enim omni vetuſtate tam pœnæ, quàm culpæ priuata: *deſcendentem de cœlo*, ſcilicet à totius Trinitatis throno; vt per hoc intelligatur, quòd Sanctorum gloria reſpectu diuinæ magnitudinis eſt pura; vnde deſcendit de cœlo, per imitabilem humanitatem, nihil ſibi, ſed Deo de bonis factis & collatis attribuendo; *à Deo paratam*, quàtùm ad ornatum virtutum, operum, & donorum varietatem, *ſicut ſponſam ornatam viro ſuo*; quantùm ad inſeparabilem cùm Chriſto ſocietatem, *ornatam viro ſuo*, id eſt, ſicut decet gloriam & magnificentiam viri ſui, ſcilicet hominis & Dei, Pſal. *Adſtitit regina à dextris tuis*, vel *ornatam viro ſuo*, id eſt, recipientem ornatum à viro ſuo, ſcilicet Chriſto, qui eſt decus & ornamentum omnium Sanctorum: vnde infrà, *Ciuitas illa non eget Sole & Luna, vt luceant in illa*, &c.

Chriſtus decus omnium ſanctorum.

Pſal. 44.

Vidi ciuitatem ſanctam, &c. Gloria æterna hîc deſcribitur, quantùm ad introductionem, ibi, *Vidi ciuitatem*; ad puritatem, ibi, *ſanctam*; ad conformitatem, ibi, *Ieruſalem*; ad ſanctitatem, ibi, *nouam*; ad benignitatem, ibi, *deſcendentem*; ad prætioſitatem, ibi, *à Deo paratam*; ad æternitatem, ibi, *ſicut ſponſam*; ad ornatus varietatem, ibi, *ornatam viro ſuo*. Æterna gloria dicitur ciuitas, quia eſt vniuerſalitas ciuium, vnanimitas cordium, vniformitas actuum, Iſai. decimo nono, *Ciuitas cæli vocabitur vna*, quæ modò non eſt vna, quia non eſt congregatio ſanctorum perfecta; nam *vidi contradictionem in ciuitate*, ait Pſalmiſta.

Deſcriptio gloriæ.

Iſai. 19.

Dicitur etiam hæc ciuitas *ſancta*, quia ibi eſt puritas ſine infectione, firmitas ſine concuſſione, libertas ſine ſubiectione, primi Machab. decimo, *Ex hodierna die, & in totum tempus quoad firmitatem, Ieruſalem*, ſic ſancta quoad puritatem, *& libera cum filiis ſuis*, quoad libertatem. Notandum etiam quòd æterna gloria dicitur Ieruſalem, propter viſionem contemplationis, adhęſionem delectationis, tentionem fruitionis. De his tribus Iſaiæ, quadrageſimo; *Surge, illuminare Ieruſalem*, quoad primũ; *quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt*, ſuper duo ſequentia.

Cur gloria dicitur Ieruſalem.

1. Mach. 10.

Iſai. 40.

Dicitur etiam hæc ciuitas *noua*, quia innouabitur mundus meliorando, reformabitur corpus reſuſcitando, renouabitur ſtatus vniendo. Hæc ciuitas deſcendit de cælo, vt radius naturam concilians, gratiam continuans, gloriam perpetuans, Iacobi primo, *Omne datum optimum*. Ciuitas iſta eſt à Deo parata, æternaliter præſciendo, temporaliter iuſtificãdo. De iſtis primæ ad Corinth. ſecundo, *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe*. Iſta etiam ciuitas dicitur ſponſa Chriſti, quam decorant ornatus virtutum, titulus Dominij, iubilus laudum, Oſee ſecundo, *Sponſabo te mihi in ſempiternum*.

Cur nous cur deſcendens de cælo.

Iacob. 1.

1. Cor. 2.

Oſeæ 2.

Iſta ciuitas eſt ſponſa ornata viro ſuo, quam ornant fidelitas thori, firmitas vinculi, ſuauitas oſculi, Iſai. quadrageſimo primo, *Induit me veſtimento ſalutis, & indumento iuſtitiæ circumdedit me, & quaſi ſponſam ornauit me monilibus ſuis*. Vnde Ieruſalem ſuperna, dicitur ciuitas luciformis cognitione veritatis. Zachar. octauo, *Et vocabitur Ieruſalem ciuitas veri-*

Iſai. 61.

Zachar. 8.

ratis; vniformis connexione charita-
Psal. 86. tis, Psal. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*; Christiformis decoratione dignitatis, suprà, *Scribam super eum nomen ciuitatis nouæ Ierusalem.*

VERSVS 3.

Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. Hîc postquam est commendata ciuitas superna, vel Sanctorum gloria, vt est reuelata Ioanni, commendat ipsum testimonio aliorum, & primò testimonio Sanctorum Patrum, secundò testimonio Domini, ibi, *Et dixit qui sedebat in throno; ecce noua facio omnia*; Item primò adducit testimonium Sanctorum, qui excolunt ciuitatem istam, quantùm ad affluentiam bonorum; secundò quantùm ad carẽtiam malorum, ibi; *Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* Item in prima parte tangitur affluentia boni ex duobus, primò ex præsentia Christi, secundò ex diuinitate, ibi, *Et ipse Deus cum eis erit illorum Deus.*

Cur vox magna hæc dicitur.

Dicit ergo, *Et audiui vocem magnam de throno dicentem*, &c. Ita dixi, quòd ego Ioann. *Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouam*, &c. Et non solùm hoc, verùm & audiui aure mentis, non corporis, vel aure interiori non exteriori, quid? *vocem magnam*, quæ à magnis, & de magnis, & pro magnis, vt de gloria bonorum; & hoc *de cœlo*, id est, de Sanctorum collegio procedentem; vocem dico, *dicentem*, vel asserentem, & affirmantem, quid? *Ecce tabernaculum Dei cũ hominibus*, id est, humanitas Christi, in qua habitauit cum hominibus, militando in mundo, & in qua núc habitat, cum Sanctis omnibus triumphando in cœlo, quasi dicat, eadem gloriâ ditabuntur imitantes Christum, quam ipse Christus homo habuit, vel humanitas sua, quia secundùm Bernardum, qui Christo compatitur, & conregnabit.

Describitur tabernaculum Dei, quoad plura

Ecce igitur *tabernaculum Dei cum hominibus*: Generaliter sumpto verbo, templum diuinæ habitationis describit Spiritus sanctus; sunt enim verba Spiritus sancti excitantia ad cósiderandũ, eleuantia ad mirandũ, exhortantia ad desiderãdum. Templum Dei euidenter contemplabile probat aduerbium demóstratiuum, *Ecce*, excellenter admirabile probat artificium excitatiuum, *tabernaculum*; vehementer desiderabile probat nomen *Dei*. Et nota quòd inuenitur tabernaculum triũphalis regni, virginalis claustri, litteralis tẽpli, spiritualis thalami. Tabernaculum triumphalis regni est amœnitate purum, Psal. *Emitte lucem tuã,* Psal. 42.
& veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, &c. fertilitate plenũ, Isai. trigesimo Isai. 31.
primo, *Sedebit populus meus in tabernaculis suis*; æternitate firmum, Lucæ Lucæ 16.
decimo sexto, *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis* &c. securitate tutum, Psal. *Vnam* Psal. 26.
petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem.

Multiplex Dei tabernaculum.

Tabernaculum virginalis clausstri est mirabiliter ædificatum, Sapient. nono, *Dixisti me ædificare simi-* Sapient. 9
litudinem tabernaculi tui sancti, quod præparasti ab initio, virtualiter sanctificatum, Psal. *Fluminis impetus lætificat ci-* Psal. 86.
uitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum Altissimus; personaliter inhabitatum, Eccles. vigesimo quarto, *Qui* Eccles. 24.
creauit me, requieuit in tabernaculo meo. singulariter glorificatum, Psal. *In* Psal. 18.
sole posuit tabernaculum suum. In tabernaculo litteralis templi inuenitur fœdus confortationis, Exod. 33. Exod. 33.

Omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, ingrediebatur ad tabernaculum fœderis; gradus miniſtrationis, Num. vndecimo, *Segregabis Leuitas de medio filiorum Iſraël*; cultus exultationis, Pſal. *Circuiui & immolaui in tabernaculo eius*, &c. fructus iuſtificationis, Exod. trigeſimo quinto, *Faciéntque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum, iuxta ſimilitudinem tabernaculi, quod oſtendam tibi.* Tabernaculum ſpiritualis thalami eſt diligenter præparandum, quia eſt locus diuinæ requietionis, Geneſ. decimo octauo, *Apparuit Dominus Abrahæ in conualle Mambre, ſedenti in oſtio tabernaculi*; diligenter excolendum, quia eſt locus ſpiritualis operationis, Exod. trigeſimo tertio, *Stabantque ipſi, & adorabant per fores tabernaculorum ſuorum*; continuè inhabitandum, quia eſt locus perſonalis viſitationis, Exod. trigeſimo tertio, *Egreſſo Moyſe tabernaculum ſuum, deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium, loquebatúrque Dominus cum Moyſe,*

Numer. 11. Pſal. Exod. 35. Geneſ. 18. Exod. 33. Ibidem.

Ecce ergo *tabernaculum Dei cum hominibus*, id eſt, humanitas Chriſti, in qua habitauit cum hominibus, in mundo conuerſando, & militando, in qua & nunc habitat cum Sãctis omnibus: hinc eſt quod *& ipſi*, id eſt, homines ſancti, & Dei dilecti, *populus eius erunt*, in nullo eum de cætero offendentes, ſed ei adhærẽtes, & fideliter ſeruientes, quod eſſe non poteſt, quamdiu ſumus in via: quamdiu enim ſumus hîc, eſſe non poſſumus ſine aliqua offenſa, Eccleſ. ſeptimo, *Non eſt iuſtus homo in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* Et nota quòd Sancti, & electi Dei in cælis exiſtentes erunt populus Dei, de cætero in nullo eum offendentes, verùm *& ipſe Deus cum ipſis erit*, per diuinitatem ad intellectum perficiendum, ad affectum reficiendum, ad deſiderium complendum. Et erit ſpecialiter eorum Deus, ſcilicet per gloriam, & retributionem, quoniam eſt generaliter omnium Deus per creationem & gubernationem: vnde ipſe eſt Deus omnium per creationem; iuſtorum, per ſanctificationem & gratiam; bonorum per retributionem, & gloriam. Erit ergo ſpecialiter eorum Deus. Vnde Gloſſa, Erit Sanctorum ſpecialiter Deus, quia numquam ab eis repelletur, quia numquam peccabunt, ſuprà ſeptimo, *Ante thronum Dei ſunt, & ſeruiunt ei die ac nocte.*

Eccl. 7.

Deus eſt omnium per creationem, iuſtorum per ſanctificationem ſanctorum, per retributionem.

In his ergo duobus, ſcilicet in præſentia hominis, & Dei, erit totum bonum hominis, ſcilicet quantùm ad gloriam animæ & corporis: propter quod Auguſtinus, de ſpiritu & anima; [Deus factus eſt homo, vt totum hominem in ſe beatificaret, & tota hominis ad ipſum conuerſio, & tota in illo delectatio fieret, & aſcenſus carnis videretur per carnis aſpectum; mentis, per diuinitatis contemplationem; nam gloria corporis erit in aſpectu humanitatis, gloria animæ in contemplatione diuinitatis.]

VERSVS 4.

Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Hîc poſtquam commendauit ciuitatem ſupernam, vel gloriam Sanctorum, ex affluentia bonorum, commendat eam ex carentia omniũ malorũ. Ita dixi, quòd Sãcti, & electi Dei, in ciuitate ſuperna habebunt copiam, & abundantiam omniũ bonorũ, & non ſolùm hoc, verùm & omnium malorũ carentiã, quod patet, quia *Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorũ*, id eſt,

In cælo non ſolum omnium bonorum abundantia ſed & malorum carentia.

id est, omnem miseriam culpæ & pœnæ, quæ est causa lachrymarũ. Quasi diceret, in ciuitate superna erunt prædicta bona, & cum hoc nulla mala, quæ possunt esse alicuius lachrymæ, vel tristitiæ causa, *quia absterget Deus*, &c. Vnde Greg. super Ezechielem, [Verbum caro factũ est, vt nos spirituales faceret, egenus & inops natus, vt nos eleuaret, exul, vt nos introduceret; flagella pertulit, vt nos sanaret; opprobria sustinuit, vt nos ab æterno supplicio liberaret; mortuus, vt nos iustificaret, lachrymatus est, vt nostras lachrymas absterget.] Ergo Deus ab oculis Sanctorum omnem lachrymam absterget in ciuitate superna, propter quod dicit ille versus.

Dulcis, amabilis, vrbs venerabilis est
Paradisus,
Almus & vtilis, inenarrabilis est ibi risus.

Ergo *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum.* Et statim subdit ea, quæ sunt causa lachrymarũ, quia aut est miseria in dissolutione corporis & animæ, & tũc mors. quæ amouetur à Sanctis cum dicitur, *& mors vltrà non erit*; aut est lachrymarũ causa, & tristitia, & miseria, quæ attenditur in conuictione animæ & corporis, tunc autem est miseria latens interiùs in animo, & sic est dolor, qui amouetur, cũ dicitur, *neque dolor*, aut manifestatus exteriùs in verbo, & sic est clamor, qui amouetur cùm dicitur, *neque clamor*; aut manifestatus exteriùs in signo, & sic est luctus, qui amouetur, cùm dicitur *neque luctus.*

Non solum non erunt lachryma in cœlo, sed nec earum causa vlla.

Absterget igitur *Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum*, id est, omnem miseriam, *quia & mors vltrà non erit*, id est, corporis & animæ separatio, vbi vita perpetua; *neque luctus*, id est nulla desolatio, vbi lætitia sempiterna: *neque clamor*, id est, nulla inquietatio, vbi requies plena, *neque dolor*, id est, nulla corporis afflictio, vbi sanitas firma. Vel, non erit vltra mors, nec contracta, nec illata, neque luctus pro alicuius nequitia, neque clamor, pro quotidiana sæuitia, neque dolor, pro dilata gloria.

Hæc ergo non erunt in ciuitate Sanctorum, quia *absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum*; quia non lachrymabuntur, nec propter commissionem culpæ, nec propter inflictionem pœnæ, nec propter dilationem patriæ: sed lachrymabuntur, qui erunt in inferno: nam ibi erit fletus, & stridor dentium. Et benè dico, quod in ciuitate Paradisi non erunt prædicta mala, sed omnis doloris carentia. Et quare? *quia prima abierunt*, quæ prima, id est, priùs in hoc mundo sunt habita, *abierunt*; id est, tranfierunt, quia tanta ibi erit affluentia bonorum, vel donorum, quòd miseriæ sæculi præsentis obliuioni tradentur, Isai. sexagesimo quinto. *Ecce serui mei comedent, & vos esurietis; bibent, & vos sitietis; lætabuntur, & vos confundimini, laudabunt præ exultatione cordis, & præ contritione spiritus, vlulabitis, quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores.* Ex quo patet quòd molestiæ, tribulationes, & angustiæ, præcedent gloriam, Actuum decimo quarto. Per tribulationes ergo, quæ prima in hoc mundo sunt habita à Sanctis, scilicet tribulationum supplicia, abierunt, id est, quasi transibunt, per affluentiam gaudiorum & copiam præmiorum.

In inferno fletus & stridor dentium.

Isai. 65.

Actor. 14. *Tribulationibus regnum cælorum acquiritur.*

VERSVS 5.

Et *dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia.* Hîc postquam commẽdauit ciuitatem supernam, testimonio Sanctorum Patrum, commendat testimonio Domini: & primò gloria Sanctorum commendatur, in quantùm efficitur ab eius infinita potentia: secundò in quantùm describitur ab eius inuestigabili sapientia, ibi, *& dixit, scribe, quia hæc verba fidelissima sunt, & vera;* tertiò in quantùm infertur ab eius incõprehensiblili bonitate, & clementia, ibi, *& dixit mihi, factum est, ego sum Alpha & Omega*, id est, principium & finis.

Quid in throno Dei agitur.

Dicit ergo, *Et dixit qui sedebat in throno.* Ita dixi, quòd audiui vocem de cœlo mihi denunciantem gloriam Sanctorum, dicendo; *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum*: & non solùm hoc audiui; verùm, *& dixit mihi qui sedebat in throno*, id est, Dominus præsidens omni creaturæ, & sedens in throno gloriæ: in throno enim Rex collocatur, vnde thronus est Regis inclinatorium; lex promulgatur, vnde thronus est legis promulgatorium; grex iudicatur, vnde thronus est gregis iudicatorium.

Cur throno variæ perficiuntur.

Ergo qui sedebat in throno gloriæ cœlestis, & adhuc sedet, & sedebit, *dixit mihi*, quid? *ecce noua facio omnia*, scilicet iam dicta, scilicet nouum cœlum, & nouam terram, & nouam ciuitatem sanctam. Vnde secundùm Glossam, istud referri potest ad innouationem mundi, & ad innouationem ciuitatis gloriæ Paradisi, de quibus dictum est in in principio huius cap. *Vidi*, inquit, Ioan. *Cœlum nouum, & terram nouam*, & non erunt in memoria posteriorum: & notantur in prædicta clausula, cùm dicitur, *ecce noua facio omnia.*

Et non solùm hoc dixit, verùm & dixit, *scribe*, id est, in mẽte imprime, vel in scripto redige, vt si de memoria labatur, in scripto inueniatur, Abacuc secundo, *Scribe visum, & explana illum, vt percipiãt qui legerint eum*, vel, *scribe*, scilicet in corde tuo, dicta & dicenda, vt tu retineas, & alios instruas & doceas. Abac. 2.

Scribe ergo, scilicet tibi ostensa de innouatione mundi, & ciuitatis Paradisi, scilicet ad vtilitatem audientium, & confusionem peccatorum, & consolationem bonorum, & quare mandat scribere, statim dicit, quia *hæc verba*, scilicet supradicta de innouatione mundi, & gloria Paradisi, *fidelissima sunt*: quia fidelissima, ideo credenda; vera, ideo docenda, & prædicanda. Nota ergo in prædicta clausula, verborum Dei excellẽtiam singularem, ibi, *hæc*, emanantiã intellectualem, ibi, *verba*; efficaciam aptitudinalem, ibi, *sunt*; conuenientiam realem, ibi, *vera*: & vt ostendat verba vera de innouatione mundi & gloria Paradisi, & non solùm esse vera, & fide digna, sed etiam adimplenda, ideo subiungit, *& dixit mihi, factum est*: quasi dicat, ita citò innouatio hæc fiet, quòd quasi facta est, Aggæi primo, *Adhuc vnum modicum, & ego mouebo cœlum, & terram, mare, & aridam.* Aggæi. 1.

Quales sunt verba Dei.

VERSVS 6.

Ego sum Alpha & Omega, principium & finis. Hîc ostendit, quæ sit causa effectiua huius innouationis mundi, & supernæ ciuitatis. Ita dixi quòd in fine totus mundus innouabitur, & Ierusalem ciuitas noua Sãctis & electis Dei implebitur, sed per quem? Certè non per alium, nisi magni consilii Angelum, scilicet Christum, qui dixit mihi, dicit Ioannes, quid? *Ego sum Alpha &*

& Omega, initium & finis. Quasi dicat, sicut fui Alpha, siue initium in creando, sic ero Omega, siue nouissimus, in innouando mundi machinam, & ciuitatem supernam; quod patet, quia *sitienti*,, id est desideranti iustitiam, *dabo de fonte aquæ viuæ*, id est, quæ facit æternaliter viuere, & hoc *gratis*, non suis meritis: nam nullus dignè meretur bibere de fonte vitæ æternæ. Aquæ huius fontis sunt dona suæ liberalitatis, quæ emanant à fonte æternitatis, nam qui biberit ex aqua huius fontis, non sitiet in æternnm, Ioannis quarto,

Ioan. 4. *A fonte aquæ vitæ triplex fons emanat.*

Dicit ergo, *Ego dabo sitienti de fonte aquæ viuæ gratis. Ego dabo*, ex sufficienti abundantia, *sitienti*, ex disponenti sanctimonia, *de fonte aquæ vitæ*, ex affluenti gratia, *gratis* ex liberali munificentia: nam *omne donum optimum, & omne donum perfectum desursum est.* Ab isto fonte vitæ æternæ deriuatur triplex fons, fons Sapientiæ, & hic expellit ignorantiam, Eccles. primo: *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis*; fons misericordiæ, & hic expurgat maculam, Zachar. tertiodecimo. *Habitationibus in ablutionem peccatorum*; fons gratiæ, hic reficit animam, Psal. *Apud te est fons vitæ.* Haurimus de fonte sapientiæ aquas instructionis Scripturæ; de fonte misericordiæ aquas remissionis culpæ, Ecclesiast. decimo quinto, *Cibauit illum de pane vitæ*, de fonte gratiæ aquas refectionis.

Eccles. 1. Zachar. 13 Psal. 35. Eccles. 15.

VERSVS. 7.

Quibus promittuntur bona cælestia possidenda.

Sequitur, *Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus, & ipse erit mihi filius.* Hìc ostendit quorum erit specialiter ipsa gloria, quam ipse gratis dabit. Ita dixi quòd Christus dabit præmissa bona, & multa munera, sed non cuilibet, sed ei *qui vicerit*, carnis oblectamenta, mundi blandimẽta, hostis argumenta: qui omnes istos hostes vicerit, *possidebit*, id est, firmiter tenebit hæc, scilicet bona præmissa sublimia, & ineffabilia, *quæ oculus non vidit, nec auris audiuit*, &c.

Qui ergo *hæc vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus*, omnia tribuens, scilicet diuinitatem & humanitatẽ. *Et ille erit mihi filius*, id est, filiali amore mihi adhærens. Ostenditur in ista clausula vitæ reparatio, ibi, *qui vicerit*; gloriæ collatio, ibi, *possidebit hæc*; diuinitatis obiectio, ibi; *& ero illi Deus*; humilitatis subiectio, ibi, *& ille erit mihi filius.* Ioann. primo, *Dedit illis potestatem filios Dei fieri*

Ioann. 1.

VERSVS. 8.

Plures reproborum differentiæ.

Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicariis, & veneficis, & idololatris, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Hìc postquam ciuitatis supernæ, & habitantium in ea descripsit gloriam, ostendit per oppositum ipsorum reproborum pœnam & miseriam: Et tanguntur plures differentiæ reproborũ, quæ sic patent: reprobi enim sunt ex peruersitate actus interioris & exterioris peruersi; peruersitas actus interioris, prouenit ex inordinatione motiuæ, ex affectione, & ex inordinatione cognitiuę, siue intellectiuæ. Ex inordinatione motiuæ, prouenit peruersitas timoris, & ideo dicitur *timidis*, ex inordinatione cognitiuæ prouenit peruersitas erroris, & ideo dicit, *incredulis.* Quantùm ad actus exteriores est peruersitas ex inordinatione ad proximũ, & ad se, & ad Deũ, secundùm quòd dicitur, quòd homo peccat in seipsũ, in proximũ, & in Deũ: qui enim

peccant ex inordinatione dicuntur execrati, & ideo dicitur, *execratis*. Execrati enim dicuntur, extra communionem Sanctorum Patrum, id est, excommunicati: vnde propriè est execratus, id est, extra salutem Sacramentorum positus: qui peccãt ex inordinatione ad proximum, sunt homicidæ, qui proximorum interimunt vitam naturæ, fornicatores, qui vitam interimunt gratiæ: & ideò dicit, *homicidis & fornicatoribus*: Qui peccant ex inordinatione ad Deum, dicuntur venefici, idololatræ, mendaces: nam venefici dicuntur perpetrantes maleficia, & venena contra Dei bonitatem, idololatræ contra Dei maiestatem, mendaces contra Dei veritatem: & has differentias peccatorum peccantium contra Deum tãgit cùm dicit, *& veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno.*

Quinam execrati dicuntur.

Dicit ergo, *Timidis, & incredulis*, &c. Ita dixi quòd boni bibent de fonte aquæ vitæ, & quòd prædicta bona erunt eis; & per oppositum *timidis*, id est, illis, qui timore mundano Deum negant, vel mortaliter peccant; *& incredulis*, id est, illis, qui fidem impugnant, vel de præmio æterno desperant, *Execratis*, id est, extra communionem sacramẽtorum positis, vel excommunicatis, *& homicidis*, siue corporaliter, siue spiritualiter; *& fornicatoribus*, similiter spiritualiter, & corporaliter; *& veneficis*, id est, venenum mortiferum propinantibus, vel suggestiones iniquas, & *idololatris*, id est, idola adorantibus, & alium Deum quàm Deum cæli colentibus, *& omnibus mendacibus*, id est, mendacium in vsu habentibus. Omnibus talibus, *pars illorum*, id est, sors aliena à bonis, *erit in stagno*, in quo demergentur, & separabuntur, *ardenti igne & sulphure*, per quem affligentur, quæ *est mors secunda*, scilicet respectu primæ, quia post iudicium in corpore & anima simul cruciabuntur. Vnde dicit infrà, *pusillorum erit pars*, &c. quia vnusquisque secundùm quod magis, vel minùs demeruit, patietur, Psalm. *Ignis, sulphur.*

Quinam timidi hi.

VERSVS 9.

Et venit vnus de septem Angelis, habentibus phialas plenas plagis nouissimis. Hîc postquam descripsit Ierusalem ciuitatis supernæ nobilitatem, scribit eius similitudinem. Et primò tangit vt suprà innouationem, hîc nobilitatem in melius. Et primò Ioannes ad visionem excitatur; secundò ipsa visio refertur, ibi, *Et ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem.* Item primò ad intelligendum Ioannes excitatur; secundò expeditior ab Angelo redditur, ibi, *Et sustulit me in spiritu in montem.*

Dicit ergo, *Et venit vnus de septem Angelis.* Ita dixi quòd vidi ciuitatis supernæ innouationem; & non solùm hoc, verùm & nobilitatem, & pulchritudinem, quia *& venit*, scilicet ad me, docendum. Dicit Ioannes, quòd *vnus de septem Angelis*, id est, vnus de septem ordinibus prædicatorum, de quibus suprà in visione quinta 15. 16. & 17. capite, *Angelis*, dico, *habentibus phialas*, id est, vniuersas scripturas, *plenas septem plagis nouissimis*, id est, continentes tribulationes inferẽdas diebus vltimis: sicut enim prædicatores malis denũciãt, & maximè in fine denunciabũt

Phialis scripturæ sacræ denotatur & cur plenæ dicuntur plagis nouissimis.

diuinam vltionem: sic Sanctis denunciabunt, & prædicabunt futuram retributionem, & glorificationem. Vnde idem Angelus, qui superiùs Ioanni denunciauit pœnas malorum, hîc denunciat gloriam bonorum, & superioris Ierusalem pulchritudinem, & nobilitatem. Vel *vnus de septem Angelis*, id est, Christus, qui est vnus cum prædicatoribus prædictis concordiâ, & voluntate, *venit* ad me excitandum, dirigendum, & docendum, similiter suprà, *venit ad me vnus de septem Angelis, qui habebant septem phialas, & loquutus est dicens, veni, & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ.*

Venit ergo ad me ille Angelus, *& loquutus est mecum*, scilicet me amicabiliter informando, dicens, *veni*, scilicet in cœlum eleuando; *& ostendam tibi sponsam*, id est, Ecclesiam sponsione Prophetarum desponsatam; *vxorem Agni*, in Incarnatione, & principaliter copulatam, vxor enim propriè dicitur, quando est in domum sponsi introducta, Osee sexto, *Sponsabo te mihi in sempiternum*. Dicit ergo Angelus Ioanni, *veni*, per attentam intentionem, *ostendam tibi*, per apertam reuelationem, *sponsam*, per fidei subarrationem, *vxorem*, per veram coniunctionem, *Agni*, per humillimam passionem.

Osee 6.

Quænam debet esse sponsa & vxor Agni.

VERSVS 10.

Et sustulit me in spiritu, in montem magnum, & altum. Hîc ostenditur expeditio ad commodè videndum. Est enim homo ad spiritualia expeditus, quando est à temporalibus eleuatus. Et ita dixi, quòd Angelus locutus est mecum, dicens, & non solùm hoc, verùm, *& sustulit me*, id est, sursum tulit, ad majora intelligenda me eleuans, & hoc *in spiritu*, id est, mentis excessu, suprà primo cap. *Et fui in spiritu in Dominica die.*

Quisnam ad intelligenda spiritualia idoneus.

Sustulit, inquam, *me in montem magnum, & altum.* Nota, mons ille magnus dicitur Christus, Isai secundo, *Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, &c.* Super hunc montem ædificata est ciuitas superna, Matth. *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Hic est lapis, qui percussit mundi statuam, & factus est mons magnus. Vnde dicitur Christus mons magnus, immensitate diuinitatis; altus eminentiâ humanitatis. Hic ergo Angelus sustulit me in montem magnum, & ostendit mihi magnitudinem deitatis, & eminentiam humanitatis.

Christus mons magnus.

Isai. 2.

Matth. 7.

Et ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem, descendentem de cælo à Deo, habentem claritatem Dei. Hîc describitur ipsa ciuitas, cœlestis Ierusalem materialis. Et primò nobilitas huius ciuitatis, ex parte artificis, secundò ex parte inhabitantium in ea, infrà, *Et ambulabunt in lumine eius*, Item primò describit istam ciuitatem in se; secundò in forma, ibi, *Et habebat murum magnum, & altum.*

Describitur cœlestis Ierusalem.

Dicit ergo, *Et ostendit mihi ciuitatem*, &c. Ita dixi quòd *Angelus, qui loquebatur mecum, sustulit me in montem magnum, & altum*, id est, ad comprehensionem magnorum, & arduorum, & cùm sic essem eleuatus, *ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem, descendentem de cælo à Deo*; ecce artifex ad Hebræ. nono, *Ciuitatem cuius artifex, & conditor Deus.* *Ostendit mihi*, scilicet Angelus reuelans mysteria; *ciuitatem*, id est, gloriam cœlestem, quæ ciuitas dicitur, propter indiuisibilitatem, sancta, propter indicibilem puritatem, *Ierusa-*

Hebr. 9.

Gloria Sanctorum à Trinitate deriuatur.

lem, id est, pacifica, propter imperturbabilem tranquillitatem, *Descendens de cœlo à Deo*, id est, à totius Trinitatis throno, per diuinæ affluentiæ largitatem: Sanctorum enim gloria deriuatur à Trinitate tota.

VERSVS 11.

Habentem claritatem Dei, id est, cognitionem de Deo, propter apertam, & claram visionem, quam Sancti habebunt in patria. *Et lumen eius simile lapidi pretioso, tamquam lapidi Iaspidis, sicut crystallum*; huius enim ciuitatis lumen est æternitate incorruptibile, & ideo comparatur lumini; nobilitate prætiabile, & ideo comparatur lapidi pretioso, virtuositate incomparabile, & ideo comparatur iaspidi, claritate inoffuscabile, & ideo comparatur crystallo.

Quale lumen ciuitatis sit.

VERSVS 12.

Et habebat murum magnum, & altum. Hîc describit ciuitatem ex parte formæ, & primò ex parte clausuræ; secundò ex parte mensuræ, ibi, *Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam*; tertiò ex parte materiæ, ibi, *& erat structura muri eius ex lapide iaspide*; quartò ex omnis mali carentia, ibi, *Et Dominus Deus omnipotens templum eius est*; quintò ex lucis refulgentia, vel splendore, ibi, *Et ciuitas non eget sole, neque luna.* Item clausuram primò describit, quantùm ad quantitatem, secundò quãtùm ad portarum varietatem, ibi, *habens portas duodecim.*

Dicit ergo, *Et habebat murum magnum, & altum.* Ita dixi, quòd vidi ciuitatem, *cuius lumen erat simile lapidi prætioso*, &c. & non solùm hoc vidi, verùm & vidi quòd prædicta ciuitas

Christus murus Ecclesia.

habebat murum magnum, & altũ, id est, Christum Ecclesiæ defensorem, qui dicitur magnus ratione potentiæ, & sapientię, ad Roma, *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei.* Rom. 11. Vel murus, id est, Ecclesiæ triumphantis est deifica prouidentia protegens, Isai 6. Isai sexto, *Murus fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea*, Angelica assistentia dirigens, Isai quadragesimo nono, *Muri tui coram oculis meis semper*; Apostolica præsidentia exigens, Isai quadragesimo, *Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos.* Murus in Ecclesia militante est Scriptura Canonica, fides Catholica, viri Deo attenti. De primo, Cant. octauo, *Ego murus*, &c. de secundo Zachar. *Ego murus, & ignis in circuitu*, de tertio, Isai 41. *Super muros tuos Ierusalem constitui custodes.* Isai 41.

Prouidentia murus est. Isai 49. *Angelica assistentia murus est.* Isai. 40. *Quales muri Ecclesiæ militantis.* Cant. 8. Zach.

Habebat ergo ciuitas supradicta, *& hæc murum magnum, & altum*, scilicet deificam prouidentiam protegentem, Angelicam assistentiam dirigentem, Apostolicam præsidentiam erigentem. *Murum* dico habentem portas duodecim, id est, duodecim Patriarchas, per quorum prædicationem, alij sunt introducti ad fidem, per quam intratur ad ciuitatem supernam, ipsi enim Patriarchæ fuerunt fidei primæ portæ, per quam fidem intratur ad ciuitatem gloriæ sempiternæ.

Habet ergo hæc ciuitas duodecim portas, *& in portis vidi angulos duodecim*, id est, duodecim Apostolos, fide coniunctos, & vnitos: Apostoli namque dicuntur anguli, quia sicut angulus domus coniungit parietes, sic Apostoli coniunxerunt duos populos; scilicet Iudaïcum & Gentilem: vel quia duo prædicauerunt, scilicet fidem & mores, vel quia duo præcepta charitatis seruа-

uerunt, quia bini ad prædicandum missi sunt.

Vidi ergo hanc ciuitatem *habentem angulos duodecim*, id est, duodecim Apostolos; Et *vidi nomina in scripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israël*: & nomina, id est, memorialia authoritatis, vel sanctitatis, vel exemplũ duodecim tribuum veteris Testaměti. Hęc, inquam, nomina, vel hęc memorialia, erant scripta in prædictis angulis, id est, in Apostolis ipsis, quia quod ipsi antiqui Patres prædicabant futurum, hoc Apostoli prædicabant iam factum, & eorum nomina, vel memorialia erant in eis scripta. Et nota quòd hîc dicuntur portæ duodecim. In portis intelligimus vitæ perfectionem, quia primus ingressus fit per eos; in angulis, Dei dilectionem, per quam vnimur; in nominibus, Sanctorum manuductionem, per quam instruimur.

Quod antiqui prædicauerunt futurum Apostoli factum annunciant.

VERSVS. 13.

Vidi ergo in ciuitate prædicta *portas duodecim*; *ab Oriente portas tres, ab Aquilone portas tres, ab Austro portas tres, & ab Occasu portas tres.* Quasi dicat, ex quatuor partibus mundi, per fidem Trinitatis intratur in ciuitatem Dei. Vnde Glossa, Oriens Iudęos, à quibus Sol iustitiæ ortus est, denotat, in hoc portæ *tres*, quia ipsis Iudæis primùm nunciata est à Prophetis Trinitas. Aquilo fuerunt Gentiles, quia post Iudæos fidem Trinitatis receperunt; Auster, illi qui à claritate Christi, & Apostolorum vsque ad tempus Antichristi, fidem recipiunt Trinitatis. Occasus, illi qui in fine, & occasu mundi, per Heliam & Enoch conuertentur, & fidem recipient Trinitatis. Et hæc expositio secundùm A Glossam, est bona. Vel secundùm quosdam, Christus est ciuitas Paradisi, nam in videndo hũmanitatem & diuinitatem est tota gloria hominis beati. Et in Christo est Oriens Natiuitatis, quia nasci voluit; Aquilo aduersitatis, quam pro nobis sustinuit; Auster prosperitatis miraculorum, quam pro nobis contulit. Occidens mortis & pœnalitatis, quam pro nobis passus fuit. Porta B ergo Orientalis, Natiuitas; Australis prosperitas; Aquilonis aduersitas; Occidentalis mortalitas.

In Christo oriens occasus auster & aquilo.

Vel aliter potest dici, quòd ista quatuor, Oriens, Auster, Aquilo, Occidens, significant quatuor ætates. Significatur per Orientem prima ætas, scilicet puerilis, siue infantia, per Austrum calida secunda ætas, scilicet inuenilis, siue adolescentia; per Aquilonem frigida tertia ætas, scilicet virilis, siue senectus frigida, contra malum ar- C dorem concupiscentiæ carnalis; per Occasum quarta ætas, scilicet senilis, siue decrepita. Quid signant ista quatuor, quę dicuntur esse in hac ciuitate, nisi quòd omni ætate, & omni tempore potest homo ad ciuitatem supernam intrare, & quælibet quatuor ætatum habet portas *tres* ad introitum Paradisi. Portæ primæ ætatis, siue puerilis, sunt tres, innocentia Baptismalis, Obedientia humilis, disciplina rationis; per D istas tres portas, intrant pueri Paradisum; secunda ætas, scilicet iuuenilis, habet alias tres, scilicet pœnitentiam, abstinentiam, & continentiam, per istas tres portas intrãt iuuenes Paradisum; tertia ætas, scilicet virilis, habet portas tres, obseruantiam præceptorum, efficatiam meritorum, patientiam aduersorum: per istas trẽs portas intrant

In omni ætate, plerumque sanctã ciuitatem ingredi.

Quibus portis in qualibet ætate potest quis gloriam ingredi.

Quinam per Orientem Aquilonem denotentur.

viri paradiſum. Quarta ætas, quæ A eſt ſenilis,, habet alias tres, ſcilicet rememorationem offenſarum; effuſionem lachrymarum; remiſſionem iniuriarum: per tres iſtas tres portas intrant decrepiti Paradiſum. Omni ergo tempore, omni ætate, per iſtas quatuor portas intratur ad ciuitatem ſupernam Ieruſalem. Sic ergo habet ab Oriente portas tres, ab Auſtro tres, ab Aquilone tres, & ab Occidente tres. Et hoc ego Ioannes vidi, & non ſolùm hoc, B verùm

VERSVS 14.

Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. Murus ciuitatis ſupernæ fides eſt, quâ munitur Eccleſia, *Habens fundamenta duodecim*, id eſt, duodecim articulos, per quos complendo acquiritur ciuitas ſuperna, & defenditur Eccleſia, *& ſuper ea*, id eſt, *fundamenta duodecim nomina Apoſtolorum*; quia quilibet in ſymbolo poſuit articulum ſuum, & tamen qui libet omnes approbat. Et non ſolùm ſuper iſta *fundamenta ſunt*, & fuerunt nomina Apoſtolorum, verùm & nomen ſup. Agni, quia principaliter omnes articuli ſunt Chriſti veri, quia omnes ſunt vel de Dei diuinitate, vel de humanitate Chriſti. Vnde fundamentum principale eſt Chriſtus; primæ ad Cor. tertio, *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter illud, quod poſitum eſt.* Inſtrumentale, ſcilicet fundamentum, Apoſtoli, ſecundæ ad Cor. quarto, *Superædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.* Spirituale, fides, vnde Apoſtolus, *fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium.*

Murus Eccleſia militantis fides eſt.

Quilibet Apoſtolus Articulum fidei conſtituit.

1. Cor. 3.

2. Cor. 4.

VERSVS 15.

Et qui loquebatur mecum menſuram habebat arundineam auream. Hîc poſtquàm commendauit ciuitatem ſupernam, & ex parte clauſuræ, hîc commendat eam ex parte menſuræ, & primò agit de menſura ciuitatis; ſecundò de menſura murorùm, ibi, *Et menſus eſt muros eius.* Item primò tángit menſuram intrinſecam; ſecundò figuram, ibi, *Et ciuitas in quadro poſita eſt*; tertio menſuram extrinſecam, ibi, *Et menſus eſt ciuitatem de arundine, per ſtadia duodecim millia.*

Dicit ergo, *Et qui loquebatur mecum.* Ita dixi; quòd vidi ciuitatem ſupernam ſicut cryſtallum, & quòd in ea erant portæ duodecim, & duodecim fundamenta, & quòd habebat murum magnum & altum, & hoc oſtendit mihi Angelus, & non ſolùm hoc, verùm *& loquebatur*, ſcilicet Angelus in perſona Chriſti, & hoc *mecum*, ſcilicet virginali candore, candido, virtuali C valore, valido, ſupernali fulgore, fulgido, & ideo loquebatur mecum ſecundùm beneplacitum meum. Talis, inquam, qui ſic loquebatur mecum, *habebat menſuram arundineam auream*, id eſt, ſapientiam, quæ dicitur menſura, quia ſapientia ordinat omnia in numero, pondere, & menſura. Vnde hæc menſura, ſcilicet ſapientia, viris ſpiritualibus eſt conceſſa, ad menſurandum longitudinem; & latitudinem ciuitatis ſupernæ. Nam facit peruenire ad illam, oſtendendo, & ordinando, D quibus modis peruenitur ad eam; quæ etiam dicitur *arundinea*, quia ſapientia creata, vel diſtractio humana, eſt quaſi arundo vento agitata, niſi ſit per diuinam ſapientiam ordinata, & per ſacram Scripturam regulata, & ideo dicitur *aurea.*

Sapientia cur dicitur menſura aurea, ſed cur arundinea.

Habebat,

Habebat, inquam, hic, scilicet Angelus, *mensuram arundineam auream*, id est, sapientiam mobilem, quia omnis creaturæ sapientia habet mutabilitatem sicut arundo, & ideo sapientia creata arundinea dicitur, per se accepta; sed tunc est aurea, quando est per increatam sapientiam ordinata. Et ciuitatis supernæ mensura mensuratur, quia per sapientiam increatam acquiritur B æterna gloria, & quando est creata sapientia, regulatur. Vel secundùm Glossam, hæc mensura aurea arundinea est sapientia, quæ est in Scriptura sacra: & dicitur *mensura*; quia habet mensurare & ponderare omnium merita, quia mortui iudicabuntur ex his quæ scripta sunt in libris secundùm eorum opera, in isto eodem capit. suprà: quæ etiam sacra Scriptura dicitur mensura *arundinea*, C quia est multis contrarietatibus, & peruersis expositionibus ad modum arundinis exagitata, est tamen *aurea*, quia nullo peccato coinquinata.

Scriptura sacra mensura aurea & arundinea.

Angelus igitur, qui loquebatur mecum, *habebat mensuram arundineam auream*, id est, sapientiam increatam, vel illustratam, vel sacræ Scripturæ doctrinam, omnium meritorum, & demeritorum regulam. Vel dicitur sacra Scriptura mensura, quia paruis, mediocribus, & magnis mensura vitæ tribuitur. Nam mensura vitæ hominum, quomodo viuere habeant, ibi continetur: quæ etiam dicitur *arundinea*, quia cum arundine scribitur; sed *aurea*, quia in ea corona aurea tribuitur.

Habebat igitur hic Angelus mensuram istam, & hoc, vt *metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum eius. Vt metiretur ciuitatem*, id est, electorum pluralitatem, & multiplicitatem, & veritatem, & minores; *& portas*, id est, pastores, & maiores, quorum doctrinâ & exemplo minores introducuntur ad supernam ciuitatem: *& murum*, id est, Ecclesiæ defensores, vt sunt doctores & prædicatores, qui eam specialiter tuentur, & per hoc ad supernam Ierusalem congregantur. Hoc autem sic dicitur, vt ostendatur, quòd secundùm vniuscuiusque merita, bonis in hoc mundo distribuit bona, & in alio distribuit præmia, Ioan. primo, *De plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia*: vnde secundùm merita mensurabitur gloria in patria, secundæ ad Cor. tertio, *Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundùm* C *proprium laborem.*

Secundum merita gloria mensurabitur.

Ioan. 1.

2. Cor. 3.

VERSVS 16.

Et ciuitas in quadrò posita est. Hîc ostendit huius ciuitatis figuram, ex quo ostendit mensuram. Ita dixi, quòd ciuitas superna mensuratur secundùm bonorum, & electorum merita; & hoc ego Ioannes vidi, & non solùm hoc, verùm etiam *ciuitas in quadro posita est.* Glossa sic exD ponit: Quatuor, inquit, latera ciuitatis, sunt fides, spes, charitas, & bona opera, quantum quid credit, tantum sperat, & quantum sperat, tantum diligit; & quantum diligit tantum operatur, & facit: & quamuis fides, & spes, non maneant in patria, sine ipsis tamen non acquiritur glo-

Quænam latera Ecclesiæ militantis.

ria. Hæc ergo quatuor possunt esse ciuitatis supernæ quatuor latera.

Quatuor virtutes Cardinales latera Ecclesia.

Vel quatuor latera dicuntur quatuor virtutes Cardinales, quibus nihil est vtilius in hac vita hominibus, vt Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Iustitia, quibus donis regitur vita nostra, & acquiritur ciuitas superna; & hæc quadratura etiam remanebit in patria, secundùm aliqua, vbi vsus prudentiæ, qui est insidias præcauere, non remanebit. Quia ibi nullæ sunt insidiæ, sed vsus, qui est Deo, nullum bonum proponere, vel æquare. Similiter vsus temperantiæ, qui est delectationes nociuas cohibere, non remanebit, sed alius, qui est nullo motu obnoxio delectari, sed detestari. Et similiter vsus fortitudinis, qui est molestias sustinere, non remanebit, sed vsus ille, qui est Deo firmiter adhærere. Ibi similiter vsus iustitiæ, qui est miseris subuenire, cessabit, sed vsus, qui est Deo regenti subditum esse, remanebit; & sic quadratura virtutum Cardinalium erit in ciuitate ciuium supernorum.

Hæc igitur ciuitas, *in quadro posita est*: Vel quadratura ciuitatis supernæ, est visio clara, dilectio pura, delectatio summa, tentio firma. Vnde in ciuitate superna, est duplex quadratura, vna ex parte animæ, alia ex parte corporis, limpiditas visionis, rapiditas fruitionis, soliditas tentionis, pulchiformitas associationis, ex parte corporis, impassibilitas, sublimitas, agilitas, claritas.

Quantum latera Ecclesiæ triumphantis.

Quomodo tanta latitudo huius ciuitatis quanta est eius longitudo.

Hæc igitur ciuitas in quadro posita est: *Et longitudo eius tanta est, quanta & latitudo.* Glossa, fides tanta est, quanta est charitas, contra primo ad Corinth. decimo, *Maior autem horum est charitas.* Responsio, æqualia sunt quoad vim merendi, quia vnam gloriam merentur, scilicet præmium æternum in ciuitate superna: vel longitudo, scilicet cognitionis tanta est, quanta latitudo affectionis. 1. Cor 10.

Et mensus est ciuitatem de arundine aurea, per stadia duodecim millia. Hîc describitur quantitas ciuitatis: & primò ciuitatis; secundo murorum, ibi, *& mensus est muros eius.* Dicit ergo, *& mensus est ciuitatem.* Ita dixi, quòd Angelus, qui mecum loquebatur, *habebat mensuram, & mensus est ciuitatem*, id est, ciuium fœlicitatem; & præmiorum quantitatem; *de arundine aurea*, id est, ex sapientia sua, à Deo tamen reuelata, & illustrata: sed si intelligatur de Angelo puro, vel de Christo, mensus est ciuitatem, id est, ciuium supernorum fœlicitatem, *de arundine aurea*, id est, ex sapientia creata, vel increata: per *stadia duodecim millia*: per *stadium*, quod est spatium cursus hominum, vel equorum currentium ad brauium, primæ ad Corinth. decimo, *Nescitis quòd hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium.* Per *stadia*, signantur opera humana, per *duodecim* fides duodecim articulorum, à duodecim Apostolis tradita, per *millenarium numerum*, qui est vltimus numerorum, significatur perseuerantia. Quid ergo est quòd mensus est ciuitatem, per stadia duodecim millia, nisi quòd solis cre- 1. Cor. 22.

Quid per stadia duodecim designatur.

dentibus, operantibus, & perſeue- A
rantibus, dabitur gloria in patria, ſecundùm eorum merita. Quod eſt interpretandum coniunctim, non diuiſim, quia nec credentibus tantùm, nec operantibus tantùm, ſed illis, in quibus ſunt omnia iſta; nam *fides ſine operibus mortua eſt*, & ſoli perſeueranti datur corona, quæ includit alia duo. Ergo *menſus eſt ciuitatem, per ſtadia millia*, millia ſcilicet ſecundùm merita, fidei, perſeuerantiæ, & operationis bonæ, datur gloria, B
primæ ad Cor. tertio, *Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet, ſecundùm proprium laborem.*

Fides ſine operibus mortua.

1. Cor. 3.

Menſus eſt ergo hanc ciuitatem, ſic & inuentum eſt, quia *longitudo, latitudo, & altitudo æqualia ſunt*, id eſt, fides, ſpes, charitas, eſt ſupernæ ciuitatis longitudo; fidei longanimitas, quæ habet firmare & fortificare, vt per hanc poſſint fideles hanc ciuitatem acquirere; altitudo, ſpei C
arduitas, quæ habet ad ipſam Trinitatem eleuare; latitudo charitatis capacitas, quæ ad ipſam facit intrare, & in ipſa habet permanere. Vnde & tota ciuitas ſuperna, vel gloria æterna, conſiſtit in illis, quæ pendent in his tribus, in viſione clara, quæ reſpondet fidei; in tentione firma, quæ reſpondet ſpei, in dilectione chara, quæ reſpódet charitati.

Quæ longitudo, latitudo, & altitudo ciuitatis ſanctæ.

Ergo longitudo, latitudo, altitudo D
ſupernæ ciuitatis, vel gloriæ æternæ, æqualia ſunt, ſcilicet fides, ſpes, charitas, quibus reſpondet viſio, tentio, dilectio: æqualia ſunt, & quátùm quis credit, ſperat, & amat; & ſimiliter & viſio, tentio & dilectio, quæ reſpondent illis, æqualia ſunt in patria.

Æqualia ſunt vt ſuperius dictum eſt.

VERSVS 17.

Et menſus eſt muros eius centum quadraginta quatuor cubitorum, menſura hominis, quæ eſt Angeli. Hîc oſtendit quantitatem murorum ciuitatis ſupernæ. Ita dixi, quòd Angelus, qui loquebatur mecum, menſus eſt ciuitatem ſupernam: & non ſolùm hoc, verùm *& menſus eſt muros eius*, id eſt, prædicatores, & doctores, ciuitatem Eccleſiæ cuſtodientes, & Eccleſiam defendentes: ac per hoc etiam muros Eccleſiæ triumphantis cuſtodientes, vt ciuitas correſpondeat ciuitati ſupernæ. Hos, inquam, muros *menſus eſt centum quadraginta quatuor cubitorum.* *Cubitus*, in quo eſt manus, ſecundùm Gloſſam, ſignat bonam operationem; *centum*, qui eſt numerus virginum, quia eis debetur fructus centeſimus, ſignat puritatem; *quadraginta*, qui eſt numerus pœnitentialis, ſignat aſperitatem, *quatuor* virtutum pulchriformitatem. Vel poteſt dici, *Menſus eſt muros eius centum quadraginta quatuor cubitorum*: quia merces, & præmium iſtorum prædicatorum, & Doctorum menſurantur ſecundùm menſuram boni operis, puritatis, aſperitatis pœnitentialis, & virtutum. Vel per *centum*, intelligitur perfectio præceptorum, nam decies decem faciunt centum; & ita per *centum* intelligitur perfectio præceptorum; per *quadraginta* perfectio meritorum, vel laborum; per *quatuor*, perfectio conſiliorum, quæ in quatuor Euangelijs continentur. Vnde ita triplex perfectio eſt in bonis Doctoribus, & prædicatoribus, & ita iſti menſura centum quadra-

Cubitus ſignat bonam operationem numerus centeſimus puritatem quadragenarius pœnitentiam.

quadraginta quatuor cubitorum mensurantur. *Et eadem mensura hominis, quæ est Angeli*, quia eadem fœlicitate perfruuntur: vnde homines ascendunt ad Angelorum meritum & præmium; quod & aliqui fecerunt, sicut legimus de beato Francisco. Sedes, inquit Angelus, quam vides, vnius ex ruentibus fuit, & huic Francisco humili reseruatur.

S. Franciscus obtinet sedem Luciferi.

VERSVS 18.

Et erat structura muri eius ex lapide. Hîc describit ciuitatem supernam, ex parte materiæ, postquam eam descripsit ex parte formæ. Et primò ostendit materiam muri; secundò materiam ciuitatis, ibi, *Ipsa verò ciuitas aurum mundum*; tertiò materiam fundamenti, ibi, *Fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata.*

Dicit ergo, *Et erat structura muri eius.* Ita dixi quòd ciuitas, quàm suprà vidi, habebat murum, *& erat structura muri eius*, scilicet ciuitatis supernæ, *ex lapide iaspide.* Murus, vt dictum est, sunt defensores Ecclesiæ, qui dicuntur esse ex lapide, propter inflexibilitatem ad malum; sed ex lapide iaspide, propter ornamenta virtutum: virtus enim iaspidis attenditur in expulsione phantasmatis, in sanatione hydropisis, in curatione febris; & per defensores Ecclesiæ, nec non & per doctores, & prædicatores debent expelli phantasmatum errores à rationali, debet curari hydropisis cupiditatis à concupiscibili: debet fugari febris, id est, æstus superbiæ, & vanitatis, ab irascibili: Secundùm Glossam, per iaspidem, cuius color est viridis, signatur fides, quæ debet esse fundamentum primum ad Ecclesiam defendendam, vel per prædicationem, vel per disputationem, siue quocumque alio modo, ad Rom. decimo, *Vnicuique Deus diuisit mensuram fidei.* Rom. 10.

Cur defensores Ecclesiæ dicuntur esse ex lapide iaspide. Virtus iaspidis.

Erat ergo *structura muri eius ex lapide iaspide.* Nota hîc huius ciuitatis stabilimentum, quoad Christum, supernorum ciuium fundamétum; complementum structuræ, quoad perfectorum cœtum; defensiuum muri, quoad Prælatorum gradum.

Sequitur, *Ipsa verò ciuitas aurum mundum simile vitro mundo.* Hîc ostenditur pretiositas ciuitatis. Ita dixi quod muri ciuitatis erant ex lapide iaspide, sed ipsa ciuitas, id est, ipsa gloria Sanctorum, infra protectionem murorum posita, *aurum mundum.* Per aurum mundum signátur dotes animarum, scilicet visio clara, in fulgore; tentio firma, in valore; dilectio chara, in pondere. Et est aurum splendore fulgidum, quod pertinet ad perfectam visionem; valore optimum, quod pertinet ad charam dilectionem; vigore solidum, quod pertinet ad firmam adhæsionem.

Quid per aurum mundum huius ciuitatis supernæ denotatur.

Ergo hæc *ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo.* Per vitrum signatur gloria corporum, quia sicut in vitro, primò fœnum resoluitur in puluerem, & postea fit vitrum, sic Sanctorum corpora primò in puluerem reducuntur, sed postea quasi in vitrum lucidum conuertentur. Ergo Sanctorum ciuitas *aurum mundum*, propter gloriam animarum, *simile vitro mundo*, propter gloriam corporum.

In verbis istis, ista *ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo*, gloria ciuitatis supernæ describitur

quantùm ad tria; quantùm ad cón-
In his verbis gloria ciuitatis superna describitur quoad tria. nexum amoris, & hoc pertinet ad vniuersitatem ipsius, ibi, *ipsa ciuitas*, ad gaudium dulcoris, & hoc pertinet ad delectabilitatem, ibi, *aurum mundum*, statum decoris, & hoc pertinet ad immortalitatem, ibi, *simile vitro mundo.*

Describitur ergo hæc ciuitas, siue Sanctorum gloria quantùm ad connexum amoris, cum dicitur, *ipsa ciuitas.* Nexus autem amoris in patria est subiectione multiformis; effectiuè vniformis, obiectiue deiformis. De his, Isai decimo nono, Isai.19. *Ciuitas Dei vocabitur vna.* Describitur secundò quantùm ad gustum dulcoris, cùm dicitur *aurum.* Sciendum quòd aurum est fulgore splendidum, & signat affectum cognitionis, quoad visionem claram; valore optimum, & signat gustum dulcoris, quoad dilectionem claram, vigore solidum, quoad tentionem firmam. De his tribus Genes. 2. Genes. secundo, *Aurum terræ illius optimum est.* Describitur tertiò ciuitatis supernæ status decoris, ibi, *simile vitro mundo*, est cinis deficiens, & signat defectum iniquitatis; ignis reficiens, & signat refectionem satietatis; Silex perficiens, & signat per-
Iob. 38. fectionem iucunditatis, Iob trigesimo octauo, *Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum, nec commutabuntur pro eis vasa auri excelsa.*

VERSVS 19.

Sequitur, *Fundamenta ciuitatis omni lapide pretioso ornata.* Hîc ostenditur prætiositas materiæ fundamentorum supernę ciuitatis. Ita dixi quòd ciuitas superna est aurum mundum, & non solùm hoc, sed & *fundamenta muri ciuitatis*, id est, Pro-
A phetæ, & Apostoli, super quorum doctrinam & fidem est fundata, & per consequens ciuitas superna, Psalm. *Fundamenta eius in monti-* Psal.86.
bus sanctis. Hæc, inquam, *fundamenta sunt omni lapide pretioso ornata*, *Virtutes lapides pretiosi.*
id est, omni genere virtutum depicta. Vnde virtutes dicuntur lapides fortes, quia reddunt fideles in fide stabiles, & immobiles, sed lapides pretiosi, qui faciunt pretiosas vir-
B tutes, & sanctos ad æternam gloriam dignos. Vnde & fundamenta Ecclesiæ, vt Apostoli, & Prophetę, maximè his virtutibus fulserunt, & per eas Ecclesiam fundauerunt. Consequéter exponit Ioannes duodecim virtutes, sub nomine duodecim lapidum quibus fulserunt, & Ecclesiam fundauerunt.

Fundamentum primum iaspis, id est, *Iaspide fides denotatur.*
fides; *Iaspis* enim est viridis coloris,
C phantasmata fugans, & signat fidem, quæ in sanctis viris viret, & nunquam marcescit, quæ etiam phantasmata erroris expellit, sed nunquam fides est in ciuitate superna, de qua hîc agitur: Responsio, venientibus ad Ecclesiam primò occurrit *iaspis*, id est, fides, quam qui non habet, ciuitatem supernam intrare non potest, & ideo ad He-
bræos nono, *Sine fide impossibile est* Heb.9.
placere Deo.

D Secundus lapis fundamenti est *Saphirus*, id est, spes, *Saphirus* nam- *Saphiro spes.*
que habet colorem cœlestem, & percussus radiis solis, ardentem emittit fulgorem, & spes cœlicum habet colorem; quia habet ad cœlestia eleuare, quæ etiam à radiis diuinitatis percussa, & tacta, & terrenitatem reprimit, & fulgorem ardentissimi diuini amoris emittit.

Tertius lapis, est *Chalcedonius*, id *Calcedonio charitas.*
est, charitas, *Chalcedonius* enim est

similis lucernæ pallenti ; nam in domo non lucet, exteriùs lucet, sculpenti obstat, calefactus Sole, vel manu, ad se paleas trahit ; & benè signat charitatem, quia virtus in corde celata pallet, quasi lux lucernæ, sed cùm ad aliorum vtilitatem exire cogitur, tunc qualis intus erat, exteriùs ostenditur. Vnde in domo cordis pallet, exteriùs lucet, calefacta etiam à Sole Christo, vel à Spiritus Sancti, manu, vel digito, peccatores, quasi paleas, ad se trahit, & amicos Dei efficit. Sed quare charitas nunquam excidit ? quia in nulla aduersitate deficit, primæ ad Cor. decimo tertio ; *Charitas nunquam excidit.*

1. Cor 13.

Smaragdo virginitas.

Quartus lapis *Smaragdus*, id est, virginitas, *Smaragdus* enim, vt dicit Isidorus, omnes herbas sua viriditate superat, aërem vicinum facit sua viriditate viresccre, gerentes eam gratiosos facit, imaginem, sicut speculum reddit: & benè significat virginem, quia omnes virtutes in pulchritudine superat, habentem gratiosum facit in conspectu Dei, hominum, & Angelorum: Virgo etiam imaginem Christi, & virginis Mariæ portat.

Virgo imaginẽ Christi & Mariæ portat.

Sardonico patientia.

Quintus lapis est *Sardonius*, vel *Sardonyx*, & signat Sanctorum patientiã ; secundùm enim Isidorum, *Sardonyx* est ex duorum commixtione sic vocatus, habet enim candorem, vt nix, ruborem vt Sardius, & est tricolor, vt dicit Isidorus, niger in imo, candidus in medio, rubens in alto. Hic lapis in sigillando nihil secum tollit ; & benè signat Sanctorum patientiam, quia in imo, id est, in mundo sunt nigri, viles, & despecti : in medio, id est, in corde, vel conscientia, albi & candidi ; in alto, vel in supremo, rubei per ardorem Martyrij, nihil secum euellunt, quia persecutoribus ex corde remittunt.

VERSVS 20.

Sextum fundamentum, vel sextus lapis *Sardius*, sic dictus, quia primò cùm Sardius scinditur, vnius tantùm coloris est, scilicet sanguinei, & signat Martyrum perfectam constantiam, qui pro Christo sanguinem fuderunt, & ideo sextus ponitur, quia Christus sextâ ætate, & sextâ feria, sanguine suo Martyrium consecrauit.

Sardius martyrum constantia.

Septimus lapis est *Chrysolitus* auro similis, vnde dicitur *à Chrysos*, quod est *aurum*, hic scintillas ardentes videtur emittere, & signat sapientiam, quæ omnia dona, sicut aurum metalla, superat, quæ etiam in prædicatione scintillas ardentes emittit, & alios inflammat.

Chrysolitus sapientia.

Octauus est *Beryllus*, hic lapis positus in foramine sexangulari lucet, quasi nubes Sole percussa, & manum tenentis calefacit caliditate sua, & signat virtutem misericordiæ, quæ sex operibus exercetur, & lucet à Sole misericordiæ percussa, cùm misericordiæ opera fiunt intentione bona, & corda hominum infirmorum, & debilium calefacit in amore Dei, & proximi de caliditate sua.

Beryllo misericordia.

Nonus lapis est *Topazius*, hic lapis quamuis sit omnium colorum, duos tamen specialiter habet, scilicet aureum & æthereum ; & cùm splendore solis tangitur, claritatem excedit omnium gemmarum, & in aspectum suum prouocat singulariter aspicientes, quòd si palliatur, obscuratur, si verò suæ naturæ relinquitur, clarior redditur ; & est

Topasius cõtemplatio.

gemma ampliſſima, & Regibus chara, & ſignat contemplationem, quæ eſt ex charitate aurea, ex cogitatione, vel conuerſatione quâ lucet ætherea: vbi Deus limpidiùs videtur, ad cuius amorem homines aſpicientes trahuntur. Et qui tales ſunt, ſcilicet contemplatiui, ſi honoribus ſæculi palliantur, obſcurantur, quia circa multa conturbantur, ſicut Martha. Contemplatio maximè cor dilatat, veris Regibus. Nihil eâ charius, quia cœleſte regnum ſemper durat. Et meritò loco nono ponitur, quia homines nouem Angelorum ordinibus aſſociat.

Contemplatio homines nouem Angelorum ordinibus aſſociat.

Decimus lapis eſt *Chryſopraſus*, hic lapis, ſecundùm Iſidorum, viridis eſt, & aureus, quaſi mixtus. Vnde dicitur gemmula aurea, & ſignat cœleſtis patriæ deſiderium. Vnde & cœleſtem patriam ardenter deſiderantes ſunt gemmula aurea, quia ſicut aurum in fornace, ſic cœleſtis patriæ deſiderio æſtuans, & nihil aliud reputat: imò quantò plus deſiderans tribulatur, tantò amplius probatur.

Chriſopraſus cœleſtis patria deſiderium.

Vndecimus lapis eſt, *Hyacinthus*, hic lapis cum aëre mutatur, in ſereno eſt perſpicuus, in nubilo obſcurus: Et ſignat virtutem diſcretionis, per quam diſcreti, ſecundùm Deum omnibus ſe conformant. Vnde in nubilo, id eſt, inter malos, latet, & in ſereno, hoc eſt, inter bonos, fulget.

Duodecimus lapis, *Amethyſtus*, hic lapis, ſecundùm Iſidorum, inter gemmas purpureas obtinet principatum, Amethiſtus, id eſt, cœlicus, à colore violæ, eſt permixtus, quaſdam flammas reſecatus de ſe effundit, & ſignat humilitatem, cuius comes eſt obedientia, vt dicit Ambroſius; [humilitas breuis eſt viola pulchra, vt roſa facilis ad omnia, vt obedientia, videntes accendit quaſi flamma per amorem, omnibus enim placet humilis, etiam inimicis,] ſicut ſuperbia eſt odioſa. Vnde lapis precioſiſſimus vltimo loco ponitur, quia omnes alias virtutes ornat, quia ſecundùm Gregorium. [Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi puluerem in vento portat] propter quod ille verſus.

Omnibus placet humilis.

Te nihilum reputes non in vitium bona mutes.

Qui non eſt humilis reputatur in ordine vilis.

Vltimo etiam loco ponitur, quia verus humilis ſe eſſe vltimum reputat, & locum vltimum tenet, & amat.

Vel primus lapis ſupernæ ciuitatis eſt *Iaſpis*, id eſt, Chriſtus, qui ſua viriditate habet viſum delectare, Ioan, decimo ſeptimo, *hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te.*

Alia harũ gemmarum applicatio. Ioan. 17.

Secundus lapis, ſcilicet *Saphirus*, eſt virgo beata, cœlo ſimilis per gratiam, ſicut Luna Soli, quia ſicut Luna exiſtens in nocte ignorantiæ, habet ſuo lumine illuſtrare, & ſicut Saphirus eſt gemma gemmarum, ſic ipſa Virgo virginum, eſt domina omnium aliarum. Prou. vltimo, *tu ſupergreſſa es vniuerſas.*

Iaſpis Chriſtus Saphirus Maria.

Prouerb. vlt.

Tertius lapis *Chalcedonius* ſunt Angeli, quia ſicut Chalcedonius non lucent nobis in occulto, in cœlo Empyreo, ſed lucent in manifeſto, quoniam nos protegunt ab hoſte maligno, vnde ad modum Chalcedonij, faciunt vincere hoſtes, & cauſas tentationum, iſti ſunt ſeptem viri, qui venerunt in auxilium Machabeo pugnanti; ſecundo Mach.

Calcedonius Angeli.

Quartus lapis *Smaragdus*, ſunt

Smaragdus Patriarcha. Patriarchæ, qui viriditate fidei suæ alios fecerunt virere. Vnde isti fuerunt fidei primæ portæ, & hæc gemma se portantes gratiosos facit, sic ipsi Patriarchæ vasa fuerunt primæ gratiæ.

Sardonius Prophetæ. Quintus lapis *Sardius*, fuerunt Prophetæ tricolores, nigri in imo, prædicando lamenta pœnitentiæ; albi in medio, prędicando carmina supernæ lætitiæ; rubei in summo, prædicando pœnam ignis gehennalis flammæ, Ezech. tertio, *Scripta erant in libro lamentationes, carmen, & væ.* Ezech. 3.

Sardius Apostoli. Sextus lapis *Sardius*, sunt Apostoli. Vnde sicut hic lapis est coloris sanguinei, ita fuerunt proprio sanguine laureati; & sicut hęc inter gemmas in fundamento tenet gradum, ita & Apostoli vilissimi fuerunt reputati, quoad mundum.

Chrysolithus Euangelistæ. Septima gemma *Chrysolithus*, sunt Euangelistæ, quia sicut hic lapis emittit scintillas ardentes & fulgentes, sic Euangelistarum doctrinam deuotè audientes, recipientes, & implentes, reddit charitate ardentes, Ezechiel, *Species rotarum erat quasi Chrysolithi.* Ezech.

Beryllus Martyres. Fundamentum octauum, & octauus lapis *Beryllus*, sunt Martyres, propter colorem olei, & ardorem eminentis charitatis: quoniam sicut oleum eminet alijs liquoribus; sic charitas alijs virtutibus, & Martyres alijs Sanctis omnibus.

Topazius Confessores. Nonus lapis *Topazius*, sunt Confessores, propter colorem auri, & ætheris, quantùm ad vitam contemplatiuam, & actiuam, in auro ponderoso vita actiua, in æthere eminenti, & fulgore, vita contemplatiua.

Chrysoprasus Doctores. Decimus lapis, scilicet *Chrysoprasus*, sunt Doctores, sicut hic lapis est A viridis coloris, aureæ mixturæ; sic Doctorum sententiæ sunt mixtæ, & authoritatibus legis veteris, & nouæ. Et virent fidei virore, cùm Doctores fuerint parati reddere rationem de ea, quæ in nobis est fide, & spe, primæ Petri tertio.

Vndecimus lapis, scilicet *Hyacinthus*, sunt Pastores, quia sicut hic lapis est durus, quia non cedit, nisi adamanti, & confortatiuus stomachi; sic Pastores debent esse duri ad corrigendum rebelles, & benigni ad confortandum debiles. *Hyacinthus Pastores.*

Duodecimus lapis, scilicet *Amethystus*, sunt Virgines, vnde hic lapis similis est rosæ, in qua pulchritudo virginalis interpretatur, Eccles. vigesimo septimo, *Quasi plantatio rosæ in Iericho.* Et etiam similis violæ, in qua mortificatio carnalis intelligitur, vnde Hieronymus, [Virgo Christi, vinum fugiat, vt venenum.] Hi ergo sunt duodecim lapides precioši, quibus ciuitas superna est ornata, vel duodecim fundamenta, super quæ cœlestis Ierusalem est fundata. *Amethystus Virgines.* Eccles. 27.

VERSVS 21.

Et duodecim portæ duodecim margaritæ sunt per singulas, & singulę portæ erant ex singulis margaritis. Suprà descripsit materiam ciuitatis supernæ, murorum, & fundamentorum, hîc describit materiam portarum. Ita dixi suprà, quòd ciuitas superna habet duodecim portas, & statim exponit eas dicens, *Et duodecim portæ duodecim margaritæ sunt*: Portæ istæ dicuntur Doctores, qui doctrinâ suâ regnum cœlorum aperiunt, qui dicuntur duodecim, quia est numerus superabundans, quia debent alios imperfectos merito superabundare, *Doctores porta ciuitatis cœlestis.*

abundare, & ſuperare, quia decem præcepta legis, & duo præcepta Euãgelica, dilectionem Dei, & proximi, ardentiſſimè debent prædicare, duo namque & decem habent numerum duodenarium conſtituere.

Quid notandum in margaritis.

Hæ verò portæ, ſcilicet prædicatores & doctores, *duodecim margaritæ ſunt*. In margarita quædam attenduntur quantùm ad eius fieri: quædam quantùm ad eius eſſe: quantùm ad eius fieri, vel generari, oris conchæ apertio, roris cœli infuſio: vnde Iſidorus, [Margarita in conchis maris naſcitur, & ex rore cœli concipitur,] in apertione oris conchæ, deſignatur motus liberi arbitrij, vel animæ, in infuſione roris cœli, infuſio gratiæ: in quo ſignatur, quòd Paſtores & Prædicatores non debent fieri procuratione ſui, ſed inſpiratione Spiritus ſancti. Vnde debent eſſe cœleſti rore imbuti. In Margarita etiam quædam attenduntur quantùm ad eius eſſe, eſt enim lapis candidus, vnde quantò candidior, tantò melior, ſplẽdidus, vnde quantò ſplendidior, tantò pulchrior; ſolidus, vnde quantò ſolidior, tantò nobilior. Et inter lapides hic eſt nobilior, ſic prædicator debet eſſe nitens candore puritatis & munditiæ, ſplendore veritatis & ſcientiæ, vigore puritatis & ſanctimoniæ.

Quales debent eſſe doctores.

Portæ enim duodecim margaritæ ſunt, & hoc, *per ſingulas*, id eſt, ita quòd quælibet porta, id eſt, quilibet Paſtor, & doctor, & prædicator, ſit Margarita habens tria prædicta, ſcilicet candorem puritatis & munditiæ, ſplendorem veritatis & ſcientiæ, vigorem probitatis & ſanctimoniæ, hîc commendantur Paſtores, Doctores & Prædicatores, à ſupereminentia dignitatis, ibi, *Portæ*; à ſuperaffluentia largitatis, ibi, *duodecim*; nam numerus abundans eſt, à ſuperexcellentia claritatis, ibi, *Margaritæ*. Et benè dico quòd *duodecim portæ duodecim Margaritæ ſunt per ſingulas*: nam & *ſingulæ portæ erãs ex ſingulis Margaritis*; ita quod quælibet porta habebat vnam Margaritam ſicut expoſitũ eſt. Vnde iſtud vltimum, *& ſingulæ portæ* non eſt niſi expoſitio illius dicti, *per ſingulas*. *Et platea ciuitatis aurum mundum*. Suprà oſtendit nobilitatem portarum, id eſt, maiorũ & Paſtorũ, Doctorũ & Prædicatorũ: hic oſtẽdit nobilitatem minorum Sanctorum. Ita dixi, quòd *duodecim portæ*, id eſt, Paſtores, Doctores, & Prædicatores, qui debent regnum cœlorum aperire alijs, *duodecim Margaritæ ſunt*: & non ſolùm hoc, verùm etiam, & *plateæ* ciuitatis, id eſt, coniugati, & minores Sancti, latiorem viam tenentes ciuitatis, non per eremum continentiæ ambulantes, vt faciunt Prælati, Doctores, & Prædicatores veri: *hæ*, inquam, *plateæ aurum mundum*, in auro ſapientia, in munditia, peccati mortalis carentia oſtenditur.

Platea ciuitatis ſancta coniugati.

Ergo coniugati & alij minores Sancti, qui per *plateas*, intelliguntur, qui latiorem viam tenent quàm continentes, *aurum mundum*, quia ſapienter ſciunt ſe à peccati macula cuſtodire, Matth. duodecimo, *Confiteor tibi Domine, pater cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis*. Vnde & tunc dicitur, *aurum mundum, tamquam vitrum perlucidum*, quia nihil celat: vnde hæ plateæ dicuntur *aurum mundum* in patria, propter gloriam animarum, ſed *vitrum lucidum*, pro-

Matth 11.

pter gloriam corporum.

Oſtenditur ergo in Sanctis minoribus, in iſta clauſula, latitudo dilectionis, ibi, *Plateæ*; multitudo congregationis, ibi, *ciuitatis*; certitudo glorificationis, ibi, *aurum*, pulchritudo incorruptionis, ibi, *mundum*, plenitudo cognitionis, ibi, *ſimile vitro perlucido.*

VERSVS. 22.

Et templum non vidi in ea: Dominus enim omnipotens templum illius eſt. Poſtquam oſtendit ciuitatis ſupernæ materiam prætioſam, hîc oſtendit ipſam habere omnis boni præſentiam, & omnis mali carentiam: & primò commendat ciuitatem iſtam ex mali carentia; ſecundò ex lucis refulgentia, ibi, *ciuitas non eget Sole neque Luna.*

Dicit ergo, *Et templum non vidi in ea.* Ita dixi, quòd vidi plateas ciuitatis aurum mundum; & quamuis in ipſa viderentur multa bona, *templum* tamen *non vidi in ea*: id eſt, locum orationis, hîc enim eſt locus propriè adorandi, & orandi pro malis amouendis, & bonis acquirendis, ſed in patria nullum malum aderit, quod ſit amouendum, nullum bonum deerit quod ſit acquirendum. Ergo in patria non eſt tẽplum, vel locus adorandi, ſed ibi eſt locus ad laudandum, quia laus eſt de bonis iam habitis, & malis amotis.

In cœleſti patria omnis boni abundantia, & omnis mali carentia.

Per hoc ergo quod dicit, *& templum non vidi in ea*, dat intelligere quòd in ciuitate ſuperna eſt omnis boni præſentia, & omnis mali carẽtia, quoniam oratio ibi haberet locum, ſi eſſet ibi malũ; vel ſi aliquid ibi deficeret boni. Templum etiam non ſolum eſt orationis locus, ſed etiam oblationis. Oblatio autem fit aut pro propitiatione offerentiũ; aut ſuſtentatione miniſtrantium, aut ad placandum Deum: ſed nihil horum erit in patria, nec Dei offenſa, nec miniſtrantium indigentia, nec ciuium ſupernorum culpa, quare nec oblatio aliqua.

Quando erit templum in cœleſti patria.

Ergo in patria non erit templum, nec ad adorandum, nec ad offerẽdum, verumtamen erit ibi templum ad gratias agendum, & Deum laudandum, tam pro bonis iã adeptis, quàm pro malis amotis. Et ideo addidit, *Dominus Deus omnipoteins tẽplum illius eſt, & Agnus.* Quaſi diceret, quòd ſuperna ciuitas non habet aliud templum, quàm Deum, & Agnum, id eſt, quàm templum diuinitatis. vnde eſt in vtroque laudandus. Ergo eſt ibi templum ad laudandum, non ad adorandum. Pſal. *In templo eius omnes dicent gloriam.* Pſal. 28.

Vel hîc ſpecialiter oſtenditur præſentia omnis boni, ex præſentia omnipotentis Dei, & Domini noſtri, & Agni Chriſti, *Nam Dominus Deus omnipotens templum eſt* omni bono repletum *illius* ciuitatis ſupernæ, *& Agnus*, id eſt, homo Chriſtus. Quaſi dicat, quòd omne bonum ibi erit ex præſentia diuinitatis, & humanitatis: vnde Pſal. *Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.* Pſal. 103.

Ex præſentia diuinitatis, & humanitatis omne bonum.

Vnde implebitur rationalis plenitudine lucis, iraſcibilis plenitudine pacis, concupiſcibilis dulcedine amoris. Ergo *Dominus Deus omnipotens templum illius eſt.* Hîc deſcribitur Princeps ſupernæ ciuitatis vt præſidẽs dominationis gubernatione, ibi, *Dominus*, vt præeminens venerationis dignatione, ibi, *Deus*, vt præuidens, productionis opere, ibi, *omnipotẽs*, vt eminens habitationis quietatione, ibi, *templum.*

VERSVS. 23.

Sequitur, *Et ciuitas non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea.* Benè dico, quòd in ciuitate ſuperna erit omnis boni præſentia, & ideo *non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea*: Ad litteram, quia non indiget eorum beneficio, quia tunc quilibet ciuium erit Sole clarior, Matth. decimo tertio, *Fulgebunt iuſti ſicut Sol.* Et ciuitas ſuperna *non eget Sole*, id eſt, doctrinâ informante, ad electionem bonorum, *neque Luna*, id eſt doctrinâ informãte ad fugam malorum, *vt luceant in ea*, id eſt, vt illuſtretur ab illis acquiſitis doctrinis: & ſtatim reddit cauſam, *Nam claritas Dei illuminabit eam*, id eſt, totius Trinitatis, quæ tunc in mente videbitur, *illuminabit eam*, ſcilicet dando intellectum, & cognitionem plenam, *quia tunc cognoſcam ſicut & cognitus ſum*, primę ad Cor. decimo tertio: Attende hîc cognitionis obiectum ſupernorum, ibi, *claritas Dei*; attende effectum, ibi, *& illuminabit.*

Quilibet ſanctus ſole clarior.

Matt. 18.

1. Cor. 13.

Et lucerna eius eſt Agnus, id eſt, humanitas Chriſti: iſte enim Agnus eſt Paradiſi lucerna, in qua eſt lux aſpectum illuminans, fax affectum mundificans, lex effectum rectificans. Iſte etiam Agnus eſt lucerna, quia eſt reductor deuiorum, redemptor damnatorum, reſerator ſecretorum, Pſalm. *Lucerna pedibus meis verbum tuum*, &c.

Chriſtus lucerna paradiſi.

Pſal. 118.

Claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius eſt Agnus, Claritas, conuerſatio clara Virginis quãtùm ad duo deſcribitur in his verbis; virtualis fœcundatio gratiarum, ibi, *claritas Dei*; perſonalis deſponſatio nuptiarum, ibi, *lucerna eius eſt Agnus*. Circa primum, vbi clarè oſtenditur A virtualis fœcũdatio gratiarum, cùm dicitur, *claritas Dei illuminabit eam*, ſciendum quòd fuit clara claritate illuſtrationis reſpectu ſui; contemplationis, reſpectu Dei, conuerſationis, reſpectu proximi. Claritas illuſtrationis reſpectu ſui fuit expulſiua contrarij, ornatiua ſubiecti, expreſſiua veſtigij. Claritas contemplationis reſpectu Dei, fuit extenſiua velaminis, transformatiua imaginis, ſpeculatiua beatitudinis, primæ ad Corinth. ſecundò, *Nos reuelata facie*, quoad extenſionem velaminis; *Gloriam Domini ſpeculantes*, quoad trãsformationem imaginis; *transformamur à claritate in claritatem*; quoad ſpeculationem beatitudinis. Claritas conuerſationis reſpectu proximi fuit claritas virginalis pudicitiæ, reſpectu ſui, regularis obſeruantiæ, exemplaris pœnitentiæ, de his Iſai, decimo octauo, *Sicut lux meridiana clara eſt.* Secundò oſtenditur eius deſponſatio nuptiarum, cum dicitur, *& lucerna eius eſt Agnus*; Sciendum quòd hic Agnus fuit lucerna eius aſpectum clarificans, affectum mundificans, effectum ratificans: & ideo ab ipſo ſponſo pulchriùs adornatur, dulciùs adamatur, fœliciùs coronatur. De his ſuprà decimo nono, *Gaudeamus, & exultemus, quoniam venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit ſe.*

1. Cor. 2.

Iſai. 18.

Apoc. 19.

VERSVS. 24.

Virgo ſanctiſſima claritas illuminans.

Et ambulabunt gentes in lumine eius. Suprà oſtendit nobilitatem ſupernæ ciuitatis, hîc oſtendit nobilitatem habitantium, & primò maiorum, ſecundò minorum, ibi, *& reges terræ afferent gloriam ſuam.* Dicit ergo, *Et ambulabunt gentes in lumine eius.* Ita dixi, *quod claritas Dei*

illuminabit, ciuitatem ſupernam & quòd *lucerna eius eſt Agnus: & ambulabunt gentes*, id eſt, Sancti maiores plùs meliùs proficient in præſenti, quòd tamen poſtea collocabuntur in gloria Paradiſi. Hæ inquam, gẽtes *ambulabunt*, & hoc, *in lumine eius*, id eſt, in ipſius Agni fide: fides eſt ad modum lucis, illuminat, inflammat, lætificat, confortat, eleuat, nec corrumpitur in ſe, nec ſcinditur, nec maculatur.

Fidei encomia.

Ambulabunt igitur *gentes*, in præſenti, id eſt, minores Sancti, *in lumine eius*, ſcilicet fidei. Vnde hîc oſtenditur in lumine iſtorum Sanctorum virtuoſa operatio, ibi, *Ambulabunt gentes*; directio radioſa, ibi, *in lumine eius*, ſupple agnitione Dei ſcilicet in futuro, tunc enim videbitur ſicuti eſt. *Nunc enim videmus per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*, primæ ad Cor. duodecimo. Et non ſolùm iſti minores in lumine eius ambulabunt, verùm *& reges terræ*, vt Prælati boni, ſe alios regentes, & alij Principes boni, bene terram ſuam, id eſt, cõſcientiam propriam, & alios gubernantes, *afferent gloriam*, id eſt præſentabunt Deo gloriam ſuam, quando ſuper alios vtiliter regnauerunt, pro quibus gloriabuntur, & ſempiternâ gloria perfruentur. Afferent etiam, *& honorem in illam*, id eſt, ſuorum ſubditorum laudem, propter quod à Deo etiam in throno gloriæ honorabuntur.

1. Cor. 12.

Iuſtus Rex dicitur.

Deo omnia bona tribuenda.

Vel *gentes* ſunt boni adhuc exiſtentes in hoc mundo mortali, hi ambulabunt & ambulant in lumine eius, ſcilicet fidei: ſed Reges ſunt ſancti, facti iam ciues cœlici, qui dicuntur Reges, propter hoſtium victoriam, & proper iam adeptam coronam. *Hi afferent gloriam*, id eſt, bonam conſcientiam, ſecundæ ad Cor. decimo, *Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ: & honorem*, propter euaſam miſeriam, *in illam*, ſcilicet æternam gloriam, vel *Reges terræ*, id eſt, ſubditos ſuos, quos prædicando conuertunt ad pœnitentiam, & fidem, pro quibus gloriabuntur, primæ ad Theſſal. ſecundo, *Quæ eſt ſpes noſtra aut gaudium, aut corona gloriæ, nonne vos, ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum?* Magna enim gloria erit Prælatorum, quando poterunt bonam rationem reddere de omnibus ſubditorum ſuorum factis: ſed quoniam non ſufficit præeſſe alijs, niſi ipſi malis abſtineant, ideo addit quod *afferent honorem*, id eſt, conſcientiæ puritatem, non enim eſſet gloria Regibus, ſi ſubditi boni eſſent, ipſi verò mali. Imò maxima confuſio erit eis, ſcilicet Prælatis Eccleſiæ, quando ruſtici laïci, & eorum ſubditi erunt in gloria, & ipſi in gehenna, veſtiti cappæ tota ignita, Matth. vigeſimo primo. *Publicani, & peccatores præcedent vos in regno Dei*: propter quod dicit Bernardus ſuper Cantica, [In Prælatis conſidero gradum, & caſum vereor; faſtigium dignitatis intueor, faciem abyſſi iacentis deorſum; attendo celſitudinem honoris, formido periculum mortis, quia iudicium duriſſimum his, qui præſunt fiet.] Vnde ſcire debent Prælati, quòd ſi vnquam mala perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot perditionis exempla ad poſteros tranſmiſerunt.

1. Cor. 10.

1. ad Theſſ. 2.

Quænam gloria Prælatorum.

Quænam illorum confuſio.

Matth. 21.

Dolendus Prælatorum caſus.

VERSVS 25.

Sequitur, *Et portæ non claudentur per diem.* Hîc oſtenditur ſupernæ ci-

A cælo omnis abest timor.

uitatis ſecuritas, ex quo oſtenſa eſt A nobilitas. Ita dixi, quòd gentes ambulabunt in lumine ciuitatis ſuper-næ, & Reges afferent illi gloriam ſuam. Et *portæ eius non claudentur per diem*, id eſt, tanta erit ſecuritas, quòd nullus in curſus hominũ, nec ferarum timebitur. Solent enim portæ claudi propter timorem, ſed tamen non eſt ſecuritas ſumma. Et benè dico, quòd portæ ciuitatis ſupernæ non claudentur per diem, non dico per noctem, nox enim, B non erit illic, & ideo claudi non poſ-ſunt per noctem, nec etiam aperiri, nox ergo non erit illic, id eſt, obſcuritas aliqua, nec corporalis, nec ſpiritualis. Myſticè portæ ciuitatis ſuperne ſunt affectus & intellectus; quibus intratur ad amorem, & cognitionem boni, quæ portæ, ibi, non claudentur, quia tanta erit charitas, quòd nihil ibi erit, niſi amatum; claritas, quia nihil erit ibi, niſi cognitum, quare dicit Gre- C go. [Quid eſt quod non videt, qui videntem omnia videt?]

In cælo omnimoda ſecuritas.

VERSVS 26.

Afferent gloriam & honorem gentium in illam, hîc oſtenditur, quòd Sancti non ſolùm gaudent de ſalute propria, ſed etiam de ſalute aliorum. Ita dixi quòd Sancti & electi Dei afferent in patriam gloriam ſuam & honorem, ita quòd de ſalute propria gaudebunt, & non ſolùm D hoc, verùm etiam de ſalute aliorum, *& honorem in illam*, quaſi dicat non tantùm gaudebunt de ſeipſis, ſed etiam de ſocijs.

Non ſolum de ſalute propria, ſed & de aliorum gaudendum.

VERSVS 27.

Nec intrabit in illam aliquid coinquinatum, & faciens abominationem, & mendacium. Hîc excludit à ciuitate ſuperna congregationem malorum, ita dixi, quòd in ciuitate Paradiſi habitabunt gentes, & Reges benè ſe, & alios regentes, hoc eſt, Sancti, & electi Dei, ab omni crimine mundati, & non alij, quia *non intrabit in eam*, ſcilicet ciuitatem ſupernam, *aliquid coinquinatum*, id eſt, nullus faciés peccatum in ſeipſum, *& faciens abominationem*, id eſt, faciens peccatum contra Deum, & mendacium, id eſt, peccatum contra proximum, vel per *coinquinationem* intelligitur immunditia cordis, per *abominationem*, peccatum operis, per *mendacium*, peccatum oris.

Peccatorum diſtrimen.

Non igitur intrabit in ciuitatem ſupernam *aliquid coinquinatum*, id eſt, peccans peccato operis, *nec mendacium*, id eſt; peccans peccato oris, nisi ſit mundatus, & à crimine purgatus. Vel ſecundùm Gloſſam, *non intrabit aliquid coinquinatum*, id eſt, cum aliis inquinatum, per peccati conſenſum, *Et faciens abominationem*, id eſt, aliquid criminale, quod deteſtabile eſt apud Deum, *Et mendacium*, id eſt, loquens conſuetudinarie mendacium, vel dicens mendacium pernicioſum, quòd eſt malum in proximum. Et non ſolùm iſti non intrabunt, imò nec ſimiliter aliquis intrabit ſecundùm Gloſ. *niſi qui ſcripti ſunt*, ſcilicet ſtylo prædeſtinationis, *in libro vitæ*, id eſt, in libro præſcientiæ Dei, *& Agni*, id eſt, in fide & imitatione Agni, id eſt, Chriſti Agni in cruce pro nobis immolati.

Imitare Chriſtum, ſi vis particeps eſſe eius gloriæ.

SYNOPSIS CAPITIS VIGESIMI SECVNDI & vltimi.

COeleſtis ciuitatis fluuium, & ex vtraque parte fluuii diſpoſitas arbores vitæ deſcribit: gratias deinde pro tot reuelationibus ſupplicabundus agit, ſed prohibeturab Angelo, mortales omnes hortatur ad ſuperna ciuitatis deſiderium, vt & per fugam peccatorum & ſtudium virtutum illam ſubire conentur, graues pœnas comminatur falſarijs, qui prophetiæhuic audeant aliquid addere, vel decerpere: demique ad cœleſtem ciuitatem, ad Chriſtum, ad Deum ſuſpirans rogat quantocyus eò transferri.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM & vltimum.

1. ET oſtendit mihi fluuium aquæ vitæ, ſplendidum tamquam cryſtallum, procedentem de ſede Dei & Agni. 2. In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem Gentium. 3. Et omne maledictum non erit amplius: ſed ſedes Dei & Agni in illa erunt, & ſerui eius ſeruient illi. 4. Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum. 5. Et nox vltrà non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine ſolis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in ſæcula ſæculorum. 9. Et dixit mihi: Hæc verba fideliſſima ſunt, & vera. Et Dominus Deus ſpirituum prophetarum miſit Angelum ſuum, oſtendere ſeruis ſuis quæ oportet fieri citò. 7. Et ecce venio velociter. Beatus, qui cuſtodit verba prophetiæ libri huius. 8. Et ego Ioannes, qui audiui, & vidi hæc. Et poſtquam audiſſem, & vidiſſem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, quia mihi hæc oſtendebat: 9. & dixit mihi: Vide ne feceris: conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui ſeruant verba prophetiæ libri huius: Deum adora. 10. Et dicit mihi: Ne ſignaueris verba prophetiæ libri huius: tempus enim propé eſt. 11. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: & qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & ſanctus ſanctificetur adhuc. 12. Ecce venio citó, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua. 13. Ego ſum α, & ω, primus,

& nouissimus, principium, & finis. 14. Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni: vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem. 15. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. 16. Ego Iesus misi Angelum meum, testificari vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida, & matutina. 17. Et spiritus & sponsa dicunt: Veni. Et qui audit, dicat: Veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. 18. Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius: Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. 19. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto. 20. Dicit qui testimonium perhibet istorum; Etiam venio citò: Amen. Veni Domine Iesu. 21. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen.

VERSVS 1.

ET ostendit mihi fluuium aquæ vitæ, splendidum tanquam Chrystallum, procedentem de sede Dei, & Agni. In præcedenti capitulo egit dè nobilitate ciuitatis supernæ Ierusalem, & ciuium supernorum, hîc agit de affluentia præmiorum. Et primò agit de affluentiâ boni delectabilis; secundò de carentia boni tristabilis, ibi; *& omne maledictum*, Item primò tangit affluentiam boni delectabilis, quoad potum; secundò quoad cibum, ibi, *Et ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim.*

Dicit ergo, *Et ostendit mihi fluuium aquæ vitæ.* Ita dixi quòd Angelus ostendit mihi ciuitatem supernam, habentem claritatem, habentem murum magnum & altum, & habentem duodecim portas, & duodecim fundamenta prætiosissima, & multa talia ciuitatis supernæ nobilitatis expressiua: Et non solùm ostendit mihi istius ciuitatis nobilitatem, verùm & fructus, siue præmiorum largitatem, & delectabilitatem: quia, *& ostendit mihi*, scilicet Angelus in persona Christi; qui cætera ostendebat, scilicet distinctè apertè, & ordinatè, quid? *fluuium aquæ vitæ*, id est, æternitatem beatitudinis æternæ, in qua sine defectu viuitur, & nunquam aliquis moritur, nec defectum patitur. Psal. *Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate*: vnde in hoc abundantia benè per fluuiũ designatur, quia per gratiam fluminis baptismalis ad sempiternam gloriam peruenitur.

Æternitas flumine aquæ vitæ denotata.

Psal. 103.

Et nota quòd est *flumen* propter vitæ abundantiam; *aquæ vitæ* propter indeficientiam; *splendidam* propter munditiam; *tanquam crystallum*, propter transfluentiâ. Istud patet planiùs infrà. Est & quadruplex flumẽ æternæ gloriæ, internæ vitæ, Scripturæ sacræ, cõcupiscentiæ infectæ. Flumen gloriæ est plenum congregatione Sanctorum, Psalm. *Flumen*

Quadruplex flumen æternæ vitæ scriptura sacra æterna gloria concupiscentia infecta.

Psal.

Psal. 64. *Dei repletum est aquis*; placidum ob-
Psal. 86. lectatione, Psalm. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*; perpetuum quie-
Isai. vlt. tatione, Isai. vltimo, *Ego declinabo in vos quasi flumen pacis*. Flumen gratiæ est mundificans per confessionem, Psalm. *Super flumina Babylonis*,
Psal. 136. &c. lætificans per consolationem,
Psal 65. Psalm. *In flumine pertransibunt pede*, fructificans per operationem, Psal.
Psal. 64. *Visitasti terram & inebriasti eam*, & sequitur, *flumen Dei repletum est aquis*.
Flumen scripturæ sacræ est, cuius
Eccles. 14. ortus sapientia increata, Eccles. decimo quarto, *Ego sapientia effudi flumina*; cuius cursus sapientia inspira-
Eccles. 24. ta, Ecclesiastici vigesimo quarto, *Impletus est quasi flumen Dei sapientiæ*; cuius fructus sapientia speculata. In proposito, *Ostendit mihi flumen aquæ viuæ*. Flumen concupiscentiæ effunditur diabolica tentatione, suprà duodecimo, *Misit serpens ex ore*
Apoc. 12. *suo aquam, tanquam flumen*; recondi-
Isai. 43. tur diuina protectione, Isai. quadragesimo tertio, *Cùm transieris per aquas, & flumina, tecum ero*. Euaditur
Cant. 8. perfecta dilectione, Canticorum octauo, *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, neque flumina obruent illam*.

Hic ergo Angelus, qui mecum loquebatur, *ostendit mihi fluuium aquæ viuæ*, id est, æternam gloriam, quæ dicitur *flumen*, propter abundantiam; *aquæ viuæ*, propter indeficientiam; *splendidum* propter mundi-
Gloria comparatur flumini, & qua de causa. tiem, *tanquam crystallum*, propter transparentiam corporum glorificatorum. Nota quòd crystallus est fulgida claritate, frigida qualitate, solida firmitate, & ideo gloria æterna dicitur crystallus, quia cla-
Cur gloria crystallo assimulatur. rificat intellectiuam, qualificat appetitiuam, fortificat temperatiuam. *Ostendit* ergo *mihi Angelus fluuium A aquæ viuæ, tanquam crystallum, procedentem de sede Dei, & Agni*, id est, de benigna & excelsa maiestate Dei, & Christi. Nam gloria æterna consistit in deitate & humanitate. Et istud flumen, vel iste fluuius

VERSVS 2.

Est in medio plateæ eius, id est, gloria æterna est in medio plateæ eius, id est, generaliter in omnes sanctos: omnes enim habent præmium es-
Supernæ ciuitatis septem conditiones recensentur. sentiale: medium enim sapit naturam extremorum. In ista clausula ponuntur septem conditiones supernæ ciuitatis. Primò ostenditur ciuitatis fœlicitas, ibi, *ostendit mihi flumen*: fœlicitatis perennitas, ibi; *Aquæ viuæ*; perennitatis claritas ibi, *splendidum*; claritatis stabilitas, ibi, *Crystallum*; stabilitatis tranquillitas, ibi, *procedentem de sede Dei*; tranquillitatis securitas, ibi, *in medio*; securitatis qualitas, ibi, *plateæ eius*. Et isti sunt septem riui, de quibus, Isai. vndecimo. *Leuauit manum* Isai. 11.
suam super flumen in fortitudine sua, & percussit eum in septem riuis, ita vt transeant per eum discalceati.

Et ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim per menses suos, reddens fructum suum. Hîc agitur de affluetia boni delectabilis quoad cibum: Et tangitur hæc abundantia in duobus, in numero, *& fructus duodecim*: in fructuum multiplicatione, ibi, *per singulos menses*.

Dicit ergo, *Ex vtraque parte fluminis*, &c. Ita dixi quòd flumen est gloria Paradisi, *& ex vtraque parte fluminis*, Glossa. Duæ sunt partes supernæ ciuitatis sanctorum, præsens vita, & futura, prima est circa flumen, secunda vltra. Vnde vita præsens est ex parte vna, & futura ex parte altera. *Ex vtraque parte lignum*
Christus lignum vitæ in medio Paradisi.

vitæ

Quomodo Christus lignum vitæ Ecclesiæ militantis.

vitæ, id est, Christus: vnde & ipse est lignum vitæ Ecclesiæ militantis, vel vitæ præsentis, per proprii corporis & sanguinis oblationem, & est lignum ecclesiæ triumphantis, vel vitæ futuræ, per cibi æternalis communicationem. Vnde Christus est lignum diuinæ fœlicitatis, cuius radix plantatur in plenitudine sanctitatis; cuius stipes erigitur in rectitudine æquitatis; cuius frondes dilatantur in latitudine charitatis; cuius folia virent in pulchritudine B veritatis; cuius flores fragrant dulcedine suauitatis; cuius fructus pascunt, & reficiunt pulchritudine fœlicitatis. Istud lignum est plantatum secus decursus aquarum multarum, scilicet gratiæ.

Christus est lignum vitæ, quod dat vitam naturæ, gratiæ, & gloriæ. Est enim vita reficiens affectū, perficiens intellectum, sufficiens ad complementum: sed istud lignum C est ex vtraque parte fluminis. Vnde Ezech. 47 duæ ripæ huius fluminis, Ecclesia militans, & triūphans, Ezech. quadragesimo septimo, *In ripis ex omni parte lignum pomiferum*, id est, quod est citra fluuium, id est, in Ecclesia militante, conferendo gratiam, & vltrà, scilicet in patria, conferendo gloriā: vnde & in vtraque ripa, scilicet in Ecclesia militante, & triumphante, est istud lignum, scilicet Christus.

Afferens fructus duodecim, quos au- D tem fructus affert istud lignum in Ecclesia militāte, enunciat Apostolus ad Galatas quinto, *Charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas*, Fructus autem quos affert lignum vitæ in alia ripa, scilicet Ecclesia triūphante, sunt similiter duodecim; sanitas in- Psal. 102. infirmabilis, Psal. *Sanat omnes infirmitates tuas*: vbertas indefectibilis, Psal. *Qui implet in bonis desiderium tuum*; sa- Psal. 102. *Quæ sint etiam producat in Ecclesia triumphante.* tietas infastidibilis, Ecclesiast. vigesimo quarto, *Qui edunt me, adhuc esurient*; veritas indubitabilis, primæ ad Cor. decimo tertio, *Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum*; Iucunditas incō- Eccles. 24. 1. Cor. 13. tristabilis, Isai, tertio, *Gaudium & exultationem obtinebunt*; securitas in- Isai. 3. formidabilis, Prou. primo, *Qui me audierit absque terrore erit*; Tranquil- Prou 1. litas imperturbabilis, Psal. *In pace in* Psal. 4. *idipsum, dormiam & requiescam*; libertas insubiugabilis, suprà 21. *Ciuitas illa non eget Sole*; formositas indeformabilis suprà 21. *Plateæ ciuitatis aurum mundum*; laus interminabilis, Tob. 13. *Per omnes vicos eius Alleluia* Tob. 13. *cantatur*; æternitas interminabilis, vnde in Symbolo, *Qui verò bona egerunt, ibunt in vitam æternam.*

Vel duodecim fructus ligni vitæ in Ecclesia triumphante, sunt duodecim dotes, quæ erunt in patria, quatuor à parte corporis, scilicet claritas, agilitas, subtilitas, impassibilitas; quatuor ex parte animæ, scilicet, visio clara, dilectio chara, delectatio plena, tentio firma; quatuor ex parte totius coniuncti, scilicet gaudium de bonitate Dei, de humanitate Christi, de societate Paradisi, de reparatione vniuersi.

Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, & hoc *per singulos menses reddens fructum suum*, id est, per singulas ætates, reficit sibi seruientes illis fructibus: vnde singulis nationibus & hominibus perfectè seruientibus, dat hos duodecim fructus prædictos. Vel *per singulos menses*, id est, per singulos defectus, quos Sancti & electi Dei sustinuerunt in hoc mundo pro Christo. Vnde qui sustinent pro Christo magnum malum, habe-

Quinam fructus producit lignū vitæ nempe Christus in Ecclesia militante.

Ad Galat 5.

Quibus Deus exhibebit hos fructus.

buntmagnum fructum ; nam *reddet* ; *Deus mercedem laborum suorum*, Sap. 4. & ibid. *Bonorum laborum gloriosus est fructus.*

Sap. 4.

Ergo istud lignum Christus est, afferens fructus duodecim ; *& reddens per menses singulos fructum suum*: & non solùm hoc, verùm *& folia ligni ad sanitatem gentium* : ecce medicina, *& folia ligni*, id est, verba & doctrina medici summi, sunt *ad sanitatem gẽtium* : quæ, inquam sanitas inchoatur in præsenti per Christi doctrinam, & per verba salutifera, sed perficietur in patria per præmia, & dona nobilissima. Vel folia ligni vitæ sunt præcepta & Sacramenta Ecclesiæ, quæ sunt ad sanitatem gentium pertinentia, quia sine his non est salus, neque vita.

Quænam sunt folia huius ligni.

VERSVS 3.

Et omne maledictum non erit amplius: Hîc ponitur carentia mali tristabilis, ex quo est ostensa affluẽtia boni delectabilis: & primò ponitur carẽtia mali tristabilis; secũdò exhilaratio summa exultationis, vel affluentia boni gaudibilis, ibi, *& sedes Dei & Agni in illa erunt.* Dicit ergo, *Et omne maledictum non erit amplius*, id est, nullũ verbũ malũ, per quod homo malè loquitur Deo. Vel maledictũ, id est, subtractio gratiæ, ratione cuius subtractionis est homo maledictus à Deo, *non erit amplius*, quia tũc quilibet erit in gratia confirmatus. Vel maledictum, id est, peccatum, quod est causa maledictionis, non erit ampliùs, Matth. duodecimo, *Ite maledicti in ignem æternum.*

Omnis mali carentia in paradiso.

Et sedes Dei, & Agni in illa erunt. Hîc ostenditur affluentia boni gaudibilis, istud autem gaudiũ primò declarat refectorum amor mutuus, ibi, *& sedes Dei & Agni erunt in illa*; secũdò reficiẽtis aspectus iucũdus, ibi, *& videbunt faciem eius*; tertiò dignitas & famositas conuiuarum, ibi. *Et nomen eius in frontibus eorum*; quartò reuelatio, & manifestatio secretorũ, ibi, *& nox non erit vltrà*; quintò continuatio & perpetuitas societatis ipsorũ Sanctorũ, ibi, *& regnabit in sęcula sęculorum.* Dicit ergo, *Et sedes Dei & Agni in illa erunt.* Ita dixi, quòd in ciuitate superna erit lignũ vitæ afferens fructus duodecim, & non solũ hoc, verũ *& sedes Dei & Agni in illa erunt.* In illa, scilicet ciuitate superna erunt, qui? scilicet Sancti, & electi Dei, quid? supple, erunt *sedes* Dei, id est, totius Trinitatis; *& Agni*, id est, Christi hominis. Quasi dicat, quòd tota Trinitas & Christus homo requiescent in Sanctis, & Dei electis per gratiam & amorem, quia illi Deum amore indissolubili diligent, & ipse in eis requiescẽt. *Et serui eius*, scilicet sua præcepta nunc fideliter adimplentes, *seruient ei*, scilicet laudes in iubilo decantantes, se illi totaliter subiiciẽdo, & omnia sua bona ei attribuẽdo, nec ab eius seruitio, propter carnis desideria, vel hostis consilia, vel mundi nequitiam, retrahendo. Et similiter Dominus seruiet eis fercula pretiosissima ministrando, Luc. duodecimo, *Beati serui illi, quos cùm venerit Dominus*, & sequitur, *& præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Ergo serui Christi seruient illi, & non solùm hoc, verùm

sedes & requies Trinitatis sanctissima sanctis.

Luc. 12.

VERSVS 4.

Et videbunt faciem eius. Videbunt inquam, non per speculum ęnigmaticum, sed per aspectum clarum, & immediatum, quod est esse beatũ, Ioan. decimo octauo. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Videbunt ergo facie ad faciem, in

Ioan. 18.

Pacis diuinæ encomia.

qua facie est decor illectiuus desiderabilis, & ideo Sancti eam videntes decore illiciuntur, Cant. secundò, *Vox tua dulcis, & facies decora*; amor amplexiuus amabilis. Et ideo Sancti eum videntes amore viuunt, Hester duodecimo, *Valde enim est amabilis Dominus*; Sapor excessiuus saporabilis; & ideo eam videntes sapore capiuntur, Genes. *Vidi Dominum facie ad faciem.*

Cant.2.

Ester. 12.

Genes.

Videbunt ergo faciem eius, in quo notatur reficientis aspectus iucundus, & non solùm hoc, verùm, *& nomen eius in frontibus eorum. Et nomen eius*, scilicet Dei, & Agni, *erit scriptum in frontibus eorum*, id est, in manifesto, vel coram omnium oculis. Vnde sicut in aperto confessi sunt Christum esse filium Dei, sic & ipsi in cœlo vocabuntur filij Dei, Osee primo dicitur, *filii Dei viuentis.* Ergo erit, *nomen eius scriptum in frontibus eorum*, in quo notatur dignitas & famositas conuiuarum, & non solùm hoc, verùm

Osee.1.

VERSVS. 5.

Quomodo nox non erit in beatis.

Et nox vltrà non erit, id est, aëris obscuritas, vel mentis cæcitas, vel charitatis frigiditas, vel horror, vel terror, vel aliqua ignorantia, quia tunc apertè videbuntur in luce. *Et non egebunt lumine lucernæ*, id est, doctrina veteris legis, quæ lux latet sub specie figurarum, *neque lumine solis*, id est, doctrinâ nouæ legis, quæ dicitur lumen Solis, propter plenam manifestationem veritatis: & statim reddit causam, quare non egebunt lumine, & eruditione istorum: *Quoniam Dominus Deus illuminabit illos*, se eis, qui est vera lux, ostendendo, in quo cognoscét, & videbunt clarissimè omnia sine scrupulo dubitationis, Isai. quadragesimo nono, *Non est amplius lux ad lucendum per diem, nec splendor lucernæ illuminabit, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* Dominus ergo illuminabit illos, in quo notatur reuelatio secretorum, & non solùm hoc, verùm *& regnabunt in sæcula sæculorum. Regnabunt*, scilicet cum Christo in cœlo, in *sæcula sæculorum*, id est, æternaliter, sine fine, in quo notatur perpetuitas societatis Sanctorũ. Recolligite ergo omnia verba ab illo loco, *sedes Dei & Agni in illa erunt*, vsque huc, vbi ponũtur sex status, vel actus, quos Sancti habebunt in patria; amplexus indiuisionis, ibi *sedes Dei & Agni in illa erunt*; aspectus contemplationis, ibi, *serui eius seruiẽt ei*: titulus consignationis, ibi, *nomen eius scriptum in frontibus eorum*; radius consolationis, ibi, *& nox vltrà non erit*, gradus exultationis, ibi, *Regnabunt in sæcula sæculorum.*

Isai. 49.

Sex actus beatorum denotantur

VERSVS 6.

Et dixit mihi: hæc verba fidelissima, & vera sũt. Diuidebatur liber iste in tres partes, in exordiũ, narrationẽ, & cõclusionẽ: terminatis duabus primis, & reuelationibus enarratis, sequitur pars tertia, vbi post reuelationum narrationem, ponit dictorũ cõclusionem: in qua facit tria, primò ponit prædictorum confirmationem; secũdò inuitat ad cognitionem, ibi, *& sponsus & sponsa dicunt veni*; tertiò ponit contemnentium excommunicationem, ibi, *Contestor ego omni audienti.* Item enarrata primò confirmat authoritate Angeli deferentis, & reuelantis; secundò authoritate Ioannis susci pientis, ibi, *Ego Ioãnes vidi, & audiui.* Item confirmando dicta Angeli reuelantis, primò ostẽdit solidam veritatem; 2. impletionem propinquitatis, ibi, *Ecce venio velociter*; 3. credentium vtilitatem, ibi, *Beatus, qui custodit verba.* Vnde sicut

Quid in conclusione huius operis efficit Ioannes.

Doctrina Euangelica cur lumen solis.

cut in principio libri commendauit visiones, sic in fine commendauit ipsas, & primò inuitat ad librum legendum; secundò ponit excommunicationem subtrahentium, vel addentium ibi, *Ego contestor*, tertiò promittit recipientibus, gratiam, & præmium, ibi, *Gratia Domini nostri sit cum omnibus vobis.*

Dicit ergo, *& dixit mihi, hæc verba*, &c. Ita dixi suprà, quòd prædictas visiones ostendit mihi Angelus magni consilij, vel Angelus creatus in persona Christi, & dixit mihi Angelus, qui prædicta mihi reuelauit, *hæc verba*, scilicet, quæ tibi ostendi, *fidelissima sunt*, id est, fide digna, vel firmiter credenda, & absque omni ambiguitate adimplenda, Matth. quinto, *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiãt, Et vera:* scilicet in se, quia veritatẽ continẽt, & vera in promissis, quia quod promittunt implent: vnde hæc Prophetia habet excellentiam singularem, ideo dicit, *hæc verba*, efficaciam actualem, ideo addit, *fidelissima sunt*; conuenientiam realem, ideo concludit, *& vera.*

Verba Christi infallibiliter adimplenda.

Matth. 5.

Et Dominus Deus spirituum Prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis suis, quæ oportet fieri citò. Hîc confirmat hãc Prophetiam auctoritate Dei mittentis, & Angeli reuelantis. Ita dixi quod *verba prophetiæ huius fidelissima sunt, & vera, & Dominus Deus spirituum prophetarum*, id est, in sua potestate habens dona Spiritus sancti, perquæ locuti sunt Prophetæ, secundæ Petri primo, *Non enim voluntate humana allata est prophetia; sed Spiritu sancto inspirati sancti Dei homines.*

Ex Dei prophetia.

2. Petr. 1.

Quibus diuina mysteria reuelantur.

Hic ergo Dominus, qui est distributor, rector, inspirator, gubernator, ponderator, *Misit Angelum ad me suum* in insula Patmos, *ostendere*, id est ad ostendendum *seruis suis* humilibus & fidelibus, purè & integrè eum diligentibus, non superbis Deo resistentibus, Matth. decimo quinto, *Confiteor tibi Domine pater cæli & terræ, quia abscondisti ea à sapientibus, & reuelasti ea parvulis.* Misit, inquam, istum Angelum, ad ostendendum *quæ oportet fieri citò. Oportet fieri*, dicit propter Dei ordinationem, *citò*, dicit ne sui inuenianter imparati, propter subitationem, sed quæ fiet posset quis dubitare, per quem dicta, ideo addit, *Ecce venio velociter.* Benè dico quòd citò venient quæ dicta sunt, quia *ecce venio velociter*, loquitur in persona Christi, qui veniet propter redditionem præmiorum, quoad bonos, velociter propter illationem supplicium, quoad malos. Vnde ipse veniet ad distribuendum, adiudicandum, ad remunerandum, ad condemnandum.

Matth. 15.

Beatus qui custodit verba prophetiæ, libri huius. Hic ostendit vtilitatem legentium, & custodientium, quia *beatus qui custodit*, scilicet corde credendo, ore confitendo, ore prædicando, opere complendo, Luc. vndecimo, *Beati qui custodiunt verbum Dei, & custodiunt illud*, simile suprà primo cap. *Beatus qui legit, & audit verba propheriæ huius*, & verè beatus, propter vitam gratiæ, propter fugam ignorantiæ, propter palmam gloriæ.

Quomodo beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius.

Luc. 11.

VERSVS 7.

Sequitur, *Et ego Ioannes, qui audiui, & vidi hæc.* Hîc postquam commendauit suam Prophetiam, Dei authoritate mittentis, & Angeli denuntiantis, commẽdat eam authoritate sui ipsius dicẽs, istam prophetiã se habuisse per Dei reuelationẽ;

Ioannes humillimus.

2.ostendit humilé sui recognitioné, ibi, *Et postquam audissem, & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli*; tertiò ostédit quòd habuit istam Prophetiam, ad publicationem, ibi, *Ne signaueris verba Prophetiæ huius.*

Dicit ergo, *Ego Ioannes, qui audiui, & vidi*: ita dixi, quòd visiones prædictæ sunt veræ, & memoria dignæ, quia ego Ioannes præ cæteris Christo charus, & amicus, cui debetis credere, quia nihil falsum vobis soleo dicere; ego, inquam, talis, *audiui & vidi* hoc, & ideo debetis dictis fidem dare, & firmiter credere. Vel ego Ioannes, scilicet plenus gratia, *Ioannes* enim interpretatur, *in quo est gratia*, & benè, quoniam habuit gratiam acceptationis, quâ fuit gratiosus Deo suo, & hæc gratia dicitur familiaritas: perfectionis, quâ fuit gratiosus in seipso, & hæc dicitur gratia sanctitatis: conuersationis, qua fuit gratiosus toti mundo, & hæc gratia dicitur authoritatis, ad Cor. decimo sexto, *Gratia Dei sum id quod sum*: vnde ipse inuenit gratiam coram Deo summo Rege, & ipsum nouit ex nomine.

Quintuplex gratia in Ioanne.

ad Cor.15.

Ego ergo Ioannes sic gratiosus, Deo sic acceptus, sic amicus, sum qui audiui, & vidi hæc. Audiui, id est, non à me habui, sed à Deo, vel Angelo reuelante percepi, *& vidi*, id est figuras obseruans suprà positas clarè intellexi; & ideo quia talis, & tantus sum; debetis credere mihi. Nam falsa vobis nunquam prædicaui, vel dixi. Et bene, quia hæc dicta non à me habui, sed ab Angelo à Deo misso audiui.

Et postquam audiuissem, & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli qui mihi hæc ostendebat. Ecce Ioan[illegible] miliatio. *Et postquàm audisse[illegible] dissem*, supple [illegible] pra[illegible]

Quamodo Ioannes voluit adorare Angelum.

A Angelum in reuelatione, *cecidi*, id est, me humiliaui. *Cecidi*, inquam, *vt adorarem ante pedes Angeli*, supple creati, non quidem adoratione Latriæ, sed Duliæ. Et reddit rationem, quare ipsum adorabat, & se illi humiliabat, quia ille Angelus erat, *qui mihi hæc ostendebat*, pro quo se certè humiliabat. In quo innuitur quòd illis à quibus recipimus beneficium, debemus reuerentiam exhibere, & eis nos humiliare, & maximè si est beneficium spirituale. *Cecidi* ergo *ad pedes huius Angeli*, mihi prædicta ostendentis, & cùm ipsum vellem adorare, dixit mihi, quid?

Honore prosequamur qui nobis beneficia impendunt.

B

VERSVS 8.

Vide ne feceris, id est, ne me adoraueris. Sicut Cornelio Petrus, Actuũ decimo: factum est, cùm introisset Petrus obuius venit ad eum Cornelius, & procidens ante pedes eius, adorauit, quem Petrus leuauit dicens, *ego sum sicut & tu.* Et ideo soli Deo debetur adoratio, non Angelo, vel alicui creato.

Act. 10.

C

Vide ergo, id est, dignitatem hanc respice, *ne feceris*, id est, ne me adoraueris, & quare, *quia conseruus tuus sum*, scilicet eidem Domino seruiens, *sicut tu*, & non solum, *conseruus tuus* dicit Angelus, verùm *& fratrum tuorum Prophetarum*, id est, prædicatorum verorum vel Apostolorum, futura præuidentium, *& eorum qui seruant verba Prophetiæ huius*, & aliorum librorum Dei adimplent, quod faciunt omnes Sancti. Et nota quòd quamuis adoratio Duliæ debeatur non solùm Angelis, verùm & Doctoribus & Prælatis, prob[illegible] men Angelus Ioannem, ne [illegible] oratione Duliæ adora- re[illegible]er dignitatem humanæ [illegible]iam affec[illegible]x diui-

Cur Angelus prohibet adorationem sibi dari ab Angelo.

D

næ naturæ vnione. Vnde Gloſſa, A non prohibuit ſe Angelus ab homine adorari, ex quo docemur honores fugere, & ſeruos vt compares reputare, omnes enim æquales genuit natura, & ideo ſoli, Deo honor & gloria. Vnde & ſi reuerentia perſonæ debetur, tamen per reſpectum ad Deum. Et ideo addit Angelus, *Deum adora*, non me conſeruum tuum; ſed Deum Dominum meum, & tuum, & vniuerſaliter omnium, Matth. decimo. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* B

Honor fugiendus.

Matth 10.

VERSVS 10.

Sequitur, *Et dixit mihi, ne ſignaueris verba Prophetiæ libri huius.* Hîc datur mandatum Ioanni de huius prophetiæ publicatione, & ita quidam proficiunt, quidam deficiunt. Ioanni primò illud mandatum oſtendit; ſecundò diuerſitatem auditorum innuit, ibi, *Qui nocet, noceat adhuc.* C

Dicit ergo, *Et dixit mihi, ne ſignaueris verba Prophetiæ libri huius.* Ita dixi ſuprà quod beatus eſt, qui cuſtodit verba Prophetiæ huius, & ideo dixit mihi, ſcilicet Angelus, in perſona Chriſti, quid? *Ne ſignaueris*, id eſt, penitus occultaueris; quod enim eſt ſignatum, eſt totaliter occultatum.

Ne ergo *ſignaueris verba Prophetiæ huius*, cùm ſint vtilia, & ideo non debes occultare, ſed potiùs manifeſtare, & ſtatim reddit cauſam, quare non debent huius Prophetiæ verba occultare, *quia tempus prope eſt*, in quo ſcilicet euenient in hoc libro Prophetata, & dicta, ſcilicet bonis bona, & malis mala. Et ideo vt boni reddantur prouidentiâ cauti, & inexcuſabiles mali, dicit, *ne ſignaueris.* D

Cur verba libri huius non ſignanda.

VERSVS 11.

Sequitur, *Qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Hîc oſtendit auditorum diuerſitatem. Et primò diuerſitatem reſpectu meritorum; ſecundò reſpectu præmiorum, ibi, *Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt.*

Dicit ergo, *Qui nocet*, ita dixi, quòd non debes tu, Ioannes, dicta in hoc libro, vel tibi reuelata occultare, ſed manifeſtare. Ita ſupple, quòd *qui nocet*, ſcilicet bonis maculam inferendo, & ipſos perſequendo, *noceat adhuc*, id eſt, amplius ſæuiendo. *Adhuc* ſcilicet cùm tempus eſt peregrinationis, vt ex tali perſecutione, Sancti & Dei electi clariores reddantur, & mali amplius puniantur. Vel *qui nocet*, ſcilicet bonis mala inferendo, ſicut dixi, *noceat adhuc*, ſcilicet poſt huius libri manifeſtationem, & apertionem. Nam manifeſtatio huius libri, & aliorum dictorum Chriſti fuit cauſa bonos perſequendi, nec adhuc ceſſant mali bonos perſequendi.

Quomodo intelligendum, quod qui nocet noceat adhuc.

Qui ergo *nocet, noceat adhuc*, ſcilicet poſt apertionem, quaſi diceret, quam multi ſunt, qui non ceſſabunt bonos perſequi, magis erunt mali. *Et qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* *Et qui in ſordibus eſt*, ſcilicet peccata multiplicando, *ſordeſcat adhuc*, ſcilicet peccatum continuando in pœnam. Nam iuſto Dei iudicio, qui non vult deſiſtere à peccato, cadet de peccato in peccatum. Ad Roma primo. *Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitiam, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.* Rom. 1.

Qui non pœnitet de peccato in aliud labitur.

Qui ergo *in ſordibus eſt, ſordeſcat*

adhuc. Et nota quòd non dicit Angelus optando, sed probando, quasi dicat: Et si mali non dimittant bonos persequi, propter apertionem & prædicationem huius libri, si fortè magis persequantur, nec peccatores resiliant à sordibus peccatorum, sed fortè magis sordescant, nihilominus debet veritas prædicari, vt ex hoc sint inexcusabiles mali, & saltem proficiant boni & iusti, & ideo additur, *Et iustus iustificetur adhuc.* Benè dixi quòd verba huius libri debent manifestari, & prædicari, vt per *hoc qui iustus est*, benè operando, *iustificetur adhuc*, de bono in melius proficiendo. *Et qui sanctus est*, in se peccata vitando, *sanctificetur adhuc*, amplius detestando. Vnde secundùm Glossam, iustus respectu alterius, Sanctus respectu sui ipsius.

De virtute in virtutem pregrediendum.

VERSVS. 12

Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundùm opera sua. Hîc postquam ostendit auditorum diuersitatem respectu meritorum, ponit diuersitatem respectu præmiorum. Et primò in generali; secundò in speciali, ibi, *Beati qui lauant stolas suas*, & hoc in duas partes; primò ostendit præmium bonorum; secundò pœnam malorum, ibi, *foris canes & venefici.*

Dicit ergo, *ecce venio citò.* Ita dixi quòd hic liber est aperiendus, & manifestandus, quia tempus breue est ad retribuendum bonis bona, & malis mala, sicut dicitur in libro isto. Et benè dico, quòd tempus breue est, *quia ecce venio citò*, scilicet ad iudicium, Abacuc secundo, *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniet, & non tardabit*, & ideo signanter loquitur in præsenti, quia citò erit dies generalis iudicij, & ideo debemus esse parati.

Abacu. 2.

Ad iudicium parati inueniamur.

Ecce ego venio citò, & merces mea, vnicuique secundum opera sua, id est, à me, singulariter cõferenda, *mecum est*, in potestate mea, nõ alia, *dare vnicuique*, scilicet sine personarum acceptione, *secundùm opera sua*, , id est, bonis bona, malis mala. *Ecce venio citò, & merces mea mecum est, dare vnicuique secundùm opera sua.* Hîc excitat Dominus Iesus Christus ad accelerãdum, vt terminatiuus nostræ peregrinationis, ibi, *ecce venio citò*; ad desiderandum, vt consummatiuus nostræ remunerationis, ibi, *Et merces mea mecum est*; ad deliberandum vt mensuratiuus nostre examinationis, ibi, *dare vnicuique secundùm opera sua.* Vnde iste aduentus est propinquissimus, occultissimus, subtilissimus, & ideo dicitur hîc, *Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundùm opera sua*, & quòd ipse possit facere ostendit dicens,

Qualis futurus secundus Christi aduentus.

VERSVS 13.

Ego sum Alpha & Omega, primus & nouissimus, principium & finis. Vnde *primus & nouissimus, principium & finis*, non est nisi expositio illius dicti. *Ego sum Alpha & Omega. Alpha*, id est, principium, *& Omega*, id est, finis, sicut expositum est. Vult ergo dicere, benè potero facere quę dico, quia ego sum primus omnium creaturarum, & nouissimus; id est, omnium creaturarũ, principium à quo procedunt omnia; finis, ad quem terminantur cuncta. Et ideo possum vnicuique tribuere secundùm opera sua, nam in potestate mea sunt vniuersa. Et benè dico, quòd *dabit vnicuique secundùm opera*

sua; vt bonis bona, & malis mala; Et ideo

VERSVS 14.

Pœnitentia efficaciam habēs à Passione Christi.

Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni, vt sit potestas eorum in ligno vitæ. Beati, supple iam in spe, & tandem finaliter in re, *qui lauant stolas suas*, id est, corpora, & animas suas, *in sanguine Agni*, id est, in lauacro pœnitentiæ, quod habet efficaciam à Passione Christi, vel in Baptismo, qui habet virtutem *in sanguine Agni*.

Beati igitur isti, & certè benè se debent lauare *in sanguine Agni, vt sit potestas eorum in ligno vitæ*, id est, vt potestatem habeant edendi de ligno vitæ; scilicet dulcedine vitæ æternæ. *Et per portas intrent ciuitatem*, & per portas, scilicet duodecim, id est, per doctrinam Apostolorum, & obseruantiam decem Præceptorum, cum gemina charitate Dei, & proximi, *intrent in ciuitatem*, scilicet Paradisi, vbi in sæcula sæculorum regnant beati. Vel per portas, id est, per Sacramenta, quorum Baptismus prima est porta; secunda pœnitentia, *intrent in ciuitatem*, scilicet cœlestem, *nisi* enim, vt ait Saluator, *quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest intrare in regnum cœlorum*, & ideo dicit, *Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni*. Sic ergo intrant ciuitatem cœlestem pœnitentes & fideles Dei.

Porta ciuitatis Paradisi sacramenta.

VERSVS. 15.

Qui post pœnitentiã ad peccata prolabitur similis est canibus.

Foris canes, & venefici, supple erunt, *impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium: foris* dico, id est, extra ciuitatem supernam, in procella ventorum, & turbinum, vel extra societatem Sanctorum erunt, supple *canes*, id est, illi qui post pœnitentiam & Baptismum sunt reuersi ad peccatum, & vanitatem. Canis enim ex sua gulositate, id quod eijcit per os, iterum comedit.

Canes ergo illi sunt, qui post pœnitentiam & Baptismum redeunt ad peccatum; & vanitatem. Et tales ponuntur extra ciuitatem Sanctorum, *Et venefici*, id est, illi, qui venenum procurant ad necandum opere occidendo, vel verbo mendaciter detrahendo, *& impudici*, id est, carne, vel mente. *Et homicidæ*, scilicet manu, corde, & ore, *& idolis seruientes*, litteraliter, vt pagani, spiritualiter, vt auari, quorum idola sunt denarij. *Et omnis qui amat, & facit mendacium*, vt sunt libenter audientes adulatores, detractores, ioculatores: *& qui facit mendacium*, & inuenientes & libenter recitantes. Omnes, inquam, isti foris erunt; extra ciuitatem Dei.

Quinam venefici.

In ista ergo clausula, *foris erunt canes*, &c. tanguntur peccata primò ex inordinatione ad seipsum, ibi, *foris erunt canes*, id est, immundi peccatores; secũdò ex inordinatione ad proximum, & hoc per animum occidendo, *& sic impudici*, vel sic homicidæ; tertiò ex inordinatione ad Deum, & hoc tripliciter, aut contra sobrietatem, & sic *venefici*; aut contra Dei majestatem, & hoc *idolis seruientes*; aut contra veritatem, & sic *qui amat mendacium*, scilicet audiendo, aut qui facit, scilicet componendo, aut inueniendo.

Idolum auari pecunia.

VERSVS 16.

Ego Iesus misi Angelum meum testificari hoc Ecclesiis. Hîc postquàm cõmendauit opus istud authoritate Angeli reuelantis, & Ioannis suscipientis, commendat authoritate Christi mittentis. Et primò ostendit

ipsam

ipsam confirmationem; secundò ponit Christi laudem & descriptionem, ibi, *Ego sum radix, & genus Dauid, stella.* Dicit ergo, *Ego Iesus misi Angelum meũ.* Ita dixi, quòd verba Prophetiæ huius fidelissima sunt, & vera, & quòd non debent esse occulta, sed manifesta, & toti mundo propalata. Et quare? quia *ego Iesus*, à quo est vobis salus; Actuum quarto, *Non est aliud nomen sub cœlo, in quo oportet nos saluos fieri.* Et ideo credendum est mihi. *Misi Angelum meum*, scilicet bonum meum secretum *testificari vobis*, id est, reuelare *hæc*, id est, dicta libri huius, *in Ecclesiis*, scilicet Asiæ, vel vniuerso mundo, & ideo credendum est dictis huius libri, quia propriè non sunt verba Ioannis, vel Angeli, sed Christi, qui non potuit, nec debuit mentiri.

A Iesu omnis nostra salus.

Act. 4. Cur dictis in hac Prophetia debemus credere.

Et vt firmiùs credatur verbum istud, ostendit statim, & addit nobilitatem Christi mittentis, dicens, *Ego sum genus, & radix Dauid.* Et benè dixi, quòd ego Iesus misi Angelum vobis dicta reuelare, & ideo libenter debetis talem nuntium recipere, & dicta ab eo & reuelata audire, saltem propter meam nobilitatem, qui talem nuntium misi, & ei dicta & ostensa vobis reuelare mandaui, quia *ego sum genus & radix Dauid, stella splendida, & matutina.* Ego *sum genus & radix Dauid*, id est, principium & sustentaculum Dauid regis, sicut radix, principium arboris. Et dicit hoc secũdum diuinitatem, sed ab eo descendens secundum humanitatẽ ad Rom. 1. *Qui factus est ex semine Dauid, secundùm carnem.* Et non solum hoc verùm, *& stella splendida*; id est, noctem sæculi illustrans passione sua, vita & Doctrina. Et non quælibet stella, *sed matutina*, quia noctis ignorantię terminatiua, & lucis diei veritatis, & scientiæ inchoatiua. Et nota quòd Christus dicitur *radix*, quantùm ad principium gratiæ; vel genus per conformitatem recreationis, *stella* per illustrationem glorificationis. Per hoc quòd dicitur *radix vitæ*, intellige Christum esse principium creationis, propter diuinitatem, per hoc quod dicitur *genus*, intellige Christum esse principium beatitudinis animarum, per hoc quòd dicitur *stella matutina*, intellige Christum esse principium glorificationis corporum, vel *radix* quantum ad naturam diuinitatis, vel *genus* quantùm ad naturam humanitatis, vel *stella* quantùm ad gloriam fœlicitatis. *Ego* igitur *sum radix & genus Dauid, stella splendida, & matutina.*

Rom. 1. Cur Christus non solum stella sed matutina.

VERSVS 17.

Et Sponsus & Sponsa dicunt veni, & qui audit dicat, veni, & qui sitit veniat. Hîc postquam ostendit prædictorum confirmationem, inuitat ad veram huius Prophetiæ cognitionem. Et primò ad legendum istum librum, authoritate totius Trinitatis, & Ecclesiæ militantis; secundò exhortatur alios ad prædictam inuitationem, ibi, *Et qui audit, dicat veni.* Ita dixi suprà, quòd verba huius Prophetiæ sunt fidelissima, & vera; & multum vtilia. Et ideo, quia talia sunt ista verba, *sponsus*, id est, tota Trinitas, *Pater, Filius, & Spiritus Sanctus*, qui dicuntur sponsus, propter authoritatem, & *sponsa*, id est, Ecclesia, quæ dicitur sponsa, propter fidelitatem & spiritualem fœcunditatem; similiter Christus dicitur propriè sponsus, propter naturæ conformitatem. Hic, inquam, sponsus proprius, scilicet Christus, præ cæteris amorosus, speciosus, gratiosus, *& sponsa*, id est, Ecclesia grata, fœcunda, humilis, & obsequiosa, *dicunt veni*, id est, inuitant nos ad notitiam huius libri, & non dicunt quibus dicitur *veni*, quia omnibus dicitur, *veni*, quia huius libri notitia est

Tota Trinitas sponsa anima nostra.

Ecclesia fidelis sponsa.

omnibus vtilis, & neceſſaria.

Dicunt ergo tota Trinitas, & Chriſtus principaliter, & Eccleſia, omnibus, *veni*, ſcilicet ad huius libri verba legendum, & audiendum, & opere complendum. Et non ſolùm ſponſus, id eſt, Chriſtus, & ſponſa, id eſt, Eccleſia, *dicunt veni*, ſed etiam qui audit, dicat *veni*, & qui audit, ad litteram, iſtum librum in ſcholis, dicat veni, ſcilicet alijs volentibus audire, vel qui audit, id eſt, intelligit; ſuprà ſecundo cap. *Qui habet aures audiendi audiat*, id B eſt, intelligat.

Qui doctus alijs cõmunicet quæ didicit.

Qui ergo *audit*, id eſt, intelligit, verba huius libri, *dicat aliis veni*, ſcilicet ad intelligendum; quaſi dicat, non abſcondat quod intelligit, ſed alios doceat, Sap. ſeptimo, *Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo.* Ex quo increpatur inuidia nolentium docere, cùm tamen ſciant loqui ſapienter, & pulchrè.

Sap. 7.

Quibus datur ſcientia Dei.

Ergo *qui audit, dicat veni, & qui ſitit* C *veniat.* Qui notitiam huius libri deſiderat, veniat ſcilicet & humiliter, & deuotè ſtudendo: non enim datur intelligentia reuelationum, niſi deſiderantibus per deuotam affectionem,

Daniel. 10

Daniel. decimo, *Ego veni vt indicem viſionem, quia vir deſideriorum es.* Qui ergo ſitit ſcire hanc Prophetiam veniat diligenter ſtudendo, *Et qui vult accipiat aquam vitæ gratis.* Hîc ex quo monuit ignorantes ad accelerandum, monet Doctores ad gratis communicandum & docendum. Ita dixi quòd debetis ad audiendum & intelligendum iſtũ librum accedere, & certè non eſt nimis difficile venire, nec notitiam eius habere, quia Deus paratus eſt conferre: *Nam & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis*: voluntas enim quaſi vas hauſtorium eſt, vt per illam introducatur in animam aqua ſapientiæ. Vnde ſola bona voluntas ſufficit, quia influentia huius ſcientiæ eſt à Deo, qui dat eam gratis, ſine meritis. Iſai vigeſimo ſecundo. *Omnes ſitientes venite ad aquas, &c.* Et in eodem, *Emite abſque argento vinum & lac.*

Iſai 22.

Deus paratus eſt deſiderantibus cognitionem myſteriorum communicare.

Qui ergo *vult, accipiat aquam vitę*, id eſt, affluentiam diuinæ ſapientiæ, quæ eſt cauſa vitæ æternæ; *gratis*, ſicut fecit Ioannes, qui cùm eſſet piſcator, ſine creato doctore, factus eſt doctor vitæ æternæ.

VERSVS 18.

Conteſtor enim omni audienti verba prophetiæ huius libri, ſi quis appoſuerit ad hunc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Hîc poſtquam præmiſit operis commendationem, & confirmationem, addit apponentium & ſubtrahentium excommunicationem. Quidam enim hæretici de Aſia, in qua ipſe Ioannes prędicator erat, ad fouendum errores ſuos, quædam de Prophetia huius libri ſubtrahebant. quædam addebant, & ſic ſuas hæreſes inſerebant, & ideo primò addentes & diminuentes ipſe excommunicat; ſecundò excommunicationem ipſam & pœnam per Chriſtum denunciat, & confirmat, ibi, *& auferet Deus partem eius*, &c. tertiò humilibus auditoribus gratiam implorat, ibi, *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Dicit ergo, *Conteſtor ego omni audienti*, &c. Ita dixi, quòd *ſponſus*, ſcilicet Chriſtus, *& ſponſa*, ſcilicet Eccleſia, approbat huius Prophetiæ verba, & quia talia ſunt iſtius libri verba, & per tantos approbata, *Ego conteſtor*, id eſt, cum alijs teſtor, vel cum atteſtatione iuramenti trado, omni audienti verba Prophetiæ libri huius, vt nihil addat ad errorem fouendum, vel minuat, ad abſtrahendum, quia non iſta Prophetia niſi ad bonum, &

Quomodo nihil addendum vel detrahendum huic libro.

vtile reuelata. Benè dico, quod conteſtor, vt nihil tale addatur, vel diminuatur, quia *ſi quis apposuerit ad hæc*, id eſt, aliquid contrarium, quod errorem inducat, volens opus deprauare, vel imperfectum demonſtrare, *Apponet ſuper ipſum Deus plagas*, id eſt, æternas pœnas ſcriptas in hoc libro, cap. duodecimo, & decimo ſexto.

VERSVS. 19.

Et *ſi quis diminuerit de verbis prophetiæ libri huius*, *conteſtor*, ſupple teſtimonio Chriſti, & Angeli, quod *auferet Deus partem eius de libro vitæ*, id eſt, de diuina viſione, in qua omnes ſicut in libro leguntur, & omnes clarè videntur, ſed quomodo poteſt deleri, qui eſt ibi ſcriptus? Reſponſio, quidam ſunt ſcripti in libro vitæ, ſecundùm præſentem iuſtitiam, quidam per prædeſtinationem æternã, & hi non poſſunt deleri.

Si quis ergo diminuerit de verbis prophetiæ huius, ſcienter ſubtrahendo, *auferet Deus partem eius de libro vitæ*, id eſt, de diuina viſione, *& de ciuitate ſancta*, id eſt, de ſocietate ſanctorum grata & munda: *& de his quæ ſcripta ſunt in libro iſto*, id eſt, de præmiorum affluentia, quæ ſunt in iſto libro ſcripta, cap. vigeſimo primo. Et ne quis ſententiam Ioannis putet contemnẽdam, vel non, niſi in Aſia, vbi erat ille Metropolitanus, eſſe detinendam, ideo excommunicationem & ſententiam ipſe authoritate Chriſti ſummi Epiſcopi confirmat, vnde ait

VERSVS 20.

Quo ſupplicio plectendi addẽtes vel detrahentes verbis libri huius.

Dicit qui teſtimonium perhibet iſtorum. *Dicit*, id eſt, dictum meum confirmat, *qui teſtimonium perhibet iſtorum*, id eſt, Chriſtus, cuius teſtimonia ſunt vera. Vel *dicit*, ſcilicet hoc idem eſt, quod dico, *qui teſtimonium perhibet iſtorum*, id eſt, Chriſtus excommunicat addentes, & diminuentes, *mecum*, qui eſt ſummus Epiſcopus omnium: & ideo mea excommunicatio & ſententia valet, quia non ſolùm talis ego excommunico, imò etiam Deus, qui eſt omniũ Epiſcopus ſummus. Et vt magis timeatur iſta excommunicatio, oſtendit iſtum Epiſcopum ſummum, ſcilicet Chriſtum, citò venturum ad iudicium, ad tales condemnandum, & à triumphante Eccleſia excludendum. Vnde dicit *venio citò Amen*, ſcilicet ad tales addentes & ſubtrahentes condemnandum; & ideo à talibus eſt cauendum.

Iam ergo, *Venio citò Amen*, id eſt certè vel ita erit ſicut dictum eſt: eſt enim *Amen*, confirmatio prædictorum, & quoniam ad aduentum iudicis, Sancti gaudebunt, ideo addit, *veni Domine Ieſu*, ſcilicet ad malos exterminandũ, & bonos remunerandum, & addentes, & ſubtrahentes condemnandum.

Quomodo ſancti lætantur de pœnis impiorum.

Vnde & Sancti non ſolùm gaudent de illorum gloria, verùm & de malorum pœna, non in quantùm afflictiua, ſed in quantùm culpæ ordinatiua, vel non ratione pœnæ, ſed ratione diuinæ iuſtitiæ.

Anima fidelis aduentum Domini ardenter poſtulat.

Veni ergo *Domine Ieſu*. In iſta clauſula Ioannes fatetur magnificentiam, & præſidentiam cùm dicit *Domine*, veneratur pietatem cùm addit *Ieſu*, precatur clementiam inclinantem. cùm ſubdit, *veni*. Vel poteſt eſſe verbum fidelis animæ poſtulantis Chriſti aduentum in mente, vbi primo inuocat potentiam defenſantis, ibi, *Domine*; exoptat clementiam conſolantis, ibi, *Ieſu*, poſtulat præſentiam viſitantis, ibi, *veni*. Vel poteſt eſſe verbum prophetiæ omnium Prophetarum Patrum pręcedentium, poſtulantũ Chriſti aduẽtum in carne. Vel primò inuitat brachium liberationis, ibi, *Domine*; ſecundò exoptat pretium ſatisfactionis, ibi, *Ieſu*; tertiò implorat

bunt magnum fructum ; nam *reddet* ; *Deus mercedem laborum suorum*, Sap. 4. & ibid. *Bonorum laborum gloriosus est fructus.*

Sap. 4.

Ergo istud lignum Christus est, afferens fructus duodecim ; *& reddens per menses singulos fructum suum*: & non solùm hoc, verùm *& folia ligni ad sanitatem gentium* : ecce medicina, *& folia ligni*, id est, verba & doctrina medici summi, sunt *ad sanitatem gẽtium* : quæ, inquam sanitas inchoatur in præsenti per Christi doctrinam, & per verba salutifera, sed perficietur in patria per præmia, & dona nobilissima. Vel folia ligni vitæ sunt præcepta & Sacramenta Ecclesiæ, quæ sunt ad sanitatem gentium pertinentia, quia sine his non est salus, neque vita.

Quænam sunt folia huius ligni.

VERSVS 3.

Et omne maledictum non erit amplius: Hîc ponitur carentia mali tristabilis, ex quo est ostensa affluẽtia boni delectabilis: & primò ponitur carẽtia mali tristabilis; secũdò exhilaratio summa exultationis, vel affluentia boni gaudibilis, ibi, *& sedes Dei & Agni in illa erunt.* Dicit ergo, *Et omne maledictum non erit amplius*, id est, nullũ verbũ malũ, per quod homo malè loquitur Deo. Vel maledictũ, id est, subtractio gratiæ, ratione cuius subtractionis est homo maledictus à Deo, *non erit amplius*, quia tũc quilibet erit in gratia confirmatus. Vel maledictum, id est, peccatum, quod est causa maledictionis, non erit ampliùs, Matth. duodecimo, *Ite maledicti in ignem æternum.*

Omnis mali carentia in paradiso.

Et sedes Dei, & Agni in illa erunt. Hîc ostenditur affluentia boni gaudibilis, istud autem gaudiũ primò declarat refectorum amor mutuus, ibi, *& sedes Dei & Agni erunt in illa*; secũdò reficiẽtis aspectus iucũdus, ibi, *& videbunt faciem eius*; tertiò dignitas & famositas conuiuarum, ibi. *Et nomen eius in frontibus eorum*; quartò reuelatio, & manifestatio secretorũ, ibi, *& nox non erit vltrà* ; quintò continuatio & perpetuitas societatis ipsorũ Sanctorũ, ibi, *& regnabit in sæcula sæculorum.* Dicit ergo, *Et sedes Dei & Agni in illa erunt.* Ita dixi, quòd in ciuitate superna erit lignũ vitæ afferens fructus duodecim, & non solũ hoc, verũ *& sedes Dei & Agni in illa erunt.* In illa, scilicet ciuitate superna erunt, qui? scilicet Sancti, & electi Dei, quid? supple, erunt *sedes* Dei, id est, totius Trinitatis; *& Agni*, id est, Christi hominis. Quasi dicat, quòd tota Trinitas & Christus homo requiescent in Sanctis, & Dei electis per gratiam & amorem, quia illi Deum amore indissolubili diligent, & ipse in eis requiescẽt. *Et serui eius*, scilicet sua præcepta nunc fideliter adimplentes, *seruient ei*, scilicet laudes in iubilo decantantes, se illi totaliter subiiciẽdo, & omnia sua bona ei attribuẽdo, nec ab eius seruitio, propter carnis desideria, vel hostis consilia, vel mundi nequitiam, retrahendo. Et similiter Dominus seruiet eis fercula pretiosissima ministrando, Luc. duodecimo, *Beati serui illi, quos cùm venerit Dominus*, & sequitur, *& præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Ergo serui Christi seruient illi, & non solùm hoc, verùm

Sedes & requies Trinitatis sanctissima sanctis.

Luc. 12.

VERSVS 4.

Et videbunt faciem eius. Videbunt inquam, non per speculum ænigmaticum, sed per aspectum clarum, & immediatum, quod est esse beatũ, Ioan. decimo octauo. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Videbunt ergo facie ad faciem, in

Ioan. 18.

Pacis diuina encomia.

qua facie est decor illectiuus desiderabilis, & ideo Sancti eam videntes decore illiciuntur, Cant. secundò, *Vox tua dulcis, & facies decora*; amor amplexiuus amabilis. Et ideo Sancti eum videntes amore viuunt, Hester duodecimo, *Valde enim est amabilis Dominus*; Sapor excessiuus saporabilis; & ideo eam videntes sapore capiuntur, Genes. *Vidi Dominum facie ad faciem.*

Cant.2.

Ester. 12.

Genes.

Videbunt ergo faciem eius, in quo notatur reficientis aspectus iucundus, & non solùm hoc, verùm, *& nomen eius in frontibus eorum. Et nomen eius*, scilicet Dei, & Agni, *erit scriptum in frontibus eorum*, id est, in manifesto, vel coram omnium oculis. Vnde sicut in aperto confessi sunt Christum esse filium Dei, sic & ipsi in cœlo vocabuntur filij Dei, Osee primo dicitur, *filii Dei viuentis.* Ergo erit, *nomen eius scriptum in frontibus eorum*, in quo notatur dignitas & famositas conuiuarum, & non solùm hoc, verùm

Osee.1.

VERSVS. 5.

Quomodo nox non erit in beatis.

Et nox vltrà non erit, id est, aëris obscuritas, vel mentis cæcitas, vel charitatis frigiditas, vel horror, vel terror, vel aliqua ignorantia, quia tunc apertè videbuntur in luce. *Et non egebunt lumine lucernæ*, id est, doctrina veteris legis, quæ lux latet sub specie figurarum, *neque lumine solis*; id est, doctrinâ nouæ legis, quæ dicitur lumen Solis, propter plenam manifestationem veritatis: & statim reddit causam, quare non egebunt lumine, & eruditione istorum: *Quoniam Dominus Deus illuminabit illos*, se eis, qui est vera lux, ostendendo, in quo cognoscēt, & videbunt clarissimè omnia sine scrupulo dubitationis, Isai. quadragesimo nono, *Non est amplius lux ad lucendum per diem, nec splendor lucernæ illuminabit, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* Dominus ergo illuminabit illos, in quo notatur reuelatio secretorum, & non solùm hoc, verùm *& regnabunt in sæcula sæculorum. Regnabunt*, scilicet cum Christo in cœlo, in *sæcula sæculorum*, id est, æternaliter, sine fine, in quo notatur perpetuitas societatis Sanctorū. Recolligite ergo omnia verba ab illo loco, *sedes Dei & Agni in illa erunt*, vsque huc, vbi ponūtur sex status, vel actus, quos Sancti habebunt in patria; amplexus indiuisionis, ibi *sedes Dei & Agni in illa erunt*; aspectus contemplationis, ibi, *serui eius seruiēt ei*: titulus consignationis, ibi, *nomen eius scriptum in frontibus eorum*; radius consolationis, ibi, *& nox vltrà non erit*, gradus exultationis, ibi, *Regnabunt in sæcula sæculorum.*

Sex actus beatorum denotantur

Isai. 49.

VERSVS 6.

Et dixit mihi: hæc verba fidelissima, & vera sūt. Diuidebatur liber iste in tres partes, in exordiū, narrationē, & cōclusionē: terminatis duabus primis, & reuelationibus enarratis, sequitur pars tertia, vbi post reuelationum narrationem, ponit dictorū cōclusionem: in qua facit tria, primò ponit prædictorum confirmationem; secūdò inuitat ad cognitionem, ibi, *& sponsus & sponsa dicunt veni*; tertiò ponit contemnentium excommunicationem, ibi, *Contestor ego omni audienti.* Item enarrata primò confirmat authoritate Angeli deferentis, & reuelantis; secundò authoritate Ioannis susceptientis, ibi, *Ego Ioānes vidi, & audiui.* Item confirmando dicta Angeli reuelantis, primò ostēdit solidam veritatem; 2. impletionem propinquitatis, ibi, *Ecce venio velociter*; 3. credentium vtilitatem, ibi, *Beatus, qui custodit verba.* Vnde sicut

Quid in conclusione huius operis efficit Ioannes.

cut in principio libri commendauit visiones, sic in fine commendauit ipsas, & primò inuitat ad librum legendum; secundò ponit excommunicationem subtrahentium, vel addentium ibi, *Ego contestor*, tertiò promittit recipientibus, gratiam, & præmium, ibi, *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis.*

Dicit ergo, *& dixit mihi, hæc verba*, &c. Ita dixi suprà, quòd prædictas visiones ostendit mihi Angelus magni consilij, vel Angelus creatus in persona Christi, & dixit mihi Angelus, qui prædicta mihi reuelauit, *hæc verba*, scilicet, quæ tibi ostendi, *fidelissima sunt*, id est, fide digna, vel firmiter credenda, & absque omni ambiguitate adimplenda, Matth. quinto, *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiãt, Et vera*: scilicet in se, quia veritatẽ continẽt, & vera in promissis, quia quod promittunt implent: vnde hæc Prophetia habet excellentiam singularem, ideo dicit, *hæc verba*, efficaciam actualem, ideo addit, *fidelissima sunt*; conuenientiam realem, ideo concludit, *& vera.*

Verba Christi infallibiliter adimplenda.

Matth. 5.

Et Dominus Deus spirituum Prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis suis, quæ oportet fieri citò. Hîc confirmat hãc Prophetiam auctoritate Dei mittentis, & Angeli reuelantis. Ita dixi quod *verba prophetiæ huius fidelissima sunt, & vera, & Dominus Deus spirituum prophetarum*, id est, in sua potestate habens dona Spiritus sancti, per quæ locuti sunt Prophetæ, secundæ Petri primo, *Non enim voluntate humana allata est prophetia; sed Spiritu sancto inspirati sancti Dei homines.*

Ex Deo prophetia.

2. Petr. 1.

Hic ergo Dominus, qui est distributor, rector, inspirator, gubernator, ponderator, *Misit Angelum ad me suum* in insula Patmos, *ostendere*, id est ad ostendendum *seruis suis* humilibus & fidelibus, purè & integrè eum diligentibus, non superbis Deo resistentibus, Matth. decimo quinto, *Confiteor tibi Domine pater cæli & terræ, quia abscondisti ea à sapientibus, & reuelasti ea parvulis.* Misit, inquam, istum Angelum, ad ostendendum *quæ oportet fieri citò.* *Oportet fieri*, dicit propter Dei ordinationem, *citò*, dicit ne sui inueniantur imparati, propter subitationem, sed quæ fiẽt posset quis dubitare, per quem dicta, ideo addit, *Ecce venio velociter.* Benè dico quòd citò venient quæ dicta sunt, quia *ecce venio velociter*, loquitur in persona Christi, qui veniet propter redditionem præmiorum, quoad bonos, velociter propter illationem supplicio-rum, quoad malos. Vnde ipse veniet ad distribuendum, adiudicandum, ad remunerandum, ad condemnandum.

Matth. 15.

Quibus diuina mysteria reuelantur.

Beatus qui custodit verba prophetiæ, libri huius. Hic ostendit vtilitatem legentium, & custodientium, quia *beatus qui custodit*, scilicet corde credendo, ore confitendo, ore prædicando, opere complendo, Luc. vndecimo, *Beati qui custodiunt verbum Dei, & custodiunt illud*; simile suprà primo cap. *Beatus qui legit, & audit verba prophetiæ huius*, & verè beatus, propter vitam gratiæ, propter fugam ignorantiæ, propter palmam gloriæ.

Quomodo beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius.

Luc. 11.

VERSVS 7.

Sequitur, *Et ego Ioannes, qui audiui, & vidi hæc.* Hîc postquam commendauit suam Prophetiam, Dei authoritate mittentis, & Angeli denuntiantis, commẽdat eam authoritate sui ipsius dicẽs, istam prophetiã se habuisse per Dei reuelationẽ;

Ioannes humillimus.

2.ostendit humilè sui recognitionẽ, ibi, *Et postquam audissem, & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli*; tertiò ostẽdit quòd habuit istam Propheriam, ad publicationem, ibi, *Ne signaueris verba Prophetiæ huius.*

Dicit ergo, *Ego Ioannes, qui audiui, & vidi*: ita dixi, quòd visiones prædictæ sunt veræ, & memoria dignæ, quia ego Ioannes præ cæteris Christo charus, & amicus, cui debetis credere, quia mihil falsum vobis soleo dicere; ego, inquam, talis, *audiui & vidi* hoc, & ideo debetis dictis fidem dare, & firmiter credere. Vel ego Ioannes, scilicet plenus gratia, *Ioannes* enim interpretatur, *in quo est gratia*, & benè, quoniam habuit gratiam acceptationis, quâ fuit gratiosus Deo suo, & hæc gratia dicitur familiaritas: perfectionis, quâ fuit gratiosus in seipso, & hæc dicitur gratia sanctitatis: conuersationis, qua fuit gratiosus toti mundo, & hæc gratia dicitur authoritatis, ad Cor. decimo sexto, *Gratia Dei sum id quod sum*: vnde ipse inuenit gratiam coram Deo summo Rege, & ipsum nouit ex nomine.

Quatuplex gratia in Ioanne.

ad Cor.15.

Ego ergo Ioannes sic gratiosus, Deo sic acceptus, sic amicus, sum qui audiui, & vidi hæc. Audiui, id est, non à me habui, sed à Deo, vel Angelo reuelante percepi, *& vidi*, id est figuras obseruans suprà positas clarè intellexi; & ideo quia talis, & tantus sum; debetis credere mihi. Nam falsa vobis nunquam prædicaui, vel dixi. Et bene, quia hæc dicta non à me habui, sed ab Angelo à Deo misso audiui.

Quemodo Ioannes voluit adorare Angelum.

Et postquam audiuissem, & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat. Ecce Ioannis humiliatio. *Et postquàm audissem, & vidissem*, supple omnia prædicta per Angelum in reuelatione, *cecidi*, idest, me humiliaui. *Cecidi*, inquam, *vt adorarem ante pedes Angeli*, supple creati, non quidem adoratione Latriæ, sed Dulię. Et reddit rationem, quare ipsum adorabat, & se illi humiliabat, quia ille Angelus erat, *qui mihi hæc ostendebat*, pro quo se certè humiliabat. In quo innuitur quòd illis à quibus recipimus beneficium, debemus reuerentiam exhibere, & eis nos humiliare, & maximè si est beneficium spirituale. *Cecidi* ergo *ad pedes huius Angeli*, mihi prædicta ostendentis, & cùm ipsum vellem adorare, dixit mihi, quid?

Honore prosequamur qui nobis beneficia impendunt.

VERSVS 8.

Vide ne feceris, idest, ne me adoraueris. Sicut Cornelio Petrus, Actuũ decimo: factum est, cùm introisset Petrus obuius venit ad eum Cornelius, & procidens ante pedes eius, adorauit, quem Petrus leuauit dicens, *ego sum sicut & tu.* Et ideo soli Deo debetur adoratio, non Angelo, vel alicui creato.

Act. 10.

Vide ergo, id est, dignitatem hanc respice, *ne feceris*, id est, ne me adoraueris, & quare, *quia conseruus tuus sum*, scilicet eidem Domino seruiens, *sicut tu*, & non solum, *conseruus tuus* dicit Angelus, verùm *& fratrum tuorum Prophetarum*, id est, prædicatorum verorum vel Apostolorum, futura præuidentium, *& eorum qui seruant verba Prophetiæ huius*; & aliorum librorum Dei adimplent, quod faciunt omnes Sancti. Et nota quòd quamuis adoratio Duliæ debeatur non solùm Angelis, verùm & Doctoribus & Prælatis, prohibuit tamen Angelus Ioannem, ne ipsum adoratione Duliæ adoraret, propter dignitatem humanæ naturæ, quam assecuta est ex diui-

Cur Angelus prohibet adorationem sibi dari ab Angelo.

næ naturæ vnione. Vnde Gloſſa, A non prohibuit ſe Angelus ab homine adorari, ex quo docemur honores fugere, & ſeruos vt compares reputare, omnes enim æquales genuit natura, & ideo ſoli, Deo honor & gloria. Vnde & ſi reuerentia perſonæ debetur, tamen per reſpectum ad Deum. Et ideo addit Angelus, *Deum adora*, non me conſeruum tuum; ſed Deum Dominum meum, & tuum, & vniuerſaliter omnium, Matth. decimo. *Dominum* B *Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.*

Honor fugiendus.

Matth 10.

VERSVS 10.

Sequitur, *Et dixit mihi, ne ſignaueris verba Prophetiæ libri huius.* Hîc datur mandatum Ioanni de huius prophetiæ publicatione, & ita quidam proficiunt, quidam deficiunt. Ioanni primò illud mandatum oſtendit; ſecundò diuerſitatem auditorum innuit, ibi, *Qui nocet, noceat adhuc.* C

Dicit ergo, *Et dixit mihi, ne ſignaueris verba Prophetiæ libri huius.* Ita dixi ſuprà quod beatus eſt, qui cuſtodit verba Prophetiæ huius, & ideo dixit mihi, ſcilicet Angelus, in perſona Chriſti, quid? *Ne ſignaueris*, id eſt, penitus occultaueris; quod enim eſt ſignatum, eſt totaliter occultatum.

Ne ergo *ſignaueris verba Prophetiæ huius*, cùm ſint vtilia, & ideo non debes occultare, ſed potiùs manifeſtare, & ſtatim reddit cauſam, quare non debent huius Prophetiæ verba occultare, *quia tempus prope eſt*, in quo ſcilicet euenient in hoc libro Prophetata, & dicta, ſcilicet bonis bona, & malis mala. Et ideo vt boni reddantur prouidentiâ cauti, & inexcuſabiles mali, dicit, *ne ſignaueris.* D

Cur verba libri huius non ſignanda.

VERSVS 11.

Sequitur, *Qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Hîc oſtendit auditorum diuerſitatem. Et primò diuerſitatem reſpectu meritorum; ſecundò reſpectu præmiorum, ibi, *Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt.*

Dicit ergo, *Qui nocet*, ita dixi, quòd non debes tu, Ioannes, dicta in hoc libro, vel tibi reuelata occultare, ſed manifeſtare. Ita ſupple, quòd *qui nocet*, ſcilicet bonis maculam inferendo, & ipſos perſequendo, *noceat adhuc*, id eſt, amplius ſæuiendo. *Adhuc* ſcilicet cùm tempus eſt peregrinationis, vt ex tali perſecutione, Sancti & Dei electi clariores reddantur, & mali amplius puniantur. Vel *qui nocet*, ſcilicet bonis mala inferendo, ſicut dixi, *noceat adhuc*, ſcilicet poſt huius libri manifeſtationem, & apertionem. Nam manifeſtatio huius libri, & aliorum dictorum Chriſti fuit cauſa bonos perſequendi, nec adhuc ceſſant mali bonos perſequendi.

Quomodo intelligendum, quod qui nocet noceat adhuc.

Qui ergo *nocet, noceat adhuc*, ſcilicet poſt apertionem, quaſi diceret, quam multi ſunt, qui non ceſſabunt bonos perſequi, magis erunt mali. *Et qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* *Et qui in ſordibus eſt*, ſcilicet peccata multiplicando, *ſordeſcat adhuc*, ſcilicet peccatum continuando in pœnam. Nam iuſto Dei iudicio, qui non vult deſiſtere à peccato, cadet de peccato in peccatum. Ad Roma primo. *Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitiam, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.* Rom. 1.

Qui non pœnitet de peccato in aliud labitur.

Qui ergo *in ſordibus eſt, ſordeſcat*

adhuc. Et nota quòd non dicit Angelus optando, sed probando, quasi dicat: Et si mali non dimittant bonos persequi, propter apertionem & prædicationem huius libri, si fortè magis persequantur, nec peccatores resiliant à sordibus peccatorum, sed fortè magis sordescant, nihilominus debet veritas prædicari, vt ex hoc sint inexcusabiles mali, & saltem proficiant boni & iusti, & ideo additur, *Et iustus iustificetur adhuc.* Benè dixi quòd verba huius libri debent manifestari, & prædicari, vt per *hoc qui iustus est*, benè operando, *iustificetur adhuc*, de bono in melius proficiendo. *Et qui sanctus est*, in se peccata vitando, *sanctificetur adhuc*, amplius detestando. Vnde secundùm Glossam, iustus respectu alterius, Sanctus respectu sui ipsius.

De virtute in virtutem progrediendum.

VERSVS. 12

Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundùm opera sua. Hîc postquam ostendit auditorum diuersitatem respectu meritorum, ponit diuersitatem respectu præmiorum. Et primò in generali; secundò in speciali, ibi, *Beati qui lauant stolas suas*, & hoc in duas partes; primò ostendit præmium bonorum; secundò pœnam malorum, ibi, *foris canes & venefici.*

Dicit ergo, *ecce venio citò.* Ita dixi quòd hic liber est aperiendus, & manifestandus, quia tempus breue est ad retribuendum bonis bona, & malis mala, sicut dicitur in libro isto. Et benè dico, quòd tempus breue est, *quia ecce venio citò*, scilicet ad iudicium, Abacuc secundo, *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniet, & non tardabit*, & ideo signanter loquitur in præsenti, quia citò erit dies generalis iudicij, & ideo debemus esse parati.

Abacu. 2.

Ad iudicium parati inuenimur.

Ecce ego venio citò, & merces mea, vnicuique secundum opera sua, id est, à me, singulariter cóferenda, *mecum est*, in potestate mea, nó alia, *dare vnicuique*, scilicet sine personarum acceptione, *secundùm opera sua*, , id est, bonis bona, malis mala. *Ecce venio citò, & merces mea mecum est, dare vnicuique secundùm opera sua.* Hîc excitat Dominus Iesus Christus ad accelerâdum, vt terminatiuus nostræ peregrinationis, ibi, *ecce venio citò*; ad desiderandum, vt consummatiuus nostræ remunerationis, ibi, *Et merces mea mecum est*; ad deliberandum vt mensuratiuus nostre examinationis, ibi, *dare vnicuique secundùm opera sua.* Vnde iste aduentus est propinquissimus, occultissimus, subtilissimus, & ideo dicitur hîc, *Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundùm opera sua*, & quòd ipse possit facere ostendit dicens,

Qualis futurus secundus Christi aduentus.

VERSVS 13.

Ego sum Alpha & Omega, primus & nouissimus, principium & finis. Vnde *primus & nouissimus, principium & finis*, non est nisi expositio illius dicti. *Ego sum Alpha & Omega. Alpha*, id est, principium, *& Omega*, id est, finis, sicut expositum est. Vult ergo dicere, benè potero facere quę dico, quia ego sum primus omnium creaturarum, & nouissimus; id est, omnium creaturarũ, principium à quo procedunt omnia; finis, ad quem terminantur cuncta. Et ideo possum vnicuique tribuere secundùm opera sua, nam in potestate mea sunt vniuersa. Et benè dico, quòd *dabit vnicuique secundùm opera*

sua; vt bonis bona, & malis mala; Et ideo

VERSVS 14.

Pœnitentia efficaciam habēs à Passione Christi.

Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni, vt sit potestas eorum in ligno vitæ. Beati, supple iam in spe, & tandem finaliter in re, *qui lauant stolas suas*, id est, corpora, & animas suas, *in sanguine Agni*, id est, in lauacro pœnitentiæ, quod habet efficaciam à Passione Christi, vel in Baptismo, qui habet virtutem *in sanguine Agni.*

Beati igitur isti, & certè benè se debent lauare *in sanguine Agni, vt sit potestas eorum in ligno vitæ*, id est, vt potestatem habeant edendi de ligno vitæ; scilicet dulcedine vitæ æternæ. *Et per portas intrent ciuitatem*, & per portas, scilicet duodecim, id est, per doctrinam Apostolorum, & obseruantiam decem Præceptorum, cum gemina charitate Dei, & proximi, *intrent in ciuitatem*, scilicet Paradisi, vbi in sæcula sæculorum regnant beati. Vel per portas, idest, per Sacramenta, quorum Baptismus prima est porta; secunda pœnitentia, *intrent in ciuitatem*, scilicet cœlestem, *nisi* enim, vt ait Saluator, *quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest intrare in regnum cœlorum*, & ideo dicit, *Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni.* Sic ergo intrant ciuitatem cœlestem pœnitentes & fideles Dei.

Porta ciuitatis Paradisi sacramenta.

VERSVS. 15.

Qui post pœnitentiā ad peccata prohibitum similis est canibus.

Foris canes, & venefici, supple erunt, *impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium: foris* dico, id est, extra ciuitatem supernam, in procella ventorum, & turbinum, vel extra societatem Sanctorum erunt, supple *canes*, id est, illi qui post pœnitentiam & Baptismum sunt reuersi ad peccatum, & vanitatem. Canis enim ex sua gulositate, id quod eijcit per os, iterum comedit.

Canes ergo illi sunt, qui post pœnitentiam & Baptismum redeunt ad peccatum; & vanitatem. Et tales ponuntur extra ciuitatem Sanctorum, *Et venefici*, id est, illi, qui venenum procurant ad necandum opere occidendo, vel verbo mendaciter detrahendo, *& impudici*, id est, carne, vel mente. *Et homicidæ*, scilicet manu, corde, & ore, *& idolis seruientes*, litteraliter, vt pagani, spiritualiter, vt auari, quorum idola sunt denarij. *Et omnis qui amat, & facit mendacium*, vt sunt libenter audientes adulatores, detractores, ioculatores: *& qui facit mendacium*, & inuenientes & libenter recitantes. Omnes, inquam, isti foris erunt; extra ciuitatem Dei.

Quinam venefici.

In ista ergo clausula, *foris erunt canes*, &c. tanguntur peccata primò ex inordinatione ad seipsum, ibi, *foris erunt canes*, id est, immundi peccatores; secúdò ex inordinatione ad proximum, & hoc per animum occidendo, *& sic impudici*, vel sic homicidæ; tertiò ex inordinatione ad Deum, & hoc tripliciter, aut contra sobrietatem, & sic *venefici*; aut contra Dei majestatem, & hoc *idolis seruientes*; aut contra veritatem, & sic *qui amat mendacium*, scilicet audiendo, aut qui facit, scilicet componendo, aut inueniendo.

Idolum auari pecunia.

VERSVS 16.

Ego Iesus misi Angelum meum testificari hoc Ecclesiis. Hîc postquàm cómendauit opus istud authoritate Angeli reuelantis, & Ioannis suscipientis, commendat authoritate Christi mittentis. Et primò ostendit

ipsam

ipsam confirmationem; secundò ponit Christi laudem & descriptionem, ibi, *Ego sum radix, & genus Dauid, stella.* Dicit ergo, *Ego Iesus misi Angelum meũ.* Ita dixi, quòd verba Prophetiæ huius fidelissima sunt, & vera, & quòd non debent esse occulta, sed manifesta, & toti mundo propalata. Et quare? quia *ego Iesus*, à quo est vobis salus; Actuum quarto, *Non est aliud nomen sub cœlo, in quo oportet nos saluos fieri.* Et ideo credendum est mihi. *Misi Angelum meum*, scilicet bonum meum secretum *testificari vobis*, id est, reuelare *hæc*, id est, dicta libri huius, *in Ecclesiis*, scilicet Asiæ, vel vniuerso mundo, & ideo credendum est dictis huius libri, quia propriè non sunt verba Ioannis, vel Angeli, sed Christi, qui non potuit, nec debuit mentiri.

A Iesu omnis nostra salus.

Act. 4. Cur dictis in hac Prophetia debemus credere.

Et vt firmiùs credatur verbum istud, ostendit statim, & addit nobilitatem Christi mittentis, dicens, *Ego sum genus, & radix Dauid.* Et benè dixi, quòd ego Iesus misi Angelum vobis dicta reuelare, & ideo libenter debetis talem nuntium recipere, & dicta ab eo & reuelata audire, saltem propter meam nobilitatem, qui talem nuntium misi, & ei dicta & ostensa vobis reuelare mandaui, quia *ego sum genus & radix Dauid, stella splendida, & matutina.* Ego *sum genus & radix Dauid*, id est, principium & sustentaculum Dauid regis, sicut radix, principium arboris. Et dicit hoc secũdum diuinitatem, sed ab eo descendens secundum humanitatẽ ad Rom. 1. *Qui factus est ex semine Dauid, secundùm carnem.* Et non solum hoc verùm, *& stella splendida*; id est, noctem sæculi illustrans passione sua, vita & Doctrina. Et non quælibet stella, *sed matutina*, quia noctis ignorantię terminatiua, & lucis diei veritatis, & scientiæ inchoatiua. Et nota quòd Christus dicitur *radix*, quantùm ad principium gratiæ; vel genus per conformitatem recreationis, *stella* per illustrationem glorificationis. Per hoc quòd dicitur *radix vitæ*, intellige Christum esse principium creationis, propter diuinitatem, per hoc quod dicitur *genus*, intellige Christum esse principium beatitudinis animarum, per hoc quòd dicitur *stella matutina*, intellige Christum esse principium glorificationis corporum, vel *radix* quantum ad naturam diuinitatis, vel *genus* quantùm ad naturam humanitatis, vel *stella* quantùm ad gloriam fœlicitatis. *Ego* igitur *sum radix & genus Dauid, stella splendida, & matutina.*

Rom. 1. Cur Christus non solum stella sed matutina.

VERSVS 17.

Et Sponsus & Sponsa dicunt veni, & qui audit dicat, veni, & qui sitit veniat. Hîc postquam ostendit prædictorum confirmationem, inuitat ad veram huius Prophetiæ cognitionem. Et primò ad legendum istum librum, authoritate totius Trinitatis, & Ecclesiæ militantis; secundò exhortatur alios ad prædictam inuitationem, ibi, *Et qui audit, dicat veni.* Ita dixi suprà, quòd verba huius Prophetiæ sunt fidelissima, & vera; & multum vtilia. Et ideo, quia talia sunt ista verba, *Sponsus*, id est, tota Trinitas, *Pater, Filius, & Spiritus Sanctus*, qui dicuntur sponsus, propter authoritatem, *& sponsa*, id est, Ecclesia, quæ dicitur sponsa, propter fidelitatem & spiritualem fœcunditatem; similiter Christus dicitur propriè sponsus, propter naturæ conformitatem. Hic, inquam, sponsus proprius, scilicet Christus, præ cæteris amorosus, speciosus, gratiosus, *& sponsa*, id est, Ecclesia grata, fœcunda, humilis, & obsequiosa, *dicunt veni*, id est, inuitant nos ad notitiam huius libri, & non dicunt quibus dicitur *veni*, quia omnibus dicitur, *veni*, quia huius libri notitia est

Tota Trinitas sponsa animæ nostra.

Ecclesia fidelis sponsa.

omnibus vtilis, & neceſſaria.

Dicunt ergo tota Trinitas, & Chriſtus principaliter, & Eccleſia, omnibus, *veni*, ſcilicet ad huius libri verba legendum, & audiendum, & opere complendum. Et non ſolùm ſponſus, id eſt, Chriſtus, & ſponſa, id eſt, Eccleſia, *dicunt veni*, ſed etiam qui audit, dicat *veni*, & qui audit, ad litteram, iſtum librum in ſcholis, dicat veni, ſcilicet alijs volentibus audire, vel qui audit, id eſt, intelligit; ſuprà ſecundo cap. *Qui habet aures audiendi audiat*, id eſt, intelligat.

Qui doctus alijs cõmunicet quæ didicit.

Qui ergo *audit*, id eſt, intelligit, verba huius libri, *dicat aliis veni*, ſcilicet ad intelligendum; quaſi dicat, non abſcondat quod intelligit, ſed alios doceat, Sap. ſeptimo, *Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo.* Ex quo increpatur inuidia nolentium docere, cùm tamen ſciant loqui ſapienter, & pulchrè.

Sap. 7.

Quibus datur ſcientia Dei.

Ergo *qui audit, dicat veni, & qui ſitit veniat.* Qui notitiam huius libri deſiderat, veniat ſcilicet & humiliter, & deuotè ſtudendo: non enim datur intelligentia reuelationum, niſi deſiderantibus per deuotam affectionem, Daniel. decimo, *Ego veni vt indicem viſionem, quia vir deſideriorum es.* Qui ergo ſitit ſcire hanc Prophetiam veniat diligenter ſtudendo, *Et qui vult accipiat aquam vitæ gratis.* Hîc ex quo monuit ignorantes ad accelerandum, monet Doctores ad gratis communicandum & docendum. Ita dixi quòd debetis ad audiendum & intelligendum iſtũ librum accedere, & certè non eſt nimis difficile venire, nec notitiam eius habere, quia Deus paratus eſt conferre: *Nam & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis*: voluntas enim quaſi vas hauſtorium eſt, vt per illam introducatur in animam aqua ſapientiæ. Vnde ſola bona voluntas ſufficit, quia influentia huius ſcientiæ eſt à Deo, qui dat eam gratis, ſine meritis. Iſai vigeſimo ſecundo. *Omnes ſitientes venite ad aquas, &c.* Et in eodem, *Emite abſque argento vinum & lac.*

Iſai 12.

Qui ergo *vult, accipiat aquam vitæ*, id eſt, affluentiam diuinæ ſapientiæ, quæ eſt cauſa vitæ æternæ; *gratis*, ſicut fecit Ioannes, qui cùm eſſet piſcator, ſine creato doctore, factus eſt doctor vitæ æternæ.

Daniel. 10

Deus paratus eſt deſiderantibus cognitionem myſteriorum communicare.

VERSVS 18.

Conteſtor enim omni audienti verba prophetiæ huius libri, ſi quis appoſuerit ad hunc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Hîc poſtquam præmiſit operis commendationem, & confirmationem, addit apponentium & ſubtrahentium excommunicationem. Quidam enim hæretici de Aſia, in qua ipſe Ioannes prędicator erat, ad fouendum errores ſuos, quædam de Prophetia huius libri ſubtrahebant. quædam addebant, & ſic ſuas hæreſes inſerebant, & ideo primò addentes & diminuentes ipſe excommunicat; ſecundò excommunicationem ipſam & pœnam per Chriſtum denunciat, & confirmat, ibi, *& auferet Deus partem eius*, &c. tertiò humilibus auditoribus gratiam implorat, ibi, *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Quomodo nihil addendum vel detrahendum huic libro.

Dicit ergo, *Conteſtor ego omni audienti*, &c. Ita dixi, quòd *ſponſus*, ſcilicet Chriſtus, *& ſponſa*, ſcilicet Eccleſia, approbat huius Prophetiæ verba, & quia talia ſunt iſtius libri verba, & per tantos approbata, *Ego conteſtor*, id eſt, cum alijs teſtor, vel cum atteſtatione iuramenti trado, omni audienti verba Prophetiæ libri huius, vt nihil addat ad errorem fouendum, vel minuat, ad abſtrahendum, quia non iſta Prophetia niſi ad bonum, &

vtile reuelata. Benè dico, quod conteſtor, vt nihil tale addatur, vel diminuatur, quia *ſi quis appoſuerit ad hæc*, id eſt, aliquid contrarium, quod errorem inducat, volens opus deprauare, vel imperfectum demonſtrare, *Apponet ſuper ipſum Deus plagas*, id eſt, æternas pœnas ſcriptas in hoc libro, cap. duodecimo, & decimo ſexto.

VERSVS. 19.

Et ſi quis diminuerit de verbis prophetiæ libri huius, conteſtor, ſupple teſtimonio Chriſti, & Angeli, quòd *auferet Deus partem eius de libro vitæ*, id eſt, de diuina viſione, in qua omnes ſicut in libro leguntur, & omnes clarè vidēntur, ſed quomodopoteſt deleri, qui eſt ibi ſcriptus? Reſponſio, quidam ſunt ſcripti in libro vitæ, ſecundùm præſentem iuſtitiam, quidam per prædeſtinationem æternā, & hi non poſſunt deleri.

Si quis ergo diminuerit de verbis prophetiæ huius, ſcienter ſubtrahendo, *auferet Deus partem eius de libro vitæ*, id eſt, de diuina viſione, *& de ciuitate ſancta*, id eſt, de ſocietate ſanctorum grata & munda: *& de his quæ ſcripta ſunt in libro iſto*, id eſt, de præmiorum affluentia, quæ ſunt in iſto libro ſcripta, cap. vigeſimo primo. Et ne quis ſententiam Ioannis putet contemnēdam, vel non, niſi in Aſia, vbi erat ille Metropolitanus, eſſe detinendam, ideo excommunicationem & ſententiam ipſe authoritate Chriſti ſummi Epiſcopi confirmat, vnde ait

VERSVS 20.

Quo ſupplicio plectendi addēres vel detrahentes verbis libri huius.

Dicit qui teſtimonium perhibet iſtorum. *Dicit*, id eſt, dictum meum confirmat, *qui teſtimonium perhibet iſtorum*, id eſt, Chriſtus, cuius teſtimonia ſunt vera. Vel *dicit*, ſcilicet hoc idem eſt, quod dico, *qui teſtimonium perhibet iſtorum*, id eſt, Chriſtus excommunicat addentes, & diminuentes, *mecum*, qui eſt ſummus Epiſcopus omnium: & ideo mea excommunicatio & ſententia valet, quia non ſolùm talis ego excommunico, imò etiam Deus, qui eſt omniū Epiſcopus ſummus. Et vt magis timeatur iſta excommunicatio, oſtendit iſtum Epiſcopum ſummum, ſcilicet Chriſtum, citò venturum ad iudicium, ad tales condemnandum, & à triumphante Eccleſia excludendum. Vnde dicit *venio citò Amen*, ſcilicet ad tales addentes & ſubtrahentes condemnandum; & ideo à talibus eſt cauendum.

Iam ergo, *Venio citò Amen*, id eſt certè vel ita erit ſicut dictum eſt: eſt enim *Amen*, confirmatio prædictorum, & quoniam ad aduentum iudicis, Sancti gaudebunt, ideo addit, *veni Domine Ieſu*, ſcilicet ad malos exterminandū, & bonos remunerandum, & addentes, & ſubtrahentes condemnandum.

Quomodo ſancti lætantur de pœnis impiorum.

Vnde & Sancti non ſolùm gaudent de illorum gloria, verùm & de malorum pœna, non in quantùm afflictiua, ſed in quantùm culpæ ordinatiua, vel non ratione pœnæ, ſed ratione diuinæ iuſtitiæ.

Anima fidelis aduentum Domini ardenter poſtulat.

Veni ergo *Domine Ieſu*. In iſta clauſula Ioannes fatetur magnificentiam, & præſidentiam cùm dicit *Domine*, veneratur pietatem cùm addit *Ieſu*, precatur clementiam inclinantem. cùm ſubdit, *veni*. Vel poteſt eſſe verbum fidelis animæ poſtulantis Chriſti aduentum in mente, vbi primo inuocat potentiam defenſantis, ibi, *Domine*; exoptat clementiam conſolantis, ibi, *Ieſu*, poſtulat præſentiam viſitantis, ibi, *veni*. Vel poteſt eſſe verbum prophetiæ omnium Prophetarum Patrum precedentium, poſtulantū Chriſti aduētum in carne. Vel primò inuitat brachium liberationis, ibi, *Domine*; ſecundò exoptat pretium ſatisfactionis, ibi, *Ieſu*; tertiò implorat

oſculum incarnationis, ibi, *veni*. Vel A poteſt eſſe verbum militantis Eccleſiæ poſtulantis aduentum Chriſti in fine, vbi primò inuocat iudicantis authoritatem, ibi, *Domine*; ſecundò exoptat ſtipendiantis fœlicitatem, ibi, *Ieſu*; tertiò implorat aduenientis celeritatem, ibi, *veni*. Et nota

Circa primum, quòd benè Prophe-

Cur vocatur Ieſus Dominus.

ta vocat ipſum Dominum, quia ipſe eſt Dominus, cuius prouidẽtia numquam fallitur, potentia numquam vincitur, iuſtitia numquam flectitur, ſufficientia numquam minui

Iſai. 33. tur. De his omnibus Iſai. triceſimo tertio, *Dominus iudex noſter ipſe veniet, & ſaluabit nos.*

Circa ſecundùm, vbi Propheta vocat Ieſum, id eſt, ſaluatorem omnium, ſciendum quòd Ieſus eſt ſalus peccatorum per remiſſionem; afflictorum per conſolationem; amicorum per durationem; bonorum per fruitio-

Multipliciter Ieſus eſt ſalus noſter.

Matth. 1. nem: de his, Matth. primo, *Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.*

Circa tertium vbi Propheta poſtulat iſtius Dominiaduentum, cum dicitur *veni*, ſciendum quòd ipſe poſtulat, vt veniat legifer ad peccatorum remiſſionem, Ioann. ſecundò, *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem*; Rex ad afflictorum conſolationem, *Excita Domine potentiam tuam & veni*; iudex ad meritorum diſcuſſionem, Iſai. ſecundò Iſai. 2. *Dominus ad iudicandum veniet cum ſenioribus populi ſui*; Saluator ad præmiorum retributionem, ſuprà in iſto cap. *Ecce venio citò, & merces mea*, &c. *Veni ergo Domine Ieſu.*

Quomodo anima fidelis poſtulat vt veniat Chriſtus. Ioan. 2.

VERSVS 21.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum B *omnibus vobis, Amen.* Hîc Ioannes optat gratiam auditoribus, & recipientibus hanc Prophetiam, & per conſequens gloriam. Ita dixi quòd huius Prophetiæ verba ſunt fideliſſima, & vtiliſſima. Et ideo ſupple, cum omnibus vobis verba audientibus, & retinentibus, & opere complentibus ſit, quid? *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti,* *Gloria gratia.* ſcilicet imperfecta in via, perfecta in patria. Nam gloria eſt gratia conſummata. *Gratia*, ergo, qui gratificat C liberaliter; *Domini noſtri*, quæ magnificat honorabiliter, *Ieſu*, qui ſaluat finaliter; *Chriſti*, qui ſeruat virtualiter; *Sit*, id eſt, maneat æternaliter; *cùm omnibus vobis*, vniuerſaliter, *Amen*, id eſt, fiat ſicut opto infallibiliter. Ipſi ergo Domino Ieſu Chriſto, qui à principio huius libri per medium direxit in finem, & terminum, ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

INDEX

COPIOSISSIMVS RERVM MEMORABILIVM quæ in hoc libro continentur.

Abyssus.

CVR impii abyssus. 369
cur infernus dicitur abyssus. 369

Accessus ad Deum.

duo quæ impediunt accessum ad Deum. 264
Ad Deum accedimus per adorationis cultum, & per mundi contemptum. 266

Accidiosus.

describitur accidiosus. 304
cur accidiosus aëre denotatur. 304

Accusatio.

Diaboli officium indebite accusare. 224

Adorare.

Christus à nobis debet adorari. 93
quænam in Christo adoranda. 93
ita cæcus peccator vt ipsum dæmonem adoret. 240
cur Deus adorandus. 264
Ad Deum accedimus per adorationis cultum. 266
cur Angelus prohibet Ioannem sibi impendere adorationem. 355 aliàs 353
qualiter fideles adorare debent in templo. 192

Aduentus.

propter septem rationes desiderauerunt sancti primum Christi aduentum. 86
desiderium ardentissimum Patrum de Christi aduentu. 88

Aër.

cur aëre dæmones denotantur. 304
cur aëre accidiosi adumbrantur. 304

Æmulari.

quid est in bono æmulari. 65

Æs.

Æs longanimitatis symbolum. 337

Ætas.

in qualibet ætate possumus sanctam ciuitatem ingredi. 393

Agnus.

Christus Agnus. 91
quid per cornua septem Agni denotatur. 91
quid per septem illius oculos designatur. 91
cur Christus Agnus dicitur, cur occisus. 97
Christus qualis est Agnus. 135
quænam est sponsa & vxor Agni. 391

Alæ.

qualibus aliis debent volare prædicatores, & alii iusti. 80
sex alæ tribuuntur Ecclesiæ, & quales. 228

Alleluia.

Alleluia interpretatur laudate Deum. 344
Alleluia, qualis vox. 348

Altare.

Altare pro multis sumitur. 141

Ambulare.

cum Deo Ambulemus. 51
qualis Dei Ambulatio. 55

Amen.

Amen, veritas, quot modis accipitur. 61

Amethistus.

Amethisto humilitas denotata. 401
Amethistus Virgines adumbrat. 402

Amicus.

quales Dei Amici. 202

Amor.

talis quilibet, qualis dilectio eius. 166

Amor Dei.

calculus vis amoris Dei, & cur nouus. 42
Dei Amore flagella non carent. 65

Amor terrenorum.

Amor terrenorum à fide Christi auocat. 116
mundi Amatores cur Eupharati assimilantur. 170
Amor terrenorum quam vilis. 203
Amor terrenorum, miseriarum & calamitatu morigo. 338

Angelus.

Angelus in persona Christi apparet. 77
Angeli nobis congratulantur de redemptione nostra. 96
Angeli nostri custodes. 96
Angeli quomodo in circuitu Ecclesiæ triumphantis, & militantis. ibid.
Angeli pro beneficiis acceptis sunt grati. 99
qualis Angelus ille, adeo fortis, qui quatuor Dæmones ligauit. 122
cur stant Angeli in circuitu throni. 130
Angeli adsunt præsentes cum de Deo sermonem habemus. 140
Angelus debitè sua potestate vtitur. 158
Angeli stellæ, & quosnam ex eis deduxit Draco in Infernum. 218
quale prælium bonorum & malorum Angelorum. 220
Angelus ad bonum nos prouocat. 221
recensentur Angeli phialas iræ plenas Dei effundentes. 297
quomodo boni Angeli aduersus malos pugnant. 222.
boni Angeli lætantur de malorum proiectione in barathrum. 224
quomodo Angeli maiores habitant in minoribus. 226
Angeli visa imploru dānatione, cur lætabuntur. 267

Index rerum memorabilium.

Angelus docens, Ioannes discens. 310
Angelus, cur cœlum dicitur. 339
cur Angelus prohibet Ioannem sibi impendere adorationem. 355. alias. 353
si gaudium est Angelo de vno peccatore pœnitentiam agente, quanto magis de totius generis humani redemptione & reparatione. 97
Angelorum humilitas. 131
potestas Angeli boni, bona est, quia est ad dirigendum contra Diaboli deceptionem, ad erigendum contra Diaboli subiectionem ad honorandum contra Diaboli confusionem. 158
Angelica assistentia murus est. 392
Angeli denotati calcedonio. 401

Anima.

mulier Amicta Sole significat animam fidelem. 214
cur hæc Anima dicitur mulier. 214
quale caput fidelis Animæ. 214
quales sunt duodecim stellæ animæ fidelis. ibid.
duo necessaria Animæ fideli aduersus Diabolum. 217
descriptio pugnæ spiritualis Animæ fidelis cum Dracone. 221
fideli Animæ dantur duæ alæ, & quales. 229
Anima Iusti imago Christi. 247
cur Anima fidelis dicitur mons Sion. 254
quænam vestimenta Animæ. 303
Anima peccatrix meretrix. 306
impius Animam suam pro nihilo vendit. 329
Animarum sponsus Deus. 333
vita Animæ Deus. 52
signum Animæ viuentis, vita gratiæ. ibid.
quibus Animæ stola contexitur. 55
duo sunt oculi Animæ, & quale iudicium modo claudendi. 65
Anima fidelis cœlum. 69
Animæ iusta sedes Christi. 72
Anima peccatrix terra. 89
quòd Anima se præparet, vt sit sponsa Dei, non à se, sed à Deo habet. 350
Anima fidelis terra speciosa cultu. 326

Animal.

cur Animalia mystica alis senis constant. 80
cur diuersus ordo Animalium in Ezechiele, ac in Ioanne. 78

Antichristus.

impij quatuor tribuunt Antichristo, quæ sunt ipsius Christi. 240
Antichristus, plenus blasphemiis. ibid.
potestas Antichristi in oppressione bonorum. 241
impudentissimus Antichristus. ibid.
Antichristus non corporaliter, sed spiritualiter Sanctos interficiet. ibid.
Antichristus plurimarum diuitiarum possessor, vt eis plurimos perdat. 244
qualia signa faciet Antichristus. 246
Antichristo duci suo, statuam erigent impij. ibid.
loquetur statua Antichristi varia idiomata Dæmone mouente. 247
Antichristiani notabuntur caractere Antichristi, vel in dextera, vel in fronte. 248
quid est numerum nominis Antichristi habere. 249
quomodo computari debet numerus Antichristi. ibid.
in nomine Antichristi includitur negatio Christi. 150
varia illius nomina, & eorum interpretationes. ibid.
variè cruciabuntur, qui caractere Antichristi notati. 267
cur Antichristus dicitur mons furum. 304
Antichristus terrenos diuitiis ad se attrahet. 300
Antichristiani falsis prodigiis ad se allicere veros fideles conabuntur. 302
scripturam sacram sciet Antichristus, sed eam ad peruersos sensus suos deducet. 313
ex omnibus plurimos colliget Antichristus in sui sequelam. 321
cur Antichristus bestia dicitur. 364
miracula Antichristi solum apparentia. ibid.
cur Antichristus per Antenomasiam bestia. 376
Antichristi prædicatores plus diligent terrestria, quam diuina, non gradientur per bonam operationem. 160
qualis futurus est Antichristus. 114
tempore Antichristi plures à fide deficient. 116
tempore Antichristi, cur perfectiores recedent, sicut liber inuolutus. ibid.
tempore Antichristi, plures confugient ad patrocinium Sanctorum. 117
quales erunt prædicatores, & ministri Antichristi. 157
cur præcursores Antichristi fumo comparantur. 159
prædicatores Antichristi scorpiones sunt. 162
quanta tribulatio tempore Antichristi. 163
cur satellites Antichristi conferuntur capillis mulierum. 145
cur dentes satellitum Antichristi sicut dentes leonum. ibid.
cur satellites Antichristi lorica armati. 165
quales sunt prædicatores expresse loquentes contra Antichristum. 169
Antichristi satellitum summa inhumanitas. 175
tanto plus Augebitur persecutio Antichristi, quanto minus temporis duratura est. 171
persecutio Antichristi gradatim crescet. ibid.
Antichristus, cur bestia dicitur. 198
Antichristi persequutio, tres annos, & dimidium duraratura. 194
Antichristianorum inhumanitas. 200
mortuo Antichristo virtus Christi maxime apparebit. 207
Antichristus, de tribu Dan vilissima. 235
multiplex genus ministrorum Antichristi. 237
Antichristus miracula vera non operatur, 239
finget Antichristus se mortuum, vt deinde propriâ virtute resurexisse credatur. 239

Antichristus.

Antichristus dicitur aper, propter crudelitatem, syluestris, propter irrationabilitatem. 167
Apocalypsis quid. 3
Apocalypsim prius scripsit Ioannes quam Euangelium. 5
magna Apocalypsis dignitas. 5
quomodo beatus qui legit verba Apocalypsis. 5
septem visiones præcipuæ in Apocalypsi. 12

Apes.

Apostoli tamquam tonitrua.
cur Apostoli dicuntur albi, 102
cœtus Apostolici sessor Christus. 103
Apostoli exierunt vincentes vt vincerent. 104
Apostoli primi & in obsequiis, & in suppliciis. 146
Apostolorum varia encomia. 145

Index rerum memorabilium.

in Apostolos prima persecutio ex malitia, & inuidia Iudęorum. 147
duodecim Apostoli circumdantes caput Ecclesiæ. 213
Apostoli loquuntur ex ore Dei. 244
Apostoli aliis Sanctis excellentiores. 274
cur Apostoli dicuntur esse in circuitu throni Dei. 74
quòd antiqui prædicauerunt futurum, Apostoli factum annuntiant. 392
Apostoli sardio abumbrati. 402

Aqua.

Aqua tribulationem denotans, & prosperitatem. 231

Aquila.

Christus aquila magna. 228

Arca.

tria in Arca testamenti. 209

Arcus.

Arcus sacram Scripturam denotat. 103

Armagedon.

quomodo interpretatur Armagedon? 303

Articulus.

quilibet Apostolus articulum fidei condidit. 394

Atrium.

quodnam atrium quod foras eici videtur? 193

Auarus.

Auarus totus terrestris. 103
Auari quâ pœna punientur? 148
quid auaritia & eius damna? 154
Auaritia & superbia principium omnium peccatorum. 227
Auaritia pestis vniuersaliſſima, diuturna, periculosissima. 238
quam exitiale peccatum auaritia. 328
Auarus licet ditissimus, tamen paupertimus est. 329
quid auaritia? 345
Auaris omnia deficiunt. 329

Auis.

cur iustus auis nuncupatur? 363

Aurum.

cur emendum aurum ignitum? 64
Auro denotatur charitas. ibid.
Aurum quomodo pauper potest emere? ibid.
An aurum alchymiâ possit confici? ibid.
quid per aurum mundum ciuitatis supernæ denotatur? 398

Littera B.

Babylon.

Babylon confusio interpretatur. 307
malorum congregatio dicitur Babylon. 327
cur Babyloni magnæ vanitas comparatur? 327

Balaam.

quinam doctrinam Balaam tenentes? 40

Baptismus.

quomodo pueri morientes ante baptismum visuri sunt Christum? 11
cur baptismus mari designatur? 76
cur baptismus mare vitreum? ibid.
caracter baptismalis signum spiritualis regenerationis. 124
cur baptismus dicitur mare, & non quodlibet sed vitreum. 280
spiritus S. tria confert in baptismo, & quæ. 280

Beatitudo, vide *gloria*.

in quo consistit beatitudo viæ. 6
Beatitudo patriæ in quo consistit. 6
instella matutina præmium beatitudinis promittitur. 48
quanta sanctorum fœlicitas in conspectu Dei. 128
curia beatorum quantum ad quatuor describitur. 128
quæ esuries & quæ satietas in cælo? 134
Beatitudini Christi nulla alia assimilari potest, 275
in quibus consistit beatitudo. 373

Berillus.

Berillo misericordia denotata. 400
Berillus martyres designat. 402

Bestia.

per bestiam designatur congregatio malorum. 235
decem cornua bestiæ decem præuaricationes præceptis Dei oppositæ. 236
quænam bestiæ diademata. 236

Blasphemus.

Blasphematores Dei, impii Principes. 237
summum bonum blasphemat, qui bonis detrahit. 299
qui Deum negat, ipsum blasphemat. 344

Byssus.

quid byssus denotat. 350

Littera C.

Calamus.

Calamus multipliciter sumitur. 191

Calcare.

cur calcari mali dicuntur in inferno. 276

Calcedonius.

Calcedonius charitatem designans. 399
Calcedonio Angeli.

Calix.

quis Calix, quem suis bibendum exhibet mundus? 265
quisnam calix Dei. 266
quomodo Calix iræ Dei dicitur Scriptura sacra? 267
cur pœna æterna dicitur calix? 307

Candelabrum.

quid est Candelabrum nostrum moueri de loco suo? 33
quænam in Ecclesiæ candelabro attendend.? 29

Canticum.

Quinam bene concinunt Canticum Moysis & Agni. 281

Caracter.

quid denotat Caracter in fronte, vel in manu positus. 148

Castra.

Castra sanctorum impugnari possunt, non autem expugnari. 375

Casus.

admonemur de casu impiorum, vt cum eis non inuoluamur. 242
Casus nostri causa, peccatum. 317
peccator duplici casu ruit. 265
impius si eleuatur maiori impetu ruit. 339
Considera à quo ceciderit, vbi, & quomodo. 31
peccator retro cadit, iustus ante. 131 & 92
Christus casuum nostrorum reparator. 131
quis vere ante Deum cadere dicitur, quis retro. 206

Cæcitas.

Cæcitatis spiritualis causa, demerita. 312

Index rerum memorabilium.

peccatorum ſtupenda Cæcitas. 331

Charitas.

opus ſine Charitate, Corpus ſine anima. 52
quibus & quot modis Charitas probatur. 64
Charitas auro denotatur. ibid.
Charitas maximè in Prælatis periclitatur. 152
Charitas ſummum bonum, maximum donum. 64
Charitas calcedonio notata. 399

Catharina.

Chriſtus inuitat Catharinam ad brauium æternum. 71
quanta Chriſtus contulit Catharinæ. ibid.
quænam B. Catharinæ virtutes. ibid.
eminentia B. Catharinæ. 72

Chriſopraſus.

Chriſopraſo cœleſtis patriæ deſiderium denotatum. 402

Chriſolitus.

Chryſolito ſapientia denotata. 400
Chryſolito etiam doctores adumbrantur. 402

Ciuitas, vide Ieruſalem.

Ciuitas vna Dei, altera Diaboli. 236
Ciuitas Diaboli in nouo Teſtamento habuit decem capita, & ea recenſentur. 236
prima ciuitas fundata ab impijs, eſt vanitas. 264
quænam tres partes ciuitatis Diaboli. 306
Ciuitas ſuperna dicitur ſponſa Dei. 384
dicitur hæc ciuitas luciformis cognitione veritatis. ibid.

Chriſtus.

quænam Chriſtus vicit, & quomodo. 90
quandonam Chriſtus comparatur animalibus myſticis. ibid.
Chriſtus leo, Chriſtus Agnus. 91
Chriſtus non neceſſitate, ſed voluntate moritur. 92
Cur Chriſtus reperitur dignus aperire librum ſcriptum intus & foris. 94
quandonam Chriſti ſapientia apparuit. 97
ſi Chriſtus ſemper habuit Diuinitatem, quomodo canitur quod dignus eſt eam habere? 97
quomodo Chriſtus accipit gloriam & honorem. 98
Chriſtus in ſe viuens, aliis etiam vitam communicat. 99
omnis actio Chriſti ad noſtram vtilitatem. 103
Chriſtus homo dicitur equus albus. 104
Chriſtus ſol quomodo, & quando factus eſt niger, tamquam ſaccus cilicinus. 115
Chriſti D. multiplex officium. 122
Cur Chriſtus dicitur aſcendiſſe ab ortu ſolis. 122
Chriſtus immunis ab omni peccato. ibid.
Chriſtus multis titulis noſter eſt. 123
Chriſtus Angelus, non natura, ſed officio. ibid.
quomodo Chriſtus aſcendit in carnem. 123
Chriſtus Deus & homo. 129
Chriſtus ſalutem offert multipliciter. ibid.
quotupliciter nos ſanat Chriſtus. 130
Chriſtus caſuum noſtrorum reparator. 131
Chriſtus pro nobis ſeptem opprobria ſuſtinuit. ibid.
fons datus à Chriſto, cum deſiderio hauritur, & cum gaudio bibitur. 135
Chriſtus eximius prædicator, per ſex conſiderationes digne deſcribitur. 140
Cur Chriſtus dicitur Angelus, ibid.
qualiter Chriſtus venit. ibid.
Corpus Chriſti quomodo thuribulo denotatur. 141
quomodo Chriſtus requieuit in tumulo. 144
Chriſtus aduocatus noſter erga patrem. 170
Cur Chriſtus dicitur Angelus non quilibet, ſed fortis. 179
Chriſtus cur de cœlo deſcendiſſe dicitur. ibid.
Cur Chriſtus dicitur amictus nube. 180
Chriſtus inter Deum & homines fœdus inſtituit. ibid.
Cur iris in capite Chriſti. ibid.
Chriſti facies mirabilis. ibid.
Cur Chriſtus habet in manu libellum. 181
Chriſtus commendatur ab octo prærogatiuis, ibid.
quinam pedes dextri Chriſti Dom. 182
quinam pedes ſiniſtri illius. ibid.
vox Chriſti tamquam rugitus leonis aduerſus peccatores. ibid.
qualis eſt manus Chriſti Dom. 184
quid eſt quod Chriſtus leuauit manum ſuam in cœlum. ibid.
Chriſtus librum ſcripturarum clauſum naſcendo, & moriendo aperuit. 186
à Chriſto vera ſcientia. ibid.
Chriſtus ſereno vultu ad iniquitates noſtras reſpiciens oculos, mentis noſtræ recreat. 73
Chriſtus nomen officij. 3
Chriſtus teſtis fidelis & quomodo. 8
Chriſtus mortuorum primogenitus, ibid.
Chriſtus princeps regum terræ. ibid.
Chriſtus commendatur à maxima in nos dilectione. 9
tria de Chriſti paſſione maximè notanda. ibid.
Chriſtus fecit ſibi nos regnum & quomodo. ibid.
ad Chriſti amorem variè allicimur. ibid.
Chriſtus quomodo venturus in ſecundo aduentu. 10
quomodo omnes viſuri ſunt Chriſtum in iudicio. ibid.
quinam Chriſtum pupugerunt. 11
quinam plangent ſe ſuper Chriſtum. ibid.
Chriſtus qualiter eſt finis. 12
Chriſtus in medio Eccleſiæ & cur. 17
Chriſtus ſeſe offert ad peccatorum conſolationem. 18
Cur Chriſtus podere veſtitus. ibid.
quid denotat Chriſtus ad mamillas, zona aurea precinctus. ibid.
quinam Chriſti oculi. ibid.
quid caput Chriſti, quid eius capilli. ibid.
Chriſtus lanæ & niui comparatur, & qua de cauſa. ibid.
Cur oculi Chriſti, tamquam flamma ignis. 19
quinam Chriſti oculi. 19
quinam pedes Chriſti. 19
Chriſti capitis noſtri multiplex virtus & efficacia. ibid.
virtus & efficacia oculorum Chriſti. ibid.
quis gladius de ore Chriſti exibat. 21
cur facies Chriſti ſicut Sol lucet. ibid.
faciei Chriſti maxima virtus. 22
Chriſtus Sol, & quomodo. ibid.
Chriſtus quomodo habet claues mortis & inferni. 24
mortis Chriſti variæ vtilitates. 25
Chriſtus multipliciter eſt vita, ibid.

cur

Index rerum memorabilium.

cur Christus in medio candelabrorum? 29
Christus ligno vitæ comparatur, 34
cur Christus primus & nouissimus, 35
Christus semper paupertatem sectans, 36
quomodo Christus pugnat contra aduersarios; 41
cur Christus habet oculos vt flammam ignis? 43
cur pedes Christi auricalco assimilantur? 43
cur absolute Christus sanctus nuncupatur? 56
quomodo Christus aperit & claudit? 56
quomodo Christus testis fidelis, 61
ratio conuincens cur Christo credendum, 61
Christus quomodo sedet & ambulat, 72
si Christus omnes iniquitates nostras respiceret, omnes nos iustè destrueret, 73
filius Dei incarnatus, Iris & qua de causa. 73
Christus in medio iustorum & beatorum. 77
Christus quomodo quatuor animalibus assimilatur. 78
Christo danda gloria præconii, honor obsequii, benedictio ratione beneficii, 82
Christi conuersationis quæ sigilla? 87
Nullus præter Christum potuit redimere genus humanum, 88
cur Christus dicitur Leo. 89
virtus Christi maxime apparebit mortuo Antichristo. 207
Christus triplici virga nos ad se reducit. 219
omnis victoria nostra Christo tribuenda. 225
Christi sanguinis efficacia. 226
Christus aquila magna. 229
quomodo Christus occisus ab origine mundi. 242
nisi Christus resurrexisset, vana est fides nostra 245
Christus promptissimus, mansuetissimus, fortissimus, celsissimus, 254
beatitudini Christi nulla alia assimilari potest, 275
cur Christus dicitur Angelus habens potestatem super ignem & aquam. 275
Christus Ecclesiæ suæ templum mysticum. 283
Christus quomodo Leo, homo, aquila, vitulus. 284
Christus adinstar furis, iudicaturus accedet. 303
Christus impiorum victor. 320
cur cum Christus dicitur victurus Antichristianos, nominatur agnus. 320
multipliciter Christus dicitur vnus. 318
Christus cur alius Angelus ab aliis dicitur. 325
Christus individuæ potestatis cum patre. 325
qualis fuit Christi Domini descensus, 326
de Christo perhibent testimonium Prophetæ, quod Deus sit & homo. 355. aliàs 353
cur Christus equo assimilatur. 354
cur Christi oculi, flamma ignis. 355
cur Christus dicitur vestitus veste aspersa sanguine. 356
Christus effudit septies sanguinem. 357
cur Christus septies sanguinem effudit? 357
quomodo Christum se qui debemus. 357
quis gladius ex ore Christi procedens ex vtraque parte acutus? 358
cur dicitur Christus calcare torcular vini furoris iræ Dei. 360
irritus conatus malorum aduersus Christum. 364
eminentia generosa Christi, clementia viscerosa, potentia virtuosa. 368
cur Christus descendit. 368
Christi potentia. 368
quomodo per mille annos ligauit Christus dæmonem. 368
quibus ostiis Christus clausit diabolum in inferno, 369
Christus nobis viam paradisi aperuit, 370
regnum Christi non fore perpetuum volunt Iudæi, 371
Christus verus Deus & homo, qui vere à mortuis resurrexit omnes iudicaturus. 371
Christus decus omnium sanctorum. 384
Christus magni consilii Angelus. 310
virtus Christi aperit secreta mysteriorum, 56
maximus in genus humanum Christi amor, 93
à quibus diuinitas Christi cognita, 97
Christus est Deus per potentiam creationis, Deus meus per amicitiam cognitionis, salutaris meus per misericordiam redemptionis, susceptor meus per gloriam beatificationis, 97
Christus habuit officium prolocutoris in erudiendo, indoctum; mediatoris intercedendo ad Deum; propugnatoris in eripiendo prostratum. 115
Christus radius vnitatis, veritatis, & sanctitatis. 122
Christus signat electos suos insula pontificali, corona regali, gloria spirituali. 129
Christus signat mundos ipsos, desponsando ne inficiantur. 117
omnia nobis est Christus. 129
Christus in via regit sanctos, deducit de virtute in virtutem, tandem deducet eos ad aquam vitæ in patria, ad contemplandam diuinam maiestatem. 135
Christus agnus mitissimus in conuersatione, mansuetissimus in passione, victoriosissimus in resurrectione, glorioſissimus in ascensione, 135
cur dicitur Christus clamare, 183
Christus profunda & secreta reuelans, 186
Christus mons magnus, 392
Christus murus Ecclesiæ, 392
in Christo oriens, occasus, auster, & aquilo, 393
ex præsentia diuinitatis & humanitatis Christi omne bonum, 404

Clericus

per Lunam minores clerici intelliguntur. 252
clerici curiales vituperantur, 152
clericus appetens honores seuerè punitur, 331

Cœlum.

cœlum sacra scriptura, fidelis anima, Ecclesia, 69
ad cœlum ascendendum non gressu corporis, sed mentis, 70
cœlorum apertio mysteriorum reuelatio, 356
quomodo abibit primum cœlum in iudicio, 383

Cœna

cur conuiuium paradisi dicitur cœna, 351
qualis est Dei cœna, 383

Cœnare

quid est Christum cœnare cum homine? 67
quomodo ad cœnam Christi veniendum? 363

Cogitatio

cogitationes nostræ accusatrices in iudicio, 378
mala cogitatio fumus, 159
praua cogitatio inualescit si non expellatur, 159

Collyrium

collyrium mentis pœnitentia, 65

Comminatio

tonitrua comminationes aduersus malos, 309

Concionator

cur prædicatores dicuntur tuba canere, 204
cur prædicator dicitur alter Angelus à Christo, 260
cur prædicator Angelus debet esse, 289 26
quas in partes volatum suum extendere debet prædicator. 261
cur per medium cœlum debet volare concionator? 261

Index rerum memorabilium.

quibus Constare debet concionator. 261
prædicator habeat Euangelium in corde & ore. ib.
Concionatoris Euangelici doctrina phiala aurea. 189
Concionator non prædicet nisi legitimè missus. 290
Cur septem Angelis omnes concionatores intelliguntur. 279
qualibus indui debet concionator Euangelicus. 284
quid est quod Cõcionator debeat templũ metiri. 292
qualis debet esse concionator pœnitentiam prædicans. 196
puritas interior sit in Concionatore. ib.
Concionator debet esse candelabrum, & quale. 197
Concionatores suos Dominus protegit & vindicat. ib.
qualis debet esse Concionator. 348
Concionatores honore prosequamur. 353. aliàs 355
Cur Concionator Angelus debet esse. 361
quatuor conditiones veri Concionatoris. ibid.
Cur in sole stare debet concionator. 362
quot Conditiones habere debet præco Dei. 15
quales debent esse concionatores. 79. 121
quibus alis debent volare Concionatores. 80
Cur Concionatores in circuitu, & intus debent habere oculos. ibid.
Cur concionatores comparantur ventis. 121
Cur Prædicatores septenario Angelorum numero denotantur. 138
Concionatores septem annuntiare debent, & quæ. ib.
prædicatores Angeli. ibid.
Cur prædicatores non solum dicuntur Angeli, sed stantes Angeli. ibid.
Concionator quod annuntiat, opere compleat. 139
Concionator à quinque commendatur. ibid.
qualis debet esse dispositio concionatoris. 140
Concionator quomodo in munere suo se gerere debet. 144
quatuor debent esse in Concionatore, & quæ. 145
Concionator nequaquã sit personarum acceptor. 153
quinque attendenda in Concionatore & quæ. 155
Cur concionatores comparantur locustis. 160
Cur concionatores peruersi similantur equis paratis in prælium. 164
quales sunt quatuor prædicatores expresse loquentes contra Antichristum. 169
Concionator Euangelicus pes Christi. 181
Concionator Euangelicus columna ignis. ibid.
Concionatores cur septem tonitrua dicuntur 183
Concionatores mali dicuntur equi Diaboli. 173
boni prædicatores, quales equi. 174
zonis aureis circa pectora cingantur concionatores Euangelici. 284
Concionatoris desiderium sit de dilectione Dei, & proximi. 284
Cur concionatores Euangelici dicũtur Reges. 300
plura reperiuntur in bonis prædicatoribus digna attentione. 305
Cur plures prædicatores dicuntur vnus. 310
Concionator cur tubæ comparatur. 344
quatuor alis debet volare Cõcionator, & quibus. 362
Concionator debet esse placidus per honestatis decorem, calidus per charitatis amorem, frigidus per castitatis pudorem. 111
Concionatores in quolibet statu Ecclesiæ missi ad fideles animandos in tribulationibus. 137
Concionator debet se præparare præcogitando, & diligenter studendo, quid quibus, & qualiter sit loquendum. 145
per Concionatores Euangelii Christus eleuatur; & [illegible] Diabolus [illegible]peratur. 169

Corona.

Corona impiorum vana & falsa. 164

Corpus.

Corpus glorificatum calculo candido denotatum. 42

Conscientia.

Conscientia liber est. 373

Consiliarius.

mali Consiliarii quare comparantur ori leonis.

Consolatio.

bonos multiplicitet Deus consolatur. 48
major est Consolatio à Deo data, quam tribulatio habita. 71

Concordia, vide vnio.

Concordia malorum ad malefaciendum. 310

Confessio.

si aperis ostium animæ per confessionem, intrat Dominus in eam sicut Rex in consistorium. 66

Confessor.

Confessores topazio denotati. 402

Congregatio.

quæ malorum Congregatio appellatur mulier. 322
malorum Congregatio dicitur, Babilon. 327
Cur congregatio animarum Sanctarum dicitur ciuitas Sancta. 383

Coniugium.

platex ciuitatis Sanctæ, coniugati. 403

Conqueri.

Cur Sancti conqueruntur de malis. 113

Cor.

Cor obstinatum lorica ferrea. 165
nunc Dæmon pro Carcere habet corda impiorum 373

Contemplatio.

Contemplationi locus idoneus, solitudo. 14
Contemblationis amator Ioan. ibid.
quid in nobis contemplatio operatur. ibi.
quid est vita Contemplatiua? ibid.
mundanis deditus, contemplationi vacare non potest. 312
topasio Contemplatio denotata. 410
Contemplatio homines nouem Angelorum ordinibus associat. 401

Contemptus.

ad Deum accedamus per mundi Contemptum. 266

Conuersio.

quomodo debet homo ad Deum Conuerti. 16
pro Conuersione Pauli plura notatu digna. 16

Creaturæ.

Creaturæ aduersus nos stabunt in iudicio. 378

Crux.

Crux altare in quo Christus immolatus. 140
Crux altare aureum & qua de causa. 141
efficacia & virtus Christi. 142. 144
Crucis encomia. 208. 144
Crux clauis aperiens paradisum. 367
virtus Crucis describitur. 369
lignum Crucis est placatiuæ oblationis, protectiuæ munitionis, ignitiuæ dilectionis. 144

Cubitus.

Cubitus signat bonam operationem. 397.

Cythara.

duplex Cythara mistica. 93
qualis bona & multiplex, similiter & mala. 94
bene Cytharisat, qui carnem suam pœnitentia castigat. 282

Litera D.

Damnatus.

plus Damnatum cruciabit horror continuationis pœnæ, quam actualis afflictio gehennæ. 333

Index rerum memorabilium.

Damnatorum miseria ineffabilis. 337
gaudent Sancti, de Damnatione impiorum, non propter illorum supplicia, sed propter Diuinam iustitiam. 365
Damnatorum delectationi corporali, respondebit in inferno carnis & vermis corrosio. 321
Angeli & alij Sancti cur lætabuntur visâ impiorum Damnatione. 267
Damnatis Ecclesiæ suffragia non prosunt. 276
quænam fames Damnatorum. 332
exprimi non potest dolor Damnatorum. 333
plures Damnati, pauci electi. 306

Delitiæ.

Delitiæ, aquę quæ fluunt citissime. 311
quid post Delectationes remanet nisi dolor? 335

Demerita.

Demerita, nostræ cæcitatis spiritualis causa. 322

Denarius.

Denarius varie sumitur multaque significans. 110

Desertum.

improbus à Deo derelictus, vere desertum est. 312

Desideria.

non verba, sed desideria apud Deum valent. 273
Desiderium iustorum adimpletur. 273
quomodo veritas Doctrinæ fermentatur. 302

Detraho.

qui bonis Detrahit, summũ bonũ Blasphemat. 299
malitia Detractoris maxima. 165

Deuotio.

ex orationibus Sanctorum procedit deuotio. 142

Deus.

Deus hominibus diuerso modo loquitur. 16
tria notantur in Deo. 22
Dei in hominum genus stupenda bonitas. 29
Dei infinita misericordia. 45
Deus vita animæ. 52
vox Dei tubæ comparatur. 70
Deo omnia bona nostra tribuenda. 82
Deus ore & opere laudandus. ibid.
Deus longe plurè concedit quã ab eo petimus. 113
vbi Deus, ibi nullus defectus. 134
Deus non prius deserit, quã cum deseruerimus. 168
Deo nihil incognitum. 224
ex quibus apparet Dei omnipotentia, sapientia & clementia. 282
cur dicitur Deus recordari iniquitatum nostrarum. 330
Deus dicitur multipliciter memor peccatorum. ib.
Deus secundum diuitias pœnas exigit. ibid.
Deus animarum sponsus. 333
Deum blasphemat, qui Deum negat. 344
cur Deo laus, gloria, & honor debentur. ibid.
qualis Dei notitia. 356
Deo permittente vel volente omnia fiunt. 322
De Deo quatuor abscondita, & quæ. 43
Deus nunquam suos deserit. 168
Deus est omnium per creationem, iustorum per sanctificationem, sanctorum per retributionem. 386
ex præsentia Diuinitatis & humanitatis omne bonum. 404

Diabolus.

Diabolus non potest nobis Deo nocere, nisi Deo permittente. 24
Diabolus maximè pacis osor. 106
Diabolus sessor tyranni. ibid.
Diabolus ab initio homicida. ibid.
quis ille gladius magnus datus Diabolo. 107
Diabolus supra quos habet potestatem. 112
Diabolus etiam in suos sæuissimus, ibid.
Diabolus diuisionis auctor, virtutum Cardinalium impugnator. 121
Dæmones quid non tentant vt prædicatio verbi Dei cesset? 122
Diabolus cur mons magnus. 148
Diabolus mons ardens igne inuidiæ, & gehennæ. 149
Diabolus ante lapsum stella. 158
ipsius casus ex superbia. ibid.
Diabolus sua potestate peruersè vtitur. ibid.
Diabolus habet potestatem quadruplicis putei. ib.
Diabolus Angelus abyssi. 167
Diaboli malitia & versutia in omni lingua intellecta monstratur. ibid.
pugnantibus contra nos Dæmonibus cauti esse debemus. 170
cur Dæmones quaternario numero comprehensi. ibid.
cur Dæmones dicuntur bestiæ. ib.
Dæmones alligantur mundi amatoribus. ib.
nunc alligati sunt Dęmones merito Passionis Christi, sed soluentur in fine mundi. 171
Dæmones tentant quadrupliciter. ibid.
semper parati dæmones ad nobis nocendum. ibid.
Dęmones semper paratissimi ad mortem nobis inferendam. 174
quomodo Diabolus dicitur princeps huius mundi. 205
cum bene operari desideramus, tunc nos grauiori tentatione vrget Diabolus. 218
qui Dęmonis victor esse desiderat, mundum fugiat. 220
Diabolus in nos nihil potest, nisi Deo permittente. 224
cuius virtute Diabolus proiectus est. 225
maxime cruciatur Diabolus de bonorum salute. 227
Diabolus inuidiâ in genus humanum æstuat. 228.
virtus Diaboli quam noxia & lethalis. 239
Diabolus potestate sua abutitur. ibid.
Diabolus octaua bestia. 318
portamur à Dæmone, de peccato in peccatum. 315
qualis bestia Dæmon. 316
cur Diabolus dicitur Draco magnus & rufus. 216
quinam per capita Diaboli intelliguntur. 217
septem capita huius Draconis, septem vitia præcipua. 217
cauda Diaboli tentatio eius, & quare. ibid.
cur Diabolus serpens antiquus nominatur. 223
Diaboli officium accusare. 224
quid est quod Diabolus mittit aquam, tamquam flumen, post mulierem. 230
quomodo Diabolus serpens est. ibid.
quale os serpentis Diaboli. 230
licet Diabolus aliquando non possit nocere, nequaquam tamen à peruerso vincendi studio desistit. 232
Diabolus in impiis quiescit. ibid.
Omnes impugnat Diabolus, sed non omnes expugnat. ibid.
plures Dæmones in hoc aëre caliginoso manebunt vsque ad diem iudicij. 304
cur Dæmones denotantur aëre. ibid.
cur Dæmon Draco dicitur. 368
quibus ostiis Christus clausit Diabolum in inferno? 369
soluetur Diabolus modico tempore ante finem mundi. ibid.
Dæmon paruipendendus. ibid.

Index rerum memorabilium.

nunc dæmon habet pro carcere corda impiorum, 373
dæmon in aduentu Christi ligatus in abyſſo, 313
ſeptem diaboli capita, omnes reprobi in ſeptem ſtatibus Eccleſiam perſequentes, 317
qualis ſedes ſatanæ, 39
diabolus mors nuncupatur, 379

Diuitiæ

Deſcribitur miſeria diuitum huius ſæculi; 335
Diuitiis ad ſe attrahet terrenos Antichriſtus. 300
Diuitiæ, aquæ quæ fluunt citiſſime, 311
impius, peccata diuitias eſſe ducit. 319
qui diues ſit temporaliter malis artibus, ſit pauper ſpiritualiter. 335

Deſertum vide ſolitudo.

Deſertum idoneum ad vincendum dæmonem. 228

Docere

primum diſce, deinde doce. 35

Doctor

Doctores oculi Eccleſiæ. 43
cur flammæ ignis comparantur. 43
quare Doctores Soli comparantur. 159
optimus Doctor illuminat ad cognitionem, inflammat ad dilectionem, trahit ad bonam operationem. 159
Doctores portæ ciuitatis cœleſtis. 402
quales debent eſſe Doctores. 403

Doctrina

lubentius auditur vana ſubtilitas, quam vtilis Doctrina. 160
quod ſit ſcrimen inter Doctrinam Chriſti, & Antichriſti. 303
Doctrina Euangelica cur lumen Solis. 415
vana eſt Doctrina, quæ maculatur culpa impudica. 145
fumus abyſſi peruerſa Doctrina. 158

Dolor

Dolor impiorum à quibus.

Donum

ſeptem ſtellæ, ſeptem Dona Spiritus ſancti. 29
Dona Spiritus ſancti incompoſſibilia cum hypocriſi. 51
ſeptem Dona Spiritus ſancti, lampades ante thronum Dei. 75
cur Dona Spiritus ſancti igni conferuntur. 356

Litera E

Ebur

EBur caſtitatis ſymbolum. 337

Eccleſia

quiſnam filius maſculus Eccleſiæ, quem peperit hæc mulier. 219
ſex alæ tribuuntur Eccleſiæ, & quales. 218
Eccleſia mons Sion. 254
Eccleſia cœlum, & qua de cauſa. 251
Eccleſiæ perſequutores ſeueriſſime punientur. 292
Eccleſia militans templum Dei. 274
Eccleſia, cœlum, variis virtutibus, ſicut ſyderibus ornata. 274
Eccleſiæ ſuffragia damnatis non proſunt. 276
cur Eccleſia dicitur tabernaculum teſtimonii. 283
Eccleſia cur cœlum. 343
Deus ſedet in Eccleſia ſicut in ſede ſua. 347
quandonam libertas dabitur Eccleſiæ in extremis temporibus, 370
triplex murus Eccleſiæ militantis, 375
primus murus Eccleſiæ a quibus expugnatur, 375
Eccleſia militans, Chriſti ſponſa dilecta, 375
Eccleſia ciuitas munitiſſima. 375
Eccleſia Dei ex quibus conſtruitur 305
militans Eccleſia terra ſitu ſpecioſa. 326
Eccleſia cur dicitur ductilis, fol. 29
Eccleſia eſt ordinata in officio laudis pro recognitione diuinorum beneficiorum. 83
Eccleſiæ proſperitas in ortu illius, aduerſitas in progreſſu. 105
Eccleſia aurea eſt per charitatem, fulgida per caſtitatem, ſolida per patientiam, ponderoſa per conuerſationem maturam. 169
Deus reſpicit Eccleſiam ſuam oculis miſericordiæ, 169
Eccleſiæ triplex murus, ſacræ ſcripturæ veritas, ſæcularis brachii poteſtas, iuriſdictionis auctoritas, 194
murus Eccleſiæ Chriſtus. 392
quales alii Eccleſiæ militantis muri. 392
quænam latera Eccleſiæ militantis, 396
quænam latera Eccleſiæ triumphantis. 296
defenſores Eccleſiæ cur dicuntur eſſe ex lapide iaſpide. 398
Eccleſia lutea reſpectu aliquorum illius membrorum. 16
Eccleſia candelabro aureo aſſimilatur. 29.26
quænam in Eccleſiæ candelabro attendenda. 29
Eccleſia etiam militans, nomine cœli intelligitur. 69
Eccleſiæ oſtium Chriſtus. 69
Eccleſia thronus Dei. 75
Eccleſia cum perſecutionem patitur, illico Dei auxilium adeſt. 10
Eccleſiæ ſeptem ſtatus. 162
Eccleſia perſecutionibus tyrannorum proficiens. 107
Eccleſiam ſeueriſſime perſequentes, falſi fratres & hæretici. 110
Eccleſia Luna quomodo conuerteretur in ſanguinem, 115
Eccleſia variis gaudet epithetis. 169
Eccleſiam cum maioribus premitur anguſtiis, Chriſtus D viriliter protegit. 184
Eccleſia quale cœlum. 184
quomodo Eccleſia menſuranda, 192
in dedicatione templi quomodo illud menſuratur, 193
quo maior in Eccleſiam perſequutio inſurgit, maius Chriſtus auxilium confert, 194
Eccleſia cœlum. 204
Eccleſia quale cœlum. 211
cur Eccleſia dicta mulier. 212
cur Luna ſub pedibus Eccleſiæ, 212
quomodo Eccleſia cruciatur ne pariat filios Chriſto, 216

Eccleſiaſticus vide clericus

Eccleſiaſtici ſeuerius punientur, 363

Electus, vide ſanctus.

electi capilli Dei. 19
pauciores electi de Iudæis quam degentibus 125
triplex ſtatus ſaluandorum. 125
numerus electorum ſoli Deo cognitus. 127
cur electi dicuntur ſtare ante thronum Dei, 158
qui ſunt electi, & vnde venerunt, 132
electos Dei multiplex probat tribulatio. 132
quomodo Chriſtus ſtat ſuper electos, 134
pauci electi, multi reprobi. 306
tempus quo implentur numerus electorum, denotatur numero millenario. 371

Index rerum memorabilium.

Elementum

qualiter elementorum fiet innouatio. 382
cur aliqua elementa secundum auctorem, amplius futura non sunt? 382
cur nulla mentio elementi ignis fit, cùm de aliorum elementorum innouatione sit sermo? 382

Enoch

quid datutus est Christus duobus testibus suis Enoch & Eliæ. 195
cur solum hi duo præcipui testes aduersus Antichristum? 195
Enoch & Elias adhuc sunt in paradiso voluptatis. 195
maxima potestas Enoch & Eliæ. 195
quinque reddent Enoch & Eliæ prædicationem commendabilem. 194
cur obseruatur quod Enoch & Elias occidentur in ciuitate in qua Christus morti fuit condemnatus. 199
An Enoch & Elias resurrecturi sunt ante resurrectionē generalem. fol. 201

Episcopus, vide Præl.

qualiter Episcopus debet esse erga malos. 31
Episcopus cur Angelus dicitur 35
Episcopi in paupertes sint liberales. 44
cur in consecratione Episcopi datur ei baculus. 53

Equus

spiritus humanus equo denotatus 104
equus varia denotat. 103
equo nigro denotantur hæretici. 108
cur equo assimilatur Christus 316

Euangelistæ

cur quatuor animalibus Euangelistæ denotantur, 77
Euangelistæ, muri militantis Ecclesiæ. 77
quatuor Euangelistæ, quatuor Ecclesiæ protectores 169
Euangelistæ chrisolito denotati. 42

Euangelium

concionator habeat Euangelium in ore & corde, 261
omnibus sine acceptione personarum euangelium annuntiandum. 262

Eucharistia

effectus Eucharistiæ. 39
per manna absconditum intelligitur Eucharistia 42
quæ inter vtrumque conuenientia. 42
Christi corpus in Eucharistia. 187
Eucharistia est manna ratione originis, pulchritudinis, plenitudinis, dulcedinis. 42

Euphrates

quomodo interpretatur euphrates. 299

Excommunicatio

Excommunicatio vomitui assimilatur. 63

Execratus

quinam execrati dicuntur. 390

Exemplum

superiores peruerso suo exemplo alios inficiunt. 328

Exultatio

exultatio sanctorum afflictiua malorum. 348
describitur exultatio sanctorum quantum ad quatuor. 351

Littera F

Facies

FAciei diuinæ encomia. 413

Fames

quænam fames damnatorum. 332

Ferrum

Ferrum firmitatis symbolum, 337

Festum

quid in die Festo agere debemus. 14

Fidelis

quomodo Fideles debemus esse erga Deum, 37
verus Fidelis os Dei. 62

Fides

Fides propriæ vitæ præferenda. 37
Fides per opera dignoscitur. 44
à Fide deficient plures tempore Antichristi. 116
a Fide Christi amor terrenorum auocat. 116
in Fide debiles, Fœno terræ denotantur. 161
boni zelo Fidei, mori desiderant. 163
Fides Ecclesiæ murus. 394
quilibet Apostolus articulum Fidei condidit. 163

Fides

Fides sine operibus mortua. 397
Fides iaspide denotatur. 399

Flagellum, vide punitio.

flagella Dei amore non carent. 65

Flumen

Flumine aquæ viuæ denotata æternitas. 409
quadruplex Flumen æternæ vitæ, scripturæ, gloriæ, concupiscentiæ infectæ. 409
Flumini gloria comparatur, & qua de causa 410

Fons

Fons datus à Christo cum desiderio hauritur, & cum gaudio bibitur. 235
à Fonte aquæ vitæ, triplex Fons emanat. 388

B. Franciscus

B. Franciscus solitudinis amator. 14
S. Franciscus obtinet sedem Luciferi. 398

Frigidus

quis Frigidus, quis tepidus, quis calidus? 62

Fulgur

cur fulguribus miracula comparantur? 210
tria fulgurum genera, & quid mystice designant. 210

Fumus

fumus abyssi peruersa doctrina. 159
cur præcursores Antichristi fumo comparantur. 159

Littera G.

Gabriel

Gabriel interpretatur virtus mea, vel fortitudo mea; 222

Gaudium

Gaudium impiorum brevissimum. fol. 201
maxime in memoria habendum sanctorum gaudium; 351
describitur Gaudium beatorum quantum ad quatuor. 351
quanto maior est gratulantium numerus, tanto maius est Gaudium. 56
ex nimio Gaudio nimia congratulatio. 96

Gentilis

Gentiles cur mari comparantur? 392

Gloria, vide beatitudo.

Gloriæ descriptio. 393
cur Gloria dicitur Ierusalem, cur noua, cur descendens de cœlo. 384
Gloria electorum est pœna reproborum, 154
impii ex Gloria iustorum maxime cruciantur. 202
in quo fœlicitas æterna consistit. 270
quomodo beati à laboribus suis quiescunt. 270
prius resurgendum à culpa, vt Gloriam assequaris. 372
Sancti in Gloria erunt Deificati, quia filij Dei, pacificati, quia ciues paradisi. 60
quibus promittuntur bona cœlestia possidenda, 389
in omni ætate possumus sanctā ciuitatem ingredi, 384

Index rerum memorabilium.

quibus portis in qualibet ætate potest quis gloriam ingredi. 393
Gloria ciuitatis æternæ quoad tria describitur. 399
Gloria comparatur flumini, & qua de causa. 410
supernæ ciuitatis septem conditiones recensentur. 418
quomodo nox non erit in glória. 413
sex actus beatorum denotantur. ibid.
cur æterna gloria dicitur ciuitas vna. 384
quomodo gloria dicitur ornata viro suo. 384
nullus ingreditur gloriam nisi per gratiam. 383
cœlestis curia terra pretiosa fructu. 326
in cœlo non solùm omnium bonorum abundantia, sed & malorum carentia. 386
non solùm in cœlo erunt lachrymæ, sed nec earum causa. 387
Gloria Sanctorum à Trinitate deriuatur. 392
secundum merita gloria mensurabitur. 395
in cœlesti patria omnis boni abundantia, & omnis boni carentia. 404

Glorificare.

qui glorificat se in honoribus, stultissimus. 331

Gog.

variæ sententiæ de Gog & Magog. 374
quid nomine Gog & Magog intelligit auctor. 374
Gog interpretatur tectum, Magog detectum. 379

Gratia.

multiplex Dei gratia. 7
signum animæ viuentis vita gratiæ. 52
Dei Gratiæ cooperandum. 124
qui hîc non vixit vita gratiæ, finaliter non viuet vita gloriæ. 372
nullus ingreditur gloriam nisi per gratiam. 383

Gratiarum actio.

Soli Deo de bonis gratiarum actiones agendæ. 129
quibus titulis gratias Deo referre tenemur. 206

Gula.

bene coniunguntur edere, & fornicari. 40
ad Gulam præcipuè incitans Diabolus. ibid.
Gulæ dediti habent characterem bestiæ. quomodo hæretici ore, & caudis mouent. ibid.
Hæreticus de errore in errorem labitur. 293
Hæretici aduersus Ecclesiam à dæmone suscitatur. 292
pœna Hæreticorum seuerissima. 294
per Hæreticos magis profecit diabolus, quam per tyrannos. 107
Hæreticus facile potest deprehendi. 109
Hæretici pungunt non sibi obtemperantes, vt per impatientiam eos superent. 166
Hæretici corda ferrea habentes. 174
in capitibus hæreticorum est corona superbiæ, mitra inuidiæ, cornua iracundiæ. 175
doctrina hæreticorum inflammatiua per ignem inuidiæ, excæcatiua per fumum superbiæ, infectiua per sulphur. 175

Hierusalem.

cur Hierusalem dicitur Ægyptus & Sodoma. 199
Describitur cœlestis Ierusalem. 391
sanctam ciuitatem Ierusalem omni tempore possimus ingredi. 393
supernæ ciuitatis Hierusalem septem conditiones. 410
quomodo tanta latitudo cœlestis Hierusalem, quanta est eius longitudo. 396
quænam latera ciuitatis supernæ Hierusalem. ibid.
quæ longitudo, latitudo & altitudo ciuitatis sanctæ Hierusalem. 397

Homicidium.

mali iniustè non interficiendi. 341

Homo.

principium hominis vilissimum, vita eius miserrima. 64

Honor.

Honore prosequamur, qui nobis beneficia impendunt. 415
Honor fugiendus. 416
cur Deus Honorandus. 263
qui glorificat se in honoribus, stultissimus. 331

Hordeum.

Hordeum denotat asperitatem legis, & pœnitentiæ. 110

Humilitas.

quanto quisquis perfectius cognoscit cœlestia, tanto amplius sibi vilescit. 29
maxima vis & efficacia humilitatis. 57
cur humilitas dicitur virtus modica. ibid.
quid Humilitate dulcius, quid pretiosius? ibid.
quanto quis maior, eo humilior. 347
Humilitas Ametisto denotata. 401

Hyacinthus.

Hyacinto pastores denotati. 402

Hypocrisis.

cum Hypocrisi dona Spiritus sancti incompatibilia. 51
Hypocritæ quinque habent proprietates. 52
Hypocritæ sæuissime Ecclesiam persequentes. 110
quinam Hypocritæ. 111
quomodo infernus hypocritas sequitur. ibid.
Hypocritæ dolosissimi. 164
Hypocritæ pardo comparantur, 237
cur hypocrita Soli comparatur. 296
Hypocrita periculosissimus Ecclesiæ persequutor. 296
interpretatio nominis Hypocritæ. ibid.
Hypocrita regulariter impœnitens. 297
Hypocrita describitur. 336
Hypocrita suæ simulationis hic recepit mercedem

Littera H.

Hæreticus.

HÆretici comparantur equo nigro. 108
Hæreticorum vita simulata, doctrina pestifera. 108
quomodo hæretici habent stateram i. Scripturam S. in manu. 108
Hypocritæ sæpissimè Ecclesiam persequentes. 110
quinam hypocritæ. 111
cur hæreticus ardet tamquam facula? 150
Hæretici inficiunt purissimas aquas sacræ Scripturæ absinthio. ibid.
Hæretici peruersè exponunt sacra volumina. 151
Hæretici scorpiones sunt. 162
Hæretici dolosissimi. 164
vox hæreticorum quam importuna. 166
Hæreticorum doctrina caudis scorpionum assimilatur. ibid.
in caudis hæreticorum aculei. ibid.
Hæreticorum summa inhumanitas. 175
quam peruersa hæreticorum doctrina. ibid.
Hæretici plura pollicentur fraudulenter, vt decipiant. 176
suauitas hæreticorum serpentina. ibid.

Index rerum memorabilium.

in altero sæculo seuerissime puniendus. 356

Littera I

Iactantia

cauendum à iactantia. 351

Iaspis

Iaspide denotatus Christus. 401
Iaspide diuina natura denotata. 73
Iaspidi cur verus Prælatus similis. 73
cur defensores Ecclesiæ dicuntur esse ex lapide Iaspide. 398
virtus Iaspidis. 398
Iaspide fides denotatur. 399

Idolum.

quo tempore Idola inuenta & veneration habita, 247
in simulachris Idolorum loquebatur dæmon. 247

Iesabel

quænam erat Iesabel, & eius doctrina. 44

Iesus, vide Christus.

efficacia nominis Iesu. 59
de nomine Iesu notabilia. 356
quomodo nomen Iesus soli Christo cognitum. 356
nomen Iesus est Christiferum significatione, opiferum subuentione, salutiferum inuocatione, beneficum susceptione. 60

Ignis

cur oculi Christi sicut flamma Ignis. 356
dona Spiritus Sancti cur igni assimilantur. 356
Ignis infernalis instrumentum diuinæ vltionis. 376
cur hic Ignis dicitur descendere de cœlo. 376
cur nulla fit mentio ignis, cùm de aliorum elementorum innouatione fit sermo. 383

Impius

Impiorum progressus de malo in malum. 244
Impius malè operatur, vt placeat Diabolo. 245
cur Deus permittat impios regnare. 275
Impius sedes bestiæ. 298
Impius cum monetur vt bene operetur, obstinatior aliquando redditur. 298
Impiorum qualis ardor, vt sibi similes acquirant. 298
Impius nequaquam cedit virtuti Christi sed manet pertinax. 301
Impiorum potestas limitatur. 362
Impiorum quam falsa & vana doctrina. 164
Impiorum gaudium breuissimum. 201
Impii ex gloria impiorum maxime cruciantur, 202
Impius de peccatis suis gloriatur. 237
Impiorum gloria & potestas breuissima. 240
admonemur de casu impiorum, vt cum eis non inuoluamur. 242
quid non moliuntur impii aduersus Christum? 302
Impiorum principatus breuissimus. 319
Impiorum consilium aduersus pios quale? 320
Impius pro nihilo animam suam vendit. 329
Impius peccata diuitias esse arbitratur, 329
Impius, si eleuatur, maiori impetu ruit. 339

Impudicus, vide libido voluptas.

Impudici quâ pœnâ puniendi. 148

Incarnatio, vide Christus, aduentus Christi,

quot nouitates Incarnationis. 94
tria in Incarnatione coniuncta. 186
in Incarnatione summum verum cœcis manifestatum, summe summum seruis humiliatum, summum bonum malis communicatum. 94

Infernus,

in Inferno non vinum sed fax. 466
quid in Inferno patientur reprobi, 268
in Inferno nullum pœnæ interuallum. 268
quomodo erit aliquis dies in inferno. 268
septem præcipuæ pœnæ inferni. 290
descriptio inferni, 276
Inferni lacus quis. 276
qui hic contemnit comminationes pœnarum inferni, eas in futuro sæculo experietur. 284
in Inferno odio habebitur quod hîc summo amore diligebatur. 321
quanto quis potentior in hoc sæculo & peccauerit tanto grauiùs in inferno punietur. 321
in Inferno priuatio omnis iucunditatis & vtilitatis. 340
si scientia remanet in inferno, non ad consolationem, sed ad pœnæ augmentum. 340
pœna inferni perpetua & continua. 346
cur pœna Inferni assimilatur stagno, non flumini? 365
cur Infernus dicitur abyssus? 369
ignis Inferni instrumentum diuinæ vltionis. 376
cur hic ignis dicitur descendere de cœlo. 376
pœnarum Infetni æternitas. 376
cur pœna æterna dicitur calix? 307
quæcumque sæculi pœna comparata gehennæ Inferni, leuissima est. 172
in Inferno secundum delicta erit cruciatus. 379
in Inferno pœna stabilis, immobilis, & interminabilis. 379
in Inferno frigus, & stridor dentium. 387

Infidelitas

Infidelitas, vera mors animæ. 176

Iniuria

Iniuria proximo tripliciter irrogatur. 177

Inuidia

Inuidia reproborum. 11
omnibus vitiis inuidia affinis. 296
sola miseria nescit inuidiam. 296
Inuidus sedes diaboli. 299
qui bonis detrahit ex liuore, summum bonum blasphemat. 299
Inuidus regulatur motu iniquitatis. 111

Ira

Ira Dei, sententia eius iudiciaria in impios dicitur. 267
variæ definitiones iræ. 294
multiplex consideratio iræ Dei. 307

Iracundus

Iracundi sanguinolenti. 294

Iris

Iris filius Dei incarnatus, & qua de causa. 73
Maria etiam iris cœlestis. 74

Ioannes

Ioannis humilitas! 22. 313
Ioannes significationes figurarum clarè cognouit. 3
Ioannes pluribus modis dicitur seruus Christi, 4
Ioannes interpretatur, in quo est gratia Dei, 4
multiplex gratia in Ioanne, 4
Ioannes prius scripsit Apocalypsim, quam Euangelium, 5
per Ioannem variæ hæreses destruuntur, 7
Ioannis commendatio. 79. 15
Ioannes contemplationis amator, 14
Ioanni varie loquutus est Christus, 16
cur Ioannes cecidit ad pedes Angeli? 23
Ioannes cur aquila denotatur? 79
cur Ioannes miratus mulieris pessimæ exaltationem, 126
in Ioannis contemplatione fuit ascensus eleuationis

Index rerum memorabilium.

sublimis, aspectus intuitionis claræ, accessus admirationis profundæ, iubilus liquefactionis iucundæ. 79

Ioannes prædicator promptus ad executionem, altus per meditationem, cautus per moderationem, clarus ad eruditionem 79

Ioannes humillimus. 415

quotuplex gratia in Ioanne. 415

quomodo Ioannes voluit adorare Angelum. 415

cur à Ioanne prohibet Angelus sibi dari adorationem. 415

Iudæus

cur Iudæi terræ camparantur. 291

cæcitas & obstinatio Iudæorum. 291

Iudæi

Iudæi ad impudicitiam proni. 40

Iudæi Christum D. solum hominem crediderunt. 102

Iudæorum duritia pertinacissima. 143

Iudæi populis alijs ignobiliores 147

cur Iudæi nunc terra, nunc arbores dicuntur, nunc autem fœnum viride, 147

Iudæi cur mare dicuntur, 235

Iudicium.

cur dies Iudicii magnus dicitur. 303

Christus adinstar furis iudicaturus accedet. 303

in iudicio cuncta, cunctorumque peccata patebunt, 303

in iudicio finali terræ motus maximus. 306

multiplex iudicium. 339

iudicium Dei certum, verum, iustum, rectum. 345

describitur qualiter sistendi sumus ante tribunal Christi iudicandi. 358

quomodo innouabuntur omnia post iudicium. 377

vnicuique apparebit in iudicio quid boni & mali fecerit 377

iudicium duplex disceptationis & discussionis. 378

sententia Christi in iudicio dicitur romphæa, 39

sententia iudiciaria est gladius oris Christi conuincens prauos, & separans à consortio bonorum. 41

in iudicio quomodo omnes visuri sunt Christum. 10

non ex præscientia iudicat Deus. 53

terribilis dies domini. 117

Christus in iudicio bonis & malis diuersè apparebit, 128

quatuor in iudicio futura 263

examen seuerum in finali iudicio. 263

congregabuntur omnes iudicandi in vallem Iosaphat. 274

sanctorum iudicium aduersus mundi amatores exercebitur. 276

si iudicia Dei sunt incomprehensibilia, quomodo manifesta? 282

Iustitia

Iustitia tribus corrumpitur, crudelitate, remissione, simulatione. 62

quomodo veritas iustitiæ distributiuæ corrumpitur. 302

Iustus

quicunque Iustus potest dici Angelus. 88

Iusti quales cœli. 184

Iusti habent trinam dimensionem, similiter & mali & quâ de causa. 179

Iustus cur auis nuncupatur? 361

Iustus dicitur bos propter laborem, leo propter fortitudinem tolerantiæ, homo propter moderationem conuersationis, aquila propter altitudinem contemplationis. 78

Littera L.

Labor

quotuplex est Labor. 30

cur hæc tria coniunguntur opus, Labor, & patientia? 30

Lachrymæ

quales sunt veræ Lachrymæ 435

non solum in cœlo non erunt Lachrymæ, sed nec eorum causa. 587

Lacus

Lacus peccati quam noxius. 276

Lacus purgatorii expiatiuus. 276

qualis Lacus inferni. 276

Lampades

quænam sunt septem Lampades lucentes ante thronum Dei. 76

Laodicia

Laodicia quomodo interpretatur? 61

Lapis

Lapide molari denotantur pertinaces in impietate. 339

Lapides pretiosi virtutes denotant, 399

Laus

hic summe quiescit, qui à Dei laudibus non cessat. 80

generalis debet esse Laus diuina. 81

Deus ore & opere Laudandus. 82

Laus Dei exprimi non potest 346

cur laus Deo debetur. 344

non est speciosa Laus in ore peccatoris, 347

omnium est Laudare Deum. 347

quomodo Deus Laudandus. 348

Deus maxime Laudandus propter quatuor effectus. 349

Laus Dei debet esse directa intentione, distincta expressione, deuota adoratione, perfecta continuatione. 80

Laudandus Deus, & quia vnus, & quia Trinus. 81

Lectus.

status culpæ Lecto assimilatur & cur. 46

Lectus malus quadruplex, similiter & bonus 46

Lex

Lex gratiæ onus leue. 47

Lex vniuersæ carnis, quoad tria describitur. 270

Liber

Libro viso à Ioanne Christi conuersatio denotata. 87

Libro hoc sacra scriptura denotatur. 87

hic Liber potest etiam de sanctissima virgine intelligi. 87

quid nomine libri inuoluti intelligitur. 116

cur tempore Antichristi perfectiores recedent sicut Liber inuolutus. 116

multiplex Liber vitæ. 316

conscientia Liber est. 378

quomodo quis deletur de libro vitæ. 378

Libido

bene coniunguntur edere & fornicari 40

diabolus præcipue incitans ad Luxuriam. 40

Libidinosus cur vrso assimilatur. 238

difficile à Libidine reuocamur. 243

Libidinosus delectationem corpoream illicitam, reputat Deum. 292

Libidinosi fœtent. 292

Libidinosus ducitur gressu brutalitatis. 112

Lignum vitæ

Ligno vitæ Christus comparatur. 54

Lingua

Lingua venefica causa iniuriarum. 175

Index rerum memorabilium.

Locus.

vnus substituitur in locum alterius. 54

Loqui.

cum de Deo loquimur, Angeli adsunt præsentes. 140

S. Lucas.

cur S. Lucas vitulo designatur. 79

Lumen.

quale Lumen ciuitatis supernæ. 392

doctrina euangelica cur lumen Solis. 453

, Luxuria, vide libido, impudicus.

quid Luxuria, & eius damna. 154

Luxuriæ dediti insulis veniunt intelligendi. 307

quid Luxuria. 347

Littera M.

Malus, vide impius.

quomodo Mali sustinendi. 31

Minter Malos virtutem retinere maxima virtus est. 39

cur sancti conqueruntur de Malis, 103

irritus conatus Malorum aduersus Christum. 364

Magog.

variæ sententiæ de Magog. 314

quid nomine Magog intelligit auctor.

Manna,

per Manna absconditum intelligitur corpus Christi in Eucharistia. 42

Manna præmium essentiale denotat. 42

Marcus.

cur S. Marcus leone designatur. 79

Mare.

Mare multipliciter sumitur. 98

quo mare peccata designantur. 124

hoc præsens sæculum Mare. 379

Margarita.

quid notandum in margaritis. 403

Pastores eis denotantur. 403

Maria.

Virginis Mariæ opera plena fuere. 54

Maria Iris cœlestis. 74

Maria signum humanæ reconciliationis. ibid.

Mariæ qualis thronus. 76

Maria liber Mysticus visus à Ioanne. 87

Mariæ Virginis encomia. 30

Maria immunis à peccato originali. 141

beatissima Virgo cur Maria. 191

Mariam significans mulier amicta Sole 213

Maria quale signum. 215

quomodo Maria amicta Sole. 215

quomodo Luna sub pedibus Mariæ. ibid.

quomodo Maria cruciatur vt pariat. 216

Maria qualis terra. 231

virginis Mariæ encomia. 232

virgo semper deprecans, pro Ecclesia militante. 231

quomodo fabricatum est mysticum templum nempe Maria. 287

Maria, quomodo dicitur templum Dei apertum. 286

virgo Maria qualis terra. 326

Maria dotata, probata, perfecta. 54

Quomodo omnimode perfecta Maria. 59

Maria denotata saphyro. 401

Martyr.

Martyr Græcè, Latinè, testis. 40

Martyres licet occidantur non tamen victi sed victores. 98

qualis debet esse qui martyrium vult consequi. 104

Martyrum constantia sardio denotata. 400

berillo Martyres adumbrantur, 402

Matrimonium.

triplex bonum matrimonij. 41

Matthæus.

cur Matthæus homine denotatur. 79

Mercator.

in Mercatoribus fraus & dolus. 335

Mensura.

sapientia cur dicitur mensura aurea, & cur arundinea. 394

Mensura aurea & arundinea Scriptura sacra. 395

Meretrix.

qualis est proles meretricis magnæ. 311

Meretrix pro pluribus sumitur. ibid.

anima peccatrix meretrix. ibid.

cur Mundana vanitas dicitur meretrix. 310

ciuitas Romana ethnica meretrix. 310

quibus vitiis Meretrix magna terram corrupit. 345

Merita.

Merita nostra à passione Christi virtutem accipiunt. 141

secundum Merita gloria mensurabitur. 395

Michaël.

Michaël interpretatur quis vt Deus? 221

Michael Princeps Ecclesiæ, & Michael in pluribus nobis auxiliatur. 222

Miracula.

Miracula cur fulgoribus comparantur? 210

Miraculum vita bonis, mors malis. 210

apparentia miracula facile seducunt. 245

Miracula.

Miracula quomodo dicuntur fulgura. 75

vera Miracula non operabitur Antichristus. 239

falsis miraculis allicere veros fideles conabuntur Antichristiani. 205

Miseria.

Miseria præsentis vitæ perpetua & ineuitabilis. 65

Misericordia.

quadruplex Dei Misericordia. 65

Misericordiam Christus multipliciter nobis demonstrauit. 73

berillo Misericordia denotata. 400

Monitorium.

septem Monitoria nobis Deus cantat. 310

Mors.

Mors primi hominis torcular, vini furoris Domini. 360

quæ Mors prima, quæ mors secunda? 373

Mors secunda non habens potestatem in eo qui morti peccati non est obnoxius. 373

Mors peccatum est. 379

Mors nuncupatur Diabolus, ibid.

quænam est Mors secunda. 37

Mors quotuplex. 38

Mortis corporis & animæ conuenientia. ibid.

Mors iustorum bona, melior, optima. 163

cur aliquando Mors iustorum differtur. 163

quomodo mortui moriuntur. 268

quibus est Mors indomita. ibid.

Mors pessima peccatorum. ibid.

Mors in Christo cum Christo, & pro Christo. 270

Mors animarum diuinæ visionis carentia. 232

Mortificatio vide pœnitentia.

Multiplex mortificatio. 93

exemplo Christi D. ad macerationem carnis inuitamur. 143

pluribus modis fit mortificatio. 281

Mulier.

Malæ mulieris epitheta. 45
Muliere omnium malorum congregatio describitur. 212
Mulier sanguinaria. 313
Mulier fallacissima. ibid.
in quibus nocet Mulier? ibid.
quod nomen scriptum in fronte mulieris sedentis super bestiam? 314
Mulier hæc cur dicitur ebria sanguine iustorum. ibid.
Mulieris iniquitas, pertinacia, & malitia. 45
Mulier mala inficit fœditate, allicit dolositate 165

Munditia.

vtraque Munditia necessaria, corporis & animæ. 358
Christus signat Mundos ipsos desponsando ne inficiantur. 127

Mundus mundanus.

qui dæmonis victor esse desiderat, mundum fugiat. 220
in Mundo nulla tranquillitas. ibid.
Mundi amatores sunt profundi astutiâ, impetuosi in malitia. 170
hic Mundus mare propter sui inquietudinem, propter sui amaritudinem, propter sui periculositatem. 379
quis calix quem suis bibendum exhibet mundus. 265
aduersus Mundi amatores iudicium Dei exercebitur seuerum. 276
Mundanis deditus, contemplationi vacare non potest. 312
Muri huius mundi, amor honorum, oblitio mortis, amor diuitiarum, amor delitiarum. 139
quomodo mundus vincitur. 67
Mundus non necessitate, sed libere à Deo conditus. 83
Mundi symbolum luna. 138
quales sunt huius mundi muri? ibid.
quales sunt mundi huius mutationes? 139
omnia Mundana cito euanescunt. 200

Murus.

triplex Murus Ecclesiæ militantis. 375
primus murus à quibus expugnatur. ibid.
Murus Ecclesiæ Christus, 392
Murus angelica assistentia, prouidentia Dei. ibid.

Mysterium

Deus paratus est desiderantibus cognitionem Mysterium aperire. 420
Mysteria Dei annuntiantes honore prosequamur. 352. alias 355.
cœlorum apertio Mysteriorum reuelatio. 356. aliàs 354
quibus diuina Mysteria reuelantur. 414
non omnibus, omnia nostræ fidei Mysteria aperienda. 26

Litera N

Necessitas.

ex peccato primi parentis homo obnoxius triplici Necessitati. 270

Negare.

qui Deum Negat, Deum blasphemat. 344

Negotiatio.

in scolis Christi Negotiandum. 248
mundanis Negotiis nimium dediti torquebuntur. 334

Nicolaus.

quis ille Nicolaus, de quo in Apocalypsi? 31
quænam doctrina Nicolaitarum? 41

Nomen Dei.

quantæ virtutis nomen Dei. 39
quomodo nomen Dei magnificandum. 282

Numerus.

quatuor plenitudinem perfectionis denotant. 79
Numerus centenarius competit Virginibus, quadragenarius continentibus, & quaternarius coniugatis. 125
cur septenario Numero boni, & mali denotantur. 202
Numero millenario significatur tempus, quo impletur numerus electorum. 371
Numerus centesimus puritatem, quadragenarius pœnitentiam denotat. 397
quid est numerum Antichristi nominis habere? 249
quomodo Numerus Antichristi numerari debet? ibid.

Nuptiæ.

spirituales Nuptiæ quæ, & quales. ibid.

Litera O

Obediens.

verus Obediens semper audiendis præceptis Dei intentus. 72

Obstinatus

in Obstinatis est pertinacitas ad resistendum contra veritatem. 165
cor obstinatum lorica ferrea. 165
Obstinati in impietate, lapide molari denotantur. 339
talia sunt obstinatorum corda, vt non possint sacræ Scripturæ sagittis conuinci. 165

Occasio.

qui Occasio est aliis peccandi, in varia etiam labitur crimina. 242

Occidere.

mali, etiam iniusti non interficiendi. 341

Odium.

Non homo, sed peccatum illius odio habendum. 33

Oleum

Oleum significat compassionem feruidam, conuersationem splendidam. 110

Onus

Onus leue lex gratiæ. 47

Opus

bona opera debent esse columnæ habentes rectitudinem figuræ per intentionem; altitudinem staturæ per contemplationem; pulchritudinem scripturæ per charitatis informationem. 181
Opera nostra scit Christus & ea approbat. 30
quænam opera plena, quænam vacua? 53

Index rerum memorabilium.

non satis est à malo cessare, sed necesse est bene operari. 61
cum bene Operari desideramus, tunc grauiori tentatione nos vrget Diabolus. 218
impius male operatur vt placeat Diabolo. 245
rectis Operibus portatur Deus. 181

Oriens.

quinam per Orientem denotantur. 393

Os.

vere fidelis Os Dei. 62
ex Ore Christi loquuntur Apostoli, sicut ex ore Diaboli pseudoapostoli. 244

Oratio.

Oratio Deo odorifera. 93
Oratio phialâ aureâ denotata. ibi.
Orationum nostrarum virtus & ascensus à Christo. 142.
qualis debet esse Oratio. 141
cur non omnes Orationes à Christo, Patri offerantur. 142
qualis debet esse Oratio. ibid.
Oratio Sanctorum cur aquæ comparatur. 255
Oratio deuotam animam facit diffundere, facit ascendere. 93
Oratio pascit, reficit, recreat. ibid.
Oratio debet esse cana humilitate, clara puritate, lata charitate, longa continuitate. ib.
Oratio debet esse spontanea, in Deum directa frequentata. 141
ex Orationibus Sanctorum procedit deuotio. 142

Littera P.

Paradisus vide gloria.

cur conuiuium Paradisi dicitur cœna. 351
Christus nobis paradisi viam ostendit. 370

Passio Christi; vide Christus, redemptio.

quoad tria Christi Passio describitur. 118
Christi in Passione dolor acerbissimus. 118
quænam tempore Passionis audita. 142
quænam contigerunt tempore Passionis Christi. 143
in Passione Christi fuit pœna super pœnam ratione anxietatis, pœna citra pœnam ratione Diuinitatis, poena vltra poenam ratione nobilitatis. 118
in Passione Christi facta sunt fulgura mirabilium operationum. 143

Passio Christi.

effectus dominicæ Passionis præcipue triplex. 95

Patientia.

qualis debet esse Patientia. 31
Patientia quænam obtinet. 58
in tribulationibus Patientes simus. 185
Patientia sardonio denotata. 400
Patientia in tribulatione necessaria. 63
in Ecclesia decem gradus patientiæ. 44

Patriarcha.

smaragdo Patriarchæ denotantur. 402

Paulus.

Pro conuersione Pauli plura notatu digna. 16

Paupertas.

Christus semper paupertatem sectans. 36
ille vere pauper qui non agit penitentiam. 63
quomodo pauper potest emere aurum ignitum. 64

Pax.

quid Pax. 7
nihil pace optabilius. 7
Pacis encomia. ibi.
Pacis osor Diabolus. 106.
Pax multiplex, peccatorum, iustorum, & Sanctorum 107

Peccator.

mira Peccatoris cæcitas. 63
si in nobis est voluntas peccandi, claudimus Christo ostium animæ nostræ. 66
Peccatores retro cadunt, iusti ante. 92
Peccator nomen hominis non meretur. 102
impius de Peccatis suis gloriatur. 236
ita cæcus Peccator, vt ipsum Dæmonem adoret. 240
qui aliis est occasio peccandi, in varia etiam labitur crimina. 242
Peccatorum maxima confusio. 265
Peccator duplici casu ruit. ibi.
quam Præsumptuosa est peccatorum securitas. 331
Peccatorum stupenda cæcitas. ibid.
Peccator est pauper priuatione veræ opulentiæ. 61
Peccator cæcus priuatione veræ iustitiæ. ibid.

Peccatum.

vnum peccatum ad aliud suo pondere trahit. 46
status Peccati cur lecto comparatur. ibi.
qui in peccato est, mortuus censendus. ibid.
Peccati miseria maxima. 63
nihil adeo confundit ac Peccatum. 65
Peccata per mare denotantur. 124
Peccatum lethale inebrians animas. 265
in peccato ignis ardens & sulphur fœtens. 267
quomodo mors pessima peccatum. 269
ex Peccato primi parentis homo obnoxius triplici necessitati. 270
à Peccato in peccatum labimur in infernum. 315
peccatum causa casus nostri. 327
Peccatum apud omnes nos reddit immundos. 328
Peccatum Dæmon est. ibid.
impius Peccata diuitias esse arbitratur. 329
Peccatum vere plaga est. ib.
Peccatorum recordatio pœnam aggrauat. 336
Deus regnare non videtur, cum in nobis regnat peccatum, 348
Peccato in infernum descensus. 315
sicut peccata carnalia maioris infamiæ, sic peccata spiritualia maioris culpæ. 328
Peccata eleuant hominem contra Deum. ibid.
qui in Peccato est conscius, pœnæ erit particeps. 329
cum in Peccatum labimur, quam lethalis est casus. 32
Peccatum separat animam à Deo. 38
Per peccatum morimur. 193
Corpus infectum peccato, cadauer fœtidum. ibid.

Index rerum memorabilium.

peccatum mors est. 379

Periculum

alienum Periculum cautos nos reddere debet. 317

Perseuerantia

quid est Perseuerantia. 31
maior est numerus incipientium, quam proficiētium, & perseuerantium. 161

Persequutio vide tribulatio.

cum Ecclesia Persequutionem patitur, ilico adest auxilium Dei. 101
falsi fratres & hæretici sæuissimè Ecclesiam Dei persequentes. 110
quales Persecutores suscitauit diabolus contra Ecclesiam Dei. 146
Persecutio electorum est eorum consolatio. 161
tempore Antichristi erunt aliqui Prælati durè Ecclesiam persequentes. 243
Persecutiones non adeo timendæ, 252

Persequutio

Persequutores Ecclesiæ seuerissimè punientur 292

Peruersor

aliorum Peruersores quam seuerè punientur. 242

S. Petrus

S. Petrus columna Ecclesiæ 60
S. Petrus præcipue à tribus commendatur. 59

Phiala

Phiala aurea prædicatoris Euangelici doctrina. 289
plures Phialæ mysticæ. 285
Phialis sacra scriptura denotatur. 390
Phialâ aurea cor iustorum denotatur. 43
Phialâ aurea orario signatur. 93
in quos Phialæ iræ Dei effunduntur. 291

Philadelphia

quomodo Philadelphia interpretatur. 56

Philosophus

aliqui ex Philosophis ad fidem conuersi, alii in infidelitate permanserunt. 149

Placere

quod Deo Placet semper attendere debemus. 196

Plaga

quænam sunt septem Plagæ nouissimæ, quibus reprobi afficientur. 279

Plateæ

Plateæ ciuitatis sanctæ, coniugati. 403

Pœna

Pœnæ à Deo nobis illatæ non despiciendæ. 344
Pœna delicto respondens. 321
maior est pœna terroris continuationis pœnæ, quam afflictionis gehennæ. 335
quomodo sancti lætantur de pœnis impiorum. 421

Pœnitentia

quomodo agenda pœnitentia. 41
à pueritia in pœnitentia perseuerandum. 45
quid pœnitentia. 46
qui non agit pœnitentiam, ille vere pauper est. 63
qualis debet esse pœnitentia. 65
collyrium mentis, pœnitentia. 65
Pœnitentia mare est, & qua de causa ei assimilatur. 77
si aliis pœnitentiam prædicamus, prius ipsi indulgeamus. 256
bene cytharisat, qui carnem suam pœnitentiâ cordis castigat. 281
post Pœnitentiam anima quietatur. 77
per Pœnitentiam ad regnum cœlorum peruenitur. 77
qui non Pœnitet de peccato in alia labitur. 415

Potens

quanto quis potentior & peccauerit, tanto grauius in inferno punietur. 32

Potestas

limitatur Potestas impiorum. 162
mundana Potestas cito transit. 319

Præceptum Dei

custodienti Dei mandata præmium maximum promittitur. 48
decem cornua bestiæ decem præuaricationes præceptis Dei oppositæ. 356
mediis Præceptis Dei ad ipsum venimus, & ille ad nos. 282

Prædestinatio

quid Prædestinatio, & quid includit. 104
Prædestinatus peccare potest. 223

Prædicatio vide concionator.

Prædicatio cur aquæ assimilatur. 20
cum subtrahitur Prædicatio verbi Dei, maxima persecutio censenda. 120
quid Diabolus non tentat, vt Prædicatio verbi Dei cesset. 122
ad Prædicationem qualis præparatio, 139
qualis debet esse Prædicatio. 145
cur per tubam Prædicatio designatur. 145
qualis debet esse Prædicatio 168
cur Prædicatio vna, cùm sit multiplex. 169
pluuia spiritualis Prædicatio verbi Dei. 198
Prædicatio debet esse suauis pro consolatione & promissione quoad iustos, terribilis per comminationem quoad improbos. 108

Prælatus

Prælati stellis comparantur & qua de causa. 20
quales debent esse Prælati, 21
Prælati cur Angeli. 28
Prælati corriguntur ex subditorum negligentia. 32
Prælatus locus Ecclesiæ. 33
quomodo Prælatus debet se gerere 53
à Prælato quomodo confirmandi sunt subditi. 53
Prælatus debet esse columna perfecta. 59
quibus dari debet Prælatura. 67
Christus in Prælatis sedet & iudicat. 72
verus Prælatus cur similis lapidi iaspidis & sardinis. 73
Prælatus animal mysticum, & qua de causa. 78
Prælati cornibus Agni designantur. 91
cur Prælati dicuntur arbores. 147
Prælatus debet esse sol aliorum. 151
in Prælatis maxime charitas periclitatur. 152
arguuntur Prælati in sacris scripturis ineruditi. 186
superiores peruerso suo exemplo alios inficiunt. 328 & 312
Prælati commissi sibi gregis immemores seuerè puniendi. 337
reprehenduntur Prælati redditibus officiorum abutentes. 338
qualis debet esse Prælatus, 403
Prælati hyacinto denotati. 402
mali superiores reprehenduntur. 214
tempore Antichristi erunt aliqui Prælati durè Ecclesiam persequentes. 242
Prælatus subditos illuminet. 254
plures Prælati vanitatibus intenti. 311
mala vita prælati est occasio aliis cadendi. 312
contra Prælatos Ecclesiæ tempore Antichristi totum pondus belli vertetur. 330

Præmium.

in quo bonorum Præmium consistit. 269

Præparatio.

quòd anima se præparet vt sit sponsa Dei, non à se, sed

Index rerum memorabilium.

à Deo habet. 350
qualis debet esse præparatio, vt digne sponso Christo iungamur. 350

Præuidere.

Præuisa iacula minus feriunt. 114 54
non ex præscienua iudicat Deus. 55

Princeps.

Principes per naues denotantur. 149
Principum impiorum inhumanitas. 163
cur Principes mali dicuntur habere locustarum similitudines. 164
Principes impii Dei blasphematores. 237
propter Principes malos affliguntur subditi. 340

Progressus.

Progressus impiorum de malo in malum. 244

Propheta.

Prophetæ testimonium perhibent de Christo, quod sit Deus & homo. 355 aliàs 353
Prophetæ sardonio denotantur. 401
à Deo prophetia. 414

Prosperitas.

rideamus impiorum prosperitatem. 345
imperfecti mirantur vias peccatorum prosperas. 325
aqua Prosperitatem denotat. 231

Prouidentia.

Prouidentia Dei, fortissimus murus. 392

Prudentia.

Prudentia in tres partes diuiditur. 214

Pseudoapostolus.

Pseudoapostolus, cur bestia nuncupatur. 243
Pseudoapostoli loquentur ex ore ipsius diaboli. 244
Pseudoapostoli mittentur vt adoretur Antichristus. 245
in apparentibus signis conantur Pseudoapostoli imitari Apostolos in miraculis. 246

Pugna

descriptio Pugnæ spiritualis animæ cum dracone. 221
quomodo pugnandum cum dracone. 222
pugnare iniuste dignum vituperio. 356 aliàs 354
qui in Pugna spirituali vicerit à Deo cruciabitur. 105

Pulsare.

Pulsat Dominus per internam inspirationem, per exteriorem prædicationem, per corporalem flagellationem. 66

Punire.

cum Præcipui & magnates puniuntur, alii citius ad meliorem frugem redeunt. 28
quem Deus flagellat, diligit. 58
Deus laudibus extollendus propter impiorum punitionem. 294
Punitio non tardat venire. fol. 333
Ecclesiastici seuerius punientur. 365
gaudent sancti de punitione malorum non propter illorum supplicia, sed propter diuinam iustitiam. 365

Littera R.

Rana.

quid Rana mystice designat. 361
cur mali dicuntur spiritus ad modum Ranarum. 301

Raphael.

Raphaël Dei medicina. 221

Redemptio,

septem Redemptionis humanæ sigilla sunt septem sacramenta. 85
nullus præter Christum potuit redimere genus humanum. 88
dolent sancti Patres de dilatione Redemptionis humanæ. 89
Redemptionis præcipue tria beneficia. 95
de Redemptione nostra nobis congratulantur Angeli. 96
Redemptione generis humani completâ, quæ de Christo in veteri lege obumbrata erant, apparuerunt. 102
Redemptio generis humani celabatur in veteri testamento pluribus ænigmatibus & figuris. 85

Regnum Rex

cur Regnum mundi contemnendum. 96
Regnum Dei appetendum. 96
multipliciter Regnum sumitur. 205
multiplex Regnum Ecclesiæ, sicut & Regnum Dei. 205
cur Deus permittit malos regnare. 275
impij Reges dicuntur cornua Diaboli, 319
quis vere Rex dicendus. 319
malorum Regum est principatus breuissimus. 319
Deus Regnare non videtur, cum in nobis regnat peccatum. 348
quomodo dicuntur sancti Regnare cum Christo per mille annos. 371
Regnum Christi non fore perpetuum volunt Iudæi, 371

Religiosus.

peruersus Religiosus describitur, 39
cur stellis Religiosi conferuntur, 152
Falsi & apparentes Religiosi reprehenduntur, 153
Religiosi qui videntur parui sibi ipsis, & mundo, sunt magni coram Deo, 152
Religiosi mundum tenebrosum illuminant, 152

Religiosus.

quidam Religiosi volunt esse pauperes sine defectu, humiles sine despectu, patientes sine contumelia, 153

Renouatio.

quomodo omnia renouabuntur post iudicium. 377
qualiter elementorum fiet innouatio, 382
mundi innouatio mystica qualis, 383

Reprehensio.

quomodo reprehensio adhibenda, 32
Reprehendendus aliquando antea laudetur, 30
Reprehensio æquanimiter toleranda. 35

Reprobi.

Reprobi membra Diaboli, 24
omnes Reprobi in septem statibus Ecclesiam persequentes, septem Diaboli capita sunt, 317
plures Reproborum differentiæ, 389

Resurrectio.

cur potius prædicanda Christi Resurrectio, quam eius incarnatio & passio. 105
quinque reperiuntur in Resurrectione prima, & quæ. 302
Prædicabatur Christi resurrectio ab Apostolis, vt eius diuinitas innotesceret. 102

Littera S.

Sacerdos.

Sacerdos Deo debet offerre. 95

Sacramenta.

quod discrimen inter Sacramenta, respectu gratiæ. 76
Redemptionis humanæ sigilla. 85
Sacramenta virtutem habent à merito passionis Christi. 95

Scientia,

à Christo vera Scientia. 180
Scientia aliis communicanda. 420
quibus datur Scientia Dei. 420

Index rerum memorabilium.

Sacra Scriptura.

quomodo accedendum ad Christum vt dignetur nobis sensum Sacræ Scripturæ aperire. 187
quid est librum Sacræ Scripturæ deuorare. 187
Scriptura cur aliquibus amara, 188
in Sacra Scriptura aliquando minor numerus non attenditur. 195
quomodo S. Scriptura conuertitur in sanguinem. 196
Scriptura Sacra cœlum. 208
Scriptura Sacra habet duo luminaria magna, 209
cur Sacra Scriptura dicitur calix iræ Dei, 267
quid Scriptura Sacra docet, 285
qui renuit veritatem Sacræ Scripturæ intelligere, hic verè cœcus est. 285
Scriptura Sacra vere poculum aureum, 313
Scripturâ Sacrâ castra Ecclesiæ defenduntur, inimici vulnerantur & occiduntur, 103
Scriptura clarissima per euidentiam historiæ.
legentis vt decet Sacram Scripturam magnum meritum, & magnum præmium, 5
septem modis potest explicari Sacra Scriptura, 87
Scripturam Sacram denotat arcus. 103
Scriptura Sacra statetâ denotata, 108
Sacra Scriptura flumen, & qua de causa, 150
Sacræ Scripturæ aquas purissimas inficiunt hæretici absinthio. 150
peruerse hæretici exponunt Sacra volumina. 151
Sacræ Scripturæ encomia. 151
librum Scripturarum clausum Christus nascendo & moriendo aperuit. 186
cur Sacra Scriptura calamo assimilatur. 191
Sacra Scriptura cur similis virgæ. 191
Scriptura S. est clarissima per euidentiam historiæ, profundissima per eminentiam intelligentiæ, fœcundissima propter excellentiam sapientiæ. 150
S. Scriptura male exposita amara redditur. 151
Sacra Scriptura lignum vitæ. 151
in Sacra Scriptura legitur cultus iustitiæ, tollitur gustus insipientiæ, ligatur luxus insolentiæ, colligitur fructus æternæ vitæ. 151
Sacra Scriptura Phialis denotatur, & cur plena dicitur plagis nouissimis. 390
Scriptura Sacra mensura aurea. 395

Sancti.

Sancti stant ante thronum Dei vt suspensi speculatione veritatis, accensi prædilectione charitatis, absorpti delectatione voluptatis, 128
Sancti sunt amicti stolis summæ claritatis, vigore æternæ immortalitatis, valore supernæ libertatis, 129
palmæ in manibus sanctorũ, sunt triumphi peccatorũ quæ reliquerunt: manipuli meritorũ, quæ habuerũt: tituli gaudiorum quæ meruerunt, 129
castra Sanctorum impugnari possunt, non expugnari, 374
Sancti in patria habebunt splendorem inoffuscabilem vigorem insuperabilem, valorem imprætiabilem, 75
Sancti quomodo stant in conspectu Dei, 129
cur vox Sanctorum tonitruo magno assimilatur, 256
Sanctus thronus Dei, 347
Sancti de quibus maxime lætantur, 349

Scientia.

Scientia si remanet in inferno, non ad consolationem sed ad pœnæ augmentum, 340

Sanctus.

Sancti nubes dicuntur, & qua de causa, 10
cur Sancti tẽpore Antichristi vocati pedes Christi, 20
Sanctus idem quod sine terra, 81

Sanguis Christi.

efficacia Sanguinis Christi. 95
quomodo Sanguis Christi cum rubeus sit, dealbare potest, 133
Christus septies sanguinem effudit, & cur, 357

Saluare salus.

ex omnibus hominibus aliqui saluandi, 127
triplex status saluandorum, 226
maxime cruciatur Diabolus de bonorum salute, 227

Sapientia.

Sapientia tribus partibus constat. 77
Sapientia cur dicitur mensura aurea. 394
Sapientia crysolito denotata. 47.

Saphirus.

Saphirus spem denotans. 399
Saphiro Deipara significatur. 402

Sardius.

Sardio Martyrum constantia denotata. 400
Apostoli Sardio adumbrati. 402

Sardis.

Sardis interpretatur, principium pulchritudinis, 51

Sardonius.

Sardonio patientia denotata, 400
Sardonius Prophetas significat, 402

Satanas, vide Diabolus.

Satanas aduersarius, 223.36
quænam altitudo Satanæ. 47.

Sedere.

quid est Sedere in throno Dei. 67
cur Sedens pater dicitur. 83

Seruus Dei.

qui castus, verus Dei Seruus. 5
glorioßissimum Christo seruire. 36
quis Seruus Christi. 124
quotupliciter Christus Seruos suos signat. 127
quid in seruis Dei attendendum, 133

Sequi,

quomodo Christum sequi debemus, 357

Sigillum.

Septem redemptionis humanæ sigilla, sunt septem Sacramenta, 85
Septem sigilla Christi, quænam, 35

Signum.

quale signum Maria, 215
Trinitas magnum signum in cœlo, 213

Sion,

Sion interpretatur specula. 253
cur anima fidelis dicitur mons Sion. 254
mons Sion Ecclesia. 254

Smaragdus.

Smaragdo virginitas denotata. 400

Sol.

Solis encomia. 22

Solitudo.

Solitudo locus idoneus contemplationi. 14
quomodo in Solitudine esse debemus. 210
triplex Solitudo. 210

Spes.

Spes Saphiro denotatur. 399

Spiritualia,

Spiritualia per dexteram denotantur, 20
quisnam ad intelligenda spiritualia idoneus, 391

Spiritus sanctus.

Spiritus S. in se vnus, in donis multiplex, 8
cur dona Spiritus sancti igni conferuntur, 356
Spiritus sanctus animam in finem virtutum dirigit, 37.

Sponsus,

quænam debet esse sponsa Agni, 391

Index rerum memorabilium.

Stadium.

quid per Stadia duodecim designatur? 396

Statera.

Statera triplex, Dei, hominis, & Diaboli. 108
Statera S. Scripturam denotans. ibid.

Stella.

in Stella matutina præmium fœlicitatis æternæ promittitur. 48
cur Stellis ministri Ecclesiæ conferuntur. 116
quænam Stella magna cadens de cœlo? 150
cur Stellis religiosi conferuntur? 152
Stellæ in duplici differentia, & quid denotant. 117
Angeli Stellæ. 118

B. Stephanus.

cur B. Stephanus videns Christum, non cadit in terram. 23

Stola.

quibus contexitur Stola animæ. 55
quæ Stola gratiæ, quæ gloriæ. 113
Stola animæ & corporis in quo consistit. ibid.

Subditi.

eximia fœlicitas subditorum habere sanctum superiorem. 58

Suggestio.

in praua Suggestione admixtum venenum infidelitatis cum melle suauitatis verborum. 330

Superbus.

Superbos euomit Christus. 63
Superbi qua pœna punientur. 148
Superbus nomine montis intelligitur. 317
Superbus per orientem denotatur, qui eleuatur gloria vanitatis. 112

Littera T.

Tabernaculum.

Multiplex Dei Tabernaculum. 385
describitur Dei Tabernaculum quoad plura. 385
Tabernaculum Dei cum hominibus, est humanitas Christi. 586

Templum.

Templum multipliciter accipitur. 133
quandonam Templum Christi clausum, quandonam apertum? 209
Templum B. Virgo, militans Ecclesia, cœlestis patria. 274
Templum Dei ex quibus constructum. 305
quomodo erit Templum in cœlesti patria, 404

Tempus.

Tempus plura nos docet. 45
Tempus quo impletur numerus electorum, significatur numero millenario. 372

Tentatio.

cur diaboli Tentatio dicitur cauda eius. 217

Tentatione.

aqua Tentationem denotans. 231
Tentatio sibilus serpentis. 232
quadrupliciter Tentant dæmones. 171
Tentatio Diaboli cessare debet, quando incipit multipliciter augeri. 172

Testimonium.

Testimonium reddendum veritati vsque ad propriæ vitæ iacturam. 225
Testimonium Christi multiplex. 226

Terra.

Terra multipliciter sumitur. 326

Terrenus.

amor terrenorum, miseriarum & calamitatum origo. 338
quid post possessionem terrenorum remanet? loi? 338

Thau.

signo Thau signandi electi. 162
Thau significat finalem perseuerantiam in bono. 162

Theologia.

qui nauant operam Theologiæ solùm vt fiant diuites, vituperantur. 153

Thronus.

qualis Thronus B. Mariæ. 76
quomodo sancti stant ante Thronum Dei? 128
qualis est Thronus diuini numinis. 305
Thronus Dei sanctus. 347
quid in Throno Dei agitur? 388
cur in Throno varia perficiuntur? 388

Thyatira.

Thyatira interpretatur illuminata. 43

Timor.

Quid non timendum. 36
Timor Domini quam vtilis. 202
casto Timore Deus timendus. 262
cur Deus Timendus? 263

Timidi.

quinam timidi dicuntur? 390

Testamentum nouum.

Triticum, nouum testamentum denotans. 109
noui Testamenti intelligentia duplex, in fidei vnitate, 109

Tolerantia.

Tolerantia transitoria, sed corona æterna. 37

Topasius.

Topasio contemplatio denotatur. 401
Topasio confessores adumbrantur. 402

Torcular.

Tria torcularia, mundi. purgatorii, inferni. 276
mors primi hominis torcular vini furoris Domini. 360
Triplex torcular, crucis, Ecclesiæ militantis, pœnæ æternæ. 360

Tribulatio.

cur in Tribulationibus ferendis vtitur Ioan. hoc verbo oportet? 4
Tribulationes iustos coronant. 83
Tribulatio nostra dulcis Deo concentus. 93
Tribulationem Christus in suo testamento nobis donauit. 106
electos multiplex probat tribulatio. 132
Post tribulationem & afflictionem sequitur diuina consolatio. 183
aqua tribulationem denotans. 231
Tribulationibus regnum cœlorum acquititur. 387

S. Tripitas.

quatuor de sanctissima Trinitate explicantur. 18
Trinitatis omnipotentia describitur. 81
Thema pro concione S. Trinit. 81
quænam propria Patris & Spiritus S. ibid.
quænam vnitas diuinæ essentiæ. 82
cum recensentur solùm duæ Trinitatis personæ, vna subintelligitur. 259
quænam attribuuntur tribus diuinis personis & quare. Triticum. 81
Triticum nouum Testamentum, hordeum vetus denotet. 105
Triticum mysticè multipliciter sumitur. 180

Tuba.

vox Dei Tubæ comparatur & quare. 70

Tyrannus.

Tyrannus equus rufus, cuius sessor diabolus. 406

Index rerum memorabilium.

Littera. V.

Vanitas.

Plures Prælati Vanitatibus dediti. 311
cur mundana Vanitas dicitur meretrix. 310
cur Vanitas Babyloni magnæ comparatur. 327
Vanitas huius vitæ describitur. 335
signa Vanitatis remanebunt in inferno ad pœnæ cumulum. 336
Vanitas mundana etiam ad se Prælatos attrahit. 311
Vanitas trahit ad fruitionem creaturarum. 333
Vanitas mundana in quibus nutritur. 334
Vanitas prima est ciuitas fundata ab impiis. 264
cur mundi Vanitas dicitur babylon magna. 265

Væ.

cur triplex Væ. annuntiatur habitantibus in terra. 152
Væ præcipue auaris, superbis, & immundis. 152
quandonam vltimum Væ est venturum. 202

Verba.

non Verba sed desideria apud Deum valent. 273

Verbum Dei.

quo supplicio plectendi detrahentes vel addentes verbis Dei. 421
quomodo annuntiandum est verbum Dei. 262
qualia sunt Verba Dei. 388
cur Verba Apocalipsis non signanda. 416
Verbis Dei nihil addendum, nihil detrahendum. 420

Veritas.

quomodo Veritas iustitiæ distributiuæ corrumpitur. 302
quomodo Veritas doctrinæ fermentatur. 302
tres spiritus immundi resistentes tribus spiritibus veritatis. 303

Vestimenta.

quid Vestimenta alba in senioribus denotant? 75

Victoria.

quomodo vincendum. 38
quomodo mundus vincitur 75
ad Victoriam consequendam quid requiritur. 105
quinam Victores bestiæ & imaginis eius. 281

S. Vincentius.

describitur S. Vincentius pugnans & vincens. 34

Vinum.

in cœlo Vinum merum in mundo mixtum, in inferno fex. 267
multiplex Vinum Dei & inferni. 307

Virgo.

Virgines agnum sequentes. 254
status Virginum excellentissimus. 254
cur Virginum ita Christus amator. 255
cur in frontibus Virginum nomen Christi. 255
Virgo cœlum est. 256
cur canticum nouum intonant Virgines, cur præter Virgines nullus alius potuit cantare canticum nouum? 257
Virginitas Angelis cognata. 257
gloriosius est hominem seruare Virginitatem, quam mulierem. 257
quomodo Virgines sequentes agnum quocumque ierit? 258
cur potius dicitur de Virginibus, quod sequantur agnũ quam de aliis sanctis? 258
Virgines primitiæ Dei, & Christi. 258
Virginitati debetur aureola. 258
sex conditiones statum Virginum extollentes. 259
sex priuilegia Virginum ex parte sui. 260
Virgo imaginem Christi & Mariæ portat. 400
Virgines ametisto denotantur. 402

Virtus.

inter impios virtutem seruare maxima Virtus. 39
Virtus quælibet Cardinalis in tres partes diuiditur. 214
Virtutes Cardinales latera Ecclesiæ. 396
Virtus in medio consistit. 29

Visio.

Visio Dei ad quid ordinat. 208

Visio Dei, Vide beatitudo.

omnia paruipendenda pro visione Dei assequenda. 37

Vita.

Vita præsens miserrima. 23
multiplex liber vitæ. 316

Vitia.

varia Vitia simulacrorum nomine denotata. 177

Vindicta.

quomodo sancti postulant Vindictam pro effuso sanguine suo ab impiis? 112

Vocatio Dei

Vocatio Dei perficit intellectum, 352

Voluptas, vide libido.

Voluptas inferno denotata 111
Voluptas carnalis etiam Reges inebriat. 312
Voluptas insatiabilis sicut infernus. 111

Voluntas.

nostra Voluntas per consensum bene operatur. 66

Vomitus.

superbos euomit Christus. 63
Vomitui assimilatur excommunicatio. 63

Vox.

Vox diuina multipliciter sumitur. 289
Vox Domini buccinans ad prælium contra peccatorum vilitatem, ad congregandum carismatum pluralitatem. 70
discrimen inter vocem spiritualem & corporalem. 71

Vxor.

quænam debet esse sponsa & Vxor agni. 391

Hîc explicit Index rerum memorabilium.

INDEX

INDEX

AMPLISSIMVS LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, quæ in hoc volumine citantur.

Ex veteri Testamento.

Ex Genesi.

Cap. 1. IN principio creauit Deus cœlum & terram, 12.
Posuit stellas in firmamento cœli. 213.20. 49.
Cap. 2, *Lignum vitæ in medio paradisi,* 18.
Aurum terræ illius optimum est, 399
Cap. 3. *Eritis sicut Dii, scientes bonum & malum,* 222.
Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, 230.
Cap. 7. *Arcum meum ponam in nubibus cœli, & erit signum fœderis,* 104
Cap. 9. *Ponam arcum meum in nubibus cœli, & erit signum fœderis inter me, & terram,* 215.
Cap. 12. *Exi de terra tua, & vade in terram quam monstrauero tibi,* 305
Cap. 17. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis, ita vt peruenirent vsque ad cœlum,* 330
Cap. 18. *Apparuit Dominus Abrahæ in conualle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi,* 386. 17
Cap. 23. *Vidi Dominum facie ad faciem,* 22.413.180
Pone manum tuam super femur meum, vt adiurem te per Dominum cœli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, 351
Cap. 28. *Fera pessima deuorauit filium meum Ioseph,* 364
Cap. 30. *Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni,* 93
Cap. 37. *Fera pessima deuorauit filium meum Ioseph,* 235
Cap. 43. *Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere,* 224
Cap. 45. *Singulis iussit proferri stolas binas,* 114
Cap. 49. *Requiescens accubuisti vt Leo,* 90

Ex Exodo.

Cap. 1. *Quanto magis affligebantur, tanto amplius crescebant,* 210
Non poterant bibere de aquis propter amaritudinem, 300
Cap. 2. *Non habebis Deos alienos,* 9
Altare de terra facies mihi 169
Cap. 3. *Qui est, misit me ad vos.* 7.294
Cap. 4. *Virgam hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.* 191
Cap. 10. *Non poterant Ægypty bibere aquas putei.* 300
Cap. 11, *Missa est ad me manus, in qua erat liber inuolutus,* 77
Cap. 12. *Erit autem sanguis in signum fœderationis.* 226.214
Cap. 14. *Extende virgam tuam,* 191
Cap. 15. *Cantemus Domino gloriosè, &c.* 281
Ostendit Moysi Dominus lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt, 351
Cap. 20. *Totus populus videbat lampades,* 76
Cap. 24. *Viderunt Deum Israël sub pedibus eius, opus quasi lapidis sapphiri, & quasi cœlum cum serenum est,* 261
Cap. 33. *Omnis populus qui habebat aliquam quæstionem, ingrediebatur ad tabernaculum fœderis.* 386
Stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum, 386
Faciesque mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum. Cap. 35. *iuxta similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi.* 386

Ex Leuitico.

Præcipe filijs Israël vt offerant oleum olearum ad concinnandas lucernas, Cap. 1. 197
Sacerdos aspergebat septies sanguinem contra velum. 268 Cap. 4.
Assumpto thuribulo, quod prunis altaris implenit, intulit in sancta, Cap. 6. 144
Ignis in altari meo semper ardebit, 141 Cap. 11.
Sumetis vobis fructus arboris pulchræ, spatulas palmarum Cap. 34. 129

Ex Numeris.

Inuenit germinasse virgam Aaron, & gemmas erumpebant in flores, Cap. 7. 391
Segregabis Leuitas de medio filiorum Israel, 386 Cap. 11.
Tollite singuli thuribula vestra, 144 Cap. 16.
Virgam Aaron in Tabernaculo testimonii, in signum rebellium vestrorum Israel, Cap. 18. 215
Dixit Balaam ad Balac, pergens ad populum tuum dabo tibi consilium, Cap. 24. 40
Numquid aliud possum loqui, nisi quod Deus posuit in ore meo? 57
Vt Leo, & quasi leæna erigetur, 90

Ex Deuteronomio.

Dominus Deus tuus ignis consumens est, 357 Cap. 4.
Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est, 581 Cap. 6.
Iudices & magistros constitues, 359 Cap. 12.
Si exieris ad bellum contra hostes tuos, non timebis eos, Cap. 20. 104
Tollite librum legis, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini, vt sit contra te in testimonium, Cap. 21. 378
Dominus elegit te in laudem, & nomen, & gloriam suam, Cap. 26. 347
Laudate gentes populum eius, quoniam sanguinem sanctorum suorum vlciscetur, Cap. 32. 345
Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora, 6
Sicut aquila prouocat pullos, 155
Ego occidam, & ego viuere faciam, 184
Si arripuero vt fulgur gladium meum, &c. 184
Leuabo ad cœlum manum meum, & dicam, viuo ego in æternum, 185
Videte quod ego sum solus, & non est alius, 12 Cap. 33.
In dextera eius ignea lex, 87 Cap. 34.
Fel Draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile, 218

Ex Iosue.

Cecidit pronus coram Angelo, vt adoraret eum, 355 Cap. 5.
Sacerdotes cum tubis septem diebus circuierunt Iericho, septimâ die muri corruerunt, Cap. 7. 138

Index S. Scripturæ ex veteri Testamento.

Ex Iudic.

Cap. 5. *Stellæ manentes in ordine suo.* 20. 49.
Cap. 6. *Ædificauit Gedeon altare Domino, vocauitque illud Domini pax.* 441
Extendit Angelus Domini summitatem virgæ. 191
Cap. 9. *Dixerunt que olivæ, impera nobis, quæ respondit, non*
Cap. 11. *Iephte vir fortissimus,* 311
Cap. 13. *Surge mecum et templum & altare,* 144

Ex 1. Reg.

Cap. 1. *Duo filij Heli mortui sunt.* 196
Cap. 3. *Nemo poterat videre lucernam Dei, donec extingueretur.* 372

Ex 2. Reg.

Cap. 2. *Dominum formidabunt omnes aduersarij eius, & super ipsos in cœlis tonabit.* 10
Tondebat semel in anno capillos suos, quia grauabat eum cæsaries, 19
Cap. 14. *Ponderabat capillos capitis sui decem siclis,* 19
Cap. 23. *Quæramus Domino nostro Regi puellam Virginem.* 260

Ex 3. Reg.

Cap. 1. *Non cadet de capillis filij tui super terram.* 19. 128
Cap. 2. *Positus est thronus matri eius, quæ sedet à dextris eius.* 305. 76
Cap. 3. *Reliqui tria millia virorum, qui non curuauerunt genua sua coram Baal.* 203
Confirmatum est Regnum Salomonis, 205
Cap. 4. *Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper.* 352
Cap. 6. *Alæ Cherubin habebant quinque cubitos, &c.* 229
Nihil erat in templo, quod non tegeretur auro, 287
Omnes parietes templi fuerunt variis cælaturis, 133
Cap. 7. *Fecit Salomon de auro purissimo thuribulum,* 141
Cap. 13. *Fuit clausum cœlum, ut non daret rorem, vel pluuiam annuntribus, & mensibus sex,* 198
Cap. 18. *Ecce nubecula parua ascendebat de mari,* 180
Cap. vlt. *Fecit sibi Sedechias cornua ferrea, & dixit, hic ventilabis Syriam, donec deleas eam,* 244

Ex 4. Reg.

Cap. 1. *Ignis descendit de cælo, & deuorauit quinquagenarium,* 376

Ex 2. Paralip.

Cap. 3. *Strauit Salomon pauimentum templi pretiosa marmore,* 133

Ex 1. Esdr.

Cap. 1. *Protulit Rex vasa aurea & argentea in templo.* 134
Cap. 3. *Filij Iuda quasi grex vnus stabant super eos, qui ædificabant templum.* 305
Cap. 6. *Consummato templo sacerdotes purificati fecerunt solemnitatem in lætitia magna.* 134
Cap. 7. *Fundato templo domus Domini, steterunt sacerdotes cum ornatu suo, & cum tubis.* 33

Ex 2. Esdr.

Cap. 3. *Rex Darius fecit cœnam omnibus vernaculis & magistratibus,* 66. 352

Ex Tobiæ.

Cap. 3. *Expedit mihi magis mori,* 163
Quasi paratus ad ambulandum, 138
Cap. 4 *In ipsa sumpsit initium omnis perditio,* 154
Cap. 8. *Dæmon Asmodeus occidit septem viros Sare,* 40
Cap. 12. *Ego sum Raphael Angelus, vnus de septem spiritibus, qui stant ante Deum,* 8
Ego obtuli orationem tuam Domine, 28
Cap. 13. *Curam meorum gessit,* 28
Per vices Alleluia cantabitur, 344. 411
Beatus ero, si fuerint semina mea reliquiæ, ad videndam claritatem Ierusalem, 352

Ex Iudith.

Cap. 2. *In phiala Principum obtulit butyrum,* 285
Cap. 3. *Stetit Iudith ante lectum orans cum lachrymis,* 46
Cap. 8. *Expectantes humiles consolationem eius,* 57
Cap. 9. *Non est talis mulier super terram,* 215
Cap. 13. *Ascendens in eminentiori loco, iussit fieri silentium.* 71
Benedicta tu à Domino Deo tuo pra omnibus mulieribus, 229

Ex Ester.

Cap. 1. *Vinum ve Regia magnificentia dignum erat, abundans & præcipuum ponebatur,* 220
Adamauit Rex Esther super omnes mulieres, 229
Cap. 2. *Rex Assuerus requiem dedit vniuersis Prouincijs suis, ac dona plurima largitus est,* 350
Iussit Rex conuiuium præparari in vestibulo horti, quod consitum erat cultu Regio, 352
Cap. 4. *Extendit contra eam virgam auream, quam ferebat in manu,* 191. 215
Cap. 12. *Valde enim est amabilis Dominus,* 413
Valde enim admirabilis, 22
Conturbatum est cor meum pra timore gloria tua. 24
Cap. 15. *Valde mirabilis es Domine,* 480

Ex Iob.

Cap. 2. *Ecce in manu tua cuncta, quæ possidet, verumtamen animam eius serua,* 161. 24. 107
Gaudium hypocrita ad instar puncti, 52
Cap. 3. *Elenasti me, & quasi super ventum ponens elisisti valide,* 340
Cap. 4. *Venit super te plaga, & defecisti, tetigit te, & conturbatus es.* 31
Non est potestas super terram, quæ huic valeat comparari, 316
In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum, 262
Cap. 5. *Vulnerat & medetur, percutit & manus eius sanat,* 130
Cap. 6. *Vtinam appenderentur peccata mea in statera,* 108
Sagittam & scutum accipiens crudelem, 175
Cap. 10. *Homo nascitur ad laborandum, sicut auis ad volatum,* 362
Dimitte me vt plangam paululum dolorem meum, 36 332 373
Cap. 11. *Si sustinuero, infernus domus mea est.* 46
Ipse est Rex super omnes filios superbia, 318. 167
Cap. 13. *Disputare cupio cum Deo, prius (vel post) estis enim fabricatores mendacij,* 71
Cap. 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore,* 64. 65
Nihil in terra sine causa fit, 282
Ille est Rex super omnes filios superbia, 305
Cap. 15. *Nudus egressus sum de vtero matris mea, & nudus reuertar illuc,* 64.
Cap. 18. *Exortus est sol cum ardore, & arefecit fœnum, & florem eius,* 362
Cap. 19. *Quem visurus sum ego ipse,* 210
Eo decies confunditis me, 36
Cap. 21. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* 331
Cap. 23. *De ciuitatibus fecerunt vires gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus insultum abire non patitur,* 338
Cap. 25. *Columna cœli contremiscunt & pauent &c.* 203
Petra fundabat mihi riuos olei, 110
Cap. 29. *Quasi rupto mare, & aperta ianua irruerunt super me,* 375
Cap. 30. *& ad meas miserias deuoluti sunt,*
Cap. 32. *Respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam,* 72
Cap. 34. *Quis concluserit ostijs mare?* 369

Index S. Scripturæ ex veteri Testamento.

Cap. 35. *Conteret multos & stare faciet alios pro eis,* 59
Cap. 38. *Apprehendet me in statera iusta,* 108
Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum, nec cõmutabuntur pro eis vasa auri excelsa. 399
Cap. 39. *Numquid præbebis equo fortitudinem?* 103
Pulli eius lambunt sanguinem eius, 155
Cap. 41. *Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus,* 165
Cap. 43. *Ab omnipotente non sunt abscondita tempora.* 84
Cap. vlt. *Auditu auris audiui te, nunc oculus meus videt te,* 65

Ex libr. Psalmor.

Psal. 1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum,* 6
Psal. 2. *Conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius,* 211
Ego hodie genui te, 12
Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. 360. 191
Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. 282
Psal. 4. *In tribulatione dilatasti mihi,* 210
In pace in idipsum dormiam, & requiescam. 107. 411
Psal. 6. *Laboraui in gemitu meo,* 30
Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, 214
Lauabo per singulas noctes, 46. 132. 128 132
Psal. 7. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* 106
Psal. 8. *Gloria & honore coronasti eum Domine,* 37. 98
Psal. 9. *Vt quid Domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulatione,* 169
Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, 216. 232
Cognoscetur Dominus iudicia faciens, 378
Nomen eorum delesti, 58
Psal. 10. *Dominus in cœlo sedes eius,* 72
Pluet super peccatores laqueos ignis, 10
Iustus Dominus, & iustitias dilexit, 356
Psal. 11. *Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo,* 195
Psal. 13. *Non est qui faciat bonum,* 89
Sub vmbra alarum tuarum protege nos, à facie impiorum, 229
Notas mihi fecisti vias vitæ, 72. 135
Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, & delectationes in dextera tua vsque in finem. 1287
Psal. 15. *Satiabor cum apparuerit gloria tua,* 128
Psal. 16. *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris,* 320
Ascendit super Cherubin & volauit, 229
Confringam illos nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos, 375. 230
Psal. 17. *In omnem terram exiuit sonus eorum,* 91
In sole posuit tabernaculum suum, 362. 385. 287
Psal. 18. *Ipsi obligati sunt, & ceciderunt,* 306
Psal. 19. *Domine in virtute tua lætabitur Rex.* 22. 97
Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso, 37. 19
Psal. 20. *Protteges eos in abscondito faciei tuæ.* 10
Psal. 21. *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt,* 191
Psal. 22. *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio,* 98 357
Psal. 23. *Dominus illuminatio mea,* 130
Psal. 26. *Vnam petii à Domino, hanc requiram, vt inhabitem,* 385
Vt videam voluptatem Domini, & visitem templum eius, 60
Credo videre bona Domini in terra viuentium, 326
Psal. 28. *In templo eius omnes dicent gloriam,* 404
Psal. 29. *Conscidisti saccum meum & circumdedisti me lætitia,* 119
Psal. 31. *Pro hac orabit ad te omnis sanctus,* 6
Lætamini in Domino, & exultate iusti, 227
Psal. 32. *Confitemini Domino in cythara,* 43
Psal. 33. *Venite filii audite me, timorem Domini docebo vos.* 310. 363. 364
Oculi Domini super metuentes eum, 19
Mors peccatorum pessima, 46
Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? 79 Psal. 34.
Surrexerunt in me testes iniqui, 304
Quoniam apud te est fons vitæ. 135. 389 Psal. 35.
Quoniam qui malignantur exterminabuntur &c. 127 Psal 36.
In libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur, 187 Psal. 38.
Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum, 59 Psal. 40.
Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, Psal. 41. 135
Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt &c. Psal. 42. 385
Saluasti nos de affligentibus nos, & odientes nos confudisti. Psal. 43. 130
Lingua mea calamus scribæ, 191 Psal. 44.
Adstitit Regina a dextris tuis, 384
Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus, 214
Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui, Psal. 47. 274
Mors depascet eos, 46. 332 Psal. 48.
Asperges me hyssopo, 128 Psal. 50.
Lauabis me, & super niuem dealbabor, 133
Domine labia mea aperies, 28
Imponent super altare tuum vitulos. 209
Deus destruet te, euellet te, emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Psal. 51. 33
Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine, 220 Psal. 54.
Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, 36
Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris, 365. 123. 202 Psal. 57.
Suscepit me dextera tua, 21 Psal. 62.
Flumen Dei repletum est aquis, 410 Isal. 64.
Visitasti terram, & inebriasti eam, 410 Psal. 65.
Cœli distillauerunt à facie Dei Sinai, 22 Psal. 67.
Super niuem dealbabuntur in Selmon, mons Dei, mons pinguis, 135
Ascendit Dominus super occasum, 123
Saluum me fac Deus, quoniam introierunt aquæ, &c. Psal. 68. 231
Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me, 98
Non me demergat tempestas aquæ, 251
Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur, 378
Descendit sicut pluuia in vellus, 326. 368. 179 Psal. 71.
Vt iumentum factus sum apud te, 370 Psal. 72.
Ad nihilum redactus sum & nescius, 375 230
Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, 244
Operatus est salutem in medio terræ, 17 Psal. 73
Tu confregisti capita draconum in aquis, 218
Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper, 148. 244
Ego confirmaui columnas eius, 181 Psal. 74.
In mari via tua, & semita tua in aquis multis, 300 Psal. 76.
Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones, &c. Psal. 77. 237 Psal. 78.
Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt, 285
Effuderunt sanguinem seruorum tuorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret, 295
Exterminauit eam aper de silua, & singularis ferus, &c. Psal. 79. 207
Dilata os tuum, & implebo illud, 114 Psal 80.
Ego dixi Dij estis, 60 Psal. 81.
Beati qui habitant in domo tua Domine. 346 Psal. 83.
Audiam quid loquatur in me Dominus Deus 15. 71 Psal. 84.

Index S. Scripturæ ex veteri Testamento.

Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax &c. 219
Psal. 86. *Fundamenta eius in montibus sanctis,* 399
Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, 385. 410
Psal. 88. *Thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum,* 305. 75
Psal. 90. *Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis,* 290
Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem &c. 218
Non timebis à timore nocturno, 171
Psal. 92. *Dominus regnauit decorem indutus est,* 205
Psal. 94. *Venite adoremus & procidamus ante Deum,* 83
Psal. 95. *Adorate Deminum in aula sancta eius,* 240
Psal. 96. *Ignis ante ipsum præcedet,* 382
Psal. 102. *Dominus in cœlo paranit sedem suam,* 72
Sanat omnes infirmitates tuas, 401
Qui implet desiderium tuum, 412
Psal. 103. *Ortus est sol, & congregati sunt,* 123
Hoc mare magnum, & spatiosum manibus, 98
Draco iste, quem formasti ad illudendum ei, 218
Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate, 404
Psal. 105. *Commixti sunt inter gentes,* 193
Psal. 106. *Ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usque ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat,* 235
Psal. 108. *Os dolosi super me apertum est,* 176
Psal. 111. *Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet &c.* 202
Psal. 113. *Mare vidit & fugit,* 382
Psal. 114. *Circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni, &c.* 270
Psal. 115. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius,* 46
Psal. 117. *Dextera Domini fecit virtutem,* 21. 85
Dextera Domini exaltauit me, 87
Psal. 118. *Reuela oculos meos, & considerabo,* 3
Aufer a me opprobrium & contemptum, 86
Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis, 12
Quam dulcia faucibus meis super melsori meo, 188
Lucerna pedibus meis verbum tuum, 405
Confige timore tuo carnes meas, 264
Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum, 294. 295 339. 345
Psal. 125. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion &c.* 16
Seruus tuus sum ego. 4
Psal. 127. *Labores manuum tuarum quia manducabis,* 30
Psal. 130. *Hoc mare magnum, & spatiosum manibus,* 182
Psal. 133. *In miseriis non subsistens,* 65
Super flumina Babylonis, 410
Beatus qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petram. 270
Psal. 137. *Adorabo ad templum sanctum tuum,* 192
Psal. 138. *In libro tuo omnes scribentur,* 3. 8
Psal. 141. *Portio mea Domine, sit in terra viuentium,* 326
Psal. 143. *Domine inclina cœlos tuos & descende,* 88
Psal. 148. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum &c.* 148
Psal. 149. *Exultabunt sancti in gloria.* 363
Gloria hæc est omnibus sanctis eius, 98

Ex Prouerb.

Cap. 1. *Qui me audierit, absque terrore erit.* 9. 411
Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, 58
Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis 237
Cap. 2. *Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ,* 293
Fouea profunda facta meretrix & iniqua, 311
Misericordia & veritas custodiunt Regem, & roborabitur thronus eius clementia, 75
Mulierem fortem quis inuenies, procul &c. 214 Cap. 3.
Beatus qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia, 5
Equus paratus in die belli, & qui sedebat super eum, 356
Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cœlum prudentia. 98
Quia quos amo arguo, & castigo, 65
Oculi tui recte videant & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos, Cap. 4. 91
Turris fortitudinis nomen Domini, 39
Eruetur quasi de vnlua, & quasi auis de insidijs aucupis, Cap. 6. 362,
Mulier viri pretiosam animam tollit, 45
Intexui funibus lectum meum, 46
Audite me, quoniam de rebus magnis loquuturæ sum. 15 Cap. 7.
Non est vir in Domo sua, abiit via longissima saccum pecuniæ secum tulit, 119
Beatus qui audit me, & vigilat ad fores meas, 65 Cap. 8.
Miseros populos facit peccatum, 63 Cap. 9
Vbi humilitas ibi & sapientia, 57 Cap. 11.
Dominus sapientia fundauit terram. &c, 184 Cap. 13.
Pondus & statera iudicia Domini, 108 Cap. 15.
Stultitia alligata est collo pueri, & virga disciplinæ effugabit eam, Cap. 22. 191
Aufer rubiginem de argento, 141 Cap. 25.
Omnes domestici eius vestiti duplicibus, 349 Cap. 31.
Mulier timens Deum ipsa laudabitur, 54 Cap. vlt.
Tu supergressa es vniuersas, 401

Ex Ecclesiaste.

Vanitas Vanitatum, & omnia vanitas, dixit Ecclesiastes, 139

Ex Cantico Canticor.

Ecce tu pulcher es, & decorus, dilecte mi, 46 Cap. 1.
Si ignoras te ô pulcherrima mulierum, egredere & abi, 187
Murænulas aureas faciemus tibi, 72
Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui, 337
Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est, 16 Cap. 2.
Læua eius sub capite meo, & dextera illius complexabitur me, 21
Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineam, 111
Egredimini filiæ Sion & videte Regem &c. 114 Cap. 3.
En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt. 46
Ferculum fecit Salomon de lignis, 72
Surge Aquilo, & veni auster, perfla hortum meum, & fluant aromata, Cap. 4. 363
Fons hortorum, puteus aquarum &c. 135
Capilli tui sicut grex caprarum, 19
Quis det mihi te fratrem meum sugentem vbera, 86
Caput eius aurum optimum, 19 Cap. 5.
Caput meum plenum est rore, &c. 19
Vox tua dulcis, & facies tua decora, 22 413
Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem, percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum. 337. 243
Aqua multa non poterunt extinguere charitatem, 64. 231
Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, 119 Cap. 7.
Ad me conuersio eius. 16
Reuertere reuertere Sunamitis &c, 45 Cap. 8.
Aqua multa non poterunt extinguere charitatem, neque flumina obruent illam, 410
Lampades eius, lampades ignis &c. 76

Ex Sapientia.

Transierunt hæc omnia, relinquendo post se amaritudinem, Cap. 1. 335
Deus mortem non fecit, 269

Index S. Scripturæ ex veteri Testamento.

Non est in illis medicamentum exterminij nec inferorum Regnum in terra, 207

Cap. 2. *Excæcauit enim eos malicia eorum,* 286

Nullum sit pratum, quod non pertranseat Luxuria nostra, 49.

Cap. 3. *Gloria hominis ex honore patris, & dedecus filis pater sine honore,* 264

Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum, 149

Bonorum laborum gloriosius est fructus, 270

Cap. 5. *Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur,* 201. 335

Accipiunt Regnum decoris, 205

Cap. 6. *Angelorum esca nutriuisti populum tuum & panem de cœlo præstitisti eis sine labore &c.* 42. 220

Iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet, 332

Audite Reges & intelligite, discite iudices finium terra, 8.

Cap. 7. *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam & finem illorum sine honore,* 11

Scandalum iniquitatis eorum factum est. 237

Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo, 420

Cap. 8. *Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula,* 284

Sobrietatem enim & sesentiam docet, iustitiam, & virtutem quibus melius nihil est in vita hominibus, 43

Cap. 9. *Dixisti me ædificare similitudinem tabernaculi tui sancti, quod præparasti ab initio,* 385

Cap. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas,* 135

Iustorum anima in manu Dei sunt, 184

Certamen forte dedit illi, vt vinceret, 28

Cap. 11. *Persona tristes appar entes illis terrorem præstabant,* 280

Cap. 16. *Neque herba, neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus Domine, qui sanat omnia,* 130

Cap. 18. *Dum medium silentium tenerent omnia.* 17

Solis autem illis supposita est grauis nox tenebrarum, 237

Ex Ecclesiastic.

Cap. 1. *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis,* 389

Templi altitudo ab ipso fundata est, 60

Mundi huius potentatus breuis, nam ventus & vapor est vita nostra, 139

Cap. 2. *Anima callida quasi ignis ardens, & non extinguetur donec aliquid glutiat,* 148

Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, 177

Impijs & peccatoribus reddet vindictam, 346

Cap. 3. *Qui edunt me, adhuc esurient & qui bibunt adhuc sitient,* 334.

Ego feci, ego feram, ego portabo, 92

Ego ex ore altissimi prodiui. 12

Qui diligit filium, assiduas illi flagellum, 191

Cap. 4. *Beatificauit illum in gloria, & stola gloriæ,* 129

Cap. 5. *Lux & gloria in sermone sensati,* 264

Nemini dat spatium peccandi. 45

Cap. 6. *Amicus fidelis protectio fortis,* 37

Cap. 7. *Vnum de mille reperi,* 318

Non est iustus homo in terra, qui faciat bonum, & non peccet, 386

Cap. 8. *Et quia non profertur contra malos citò sententia, absque terrore ullo filij hominum perpetrant mala,* 330.45

Cap. 9. *Initium omnis peccati est superbia,* 227

Omni tempore vestimenta tua sint candida, & oleum de capite tuo non deficiat, 110

Bibe in lætitia vinum tuum, quia Deo accepta sunt opera tua, 260

Cap. 10. *Melius est esse duos quam vnum, habent enim emolumentum societatis sua.* 196

Cap. 11. *Sapientia humiliati exaltabit caput, & in medio magnatorum considerare illum faciet,* 19

In die malorum ne immemor sis bonorum, 52

Stultorum infinitus est numerus, 150

Ego sapientia effudi flumina, 410 Cap. 14.

Implenit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus, Cap. 15.
& stola gloriæ induit eum. 123.155

Cibauit illum de pane vitæ, 389

In medio Ecclesiæ aperuit os eius &c. 237.261

Si volueris mandata seruare, seruabunt te, 6 Cap. 17.

Dedit illi potestatem sempiternam, & regnum eius in generationem & generationem, 326

Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, 385 Cap. 24.

Oculi Domini multo lucidiores sole, circumspicientes omnes vias hominum, 19. 43

Hic liber vitæ & testamentum altissimi, 187

Quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, 93

Impletus est quasi flumen Dei sapientia, 410

Qui edunt me adhuc esurient, 411

Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bona species in ornamentum domus suæ, 215

Gyrum cœli circuiui sola, 74

Beatus est cui donatum est habere timorem Domini, 203 Cap. 25.

Quasi plantatio rosæ in Iericho, 402 Cap. 28.

Ante iudicium para iustitiam, vt securus Dei iudicium expectare queas, 268

Stultus vt luna mutatur, 214

Verba prudentia statera ponderabuntur, 108 Cap. 31.

Multos enim exterminauit vinum, 207

Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis, & quanto maior es, humilia te in omnibus, 347 Cap. 32.

Rectorem te posuerunt, noli extolli, 13 Cap. 35.

Si est tibi seruus fidelis, 4

Non est inuentus similis illi qui conseruaret legẽ excelsi, 59 Cap. 41.

Celata erant in ipsis ostijs templi Cherubim, & sculptura palmarum, 113 Cap. 42.

Sol illuminans per omnia respicit, 302 Cap. 43.

Tripliciter sol exurit montes, 362

Aperti sunt thesauri, & volauerũt nebulæ sicut aues, 362

Tripliciter sol exurit montes, 22.213.180

Vide arcum, & benedic qui fecit illum. 1-4.104.180

Dedit illi sacerdotium æternum, & beatificauit illum in gloria, 60 Cap. 45.

Ostende Domine Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, 192

Species cœli, gloria stellarum, 20 Cap. 46.

Quasi sol refulgens, sic iste effulsit in templo Dei, 60.134 Cap. 50.

Ex Isaia.

Væ genti peccatrici, populo graui: pleno iniquitate, semini nequam, 155 Cap. 1.

Si fuerint peccata vestra quasi coccinum, quasi nix dealbabuntur, 133

Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, 391 Cap. 2.

Conflabunt gladios suos in vomeres &c. 272

Dominus ad iudicandum veniet, cum senioribus populi sui, 422

In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta terram eius. 144 Cap. 3.

Non fuit vllum quod non offenderet eũ, 71

Gaudium & exultationem obtinebunt. 412

Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, &c. 98

In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, Cap. 4.
& fructus terræ sublimis, 144

Qui sunt isti qui vt nubes volant, 102.155.261

Surge illuminare Ierusalem, 326

Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, 241 Cap. 5.

Cythara & lyra in conuiuijs vestris, & opus Domini non

Index S. Scripturæ ex veteri Testamento.

respicite, 94
Si quæritis, quærite, reuertimini & venite, 311
Cap. 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, 72.134
Seraphin stabant super illud, sex alæ uni, 128
Clamauerunt alter ad alterum dicentes, sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus &c. 363
Omnes sitientes venite ad aquas, 363
Super montẽ excelsum ascende tu, qui Euangelizas Sion, 71
Murus fortitudinis nostræ Sion saluator ponetur in ea, 392
Cap. 7. Quomodo facta est meretrix urbs fidelis, plena iudicij? 311
Cap. 9. Egredietur virga de radice Iesse. 90
Magni consilij Angelus, 326. 367
Habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis, 326.
Tanquam ouis ad occisionem ductus est. 86
Cap. 10. Vere tu es Deus absconditus, 89
Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, 132
In veritate reliquiæ Israel saluæ fient, & reliquiæ Iacob conuertentur ad Dominum Deum suum, 204
Cap. 11. Leuauit manum suam super flumen in fortitudine sua, & percussit eum in septem rivos, utave transeant per eum discalceati, 410
Cap. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, 300
Cap. 13 Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? 158
Cap. 15. Omnes sitientes venite ad aquas, 135
Cap. 16. Ego feci, ego faciam, ego portabo & saluabo, 130
Tollatur impius, ne videat gloriam Dei, 279
Super hoc venter meus ad Moab, quasi cythara sonabit, 93
Cap. 18. Sicut lux meridiana clara est, 405
Ite Angeli veloces, ad gentẽ conulsam, &c. 96. 130. 261
Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, 322
Cap. 19. Ciuitas Dei vocabitur una, 399
Ascendit Dominus super nubem leuem, ut ingrederetur Æ gyptum, 122. 123
Cap. 20. Venite, ascendamus ad montem Domini, 254
Complicabuntur cæli sicut liber, 116
Cap. 21. Super speculam Dominus stans iugiter per noctem, & super custodiam meam, ego sum stans totis noctibus, 53
Cap. 22. Dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiam, & non erit qui claudet, & claudam, & non erit qui aperiat, 367
Emite absque argento vinum et lac, 420
Dominus ad iudicium veniet, cum senioribus populi, 86
Sume cytharam meretrix oblitionis tradita, 94
Cap. 24. Contriuit dulcedo cythara, cum gaudio non bibent vinum, amara erit potio &c. 94
Congregabuntur congregatione vnius fasciis in lacum, 276
Formido et fouea, & laqueus super te qui habitatores terræ, 154
Sume cytharam, & ipsum similiter adorauerunt. 93
Cap. 25. De cadaueribus eorum ascendet fœtor, 280
Cap. 28. Sacerdes & prophetæ nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, 312
Væ corona superbiæ, flori decidenti, 297. 154
Hauretis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, 135
Cap. 29. Erit vobis visio omnium, sicut visio libri signati, 87
Cap. 31. Sedebit populus meus in tabernaculis suis, 385
Cap. 32. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? 339
Cap. 33. Dominus iudex noster, ipse veniet & saluabit nos. 422
Cap. 37. Siccauit vestigio pedis sui omnes riuos aquarum. 300
Cap. 38. Non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam, 276
Reuersus est sol decem lineis per gradus, per quos ascendit, 118
Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, 392 Cap. 40.
Surge illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est, 384
Induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, & quasi sponsam ornauit me monilibus suis, 384 Cap. 41.
Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, 362
Sacerdotes Domini vocabimini, 373
Ecce seruus meus, suscipiam eum, posui super eum &c. 4 Cap. 42.
Filij eorum adorabunt vestigia pedum eorum, omnes qui detrahebant tibi, 58
Quam pulchri sunt pedes annuntiantium pacem, annuntiantium bona? 180
Ego ipse primus, & nouissimus, 25 Cap. 43.
Cum transieris per aquas, & flumina, tecum ero, 410
Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? 76
Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. 360
Iste formosus in stola sua, gradiens, 129
Aperiatur terra, & germinet saluatorem, 286. 328 Cap 45.
Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ, 352 Cap 46.
Supra montem excelsum ascende tu, 254. 262 Cap. 48.
Leuabo ad gentes manum meam, & ad populos signum meum, 127. 213 Cap. 49.
Non est amplius lux ad lucendum per diem, nec splẽdor lucerna illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem &c. 413
Muri tui coram oculis meis semper. 392
Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum, 379
Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur &c. 264 Cap 51.
Impij quasi mare fremens, quod quiescere non potest, & redundans fluctus eius &c. 227 Cap. 54.
Iugiter nomen meum blasphematur in gentibus, 237 Cap. 55.
Venite emite absque vlla commutatione vinum & lac, 248
Ecce qui loquebar, ecce adsum, 253
Prope est salus mea, 129 Cap. 56.
Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia, 145. 348 Cap. 58. 305
Qui sunt hi qui vt nubes volant? 10. 79 Cap. 60.
Leua in circuitu oculos tuos, 19
Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videant oculis suis, & auribus audiant & intelligant corde, 298
Non audietur in ea vox fletus, 135 Cap. 61.
Quare rubrum est indumentum tuum? & vocabatur nomen eius verbum Dei, 38 Cap. 62.
Ego qui loquor iustitiam, 16 Cap. 63.
Quare rubrum est indumentum tuum? 73
Impij quasi mare feruescens, 139
Vtinam diruperes cœlos, & descenderes, 88 Cap. 64.
Ego creo cœlos nouos, & terram nouam, 382 Cap. 65.
Ecce serui mei comedent, & vos esurietis, bibent, & vos sitietis, lætabuntur, & vos confundimini, laudabunt præ exultatione cordis, & præ contritione spiritus, vlulabitis, quia oblitionis traditæ sunt angustiæ priores, 387
Ego declinabo in eos quasi flumen pacis, 410 Cap. vlt.
Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur, 346. 279

Ex Ieremia.

Grex perditus factus est populus meus, 53 Cap. 1.
Vt non appareat confusio nuditatis tuæ, 65 Cap. 2.
Numquid potest virgo oblinisci ornamenti sui? 260
Inuentus est sanguis animarum pauperũ in alis earũ, 294

Index S. Scripturæ ex veteri Testamento.

In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix, 321

Cap. 3. *Revertere ad dies adolescentiæ tuæ,* 32

Leva oculos tuos in directum, & vide ubi modo prostrata sis, 63

Lapsa est in lacum vita mea, 276

Insanabilis est fractura tua, pessima plaga tua, 291

Cap. 4. *Væ nobis, quoniam vastati sumus,* 155

Attraxerunt ventum quasi dracones, 218

Cap. 5. *Saturati eos, & mœchati sunt, in domo meretricis luxuriabantur,* 311

Cap. 6. *Offeretis mihi calamum suavolentem &c.* 191

Quis unquam talia vidit, quis simile audivit? 216

Cap. 9. *Ego quasi agnus mansuetus,* 135

Ego quasi agnus, qui portatur ad victimam, 253

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? &c. 65

Cap. 12. *Leva oculos in directum & vide,* 16

Cap. 13 *Regnabit Rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra,* 205

Si potest mutare Æthiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cum sitis mali, 237

Cap. 15. *Duplici contritione contere eos,* 327. 333

Pugnabunt adversum te, & non prævalebunt, quia ego tecum sum, ut eruam te, 222

Cap. 19. *Ego sum Iudex & testis fidelis,* 8

Cap 22. *Væ ergo prophetis prophetantibus de ore suo.* fol. 3

Væ habitantibus super terram, 11

Cap. 23. *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant,* 30

Cap. 29. *Sume calicem vini furoris eius de manu mea,* 366

Cap. 30. *Ædificabitur civitas in excelso tuo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur,* 133

Cap. 31. *Novum fecit Dominus super terram, fœmina circumdabit virum,* 94

In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. 142

Tunc lætabitur virgo in choro, iuvenes & virgines simul. 260

Pervenit usque ad cælum iudicium eius, 330

Cap. 46. *Habeamus thesaurum in agro frumenti & vini, & olei, & mellis,* 110

Cap. 49. *Ecce aquila ascendit, & avolavit, & expandit alas suas super Bosram,* 79

Cap. 50. *Reddite ei opus suum, iuxta omnia quæ fecit,* 330

Cap. 52. *Calix aureus babylon, inebrians omnem terram, de vino huius biberunt omnes gentes &c.* 265

Ex Threnis.

Cap. 2. *Laudabunt super Babylonem, cælum & terra, & omnia quæ in eis sunt,* 339

Cap. 3. *Luxit autem murale, & murus pariter disputus est,* 335

Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii? 17

Custodes tui quasi locusta, 160

Dabo eis scutum cordis laborem tuum, 195

Quasi rupto muro, & aperta janua, irruerunt in me. 230

Invocavi nomen tuum de lacu novissimo, 276

Cap. 5. *Recordare Domine, & respice opprobrium nostrum,* 330

Ex Baruch.

Cap. 3. *Viam sapientiæ nescierunt, & quia non habuerunt prudentiam perierunt propter suam insipientiam,* 186

Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, 213

Filii Agarenes quæsierunt prudentiam, quæ de terra est, & nescierunt &c. & quoniam non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam, 341

Cap. 4. *Post hæc in terra visus est,* 210

Cap. vlt. *Quia Dii eorum nec sensum, nec motum habent,* 177

Ex Ezechiele.

Cap. 1. *Frons meretricis factus est tibi, noluisti erubescere,* 311

Vide & cerne in faciem meam, 23 Cap. 2.

Aspectus eius quasi aspectus lampadarum, 76 Cap. 3.

Scripta erant in libro lamentationes, carmen, & væ, 402

Væ adamantem dedi faciem tuam, 180

Terra plena est iudicio, & civitas plena est iniquitate, 312 Cap. 7.

Signa Thau super frontes virorum gementium, 162.214 Cap. 9.

Sic rugient, & formidabunt filii maris, 175 Cap. 11.

Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedem cunctis amatoribus tuis, 311 Cap. 16.

Statura & calamus in negotiatione tua, 191 Cap. 20.

Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore in deliciis paradisi fuisti, 316 Cap. 28.

Erat pulcherrimus in magnitudine sua, 316 Cap. 31.

Fili hominis pone faciem tuam contra Gog, & Magog, 375 Cap. 38.

Intromittam spiritum, & vivetis, 201

Dic omni volucri, & universis avibus, cunctisque bestiis, Cap 39.
Venite, properate, & concurrite undique ad victimam meam, quam ego immolabo vobis &c. 365

In ripis ex omni parte lignum pomiferum, 411 Cap. 47.

Ex Daniele.

Benedictus es in firmamento cœli, & laudabilis et gloriosus in sæcula, 98 Cap. 3.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, 295

Nonne hæc est Babylon civitas magna, quam ego ædificavi in robore fortitudinis meæ? 265 Cap. 4.

Bestia terribilis atque mirabilis, et fortis nimis, dentes ferreos habebat, comedens atque diminuens, et reliqua pedibus conculcans, 316

Nonne hæc est Babylon civitas magna, quam ego ædificavi in robore fortitudinis meæ? 327

Obtinebis regnum in sæcula sæculorum, 205 Cap. 6.

Sermones contra excelsum loquentur, et sanctos æterni conteret, et prædicabit, quasi possit mutare tempus et legem, 241 Cap. 7.

Alius consurget post illos, et ipse potentior erit prioribus, et tres Reges humiliabit, 242

Dominabitur thesaurorum auri et argenti, 244

Vere Deus vester, Deus Deorum est. 3

Ecce quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari, prima quasi leæna, secunda etc. 170

Potestas eius, potestas æterna, 91.96.315

Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, 348.305 75

Iudicium sedit, & libri aperti sunt, 378

Fulgebunt iusti tanquam stellæ in firmamento cœli, 21 Cap. 10.

Nemo est adjutor meus in his omnibus, nisi Michael princeps vester, 221

Ego veni ut indicem visionem, quia vir desideriorum es, 420

Magnificabitur adversus omnem, potestatem & adversus Deum Deorum loquetur magnifica, 264 Cap. 11.

Veniet tempus quale non fuit ante, ex quo gentes esse cœperunt ad illud, 114 Cap. 12.

Fulgebunt iusti, quasi splendor firmamenti & ad justitiam erudient multos, 49

Salvabitur populus omnis, qui inventus fuerit scriptus in libro vitæ, 378

Porro decem cornua, decem Reges sunt, 236 Cap. 17.

Ex Osea.

Ponam eum in solitudine, 220 Cap. 2.

Sponsabo te mihi in sempiternum, 37.191.384

Sanguis sanguinem tetigit, propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea, 48 Cap. 3.

Sedebunt filii eius, sine rege, sine Principe, sine duce, sine sacrificio, sine altari, sine Ephod etc. 147

Vivificabit nos post duos dies, et in die tertia suscitabit nos, 86 Cap. 6.

Ducam eam in solitudinem, et ibi loquar ad cor eius, 14 Cap. 7.

Index S. Scripturæ ex veteri Testamento.

Cap. 12. *Satera dolosa in manu eius.* 108

Ex Ioel.

Cap. 1. *Gens enim ascendet super terram meam fortis & inumerabilis, dentes eius ut dentes leonis, & molares eius ut catuli leonis,* 375

Cap. 2. *Sol & Luna obtenebrata sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum.* 115

Cap. 3. *Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœtum* 148

Mitte falcem, quoniam aruit messis 272

In diebus illis & tempore illo congregabuntur omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & super hæreditate mea, 273

Cap. 5. *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem antequam veniat dies Domini magnus &c.* 115

Cap. vlt. *Cito velociter reddam vobis vicissitudinem in caput vestrum,* 333

Ex Amos.

Cap. 3. *Leo rugiet, quis non timebit?* 90

Cap. 4. *Dabit catulus leonis vocem de cubili suo,* 90

Præparare in occursum Domini Dei tui, 350

Cap. 6. *Pluit super vnam ciuitatem,* 338

Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odiui, 338

Væ qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, 46

Cap. 9. *Cadent, & non resurgent vltra,* 128

Ex Iona.

Cap. 3. *Rex Niniuæ indutus est sacco, & sedit in cinere,* 119

Descendit Rex de solio suo, & indutus est sacco, 367

Ex Michea.

Cap. 3. *Ascendit ante eos iter pandens,* 86

Cap. 6. *Nunquam iustificabo stateram impiam,* 108

Iudicium Domini cum populo suo. 370

Ex Abac.

Cap. 1. *Leuiores pardis equi eius, velociores lupis vespertinis,* 103

Cap. 2. *Scribe visum, & explana illud super tabulas, vt percurrat, qui legerit,* 351

Scribe visum, & explana illum, vt percipiant, qui legerint cum, 388

Si moram fecerit, expecta eum, quia veniet & non tardabit. 417

Ex Agge.

Cap. 1. *Adhuc vnum modicum, & ego mouebo cœlum, & terram, mare, & aridam,* 388

Ex Zacharia.

Cap. 4. *Vidi candelabrum aureum, & lampas super caput eius,* 76

Quid tu mons magna Zorobabel, 149

Cap. 8. *Et vocabitur Ierusalem ciuitas veritatis,* 384

Cap. 9. *Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* 260

Tu autem in sanguine Testamenti eduxisti vinctos de lacu in quo non est aqua. 86. 55. 276

Cap. 12. *Aspicient ad me, quem confixerunt,* 11

Dolebunt super eum, vt dolet super in morte primogeniti, 12

Cap. 13. *Habitationibus in ablutionem peccatorum,* 389

Cap. 14. *Erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ,* 285

Cap. 15. *Erant lebetes in Domo Domini, quasi phialæ coram altari,* 93

Cap. vlt. *Non erit vltra mercator in Domo Dei in die,* 334

Ex Malach.

Cap. 1. *Si ego Pater sum, vbi est honor meus?* 9

Si ego Dominus, vbi est timor meus? 264

Cap. 3. *Statim veniet ad templum suum,* 192

Cap. 4. *Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ,* 118

125

Labia sacerdotis custodiunt scientiam, 28 Cap. 5.

Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus &c. 279 Cap. vlt.

Calcabitis impios cum fuerint cinores sub plantis pedum vestrorum, 204

Ex 1. Machabeor.

Tempus affuit quo sol refulsit, qui primus erat in nubilo, 118 Cap. 1.

Omnes obediunt vni, 155

Væ mihi quia natus sum, vt viderem contritionem ciuitatis sanctæ, 163 Cap. 2.

Refulsit sol in clypeos aureos & æreos, & resplenduerunt montes ab eis, &c. 76 Cap. 6.

Commisserunt vni Magistratum suum, dominari vniuersæ terræ, 318 Cap. 8.

Conuersa sunt nuptia eorum in luctum, & vox musicorum in planctum, 340 Cap. 9.

Ex hodierna die, & in totum tempus quoad firmitatem, &c. 384 Cap. 10.

Ex 2. Machabeor.

Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & dedicauerunt altare Domino, 134 Cap. 4.

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthæo.

Liber generationis, Iesu Christi filii Dauid &c. 87 Cap. 1.

Ioseph non cognouit coniugem suam, donec peperit filium suum primogenitum, 124. 372

Vocabitur nomen eius Iesus, 357

Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum, 422 129

Intrantes domum inuenerunt &c. & procidentes adorauerunt eum, 264. 191 Cap. 2.

Agite pœnitentiam, appropinquabit enim cœlorum regnum, 262 Cap. 3.

Parate viam Domini, rectas facite vias &c. 300

Progenies viperarum, quis dabit vobis fugere à ventura ira? 291

Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum, 311 Cap. 4.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, 355 416

Vos estis lux mundi, 19 Cap. 5.

Aperiens os suum docebat eos 237

Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant, 414

Dū steteritis ante Reges & præsides nolite cogitare &c. 187

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, 276

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, 135

Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, 296 Cap. 6. 52

Respicite volatilia cœli, 352

Nolite sanctum dare canibus, 193 Cap. 7.

Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, 391

Et tibi dabo claues regni cœlorum, 26

Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos, 319 296

Si dimisero eos ieiunos, deficient in via, 31 Cap. 8.

Facite fructus dignos pœnitentiæ, 32

Si ergo nos hinc, mitte nos in porcos. 366

Ibi erit fletus & stridor dentium, 332

Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. 55. 232 Cap. 10.

Multi Reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, 88

Hæc omnia seruaui à iuuentute mea, 6

Tradet autem frater fratrem, & pater filium &c. 106

Qui

Index S. Scripturæ ex nouo Testamento.

Cap. 11. *Qui minor est in Regno cœlorum, maior est eo &c.* 132
Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam non possunt occidere, 5. 241
Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, 240
Omnia mihi tradita sunt à Patre meo, 3. 99
Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis, 3
Cap. 12. *Confiteor tibi pater, Domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis,* 414. 403
Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, ita erit filius hominis in corde terræ, 144
Omne Regnum in se diuisum desolabitur, 205
Cap. 13. *Mittet Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala,* 205
Simile est Regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, 127
Ad tempus credunt, & in tempore persecutionis recedunt, &c. 242
Estote parati, quia quâ horâ non putatis filius hominis venit, 263
Triticum congregate in horreum meum, 210
Cap. 15. *Estote parati, quia quâ hora non putatis,* 70
Acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus, 76
Cap. 16. *Inuenit domum vacantem scopis mundatam,* 54
Tibi dabo claues Regni cœlorũ, quodcunque ligaueris &c. 368
Cap. 18. *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ,* 746
Sedebitis & vos super sedes, 274. 377. 37. 48
Angeli eorum semper vident faciem patris, 96
Væ mundo à scandalis necesse est enim vt veniant scandala, 155
Cap. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata,* 6
Vade & vende vniuersa quæ habes, da pauperibus, & habebis thesauros in cœlo, 248
Necesse est vt veniant scandala, 3
Cap. 20. *Tunc apparebit signum filii hominis,* 123
Sedere autem ad dexteram meam, vel sinistrã, non est meũ dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo, 361
Cap. 21. *Homo erat Pater familias, qui plantauit vineam, & sepe circumdedit eam &c.* 360
Publicani & peccatores præcedent vos in Regno Dei, 406
Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit, 295
Cap. 22. *Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* 352
Prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, venite ad nuptias, 352. 262
Mittite eum in tenebras exteriores, 279. 303
Non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo, 290
Obtulerunt ei denarium, & dixit eis Iesus, cuius est Imago hæc & superscriptio? 110
Expedit vobis vt vnus moriatur homo, 318
Cap. 23. *Quæ dicunt vobis facite, quæ autem faciunt nolite facere,* 188
Cap. 24. *Erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, nec fiet,* 19
Nisi abbreuiati fuissent dies illi, non salua fieret omnis caro, 369
Erunt terræ motus magni per loca, & pestilentiæ, & fames, 306
Vt mouentur, si fieri potest, etiam electi, 114
Surget gens contra gentem, & Regnum aduersus Regnum, & erunt pestilentiæ, & fames &c. 114
Cap. 25. *Cum venerit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel,* 305
Venite benedicti patris mei, percipite Regnum &c. 263. 363. 86
Simile est Regnum cœlorum decem virginibus, 260
Quæ parata erant, intrauerunt cum eo ad nuptias &c. 350. 352
Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt, 197 Cap. 26.
Iesus clamauit voce magna dicens, Eli Eli, & cum clamasset, 182 Cap. 27.
Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso, 86
Terra tremuit, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum &c, 143. 8
Euntes in mundum vniuersum, 262 Cap. 28.
Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. 359. 220

Ex Luca.

Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit, 205 Cap. 1.
Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? 216 89
Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuũ, 357
Cum inducerent puerum Iesum parentes eius, accepit eum Symeon in vlnas suas, 274
Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, 326
Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid, 91
Gloria in excelsis Deo, 96. 107 Cap. 2.
Videamus hoc verbum, quod factum est. 103
Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis saluator, & hoc vobis signum, inuenietis, 123
Vocatum est nomen eius Iesus, 370
Ipse enim saluum faciet populum suum &c, 3
Lumen ad reuelationem gentium, 282
Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini, gaudete &c. 352
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, 57
Visitauit nos oriens ex alto, 123. 300
Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna, 280 Cap. 5.
Væ vobis qui nunc ridetis, quoniam plorabitis, 332 Cap. 6.
Nolite iudicare, vt non iudicemini, 339
Qui se humiliat exaltabitur, 17 Cap. 8.
Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt &c. 326
Si quis vult venire post me, abneget semetipsum &c. 363 Cap. 9.
Protulit duos denarios, 120 Cap. 10.
Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem, 138
Vos Pharisæi quod de foris est mundatis, quod intus, plenum est rapina, 62 Cap. 11.
Væ vobis hypocritæ, qui consentitis operibus patrum vestrorum, quoniam quondam & ipsi prophetas occiderunt, 52
Mortuus est diues & sepultus in inferno, 336
Sint lumbi vestri præcincti, & lucerna ardentes in manibus vestris, 28 Cap. 12.
Faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis, 363
Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos, destruam horrea mea, & maiora faciam &c. 331
Stulte hac nocte repetent animam tuam à te, 336
Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, 6. 351. 352. 363 Cap. 13.
Dico vobis quod nemo virorum illorum gustabit cœnam meam, 6
Si quis vult venire post me, abneget se. 199 Cap. 14.
Proferte citò stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, 223 Cap. 15.
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis &c. 385 Cap. 16.
Dum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? 129 Cap. 17.
Duo homines ascendebant in templum, vt orarent, 196 Cap. 18.
Negotiamini dum venio, 248 Cap. 19.
Positus est hic in ruinam, & in signum, 123
Dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere Cap. 21.

Index S. Scripturæ ex veteri Testamento.

omnes aduersarij vestri. 146. 195. 197
Ego dispono vobis, sicut dispositit mihi pater meus Regnum vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo, 61
Cap. 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, 53
Qui nō habet argētū, vendat tunicā & emat gladiū, 248
Cap. 23. Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt, 141
Filiæ Ierusalem nolite fleri super me, sed super vos ipsas flete, quia ecce venient dies &c. 143
Hodie mecum eris in Paradiso, 143

Ex Ioanne.

Cap. 1. In principio erat verbum, & verbum caro factum est, 5. 294
Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, 52
Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, 326
Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. 105
Omnia per ipsum facta sunt, 358
Dedit illis potestatem filios Dei fieri, 389
Gloriam quasi vnigeniti à Patre, 92,
De plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia 395
Annuntiamus vobis vitam æternam, 135
Cap. 2. In medio vestrum steterit, quem vos nescitis, 18
Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, 422
Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi, 253. 92
Cap. 3. Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis, 371
Necesse est secundum Dei ordinationem, quia sic ipse, qui verax est disposuit eum solus, 369
Amicus sponsa stat, & audit eū, & gaudet propter vocem sponsi, 128
Qui non credit, iam iudicatus est, 7. 242
Cap. 4. Rogabat Iesum Regulus quidam, vt descenderet, & sanaret filium eius, 368
Tum die festo mediante, ascendit Iesus in templum, 192
Deus Spiritus est, 34
Qui biberit ex aqua, quam dabo ei, non sitiet in æternum, 389
Perfecta charitas foras mittit timorem, 347
Cap. 5. Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces, 110
Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, 122
Scrutamini scripturas, ista sunt, quæ testimonium perhibent de me, 226
Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, 82
Cap. 6. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, 5
Ego sum panis vitæ, qui de cælo descendi, 25
Ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhiberem veritati, 8.
Cap. 7. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, de ventre eius fluent aquæ viuæ, 20
Iesus clamauit voce magna dicens, si quis sitit &c. 182
Alii dicebant quia bonus est, alii, non, sed seducit turbas, 298
Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me, 8
Cap. 8. Antequam Abraham fieret, ego sum, 12
Cap. 9. Iam conspiraverāt Iudæi, vt si quis confiteretur Iesum, extra Synagogam fieret, 249
Cap. 10. Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, 66
Quotquot venerunt præter me, fures sunt & latrones, 304
Cap. 11. Iesus clamauit voce magna, Lazare veni foras, 182
Cap. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, 316
Qui amat animam suam perdet eam, 225
Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis, 253
Vado parare vobis locum, 370 Cap. 14.
Qui diligit me, sermonem meum seruabit, 6
Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, 7 Cap. 15.
Iam non dicam vos seruos sed amicos, 13
Nisi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit, 25 Cap. 12.
Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, 401. 412
Ego in hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati, 80
In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum, 6
Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis Cap. 20.
pax vobis, 17. 18. 29
Ego sum via, veritas & vita, 25. 49 Cap. 14.
Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & Cap. vlt.
scimus quia verum est testimonium eius, 5

Ex Actibus Apostol.

Videntibus illis eleuatus est, 103 Cap. 1.
Nubes suscepit eum ab oculis eorum, 202
Cæpit Iesu facere & docere, 144
Erat multitudinis credentiū cor vnum & anima vna, 155
Stupebant autem & mirabantur dicentes, nonne omnes Cap. 2.
isti qui loquuntur, Galilæi sunt? 102
Petrus & Ioannes ascendebant in templum, &c. 192 Cap. 3.
Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resur- Cap. 4.
rectionis Iesu Christi Domini nostri, 225. 371. 226
Elegerunt Stephanum plenum Spiritu sancto, & Phi- Cap. 6.
lippum, & Prochorum, &c. 33
Non poterant resistere sapientiæ, & spiritui, qui loque Cap. 6.
batur, & disceptabant cordibus suis, 146
Vidit gloriam Dei, & Iesum stantem a dextris Dei, Cap. 7.
254
Vt portet nomen meum coram regibus, 300 Cap. 9.
Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen, &c. 180
Onus quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus, 86 Cap. 12.
Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum, alii cre- Cap. 15.
diderunt, dicentes quod oportet circumcidi eos &c. 47
Erant lampades copiosæ in cœnaculo, 76 Cap. 20.

Ex Epistola ad Roman.

Sapientibus & prudentibus, græcis & latinis, debitor Cap. 1.
sum, 262
Et sicut non probauerunt Deum habere in notitiam, tradidit illos Deus in reprobum sensum, 416
Qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, 419
An æstimas, ô homo, qui alium iudicas, quoniam tu ef- Cap. 2.
fugies iudicium Dei? 345
Existimas, ô homo, qui talia agis quoniam effugies iudicium Dei? 245
Non enim auditores verbi &c. 5
Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei, 191 Cap. 4.
Sicut vnius delicto multi mortui sunt, multò magis vnius gratia vnius hominis Iesu Christi, 318
Si mortui sumus cum Christo &c. 270 Cap. 5.
Cum inimici essemus, reconciliati sumus, 25
Quomodo Christus surrexit, ita & nos in nouitate vitæ Cap. 6.
ambulemus, 25
Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, 8
Qui enim mortuus est peccato, 269
Non enim tantum qui talia agunt, digni sunt morte, sed & Cap. 7.
qui consentiunt facientibus, 224
Qui nos separabit à charitate Christi? 64 Cap. 8.
Quos præscivit, & prædestinauit conformes fieri Imaginis filij sui, 247
Liberati à peccato, serui autem facti Dei. 12
Non enim qui sunt ex Israel, hi omnes Israelitæ sunt, 58 Cap. 9.
Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? 290 Cap. 10.

Index S. Scripturæ ex nouo Testamento.

Vnicuique Deus diuisit mensuram fidei, 398
Si nosmetipsos dijudicauerimus, 339
Cuius vult miseretur, & quem vult induret, 297
Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. 297
Cap. 11. *O Altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei,* 240
Cæcitas ex parte contigit, donec plenitudo gentium intraret, 182
Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, 295
Cap. 13. *Vnicuique dedit Deus mensuram fidei,* 192
Cap. 15. *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt,* 269

Ex 1. ad Corinthios.

Cap 1. *Æmulor enim vos Dei æmulatione,* 66
Christus factus est nobis iustitia, iustificatio, & redemptio, 95
Cap 2. *Sapientiam loquimur inter perfectos,* 192
Regi sæculorum immortali, inuisibili, &c. 264
Nos reuelatâ facie gloriam Domini speculantes, transformamur à claritate in claritatem, 405
Nec oculus vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus se, 384
Cap. 3. *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter illud, quod positum est,* 394
Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, 3
Gratia Dei sum id quod sum, 7
Cap. 4. *Nolite iudicare, quoadusque veniat Dominus &c.* 10.339
Cap. 6. *Æmulamini charismata meliora,* 65
Cap. 7. *Permittit nobis iudicare,* 339
Cap. 10. *Sic nos existimet homo vt ministros,* 28
Baptizati sunt in nube & in mari, 280
Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, 396
Cap. 11. *Omnibus plus laboraui, non ego solum, sed gratia Dei mecum,* 7
Cap. 12. *Nunc enim videmus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem,* 406
Cap. 13. *Charitas nunquam excidit,* 400
Quia tunc cognoscam sicut & cognitus sum, 405.411
Cap. 14. *Mulieres in Ecclesijs taceant,* 45

Ex 2. ad Corinthios.

Cap. 1. *Si fuerimus socij passionum, eritis & consolationum,* 13
Cap. 2. *Alijs sumus odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem,* 285
Cap. 3. *Nos autem reuelatâ facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem,* 297
Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum proprium laborem, 395.397
Cap. 4. *Superædificate supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum,* 394
Cap. 5. *Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque secundum propria &c.* 47.70 263
Cap. 10. *Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ,* 406
Cap. 13. *Datus est mihi Angelus Satanæ qui me colaphizet.* 167

Ex Epist. ad Galatas.

Cap. 2. *Christo confixus sum cruci,* 199
Cap. 4. *Bonum autem æmulamini in bono semper,* 66
Cap. 5. *Charitas, gaudium, pax patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas,* 411
Cap. 6. *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi,* 99

Ex Epist. ad Ephæsios.

Cap. 1. *Habemus remissionem peccatorum per sanguinem ipsius,* 226
Mihi autem minimo data est gratia hæc in gentibus Euangelizare, Cap 3. 262
Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus Pater Cap. 4. *omnium qui super omnes est & per quem omnia,* 310
Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, 123
Quod autem ascendit, quid est nisi quia descendit in inferiores partes terræ? 144
In quo signati estis in Die redemptionis, 214
Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Cap. 5. *Christus,* 326
Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, 49 Cap. 6.
State succincti lumbos mentis vestræ &c. 284

Ex Epist. ad Philipp.

Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mor- Cap. 2. *tem,* 23. 97
Habitu inuentus vt homo, 360
Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, 73
Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifa- Cap. 3. *cerem,* 139

Ex Epistol. ad Colloss.

Induite nouum hominem, qui renouatur in agnitionem Cap. 3. *Dei, secundum imaginem eius, qui creauit eum,* 247
Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, cum enim apparuerit Christus vita vestra &c. 371 379

Ex 1. ad Thessal.

Rogamus vos per aduentum Domini Iesu Christi, vt non Cap. 2. *seducat vos homo peccati, filius perditionis,* 169
Et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi, 270 Cap. 4.

Ex 2. ad Thessalon.

Interficiet spiritu oris sui, 197 Cap. 2.

Ex 1. ad Thimoth

Regi sæculorum immortali, inuisibili soli Deo honor & glo- Cap. 1. *ria,* 119
Vidua quæ in deliciis est viuens, mortua est, 293 Cap. 5.
Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed coacernabunt &c. 160.249
Radix omnium malorum est cupiditas. 227.245 Cap. 6.

Ex 2. ad Thimoth.

Tu vero vigila, in omnibus labora, 30.262 Cap. 4.
Sanam doctrinam non accipient &c. 133
Opus fac Euangelistæ ministerium tuum imple, 262

Ex Epist. ad Titum.

In omnibus præbe te ipsum exemplum in operibus bonis Cap. 5. *& doctrina, veritate & grauitate,* 28

Ex Epist ad Hebræos.

Thronus tuus Deus in sæculum sæculi, virga æquitatis, Cap. 1. *virga regni tui,* 75 305
Omnes sunt administratorij Spiritus &c. 290
Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, 76 Cap. 4.
Omnia nuda, & aperta sunt oculis Dei, 357
Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque ac medullarum, 359
Assumite gladium spiritus, quod est verbum Dei, 249 Cap. 6.
Christus assistens pontifex futurorum bonorum, peramplius Cap. 9. *& perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis,* 287
Ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus, 391
Sine fide impossibile est placere Deo, 399
Erat tabernaculum habens manna, & virgam Aaron, qua frondueras, & tabulas testamenti in vrna, 209

Index S. Scripturæ ex veteri Testamento.

Cap. 11. *Per proprium Sanguinem introiuit semel in Sancta.* 226
Per proprium Sanguinem introiuit semel in Sancta, aeterna redemptione inuenta. 95
Adorauit fastigium virga eius. 191
In occisione gladij mortui sunt. 270
Cap. 12. *Proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione, &c.* 199
Ne fatigeris cum ab eo argueris, quos enim amat Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. 65

Ex 1. Epistol. Petri.

Cap. 1. *Non corruptibilibus auro vel argento.* 9. 124
Redempti estis pretioso Sanguine Agni, 92
Cap. 2. *Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reseruare.* 223
Vos estis genus electum, regale Sacerdotium. 9
Cap. 3. *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est.* 25
Quis est qui vobis noceat, si boni amulatores fueritis? 66
Cap. 4. *Elementa calore soluentur.* 382
Cap. 5. *Fratres sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester Diabolus, &c.* 223
Cap. vl. *Aduersarius vester tamquam leo rugiens circuit.* 171

Ex 2. Epistol. Petri.

Cap. 1. *Fratres satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem faciatis.* 352
Vocauit nos propria virtute in gloria sua. ibi.
Non enim voluntate humana allata est prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati Sancti Dei homines. 414
Cap. 2. *Erunt pseudoprophetæ in populis, sicut in nobis fuerunt, qui introducent sectas perditionis.* 169

Ex 1. Epistol. Ioannis.

Cap. 1. *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vlla.* 49
Cap. 2. *Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum.* 142. 170
Nolite diligere mundum, neque ea quæ in eo sunt. 205
Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, &c. 123. 290. 301
Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato. 9
Cap. 4. *Deus Charitas est, & qui manet in charitate.* 149
Hic est verus Deus, & vita æterna. 25 Cap. 5.
In hoc apparet charitas eius, non quia nos dilexerimus eum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, Cap. 7.
Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra, 58 Cap. vl.

Ex Epistola Iacobi.

Estote factores verbi, & non auditores tantum, 30 Cap. 1.
Omne datum optimum, &c, 384
Si autem equis frænа in ora mittimus, & omne corpus ipsorum circumferimus, Cap. 3. 103

Ex Apocalypsi.

Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris, 95 Cap. 1.
Vincenti dabo edere manna absconditum. 105 Cap. 2.
Hæc dicit qui ambulat in medio candelabrorum aureorum. 254
Nomen habes quod viuas, & mortuus es. 293 Cap 3.
Hic est verus & sanctus, qui habet clauem Dauid, 25
Viginti quatuor seniores ceciderunt ante sedentem in throno, & adorauerunt eum. Cap. 4. 264
Vidi septem lampades ardentes. 248
Esto fidelis vsque ad mortem, 135
Eximis vincens vt vinceret. 35. 38 Cap. 6.
Vidi in dextra sedentis super thronum, librum apertum. 254
Ecce equus albus, & qui sedebat super eum habebat arcum. 356
Vidi stantes in conspectu throni, amictos stolis albis. 197 Cap. 7.
Qui vicerit faciam illum columnam in domo Dei mei. 210
Luna tota facta est sanguis. 213
De ore Draconis exierunt spiritus immundi ad modum ranarum. 218
Agnus qui in medio throni est, reget eos. 219
Non esurient, neque sitient amplius, quoniam Agnus qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos, &c. 92
Dominus ipse est Rex Regum & Dominus Dominantium. Cap. 9. 82
Desiderabunt mortem, & mors fugiet ab eis. 373
Apprehendit Draconem serpentem antiquum, 218 Cap. 10.
Vicerunt illum in sanguine Agni. 38 Cap. 12.
Misit Serpens ex ore suo aquam, tanquam flumen. 410
Beati qui ad cœnam Agni vocati sunt. 6 Cap. 13.
Raptus est Dei filius ad Deum, & ad thronum eius. 305
Mulier erat habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione. Cap. 17. 330
Gaudeamus & exultemus, quoniam venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. Cap. 19. 405

Finis huius Indicis.

LICENTIA REVERENDISSIMI MINISTRI totius Ordinis noſtri Seraphici, Generalis:

EGO Frater Ioannes à Neapoli, Miniſter Generalis, & ſeruus totius Ordinis Minorum Seraphici Patris noſtri Franciſci, præſentium vigore concedimus facultatem dilecto nobis in Chriſto Patri Fr. IOANNI DE LA HAYE, Prouinciæ S. Didaci, Chriſtianiſſimi Regis concionatori ordinario, Lectori iubilato, & Procuratori noſtro in Gallia, quatenus ad Sacroſancti Concilij Tridentini, & Generalium noſtri Ordinis conſtitutionum præſcriptum, Commentarios noſtri Doctoris Irrefragabilis ALEXANDRI HALLENSIS in Apocalipſim, nuſquam impreſſos, typis mandare poſſit, & valeat. Datum Romæ in noſtro Conuentu de Aracœli, Anno Domini 1747. Die 29. Ianuarij.

LOCVS SIGILLI.

Fr. IOANNES DE NEAPOLI,
Miniſter Generalis.

De mandato Reuerendiſſimi, Fr. *PETRVS MANERO, Secretarius Ordinis.*

APPROBATIO DOCTORVM.

NOS infra ſcripti in Sacra Theologiæ Facultate Pariſienſi Magiſtri, vidimus ac legimus Commentarios numquam antea editos in Apocalypſim, Authore Irrefragabili Doctore in eadem facultate ALEXANDRO DE HALES, Ordinis Seraphici, cum eiuſdem vita, & notis ad marginem: quæ omnia prodeunt operâ R. P. F. IOANNIS DE LA HAYE, Pariſini, Concionatoris Regij, & in Gallia obſeruantiæ Minorum Procuratoris Generalis; in quibus nihil alienum à fide reperimus, ſed doctrinam ſanam, & tanto viro dignam, meritoque omnium elogio commendandam, in cuius rei fidem ſubſcripſimus Pariſijs, die decima Aprilis, anno Incarnationis Dominicæ, 1647.

LE BAIL, Propœnitentiarius Pariſienſis. MAVGER.

Approbatio Doctorum ex Ordinis commißione.

NOs infra ſcripti Ordinis minorum de obſeruantia Religioſi, nec non Theologiæ facultatis Pariſienſis Doctores, ex Superiorum mandato perlegimus noſtri *ALEXANDRI DE HALES Commentarios in Apocalypſim*, vt inſpiceremus an omnia, quæ in eis comprehenduntur doctrinæ Chriſtianæ, & Catholicæ forent conſona, & ecce omnia comperimus valdè orthodoxa, vtpotè in ſacra Scriptura ingeniosè & ſolidè fundata. Sanè nomen auctoris præ ſe videtur ferre approbationem huius operis, quis enim dogmatibus Doctoris Irrefragabilis diſſonare audebit, maximè verò in hiſce Commentarijs diuinâ doctrinâ omnino refertis? Ergo vt verbo dicamus, hoc opus luce digniſſimum cenſemus: dolet animus quòd tandiu latuerit, & noſtro Patri admodum Reuerendo IOANNI DE LA HAYE, Pariſino, Concionatori Regio, nec non in Gallia obſeruantiæ Minorum Procuratori Generali digniſſimo, cuius ſtudio, arduoque labore ad nos vſque peruenit, grates debitas rependimus. Lutetiæ Pariſiorum, anno reparatæ ſalutis humanæ 1647. Die verò menſis Aprilis. 15.

T. BARON, Doctor & Deffinitor.

Fr. L. SOYER, Doctor & Concionator Regius.

SVMMA PRIVILEGII REGIS CHRISTIANISSIMI.

LVDOVICVS XIV. DEI GRATIA GALLIARVM ET NAVARRÆ REX Chriſtianiſſimus, ſingulari Priuilegio ſanxit, ne quis per vniuerſos Regnorum ſuorum fines, intra ſeptem annos à die finitæ impreſſionis computandos, imprimat, ſeu typis excudendum curet, & venalem habeat, librum, qui inſcribitur, R. *P. ALEXANDRI DE HALES, Commentarij in Apocalypſim, nuſquam impreſsi, &c.* Præter ANTONIVM BERTIER, Bibliopolam Pariſienſ. aut illos quibus ipſemet conceſſerit. Prohibuit in ſuper eâdem authoritate Regia, omnibus ſuis ſubditis, eumdem librum imprimendum curare, vel quempiam vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dicti ANTONII BERTIER, idque omne ſub confiſcatione librorum, alijſque pœnis contra delinquentes expreſſis, vti latiùs patet in litteris Datis Pariſijs, die 7. Ianuarij an. 1647.

Ex mandato Regis.

Signatum, DENISOT.

SVMMA PRIVILEGII ILLVSTRISSIMI ac Reuerendißimi D. Domini prolegati Auenionenſis.

ILluſtriſſimus ac Reuerendiſſimus Dominus Laurentius Curtius ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Prothonotariorum Decanus, ex participantium numero, vtriuſque ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ ſignaturæ referendarius, eiuſdem in ciuitate Auenionenſi, & comitatu Venaſſienſi Vicarius Generalis & prolegatus, ſingulari Priuilegio ſanxit, ne quis per eorumdem, & ciuitatis, & comitatus, nec non & ſuæ prolegationis fines, intra decem annos, à die finitæ impreſſionis computandos, imprimat, ſeu typis excudendum curet, & venalem habeat librum, qui inſcribitur, *R. P. Alexandri de Hales Commentarij in Apocalypſim nuſquam impreſsi, &c.* Præter ANTONIVM BERTIER, Bibliopolam Pariſienſem, qui iam à Rege Chriſtianiſſimo eiuſdem libri imprimendi licentiam obtinuerit, aut illos quibus ipſemet conceſſerit; prohibuit inſuper eadem ſuâ prolegati authoritate, omnibus ſedis Apoſtolicæ intra prædictos fines ſubditis, eumdem librum imprimendum curare, vel quempiam vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dicti ANTONII BERTIER, idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſque pœnis contra delinquentes expreſſis, vti latiùs patet in litteris Datis Auenione die decima quarta Aprilis. 1647.

L. CVRSIVS Prolegatus.

L. De ROSIS. DAT.

Digitized by Google

Digitized by Google